



Expositio in Genesim iuxta quadruplicē sacre scripture sensum, literalem scilicet, moralem, allegoricum, & anagogicum, authore fratre Guillelmo Pepino sacre theologie professore, religiosi conuētus Ebroycen. ordinis predicatorum alumno & incola.



Parisijs
Apud Claudium Cheualloniū sub Sole aureo in via ad diuum Jacobum.

1528

Frater Guillelmus Pepinus sacrosanctę Theologię professor, instituti diui Dominici, M. Franciscū Ferrariēsem in cādidatissimo Theologorum albo nō habendū in postremis, sed antesignanum, et Christianę libertatis vindicē, eiusdē instituti monarcham generalem omnigena morum sanctimonia conspicuum salutat.



Cum maiorum instituta tacitus mecum repeterem, pater obseruandissime, occurrit derepente præclarus ille erga bene merentes antiquorum mos, diuinaqꝫ penè assuetudo, qua & publice & priuatim beneficia quę semel à gratiosis sibi hominibus accepissent, ab obliuionis iniuria qua poterāt ratione vindicarēt, immortalitatiqꝫ cōsecrarēt. Hinc enim & publicitus dicatę statuę, & ne minus æquo honoris deferretur aliquid, cœptum est etiam domi remotissimis penetralibus, ad Vestā penè ipsam, habere illos in precio quibus vel ex ipsa necessitudine faterētur se debere aliquid, vel aliūde tanq̄ beneficio obæratos, atqꝫ in æratorum arce positos, deuinciri. Erectæ itaqꝫ & effictæ ad eam rem statuæ & imagines, larariisqꝫ sępe tam reuerenter illatæ, vt penatibus ipsis quos affectis bene hominibus pristina conciliasset obseruantia, solitum honorē præripuerint. Quæ mecum repetens, & pro cōfesso habens tibi nostræ religionis sanctimoniā quicquid augustioris in se haberet amplitudinis, id totum referre acceptum deberet: iam statuas etiam plus q̄ colosseas tibi decernebam, dicabam etiam cōmunibus virorum probiorum votis domi priuatimqꝫ præsigne aliqd, imagines dico, quo te posterorū memoriæ cōmendarem: nisi me mea mens alio reuocasset. Vidi nempe vbi ad eam rem omnē moui lapidē, abesse ritū illum a sanctuario domini, nec referre plane Christianismi candorē viuidum. Itaqꝫ dum mihi animum lancino, dum mentem diuellico, & penè curarum apud me præstituo carnificinā, nullam denuo spem sinu refouēs, nisi quod animum recreet, in fidam cogitatuum stationem emergat aliquid: felici tandē suc-

cessu, & augurato satis video vehementem (vti & vehemētes nec remissi eramus ad eam rē efflagitatores) suboriri qua vota nostra transfigeremus occasionem. Nam (quæ nouate semper agit aliquid) chalcographię ars præsentissimam nobis facillimamq; viam exhibet qua nominis tui mnemosynō consecremus. Nam statuarum vice, hęc ipsa ars seu plumbea seu stannea seu ex vtrisq; mista suppeditat elementa, quorū ope singulari vbi suffulciamur, iam pręclare merentibus honorem facile prorogemus: quē nec pluuiarum vortices, nec ventorum turbines, nec longiore situ vetustas edax, obfuscare, deijcere, absumere, possint. Proinde cum tu nobis tanq̄ pater patriæ, immo vero totius religionis atq; sanctimoniæ sis auctor exortus, & nunq̄ apud nos itermoriaris, singularisq; illa tua commēdatio apud posteros semper reuirescat, prorogamus in secula genuinam illam tuam luculētiam, pariter religiosissime, hoc vno saltē nomine (cum accuratius nequeamus, & tibi satisfacturum pro virili conatum sciamus) q̄ vnus inuentus sis inter potiores selectior, & inter selectiores potior cui noctes nostras insomnes ad diuinam illam Genesim (ad quam en nostra commentaria tuo nomine & tutelari prodeunt auspicio) dicaremus. Feceris proinde humaniter, si sobolescentem hanc nostram fœturam exceperis, & te vindice admodum censorio per ora hominum volitare permiseris. Quam rem deus optimus maximus felicitet ita augurate, veluti sub tuo nomine futurum pręsentio. Vale felix & faustus ad Nestorios annos. Tumultuarie apud obsecundantissimorum Prædicatorum Ebroycensium (qui tibi post deum omnia debent) humile cœnobium: pridie idus Martias anno à Christo nato. 1528.

¶Chalcographus lectori.

¶Quoniam cautũ nuper est ne nouũ quid typis inuulgetur, præsertim ad sacras literas attinens, quod nõ prius sacræ theologiæ facultas approbauerit: cẽsurę theologorum libellum hunc recentem ac nuperum subiecimus: quem illi nobis imprimendum, quippe vt catholicum, ac q̃ maxime frugiferũ, permiserunt: vt fidem requirẽtibus facile ac libenter & nos & illi facturi sumus.

Cũ p̃uilegio ad bienniũ.

¶ Incipit expositio librorum legalium atq3 histo= rialium totius sacre scriptu= re secundum quadruplicē sen sum quātum litera patitur, no= uiter intentata per venerabi lem patrē fratrē Guillelmum Pepin, religiosi cōuentus E= broycēsis, ordinis fratrū pre= dicatorum, necnon et theolo= gorum Parisiēsium cōsortem humilem.

¶ Et primo ex libro Geneseos: ca.j. clausula ꝓma.



N pn cipio crea= uit de us ce lum ꝛ terram. Terra autē erat inanis ꝛ vacua.

¶ In isto primo capitulo libri Gen. continentur plures ꝛ va rie clausule: quarum quelibet recte potest exponi ī quadru= plici sēsu: vz3 historico, mora= li, allegorico, anagogico. Sic nempe sugere poterimus mel de petra, ꝛ oleum de saxo du= rissimo. Prima igitur clausu= la ꝯtinet predictum textū: In principio creauit deꝰ. ꝛc. Pro quo aduertendum secundum beatū Hiero. in epl'a ad Pau= linū presbyterū de omnibꝰ sa= cre scripture libris, ꝙ prnci= piū libri Gen. est tantis obscu= ritatibus plenū ꝛ inuolutum, vt ante. xxx. annos apud He= breos non legat. Que quidem obscuritates satis apparēt ex varijs ꝛ multiplicibus exposi tionibus tā doctorū hebreorū q̄3 catholicorū circa ipm labo= rantiū. Et q2 confusio est tam intelligētie q̄3 memorie inimi ca: intētionis mee i pn̄ti ope= re ē vitare hmōi multitudinē expositionū: ꝛ ꝓferti circa sen sum lr̄alē. Resecatis igit̄ mul= tis grauibꝰ expositionibus tā sacrorū doctoꝝ, q̄3 clarissimo= rū postillatorū, quas pro repe titis haberi volo: remittēs be neuolos lectores huiꝰ volumi= nis ad predictos antecessores meos ꝑceptores ꝛ magros: q̄les sunt Augus. Origenes. Hugo cardi. Petrus de pal. Nicolaꝰ de lira: q̄ quo ad dictū sensum plus oībꝰ laborauit: parū insi stā circa hmōi historicū sensū. ¶ Historia ḡ dt ꝙ (ī pn̄cipio) sc3 tpis: vel ante cetera (crea= uit) .i. de nihilo ꝓduxit (deꝰ) qui solus potest creare: q2 ip̄e solus omnipotens. Quod si in principio tpis creasse dr̄ deus mūdum: consequēs est ipsum fuisse ante tēpus, sc3 in eterni tate sua. Qd̄ autem fuerit ini tium operū illius, palam insi= nuat Moyses: qui in spū pro= phetico ait (celū et terrā) sup= ple in principio operū suorū. i. primo ꝓduxit dn̄s. Prefertur autem celum terre, tanq̄3 no= bilior ꝛ perfectior substantia: ꝛ non ad insinuandam priori= tatē et posterioritatē tpis in= ter illa duo: maxime cum de creatione terre loquatur pō.

dicens: Initio tu domine terram fundasti. Et nota q Moyses vtitur singulari nūero pro plurali cum dicit (celū) id est celos. Non enim vnicum celū primo produxit dominus: sed omnes / saltem q̄tum ad massam seu substantiā: q̄uis postea ornauerit eos: vt postea dicetur. Sunt autem huiusmodi celi numero nouem / secundum traditionem philosophorum. Hi sunt septem orbes in quibus sunt septem planete. Deinde celū sydereum in quo sunt astra. Demū celum quod vocatur primum mobile. Catholici autem ponunt decimū celum / quod vocāt empyreū: quod est locus beatorum. Rabanus autem tātum ponit septem celos / quos vocat his nominibus: videlicet celum empyreū / crystallinū / sydereū / igneū / olympum / ethereum / aereum. Et super omnes ponit celū sancte trinitatis. Sequitur / tertu (Terra autem erat inanis) id est informis et imperfecta. Uel (inanis) id est inuisibilis: eo q tunc esset aquis vndiq cooperta. (Et vacua) quia non erat adhuc plātis et herbis ornata. Uel dic conformiter ad glo. ordina. q primitus terra dicitur fuisse inanis et vacua .i. inutilis et infructuosa atq icomposita. Omnia enim elementa tunc erant commixta & cōfusa. Insuper et hoc totum aeris spatium erat aquis plenum / non quales nunc sunt / sed sicut nebule tenues erant: quales adhuc supercelestes sunt. Item tunc erat inanis / id est absq dispositione. (et vacua) id est absq habitatore: quia nondū erant bestie formate / nec homo similiter.

¶ Moraliter & primo: In principio / id est i filio creauit deus celum et terram / id est bonos et malos. Ipse enim est creator bonorum et malorum q̄tū ad esse nature: iuxta illō Esa. xvj. Formās lucē: & creans tenebras. Terra autem erat inanis et vacua: q2 mali sunt inanes et vacui ab omni bono: sicut boni sunt vacui ab omni malo.

¶ Moraliter et secundo p celum intelligitur spiritus humanus: eo q a deo celitus donetur: vel quia de natura sua tendit versus celum / appetendo beatitudinem naturaliter. Per terram vero intelligitur humana caro / eo q a dominio sit terrestris / q̄uis alidd habeat de ceteris elemētis. Hec igitur duo dicitur deus creare in principio cuiuslibet hominis. Unum quidem proprie scilicet spiritū: qui a solo deo pducitur per creationem: vt pote ad imaginem et similitudinem suam existens. Carnem autem non dicitur creare dominus proprie / cum preextiterit / sed formare tātū: nisi hoc intelligamus antecedenter: q̄nquidem in principio mundi dicit creasse dominus terram: de qua formātur humana corpora. Caro autem hominis lapsi non habet ex se aliqd bonū: iuxta illud apostoli verbū. Ro. vij. Nō habitat in me / .i. in carne mea / bonum. Ideo subditur: Terra autem erat

inanis et vacua / scilicet a bono moris.

¶ Allegorice celi nomine ecclesia christiana designatur: in qua habitat Christus specialiter iuxta illud Matth. vltimo: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. De hoc etiam celo loquitur ipse dominus Esa. lxvj. dicens: Celum sedes mea est. Terre vero nomine synagoga iudeorum significatur / qui terrena appetunt / in illis finem suum statuentes: innitẽtes illi diuine promissioni de qua Esa. j. Si me audieritis: bona terre comedetis / id est bonis temporalibus abundabitis. Unde nec ipsis iudeis fiebat talis promissio pro futuro qualis filijs ecclesie christiane / de qua Matthei decimonono: Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. De predicta etiam terra recte intelligi potest id quod subditur I. Genesi: Terra autẽ erat inanis et vacua: quia iudei terrena sapientes ⁊ amãtes sunt semper inanes et vacui: velut omni gratia et vite merito destituti / quamuis interdum abundent in presenti temporalibus bonis / que sibi plurimum comparant vacãdo vsuris / quibus communiter incumbunt. Luce primo: Diuites dimisit inanes. Et Sapien. iij. Vacua est spes illorum. Bene ergo et recte de predicto celo et terra / id est de ecclesia christiana et synagoga iudeorum dicitur vbi supra: In principio creauit deus celum et terram / id est in eternitate sua preuidit deus se formaturum synagogam ⁊ ecclesiã. vel sic: In principio creauit deus celum et terram / id est sub figura celi et terre ostendit se deus duas predictas sponsas producturum.

¶ Mystice secũdum dominũ Petrum de Palude patriarcham: In principio deus creauit celum et terram / quando creauit hominem: qui primo fuit celum / sine morte transiturus ad celum: sicut ⁊ ipsum celum est incorruptibile. At vero ille se fecit terram peccando. cui etiam dictum est: Terra es: et in terram ibis. Postmodum hec terra facta est (inanis) priuata fine suo vltimo: (⁊ vacua) per amissionẽ originalis iustitie.

¶ Anagogice nomine celi intelliguntur boni angeli: nomine vero terre mali angeli. ratio primi est: quia sicut celum est altum clarum firmũ: sic ⁊ sancti dei angeli sunt valde alti: quia in celo empyreo seu beatorum cum deo gloriose habitãtes ⁊ regnãtes. Prouerbiorũ vigesimoquinto: Celum sursum / id est angelus bonus cum deo habitat. Item sunt clari per diuine visionis cõmunicationem. Eccli. xxiiij Ego (inquit dominus) feci vt in celis id est in angelis oriretur lumen indeficiẽs. Item sunt firmi et solidi per eternã beatitudinis possessionẽ. Prouerbio. iij. Stabiliuit (supple deus) celos .i. angelos sanctos (prudẽtia) .i. per prudentiam suam. Et breuiter isti sunt celi qs admõet scriptura laudare

dominum Daniel.iij. dicens:
Benedicite celi dño. Et quē=
admodū nouem ſunt celi ſcdz
traditionē philoſophorum/ vt
dictū eſt: ita nouem ſunt ordi=
nes angelorū. Supra quos ſta
tuitur dñs velut decimū celū
quē ponit fides catholica. Ra
tio ſecundi eſt quia ſicut ter=
ra eſt elementū ponderoſum/
durū/immūdum: ita et mali=
gni ſpiritus ſunt ponderoſi p
culpe grauitatem: ita vt eos
ſuſtinere nequiuerit celū. E=
ſa. ix. Ad inferna detraheris
cum ſuperbia tua. Unde cum
ſupra premiſiſſet Salomō de
quolibet ſancto angelo dicēs:
Celum ſurſum: mox de quoli=
bet maligno ſpiritu ſubintu=
lit dicens: Et terra deorſum.
In cuius figurā legitur Exo=
di decimoquinto ꝙ Pharao
et omnis exercitus ſuus qui
erat valde magnus/ deſcende=
runt in profundum maris ru=
bri quaſi lapis. Sic ꝛ imminē
te ruina angelorum deſcēdit
Lucifer cum ſibi adherenti=
bus malignis ſpiritibus de al
titudine celi in ꝓfundum in=
ferni. Ecce ponderoſitas et
grauitas ꝑdicte terre. Item
terra eſt elementum durum.
Non enim facile diſſoluit aut
reſoluitur ſicut alia elemen=
ta. Sic et demones ſunt valde
duri per obſtinationem: intā=
tum ꝙ etiam ille ignis infer=
nalis quāuis maxime actiui=
tatis non poſſit eos reſoluere
ad penitentiam. Job. x. Cor
eius indurabitur quaſi lapis.
Ceterum terra eſt elemētum
immundum: quia fex et pur=
gamentum ceterorum elemē=
torum exiſtens. Ita et demo=
nes ſunt valde immundi per
culpam. Propter quod Chri=
ſtus Luc. xj. vocat vnumquē=
ꝙ eorum predicto nomine di
cens. Cum immūdus ſpiritus
exierit ab homine. ꝛc. Ecce er
go optime lector habes ꝙꝫ cō=
grue per celū anagogice deſi
gnētur celeſtes angeli/ ꝛ per
terram maligni ſpiritus.

¶ Dicamus ergo ſic (In prin=
cipio) ſupple temporis et pro=
ductiōis rerū de nihilo (crea=
uit deus celum et terram) id
eſt angelos bonos et malos/ id
eſt qui poſtmodum facti ſunt
mali per prauam electionem.
Abſit enim a nobis tantus er
ror vt dicere velimus demo=
nes naturaliter malos ꝛ cum
peccato a deo creatos. Hoc e=
nim hereticum eſt/ maxime
cum ſcriptum ſit ꝙ dei perfe=
cta ſunt opera. Quem etiam
errorem reprobat Auguſtin9
libro vndecimo de ciuita. dei.
ca. xiij. vbi expreſſe ponit dia=
bolum aliquando fuiſſe bonū.
Hoc autem probat ex verbis
domini Joannis octauo de eo
dicentis ꝙ in veritate non ſte
tit/ ſcilicet in qua cōditus eſt
primū. Similiter idem error
reprobatur de penitentia di=
ſtinctione ſecunda/ citius. §.
quod vero. vbi dicitur ꝙ an=
gelica natura bona condita
eſt: que ſuo vitio a bono in ma
lum commutata eſt. Item Ge
neſ. j. dicitur. Uidit deus cun
cta que fecerat: et erant val=
de bona. Cōſtat autem ꝙ de=
mones fecit dominus: quāuis
non fecerit eos demones/ id
eſt malos. Ex quo ſequitur ꝙ

aliquando fuerunt boni / scilicet i principio sui esse. Et si in contrarium adducatur illud domini verbum Iohã.viij. Ille scz diabol⁹: homicida erat ab initio. Ad hoc respondet beatus Thomas.j.parte.qst.lxiij. artu.quinto in sol.ad primum/ vbi conformiter ad beatũ Augustinum vbi supra allegatum est: dicit q diabolus nõ ab initio ex quo creatus est / peccare putandus est / sed ab initio peccati: quia scilicet nunq̃ a peccato suo recessit. Resolutorie ergo tenendum est q sicut deus simul produxit per creationem celum et terram materialiter capiendo: ita etiã simul ꝑduxit angelos bonos et malos: non quidem sic q aliqui ex ipis essent iã realiter mali: sed tantum secundum dei prescientiam. Et tales rõne sue culpe merito designantur per terram: vt supra exposuim⁹. De qua etiam terra dicitur q erat inanis ꝛ vacua: q2 reuera natura demonũ statim post lapsum extitit inanis / id est valde vana. Illud enim proprie loquendo dicitur inane / quod in se solidũ firmum et stabile non est: sed de facili mouetur a suo statu: aut quod etiam facile resoluitur. Da exẽplum de paruulis qui interdum tẽpore hyemali post inũdãtiam niuium componunt ex niue condensata effigiem hominis: que ad modicum ardorem solis resoluitur in aquã / taliter q nihil vltra remanet de tali effigie. Ita in proposito predicta terra.i. malorũ angelorũ natura taliter resoluta est per culpã: q nihil vltra ex ea remãsit in celo: sed totaliter detracta est ad inferos. Fuit etiã dicta natura post culpã vacua p carẽtiam gratie ꝛ charitatis atq3 virtutũ omniũ: taliter q i ea nihil boni remãsit preter naturalia: que adhuc erãt ꝛ vsq3 hodie remanẽt grauiter vulnerata. Et sic pt3 de quadruplici expositione prime clausule dicti primi capituli libri genesos.

¶ Secunda clausula.

¶ Et tenebre erant sup faciem abyssi.

¶ Historialiter scdm Origenẽ cũ primũ ꝑduxit deus celum et terrã: tũc inuisibilis ꝛ incõposita erat terra: quousq3 ipe imperauit dicẽs. Fiat lux. Uel dic scdm dñm hugonẽ cardi. q in principio creationis mũdi / ꝛ eorꝫ que in eo sunt: superficies machine mũdialis erat obscura ꝑpter absentiã lucis. Uñ machinã quã pus auctor hui⁹ libri vc3 Moyses vocauerat terrã: nũc vocat abyssum ꝑpẽ illi⁹ obscuritatẽ ꝛ ꝓfunditatẽ. Est autẽ abyssus proprie profunditas aquarũ in visceribus terre latentiũ: que grece dicitur chaos. In proposito tamen huiusmodi profunditas non erat aliud scdm dñm hugonẽ quã quedã vaporabiles aque que ascendebant ab elemẽto terre vsq3 ad spherã lune / que erant tenues ad modum nebule. Nec per huiusmodi tenebras aliud designatur nisi absentia lucis. Unde qd

dicit Daniel. iij.c. Benedicite lux et tenebre domino: non aliud intelligitur nisi q absentia lucis est materia laudandi et benedicendi dominum. Quod ergo dicitur (et tenebre erant super faciem abyssi) intelligendum est de priori obscuritate que a principio erat super faciem quatuor elementorum. Quod si obiiciatur de elemētorum productione / de qua nondum actum est: Respondēdū immo q sic: saltem implicite ī illis verbis: In principio creauit deus celum et terram. vbi secundum vnam expositionem per celum intelliguntur corpora superiora: inter que connumerant ignis et aer / vna cum corporibus superiorib⁹ ad ea / cuiusmodi sūt nouem celi. Per terram autē designantur alia duo elementa inferiora / que sunt aqua et terra. Unde aq̄ propter quandam grossitiem quam in se cōtinet / respectu aeris et ignis quasi comparatiue terra appellatur: quanuis illa tria inter se cōparata sint distincta elemēta. Ex quibus omnibus patet q quatuor elementa in prima die creata fuerūt q̄tū ad substantias suas / q̄uis non q̄tum ad formas suas accidētales seu ꝓprietates illis debitas: quas primo receperunt tertia die / in qua omnia elemēta distincta sunt totaliter.

¶ Moraliter abyssus secūdū glossā interli. designat cor humanum propter sui profunditatem. Unde Hiere. xvij. Prauum est cor hominis / et inscrutabile. Alia litera habet secūdum de lyra / profundū est cor hominis. Dicitur autē huiusmodi cor īscrutabile respectu alterius hominis / qui non potest illud cognoscere: eo q nō videt nisi que patent. j. Regū xvj. Non autem dicitur inscrutabile: id est incognoscibile respectu dei. Ideo sequitur in Hieremia. (Et quis cognoscet illud?) videlicet ꝓpter sui ꝓfunditatē. Ego (inquit dominus) scrutans cor: id est cogitationes humani cordis: (et probans renes) id est examinās humanas affectiōes: (qui do vnicuiq̄ iuxta viā suam) id est qui retribuo finaliter bonis et malis secundum q meruerunt. Psal. Dominus scit cogitationes hominū / quoniā vane sunt. Ecce quomodo dominus solus scrutatur cor humanū / ipsum plene cognoscendo: q̄uis in se sit abyssus multa: id est ab omni alio a deo inscrutabile: etiam ab angelis siue bonis siue malis: nisi q̄tū ipse deus pmittit: aut sibi placet. Modo discutiendum est quenam sint ille tenebre que sunt sup faciem predicte abyssi humani cordis. Profecto tales sunt in triplici differētia: videlicet tenebre ignorātie / culpe / erroris. Prime contrahuntur ab instanti creationis anime. Tunc eñ ipsa caret oīno luce scientiaꝝ: cum sit tūc tanq̄ tabula rasa in qua nihil depictū est. iij. de aīa. Recte ergo de ipsa aīa verificari potest pro illo primo instanti sue creationis predictū verbum. Tenebre supple ignorātie seu potius nescientie erant super

faciem abyssi: scilicet humani cordis. Secunde tenebre que dicuntur culpe: contrahũtur ab vtero quo ad culpam origi nalem: extra autẽ vterũ quo ad culpam actualem: et hoc postq̃ paruulus peruenit ad annos discretiõis: ita vt pau per peccator tunc merito di cere possit illud Tob. v. Qua le gaudiũ mihi erit qui in te nebris sedeo? Unde de huius modi tenebris scribit Job. iij. Obscurent eum tenebre. Tũc etiam recte verificatur predi ctum verbum. Tenebre erant super faciẽ abyssi humani cor dis. Tertie autẽ tenebre que dicuntur erroris: contrahun tur post multũ studium: et hoc quo ad inuentores heresum. Nam vt dicit Augusti. super psalte. exponens illud verbum Montes in circuitu eius. he reses non fecerunt nisi magni homines: sed q̃tum magni, tantũ mali mõtes. De talibus ergo loquens apo. ad Rom. j. dicit q̃ cũ dominũ glorie co gnouissent: nõ sicut deum glo rificauerunt: aut gratias ege runt: supple ipsi deo recogno scentes suam scientiã esse ab eo: sed euanuerunt in cogita tionibus suis: et obscuratũ est insipiens cor eorum. Dicentes enĩ se sapientes esse, stulti fa cti sunt. De talibus etiã tene bris postea subdit ibidẽ idem Apo. dicens q̃ deus tradidit illos (supple hereticos) in re probũ sensum: id est tradi per misit. Ecce quomodo tenebre erroris cooperiunt faciẽ abys si: id est humani cordis.

¶ Allegorice abyssus merito designat synagogã iudeorum super cuius faciem sunt hodie mirabiles et horribiles atq̃ dã natissime tenebre: ita vt non possit videre lumen celi: id est claritatem vere fidei christia ne. In cuius figuram legitur Exodi. xxxiiij. q̃ Moyses de scendens de monte posuit ve lamen super faciem suam. Ha bet ergo synagoga faciem vela tam: tum quia omnia in figu ris cõtingebãt illi. Tum quia adueniente luce gratie ocu los clausit per incredulitatẽ ne videret tantũ lumen. Sap. ij. Excecauit eos malitia eorum. Quod etiã preuidens ille euã gelicus propheta Esaias. vj. capi. ait. Exceca cor populi hu ius. Quod quidem verbũ etiã ad ipsorum iudeorum impro periũ repetit euãgelista Jo annes. xij. ca. Dicit etiã satis ad propositum loquens ipse Christus qui est lux mundi: q̃ dilexerũt homines (supple iu daice nationis) magis tene bras quã lucem. Et breuiter iuxta psalmiste sententiam di cti iudei vsq̃ in hodiernum diem in tenebris ambulant. in cuius etiam figurã legitur q̃ in hora passionis domini facte sunt tenebre ab hora sexta vs q̃ in horam nonam super vni uersam terram. Matth. xxvij. Quod multi exponunt de ter ra iuda: et nõ de vniuersa ter ra simpliciter.

¶ Allegorice et aliter abyssus designat presentem vitam: in qua omnes etiã veri catholi ci in tenebris ambulant: adeo q̃ etiam lumen fidei se habet ad modum tenebrarum respe

etu lucis eterne et supercelestialis. Et hoc est quod loquitur apo.i.ad Cor. xiij. dicēs. Uidemus nunc per speculum in enigmate. Ecce tenebre. Tunc autem cū scilicet peruenerimus ad celum: videbimus facie ad faciem. Ecce verum lumen.

¶ Anagogice stati postq̄ angeli creati sunt: tenebre facte sunt super faciem abyssi: quo ad angelos malos. Non enim nisi breuissima mora fuit inter creationem angelorum: et casum malorum. Qui quā primū peccauerunt: tenebre culpe/ et priuationis luminis glorie ad quam dispositi erant: ceciderunt super faciem abyssi: id est cordis et intellectus eorum: que vsq̄ in hodiernū diem ibi manent/ atq̄ perpetuo manebunt. Et hoc est q̄d dicitur Esaie. xxvi. de quolibet angelo malo. In terra viuentium: id est in celo: iniqua gessit: scilicet volendo ascēdere super astra celi: et similis fieri altissimo: et ideo non videbit gloriam dei. Omnis autem qui nō videt gloriam dei/ in tenebris manet. Ecce quomodo tenebre sunt super faciē abyssi: id est mentis angelice: et hoc quo ad malos.

¶ Tertia clausula.

¶ Et spiritus domini ferebatur super aquas.

¶ Historialiter per aquas in proposito intelligitur secundum glo. interli. congeries et cōmixtio elementorum confusa et indistincta: de qua prius dictum est. Et vocatur nomine aquarum: quia sicut aque facile fluunt: sic et materia illa ex qua particulariter et distincte facta sunt postmodum quatuor elementa cū proprietatib⁹ suis/ poterat facile deo cooperante transire in perfectā naturā huius vel illius elementi: sicut et factum est. Uel dic secundum glo. ordi. q̄ dicta indistinctio et confusio materie illi⁹ corporalis ex qua postea formata sunt quatuor elemēta / appellatur aqua: eo q̄ in se cōtinebat quādam intam humiditatē siue vaporē. Sup huiusmodi ergo aquas ferebatur spiritus dn̄i: id est tota trinitas: vel diuina volūtas: sicut et voluntas artificis super materiā quam intendit formare et ornare. Per predicta ergo verba insinuatur q̄ quicquid formādum et perficiendum inchoauerat deus a a principio: subiacebat omnino sue volūtati: ita vt de predicta materia confusa faceret quicquid vellet: sicut postmodum rei probauit euentus.

¶ Moraliter aque possunt capi in bonam partem/ et in malam. Capiendo igitur aquas in bonam partem: tunc dicendum q̄ significant lachrymas que funduntur a veris penitentibus pro suis peccatis. Et de talibus aquis loquebatur psal. ad dominū dicēs: Exitus aquarū deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam: sicut patuit in perpetratione adulterij cum Ber-

sabee. Et nota ꝙ dicit (exitus) in quo notatur abundantia lachrymarum quas fudit dauid pro dicto adulterio. Itē idem alibi. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Item nota de lachrymis quas fudit rex Ezechias quādo cōuertit faciem suam ad parietem et fleuit amare. iiij. Reg. xix. Item nota de rege Manasse. ij. paralipo. vlti. Item de Magdalena ad pedes christi prostrata. Luce. vij. Item de Petro post negationē magistri sui. Luce. xxij. Sup has igitur aquas lachrymarū fertur spiritus domini: id est spiritussanctus. Fertur inquā p gratiam. Ecce ꝙtum placent tales aque spiritui dñi.

¶ Capiēdo vero aquas in malam partem. tunc significant peccata ⁊ peccatores qui fluunt instar aquarum de peccato in peccatum. Sed sicut aucula superfertur volitans super nidum suum: et clamitans cum pulli eius inde rapiuntur: ita spiritus domini qui nō est aliud ꝙ spiritussanctus aut diuina voluntas: fertur super fluētes peccatores: quasi illorum perditioni compatiens: et ad se misericorditer reuocans: dicēs illud Hieremie tertio. Tu supple pauper anima peccatrix: fornicata es cum amatoribus multis: veruntamē reuertere ad me: et ego suscipiam te. Ecce quā pius et misericors est spiritus domini ferens se per cōpassionem super aquas: id est peccatores fluentes et descendentes toto impetu versus infernum.

¶ Allegorice aque in proposito designant sancta illa suspiria sanctorū patrum olim desiderantium aduentum filij dei in mūdum etiam adeo feruenter ꝙ ex abundantia cordis profluebant interdum aque lachrymarum ex oculis eorum: ita vt quidam ex illis diceret. Quā veniet? Putas ne videbo? Putas ne me hic inueniet illa natiuitas? Unde deuoti doctores dicūt de illo sancto Symeone ꝙ cū semel oraret deum patrem cum lachrymis vt mittere dignaret filium suum in mundum: tunc responsum accepit a spiritu sancto nō visurum se mortem donec videret Christum domini. Cum itaqꝫ dicti sancti patres cum lachrymis et suspiriis orarent ipsum dominum de celis vt mittere dignaretur benedictum filium suū de sede maiestatis sue in hanc vallem miserie: tunc pfecto spiritus domini ferebatur super aquas: tanꝙ illi gratissima et acceptissima eēt huiusmodi aqua lachrymarum sanctorum patrum.

¶ Anagogice aque in proposito designant illam partem sanctorum angelorum qui remanserunt in celo alijs malis ruentibus in abyssum. Et de huiusmodi aquis recte potest intelligi illud psalmi. Laudate eum celi celorum: et aque omnes que sup celos sunt laudent nomen domini. Quā congrue autem dicti angeli sancti designētur per aquas/pa-

tere poteſt propter triplicem
aquarum proprietatem: vide=
licet quia naturaliter deſcen=
dunt: quia irrigant terram: ⁊
quia inde eam fecūdant. Sic
et illi celeſtes ſpūs ad dnī im=
perium deſcendunt de celo vſ=
ꝫ in hanc vallem miſerie/ vt
nos tueantur a malignis ſpiri
tibus: vt nos irrigent ſuis ſan
ctis inſpirationibus: ⁊ fecun=
dos reddant meritis et ſan=
ctis operationibus. Sed quid
eſt ꝙ ſpiritus domini fereba=
tur ſuper aquas: niſi ꝙ ſpiri=
tusſanctus ab exordio ⁊ dein=
ceps taliter fertur ſuper ſan=
ctos angelos ꝙ eos illuminat/
beatificat/ et ſup eos preſidet
taliter ꝙ illi obediunt parent
et obtemperant in omnibus ⁊
per omnia: ⁊ hoc totū ad lau=
dem gloriā et honorem ipſius
ſpiritusſancti: qui eſt benedi=
ctus in ſecula.

¶ Quarta clauſula.

¶ Dixitqꝫ deus: Fi=
at lux. Et facta eſt
lux. Et vidit deus lu
cem ꝙ eſſet bona: et
diuiſit lucem a tene=
bris: appellauitqꝫ lu
cem diem: ⁊ tenebras
noctem.

¶ Hiſtorialiter notandum ꝙ
dicere dei nō importat aliquā
vocem ſenſibilem: ſed eius in=
telligere practicū/ quod inclu
dit eius velle: vt dicit de Ly=
ra. Nam ſecundum formā ſue
voluntatis ſequitur effectus
in rebꝰ. Dixit ergo deus: Fiat
lux. Et facta eſt lux. Ecce quo=
modo dei dicere practicū eſt
ſuum facere. pſal. Dixit/ et fa=
cta ſunt: mandauit/ et creata
ſunt. Per predicta ergo ver=
ba innuitur ꝙ tam facile fe=
cit deus lucē in principio mū
di ⁊ cetera que narrātur Ge=
neſis.j. ꝙ̄ facile quis loquitur.
De huiuſmodi autē luce pri=
mo facta a deo quid fuerit: eſt
triplex opinio. Duas ponit do
minus Hugo in poſtilla ſua;
tertiā autem magiſter Nico=
laus de lyra ſibi ī poſtilla ſua.
Prima igitur opinio dicit ꝙ
huiuſmodi lux fuit quedā nu=
bes lucida habens in ſe quan=
dam tenuem claritatem/ per
quā illuminabantur ſuperio=
res mundi partes. Nec fuit p=
prie creata: ſed ex preiacenti
materia formata: in quā etiā
poſtmodum ſcilicet formato
ſole reſoluta eſt: ſicut dicitur
fuiſſe factum de ſtella que ap=
paruit Magis in oriēte. Item
de columba in cuius ſpecie ap
paruit ſpiritusſanctus ſuper
Chriſtum in eius baptiſmate.
Secunda opinio dicit ꝙ hu=
iuſmodi lux fuit de nihilo cre
ata cum celo et terra: et hoc
verſus oriētem: que circūagi=
tata ſuperius et inferius he=
miſpherium illuminabat: ſicut
nunc operatur ſol. Qꝫ ſi dica=
tur in contrariū ꝙ tunc erāt
aque que totū aeris ſpatiū cō
tinebāt: de quibus dictū eſt in
precedēti clauſula. ꝙ ſpiritus
domini ferebatur ſup aquas;

Dicendum q illud verum est: veruntamen vt ibi dictu est in expositione historiali: huiusmodi aque erant valde tenues et vaporales: nec adhuc condense sicut postmodum factu est: propter quod predicta lux poterat lucere per illud mediu. Unde ad hoc propositum dat dominus cardi. exemplum de nautis qui artificiose faciunt cum descendunt in profundu aquarum ipsas aquas spissiores lucidas: scz oleo de ore emisso sub aqs. Tertia opinio dicit q hmoi lux fuit lux solis: que est qualitas qda: a qua quidem luce alia celi luminaria illustrantur. Propter quod secundo de anima dicitur q sol est pater viroru deorumqz: eo q cetera celi luminaria (que ab antiquis vocabantur dii) recipiunt lumen a sole. Advertendum tn inquit de lyra q huiusmodi lux solaris que dicitur facta prima die: adhuc fuit informis quatum ad aliquavsqz ad quartum diem: secundum q dicit Dionysius de diuinis nominibus ca. iiij. Qualiter autem ipso quarto die fuerit formata: dicet posteain suo loco. Sequitur. Et vidit deus id est videri fecit. Et est sensus. Uisibiliter fecit si esset qui videre posset lucem q esset bona id est ad multa vtilis et necessaria: vt dicetur in sequentibus: et diuisit lucem a tenebris id est illam partem superiorum corporum que aliquantulum illustrabat predicta lux tenuis et imperfecta: remanente parte inferiori que respicit terram in obscuritate. Uel dic conformiter ad secundam opinionem prius recitatam: q predicta lux circumagitabatur ad modum solis: ita vt aliquando esset super hemisperium nostru: et tunc dicebatur dies. Aliquando vero erat sub hemisperio nostro: quamuis nondum esset homo super terra: et tunc dicebantur esse tenebre propter absentiam huiusmodi lucis. Et hoc est quod dicitur: Et diuisit de' lucem a tenebris: appellauitqz lucem diem: scilicet artificiale: qui vespere et absente luce completur. Secus autem de die naturali: qui complectitur. xxiiij. horas: de quo postea dicitur: Factumqz est vespere et mane dies vnus.

¶ Moralis lux designat gratiam: que illuminat interiorem hominem. Tenebre vero peccatum: quia obscurat humanam conscientiam. Unde veris penitentibus loquens Aposto. ad Ephe. v. ait. Eratis aliquado tenebre: supple quamdiu subiacuistis peccato. nunc aut lux in domino: scz p claritatem gratie dei. Huiusmodi autem lux gratie dei non educitur de potentia materie siue subiecti habentis ea: nec etiam datur a deo ex meritis: sed ex mera bonitate et liberalitate dei. In cui' rei signum de ea dicit deus. Fiat lux: et facta est lux. Na meritu repugnat gratie: qz vt arguit Apo. Ro. xi. si ex operib': iam no ex gratia. Propter quod dicit beatus

Tho.prima secūde.q.cxi.ar-
ti.v.ꝙ nullus pōt sibi mereri
primā gr̃iā: supple de ꝯdigno
Gratia enim eo dicitur gra-
tia:q2 gratꝫ datur. Est igitur
repugnantia in adiecto ꝙ det
ex merito/ et sit gratia. Seq̄r
Et vidit de⁹.i.videri fecit:lu-
cem.i.gratiam(ꝙ esset bona.)
Nunqd queso bona est gratia:
maxime cū per eā detur vita
eterna? Gratia dei vita eter-
na:inquit Apo. Ro.vj. Huius-
modi igitur lux gratie dei est
bona melior optima. Bona q̄-
dem q2 dat esse spūale ꝛ diui-
nū. Melior vero q2 dat incre-
mentū illi⁹ esse spūalis. Opti-
ma vero q2 dat perseuerantiā
finalē in tali bono spirituali:
ꝛ hoc nisi habēs eā ponat ob-
icem peccando. Et de his tri-
bus gradib⁹ bonitatꝫ quos cō-
fert lux gratie dei/loquit̄ Ap.
j.ad Cor.xv.dicēs(Gratia dei
sum id quod sum.)Ecce bonū
spirituale qđ confert lux diui
ne gratie.Et gratia eius ī me
vacua non fuit.Ecce profect⁹
dicte lucis.Sz gratia dei me-
cū. Ecce perseuerantia dicte
lucis in bono spūali.Que talis
ac tanta est vt nunq̄ dereliń-
quat possessorem suū nisi pri-
us ipse eā dereliq̄rit. Ecce q̄
optima est.Sequit̄.(Et diui-
sit)supple deus: lucē a tene-
bris i.gratiam a pctis.(supple
mortalibus.Nequeunt eñ ex
dei ordinatione simul cohabi
tare gr̃a ꝛ peccatū : sicut nec
lux ꝛ tenebre.Uñ ap.ij.ad Co
rin.vj.Que inquit societas lu
ci ad tenebras? Tanq̄ aperte
diceret/nulla.Non eni minus
diuise sūt p̄dicte tenebre pec
cati a luce gratie dei / q̄ dia-
bolus ꝛ de⁹.Item per hoc ꝙ
deus in principio mundi diui-
sit lucē a tenebris/dedit intel
ligi ꝙ iusti ꝛ boni qui sunt tan
q̄ lux/debent sequestrare se a
malis qui sunt velut tenebre:
et hoc propter periculū rui-
ne.ps.Cū puerso puerterꝫ.ij.
ad Cori.vi.Que participatio
iustitie cum iniquitate:aut q̄
conuētio Christi ad belial?
¶ Aliter ꝛ in eodem sensu mo
rali per lucē intelligitur lu-
mē naturale quod indidit no-
bis deus radicaliter infundē
do animā in corpus intra vte
rum matris: verum pro tem-
pore soporat̄ in paruulo vsus
rationis propter indispositio
ne organorū corporaliū:ita vt
tunc ligetur dictus rationis
vsus. Sed postq̄ crescēte eta-
te depurantur huiusmodi or-
gana pariter ꝛ phantasmata:
tunc incipit quasi de nouo ori
ri p̄dictū lumē naturale:sicut
patet in paruulis incipiētib⁹
adolescere:ita vt tunc videat̄
dicere auctor nature deus:
Fiat lux:scʒ rationis natura-
lis:que non est aliud nisi que-
dam participatio diuini lumi
nis: iuxta illud psal. ad domi-
nū. Signatū est super nos lu-
men vultus tui dñe. Et vidit
deus lucē ꝙ esset bona: q2 re-
uera bonū est homini ꝙ p̄ter
omnes creaturas īferiores ha-
beat vsum rationis ꝛ natura-
le lumen:per quod possit intel-
ligere quid bonū:ꝛ quid malū:
vt consequēter possit reproba-
re malū:ꝛ eligere bonū: Per
qđ etiam possit se dirigere in
agendis per eū. Per quod in-

super conuenit cum angelicis illis spiritibus. Per quod denique quodammodo communicat et participat cum deo. Unde porphyrius: Sumus rationales vt dii: sed mortale nobis additum est, vt nos seperet ab illis. Ecce quomodo lux naturalis luminis est bona: de qua etiam debemus deo summas gratias. Tunc denique diuidit deus lucem a tenebris: quando actualiter primitus facit paruulum intelligentem: ita vt dicta lux possit merito vocari dies: et carentia illius tenebre et nox. Uel dic quod illi quibus dedit dominus claritatem sensus et intellectus: merito possunt appellari lux et dies. Ceteri autem qui sunt vtroque hebetes grossi et obscuri: possunt dici tenebre et noctes: secundum tamen magis et minus: prout plus vel minus habent de lumine naturali: sicut patet de doctis et indoctis.

¶ Allegorice ab initio mundi deus produxit triplicem legem tanquam triplicem lucem.

¶ Prima fuit lex naturalis: que luxit ab adam vsque ad Moysem: de qua recte potest intelligi illud Jo. j. Lux in tenebris lucet. Et recte dicitur de predicta lege quod lux in tenebris lucet: quia reuera inter paucos quos tunc illustrabat lex naturalis, multi in tenebris ambulabant tanquam ceci facti: ita vt relicto dei cultu, idola adorarent et venerarentur. Et hos valde reprehendit et reprobat sapiens in libro sapien. per plura capitula. In predicta igitur lege naturali dixit deus: fiat lux. Hoc autem fuit quando de productione hominis loquens ait. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Gene. j. Item quando inspirauit in faciem eius spiraculum vite. eiusdem. ij. Sequitur. (Et vidit deus lucem quod esset bona.) quia reuera primus homo bonus creatus est nedum bonitate entis, verum etiam bonitate moris, in hoc scilicet quod ipsum produxit in gratia et charitate atque virtutibus plurimis. at vero eo peccante diuisit deus lucem a tenebris. Hoc autem fuit quando in penam peccati sui vulneratus est in naturalibus, et signanter quo ad intellectum: ita vt verisimile sit eum tunc multum perdidisse de scientia quam sibi prius infuderat deus. et incurrisse ignorantiam circa multa cognoscibilia. Uel dic quod tempore predicte legis nature diuisit deus lucem a tenebris: quandoquidem aliquos illuminauit de credendis: et signanter illis reuelando incarnationem filij sui: quia secundum beatum Tho. ij. secunde. q. ij. artic. vij. semper fuerunt aliqui in omni lege qui crediderunt explicite predictam incarnationem, et aliqui implicite, et signanter denumero minorum et simplicium, quamuis non omnes. Ecce quomodo diuisit tunc deus lucem a tenebris: id est credulos ab incredulis.

¶ Secunda fuit lex scripta: que luxit a Moyse vsque ad Christum. Tunc ergo dixit deus fiat lux, quando dedit legem Moysi in monte syna in tabu-

lis lapideis. Exo. xxxij. Tunc etiam facta est lux quãdo populus suscepit predictam legem de manu ipsius Moysi. In cui⁹ figuram legitur Exodi. xxxiiij. q tunc resplenduit facies ipsius Moysi. Et tunc similiter iudeis oriri visa est noua lux: vt hr ad Hebr. viij. Uidit etiam tunc deus / id est videri fecit lucem q esset bona / id est signis z prodigijs q apparuerunt in monte synai / probauit sufficiẽtissime q lex vetus esset ab eo data / et per consequens bona. Cui⁹ oppositum dixerunt nonnulli heretici. Ceterum diuisit deus lucem a tenebris / quando quidem assumpsit populũ iudaicum in sortem suam / et in populum peculiarem / dando illi circuncisionem et multa alia sacramẽta: relicto gentili populo in idololatria sua. Unde in figuram huius legitur Exodi. x. q facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti / intãtum q spatio trium dierum nemo vidit fratrem suum / nec mouit se de loco in quo erat. Ubicunq autem habitabant filij israel: lux erat. Applicatio est facilis.

¶ Tertia fuit z est lex gratie que lucem cepit ab aduentu Christi. Nam cum predicaret ipse Christus per iudeam et galileam / videbatur dicere: Fiat lux. Et facta est lux. supple quo ad credentes in eum. Et vidit deus lucem gratie q esset bona / eo q illuminat credentes quid sit credendum: quid faciendum: qd vitandum. Luce. j. Uisitauit nos / supple Christus / oriẽs ex alto: illuminare his qui in tenebris z in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Tandem ipse Christus in die iudicij diuidet lucem a tenebris / quando quidem statuet electos a dextris / z reprobos a sinistris: dicens electis. Uenite benedicti patris mei: pcipite regnũ. Ecce lux vera. Deinum dicens reprobis. Ite maledicti in ignem eternum. Ecce tenebre. Appellauitq lucem diem. Ecce status beatorum. Et tenebras noctem. Ecce miseria dãnatorum.

¶ Allegorice z scdo scdm doctrinam Petrum de Pal (Dixit de⁹) id est ab eterno dispo. fuit (Fiat lux) id est Christus secundum humanam naturã: qui de seipso loquens Jo. viij. ait. Ego sum lux mundi. (Et facta est lux) quia verbum caro factum est. Joã. j. Et vidit deus supple pater lucem q esset bona. Et vere bona: qz per essentiam bona ex parte diuinitatis. Luce. xviij. Nemo bonus nisi solus deus. Per hoc autem q deus diuisit lucem a tenebris / denotatur diuersitas Christi ad antichristum et suos. ij. ad Corinthios. vj. Que societas luci ad tenebras aut que conuentio Christi ad Belial?

¶ Anagogice. Tunc deus dixit fiat lux / et facta est lux: quando angelis bonis in bonitate sua perseuerãtibus dedit lucem glorie. Tunc vero diuisit lucem a tenebris: quãdo bonis angelis cum eo perse.

manentibus: deiecit malos in abyssum. Et appellauit lucem diem/propter claritatem glorie quam dedit angelis sanctis. Tenebras vero appellauit noctem: et hoc propter carentiam luminis glorie quo ad angelos malos.

¶ Quinta clausula.

¶ Et factum est vespere et mane dies vnus.

¶ Historice iste fuit primus dies naturalis totius mundi/complectens.xxiiij.horas. Ob cuius memoriam / sed principalius ob honorem dominice resurrectionis / a xpicolis singulariter traditur venerandus: ita vt nihil in eo agi debeat nisi vacare diuinis. de consec. distin.iij.ieiunia. Item disti. lxxv. q die. De huiusmodi die loquens Leo papa valde ipsum exaltat dicens q tantis diuinarum dispensationum mysterijs consecratus est: vt quicquid a domino est insigne constitutum: in huius diei dignitate sit gestum. In hac die mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi et mors interitum: et vita accepit principium. Predictum etiam diem multum venerantur leges ciuiles et imperiales: ita vt interdicant tali die actus iudiciales fieri: similiter et officia cunctarum artium exerceri: preter opera ruralia que tunc ex necessitate et non alias possunt expediri. vt. C. de ferijs. l. omnes iudices. Item contractus in eo minime fieri permittunt predicte leges: vt patet vbi supra .l. dies festos. Dies dominicus (inquit imperator) a contractibus sit alienus: cessetque in eo vox preconis. Quando autem incipit dies naturalis / dicunt leges predicte q more Romano incipit a media nocte: et terminatur ad mediam noctem sequentem. ff. de ferijs. l. more. Hoc idem dicit Plinius in naturali historia. libro primo. c. lxxix. Hodie tamen standum est consuetudini patriarum: vt dicunt communiter doctores. Sed ad nostram historiam redeuntes: aduertendum q in verbis predictis cum dicitur Factum est vespere et mane dies vnus: non est intelligendum q mundus initium sumpserit a nocte: sed potius a luce. Vnde iam dictum est q dominus dixerit. Fiat lux: et facta est lux: modo prius exposito. Sequitur: Appellauitque lucem diem: et tenebras noctem. Ecce quomodo dies precessit simpliciter noctem. Sed ly vespere / capiendum est pro fine et termino prime diei artificialis. Et similiter ly (mane) pro termino noctis precedentis. Luce igitur primitus facta a deo in oriente: et ad occidentem ad modum solis procedente: factum est vespere. Iterum ea luce instar solis migrante sub terra: et veniente ad ortum: factum est mane: et sic factus est vnus dies naturalis consistens ex vigintiquatuor horis qui incepit a primo mane: ex

terminatus fuit adueniēte se cundo mane: sic ꝙ istud scḋm mane de quo hic dicitur ꝙ factum est vespere ⁊ mane dies vnus: fuit terminus prime diei naturalis: ⁊ initium secūde diei tā artificialis ꝙ̄ naturalis. Notādū etiā ꝯformiter ad glos. ordi. ꝙ nox in illo triduo precedente quartū diem fuit omnino ⁊ simpliciter tenebrosa: eo ꝙ sydera que nunc aliꝙ̄tulum illumināt noctē, nōdū erant formata.

¶ Moraliter vespere ⁊ mane possunt referri ad corp⁹ ⁊ animam. Nam corpus humanum cum sit opacum ⁊ tenebrosum siue obscurum pro statu p̄senti, cōgrue designatur per vespere. Anima vero rationalis cum sit in se lucida et clara p donū intellect⁹, per mane intelligitur. Tūc ergo fit vespere et mane dies vnus, cum ex cōiunctione corporis ⁊ anime resultat homo: dicente Athanasio i symbolo quod incipit quicūꝙ. Anima inquit rationalis ⁊ caro vn⁹ est homo. Magna igit dei bonitas, qui non solum dedit homini animam per quā conuenit cum angelis: verū etiam corpus: vt eo bene vtendo pluribus modis mereretur in p̄senti, atꝙ pluribus modis tandem glorificaretur in celis.

¶ Moraliter sicut ex precedentib⁹ patet: dn̄s producēs mūdum incepit a luce: et terminauit opus suum ad lucem, puta ad mane sequentis diei: vt per hoc instrueret hominē debere recognoscere ꝙ omne bonum suum sit principaliter et effectiue ab ipso deo: iuxta illud Jac. j. Omne datum optimū ⁊ omē donū perfectū desursum est: descendēs a patre luminū. Et Pau. ij. ad Corin. iij. Non sumus sufficiētes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Dicit etiā idē apo. j. ad Corin. xij. ꝙ idē sp̄us dei operatur omnia i omnib⁹. Consequēter ex quo sic est ꝙ bonū nostrū a deo procedit tā ꝙ̄ a luce: opus est iterū idem opus referre ad lucem: vt flumina gratiarū reuertant vnde fluunt. Hinc clamat idem apo. j. ad Corin. x. dicens. Oīa in gloriam dei facite. Et psal. Non nobis dn̄e non nobis: sed nomini tuo da gloriā. Sed pfecto multi quasi volētes euertere ordinem dei, volūt terminare opa sua siqua faciūt de genere bonorū, ad noctē. i. ad propriam gloriā. Mat. vj. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominib⁹. Sed audiāt quid sequitur. Recepérūt, inquit dn̄s, mercedē suam.

¶ Allegorice vespere ⁊ mane possunt cōgrue referri ad naturam diuinā ⁊ humanam in xp̄o. Uespere quidē ad naturam humanā: quā assumpsit dei filius aduesꝑascēte iā mūdi termino: secūdū ꝙ placuit apo. dicere. Nos sumꝰ in quos fines seculorum deuenerūt. j. ad Corin. x. Mane vero ad naturā diuinam: Nā sicut mane est pricipium diei: sic ⁊ diuinitas pncipiū omnium rerū. Uideamus ergo quid ex his duab⁹ naturis factū sit. Profecto factū est vespere et ma-

ne dies vnus.i. factum eſt co-operante ſpiritu ſancto vt natura diuina et humana ſimul vnirētur in eodem ſuppoſito in Chriſto: qui fuit tanꝗ dies vnꝰ. Dies quidem propter omnimodā vite puritatē: quia peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Eſa. liij. Unus vero propter ſingularitatem: quia vnus eſt / et ſecūdum nō habet. Eccles. iiij. Unde Athanaſiꝰ in ſymbolo: Sicut anima rationalis et caro vnus eſt homo: ita deus et homo vnus eſt Chriſtus.

¶ Anagogice predicta verba recte poſſunt exponi de duplici notitia angeloꝝ: vcꝫ veſpertina et matutina. Nam cum cognoſcunt res in proprio genere / talis notitia vocatur veſpertina. Cum vero eas vident in verbo / huiuſmodi notitia matutina dicitur: et hoc propter ſui excellentem claritatē. Prima vero ideo dicitur veſpertina: eo ꝙ ꝯparata ad notitiā que habetur in verbo: eſt velut quedā tenebra / et obſcura atꝙ valde imperfecta cognitio. Et ſic factum eſt veſpere et mane dies vnus: non ꝗdem ſic ꝙ due predicte notitie conſtituant vnam tertiam ex illis reſultantem: ſed quia ille in vno eodemꝙ ſuppoſito angelico conueniunt. Et notanter hmōi ſuppoſitū dr dies vnus. Dies quidē ꝑpter eminētem ſcientie claritatem / ſiue propter nature puritatē / et ab omni culpa immunitatē. Unus vero: quia ſecundum doctrinā beati Thome / vnꝰ ſolus angelus inuenitur in qualibet ſpecie: nec ſunt aut eſſe poſſunt duo eiuſdem ſpeciei.

¶ Sexta clauſula.

¶ Dixit quoꝙ deꝰ: Fiat firmamentū in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuiſitꝙ aquas ꝗ erant ſub firmamēto: ab ijs que erant ſuper firmamētum. Et factū eſt ita. Vocauitꝙ deus firmamētū celū. Et factū eſt veſpere et mane dies ſecundus.

¶ Hiſtorialiter notandum eſt ꝙ ordinate procedat Moyſes auctor huiꝰ libri. Nā poſtꝙ egit de opere prime diei quod fuit opus creationis / vt habitum eſt: hic cōſequenter incipit agere de oꝑe ſecūde diei: quod fuit opus diſtinctionis. Aliquid tamen ſecundum opinionem aliquorū doctorū immiſcet de opere creatiōis / cū ait: Dixit deus. Cuius dicere eſt ſuum velle facere. Fiat firmamētum in medio aquarū: et diuidat ⁊c. Sequitur: Et fecit deus firmamentū. Uidendum igit̄ eſt quid ſit hmōi firmamentū. Ad quod reſpōdet

demum⁹ Hugo cardi. in postilla sua dicens q̄ est superficies mundi sensibilis ex aquis in cryttallum congelatis, vt nõnulli dicunt, continens omnia alia sensibilia ad similitudinē teste oui. Et dicitur firmamētum a firmitate: eo scilicet q̄ sit firmum. Item firmum est ꝛ intransgressibile: ꝛ hoc propter aquas que super ipsum sunt. Beatus autem Thomas qui eum secutus est aliquo tēpore: de hoc expressius ꝛ clarius loquitur prima par. q̄sti. lxviij. arti. j. vbi recitat dupli cem opinionem de firmamento: ꝛ neutram reprobat: quanuis videatur magis condescēdere secunde.

¶ Prima igitur opinio est illorum qui dicunt q̄ per firmamentū intelligitur celū sydereum. i. in quo sunt sydera siue stelle. Et si dicatur q̄ celū fuit factū prima die: iuxta illud: In pricipio creauit deus celum ꝛ terrā: Ad hoc respondet venerabilis Beda q̄ celū ibi capitur pro celo empyreo. Firmamentum vero quod legitur secunda die factū: et de quo hic agit ꝛ dicitur: Uocauitq̄ deus firmamētum celū: est celū sydereū. Et si dicatur q̄ deus (vt prediximus in prima clausula) creauit pma die omēs celos: ita vt ibi ponatur singularis numerus ꝓ plurali: Ad hoc respondemus q̄ ibi locuti sumus secundum vnam opinionem: quam etiam tenet Augustin⁹. Quam si velimus sequi, tunc habemus dicere q̄ secūda die deus nihil creauit, sed firmamentum iam creatū ornauit, et officium proprium sibi iposuit: quod est diuidere aquas ab aquis. Alia autem ꝛ cōmunior opinio dicit q̄ deus singulis dieb⁹ singulas ꝛ speciales creauit creaturas: aut saltem de preiacenti materia ꝓduxit, saltem aliquas, puta inferiores. Nam de superioribus loquendo constat secundum cōmunem doctrinā philosophorum q̄ corpora celestia sunt incorruptibilia, eo q̄ non habent materiam priuationi admixtam, sicut hec inferiora: ꝛ per consequens materia eorum non est susceptibilis alterius forme ab ea quam habet.

¶ Secūda opinio est illorum qui dicunt q̄ per firmamentū quod legitur secunda die factum, itelligitur illa pars aeris in qua cōdēsantur nubes. Et dicit firmamentū propter spissitudinem aeris in parte illa. Quod enim spissum est et solidum, dicitur esse corpus firmum: ad differētiam corporis mathematici, id est phātastici, vt dicit Basilius. Et hāc opinionem satis bene commēdat beatus Augusti. ij. super Gen. ad literam. Nihil enim (inquit) contra fidē continet. Insuper in prōptu posito documento credi potest. Hec ille. Sequendo ergo hanc opinionem tāq̄ probabiliorem ꝛ faciliorem, oportet cōsequenter dicere q̄ huiusmodi firmamentum secunda die factum, dicitur celum nō proprie sed equiuoce: et propter quādam similitudinem cum celo proprie dicto. Et ideo ad denotā-

dum huiusmodi equiuocatio-nem signāter dicitur in textu Genes. quod vocauit deus firmamētum celum. Similiter etiā equiuoce capitur celum Dan. iii. cū dicitur: Benedicite aque omnes que sup celos sunt domino. Item etiā in illis verbis Psal. vbi ait: Aque que super celos sunt laudent nomen domini, id est hoīes ad ipsum laudandum prouocent. Resolutorie ergo insequendo secūdam opinionē, per firmamentum itelligitur aer grossus et nubilosus qui distinguit superiorem partem eiusdem aeris in qua generantur pluuie et huiusmōi impressiones que super terram descendunt: ab inferiori parte eiusdē aeris que aque connectitur, et sub nomine aquarum intelligitur. ita enim cōcludit beatus Thom. pma parte. q. lxviij. articu. iij. Sequitur ī textu. Et factum est vespere et mane dies secūdus. Expone sicut prius.

¶ Moraliter aq̄ in sacra scriptura sepe populū designāt: vt pz Apoc. xvij. et hoc ppter fluxibilitatē. ij. Re. xiiij. Oēs morimur: et quasi aque q̄ sunt super terram, dilabimur. Nā sicut aqua naturaliter tendit deorsum: sic et homo continue tēdit ad mortem. Huiusmodi autē aquarum alique sunt superius eleuate quo ad cōtemplatiuos. Job. vij. Suspendiū, id est ascensum in celū per mētis contemplationē (elegit anima mea) Et Philip. iij. Nostra conuersatio, inquiunt cōtēplatiui (ī celis est) per desideriū et amorem eternorum: ita vt dicat anima deuota sicue vir contemplatiuus ad dominū illud Cañ. j. Trahe me post te, curremus post te in odorem vnguentorum tuorum. Alie vero aque mouentur circa terrā, id est terrena: rationabiliter tamen et moderate: et hoc quo ad actiuos. Unde de Martha per quā designatur vita actiua, dicit Lu. vi. quod satagebat circa frequēs ministeriū. Cui etiam dixit dñs: Martha Martha solicita es, et turbaris erga plurima. Firmamentum autem diuidēs aquas ab aqs: est firma dei voluntas: que stabiliuit vt semp in presenti vita aliq̄ essent dediti vite cōtemplatiue, et aliq̄ vite actiue. Si enim omnes essent dediti cōtemplationi: q̄s coleret agros? Et per oppositum si omnes intēderent culture terre: quis exoraret dñz pro populo? Necesse igitur est vt sint aque superius et inferius: que inter se diuiduntur nō solum per disparitatē meriti et gratie: verumetiam interdum loco: et hoc propter vite periculum. Non enim multum expedit ecclesiasticos et religiosos passim cōuersari cū laicis: tum ne tepescat eorum deuotio: tum ne forsan scādalizentur aliquorum malo exemplo. Unde etiā olim apud gentiles sacerdotes idolorū seorsum habitabāt propter predictas causas: vt refert Aug. de vidisse, ad fres ī ere. S. xxxvij. q̄ ītitulatur de sacerdotib9.

¶ Uel dic in eodē sensu morali quod firmamētum in medio aquarū designat bonū prelatū

in medio subditorũ. Firmamẽtum enim a firmitate ꝛ soliditate dicitur: vt dictum est. Et quanuis omnes tam magni ꝙ parui, id est tã prelati ꝙ subditi, debeant esse firmi et solidi in bono virtutis et gratie: precipue tamen hoc incumbit ipsis prelatis: ꝛ hoc quantum patit̃ hũana fragilitas. Hinc est ꝙ maiores prelati debẽt esse in statu perfectionis acquisite: vbi tamen subditis sufficit ꝙ ad perfectionẽ tendant. Non tenentur tamen omnes subditi ad perfectiõis statum tendere, sꝫ soli religiosi. Ecce ergo quid firmamentũ in medio aquarum designat. Et notanter dictum est in medio aquarum. Nam sicut ex dei ordinatione situatum est predictum firmamentum materiale in medio aquarum elementarium: ita de iure diuino est vt cessante omni legitimo impedimento celi, id est ecclesie prelati resideant vt communius ꝛ vt in pluribꝰ in medio aquarum, id est cum ouibus suis. In cuius figuram legitur Luce secundo ꝙ pastores custodiebant vigilias noctis supra gregem suũ. Et Eccli. xxxij. Rectorem te posuerũt. hoc dicitur propter pastores qui assumuntur per electionẽ. Sequitur. Noli extolli. Esto in illis, id est iter illos: quasi vnus ex ipsis: per humilitatẽ supple. Curam illorũ habe. Dixit etiã Christus Petro, et per consequens omni prelato: Pasce oues meas: pasce agnos meos. Pasce inꝙ pane doctrine salutaris, et vite exẽplaris. Sed hec que dicta sunt de vero pastore, impleri nõ possunt nisi per actualem residentiam. Qꝫ si fiat instantia de episcopo qui non potest residere in singulis parochijs sue diocesis: dicendũ ꝙ sicut papa vbicũꝙ locorum fuerit semper reputatur presens toti ecclesie: ita simili t̃ episcopus vbicũꝙ habitet, dũmodo intra suam diocesim, semper reputatur toti diocesi p̃sens. Et idem iudiciũ est de curato in ordine ad parochiã sibi cõmissam: et de abbate in ordine ad suam abbatiam: et idem de priore. ꝛc. Ecce q̃modo firmamentũ debet esse in medio aquarũ, id est prelatus in medio subditorum. Quod vbi fecerit, tãdem beatus erit. Sed vt habet̃ Mat. xxiiij. Quis putas est fidelis seruus ꝛ prudẽs quem constituit dominus sup fa. s. q̃ supple cũ ea resideat? Hoc dicit ꝓpter paucitatem residẽtium cum ouibus suis. Contra quos etiam iura canonica clamãt, que pro presenti missa facimus.

¶ Allegorice firmamẽtum in medio aquarũ est Christus in medio electorum ꝛ reproborũ in die iudicij. Qui bene dicit̃ firmamẽtum, a firmitate ꝛ soliditate: quia tunc erit adeo firmus ꝛ solidꝰ, ꝙ erit omnino inflexibilis. Prouerbio. vi. Non acquiescet cuiusꝙ precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Tunc ꝙ huiusmodi firmamentũ diuidet aquas ab aquis: q̃n quidẽ statuet oues a dextris: hedos autem a sinistris. Matth. xxv

Bene etiam dictum firmamē tum dicit celum. Celum enim a celādo est dictū: quia nobis celat ꝛ occultat ea que supra ipsum sunt. ita et Christ⁹ hucusq; nobis celauit diē et horā iudicii. Mat. xxiiij. De die autem et hora illa nemo scit. Et eiusdē. xxv. Vigilate: quia nescitis diē neq; horam. Sed qd est quod additur: Factum est vespere ꝛ mane dies secūdus? Ad hoc potest dici ꝑ hoc designari celeritatē diuini iudicii quod nō protrahetur per tempus et tēpora: neq; ꝑ medium temporis. s. non obstāte ꝙ omnes cause mundi/ ꝛ qcqd factū est a constitutione mundi vsq; ad illius cōsummationem/ ibi discuti ꝛ diffiniri debeant: nō tamen ꝓlongabitur per plures annos/ mēses/ hebdomadas/ aut dies: ſ; in vno ꝛ eodē die fiet. Nec insup totus vnus dies naturalis aut artificialis occupabitur i illo: sed tantū pars illius: sed que aut ꝗta/ ignorat. Erit tamen breuissima: quia in ictu oculi: vt videt innuere apost. j. Co. xv.

¶ Anagogice firmamentū in medio aquarū/ ꝛ diuidēs aq̄s q̄ sūt sub firmamēto / ab his q̄ sunt sup̄ firmamētū/ designat differētiā meritoꝝ ꝛ statuū q̄ erit ex diuina ordinatione int electos et reprobos post hanc vitam: q̄ talis ac tanta erit vt nō possit pertransiri. Qd etiā plenissime insinuat ex responsione patris Abrahā ad petitionē diuitis epulonis existētis in penis inferni: ꝛ petentis Lazarū mitti ad eū cū gutta aque. Hoc (indt Abrahā) fieri nō potest. Nā inter nos et vos chaos magnū firmatū est: vt hi q̄ volunt hic trāsire ad vos nō possint: neq; inde huc trāsmeare. Luce. xvj. Propterea Augusti. de ci. dei. lib. xxi. ca. xvij. reprobat opinionē seu verius errorē Origenis qui asseruit: aut saltem sibi ab emulis impositū est ꝙ asseruerit: oēs dānatos tam homines q̄ demones quādoq; a penis inferni liberādos: et beatis associādos. Hoc enim est cōtra illud dñi verbū Matth. xxv. Ibunt hi in suppliciū eternum: iusti autē in vitam eternam.

¶ Septima clausula.

¶ Dixit quoq; de⁹: Congregētur aque q̄ sub celo sunt, in locū vnū: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam, terrā: congregationesq; aquarū appellauit maria.

¶ Historialiter notandū conformiter ad dominum Hugo. card. ꝙ tertio die cōgregauit deus aquas que erant sub firmamento/ in locū vnū. que lic; plura obtineant loca: tamē dicte sunt cōgregate in vnū: eo ꝙ ꝯtinuant in vnū intra viscera terre. Et potuit indt esse vt aque q̄ tm̄ aeris spatiū occupabant vapoꝛabiles/ postmodum solidate modicū occupa-



rent locum: vel factum est vt
terra intra se eas tanq̄ in ma
trice concluderet. Nam secun
dū de lyra/ virtute diuina fa=
cte sunt cōcauitates in terra:
in quibus recepta est magna
pars aquarum. Quo facto ap
paruit magna pars terre dis=
cooperta aquis ad habitatio=
nem hominum et animalium.
Sequitur: Et vocauit deus a=
ridam terrā/ scʒ a proprietate
sua naturali: que est siccitas.
Cōgregationesq̄ aquarū ap=
pellauit maria. Et nota ꝙ hic
maria accipiūt more hebrai=
ce pro omni cōgregatione no
tabili ⁊ magna aq̄rū: apud q̄s
etiā stagna vocāt maria: vt pʒ
in euange. Lu. v. vbi sic legit:
Cum turbe irruerēt ī Jesum
vt audirēt verbū dei: ⁊ ip̄e sta
bat secus stagnū genesareth.
Super q̄ Beda. Stagnū gene
sareth idē dicūt esse qḋ mare
galilee/ vel mare tyberiadis.
Nam hebraice lingue cōsuetu
dine omnis aquarū cōgrega=
tio siue dulcis sit/ siue salsa: ma
re nuncupatur. Hec ille.
¶ Moraliter aque ī sacra scri
ptura vno modo peccata desi
gnant: vt ibi: Saluum me fac
deus (inquit ps.) qm̄ intraue=
runt aque. i. pctā/ vsq̄ ad ani=
mam meā. i. vsq̄ ad cōsensum
plenum ⁊ perfectū rationis: ⁊
tunc ibi ꝯsummatur peccatū.
Pctm̄ autem cū consummatū
fuerit/ generat mortē/ supple
spiritualem et eternalē. Con=
gregātur autē huiusmodi a=
que peccatoꝝ in locū vnum:
cū ille qui vult debite cōfite=
ri/ recolligit peccata sua q̄tū
ad numerū/ tēpus/ locū/ ꝯsor=
tium/ continuationē: et sic de
aliis circūstantiis aggrauāti=
bus peccata: ita vt nihil rema
neat indiscussum: sʒ appareat
humana conscientia arida. i.
discooperta aquis peccatorū.
Et tunc hmōi peccatorū con=
gregatio intra vtrē memorie
vel humani cordis vocat pro=
prie mare quādo adest amari=
tudo cōtritionis: ita vt meri=
to possit dici de tali penitente
illud psal. Congregans sicut
in vtre aquas mare. Caueat
tamen penitens ne dimittat
aquas peccatorū in loco ī quo
eas ꝯgregauerit: videlʒ intra
vtrem cordis sui: sed studeat
eas q̄tocyus abiicere longe a
se p̄ sacramētalē cōfessionem.
Unde Origenes. Laboremus
congregare aquā que est sub
celo/ ⁊ eam abiicere a nobis:
vt cū hoc factum fuerit/ appa
reat arida: id est humana con
sciētia pura ⁊ nūda corā deo
et angelis eius: nostra quoq̄
conuersatio bona corā homi=
nibus resplēdeat: vt inde glo=
rificent patrē nostrum qui in
celis est.
¶ Moraliter ⁊ aliter aque in
sacra scriptura quādoq̄ signi
ficant diuitias terrenas ⁊ tē=
porales/ eo ꝙ fluunt et currūt
de vno in alium. De quibus in
psal. Uerūtn̄ in diluuio aqua=
rum multarū ad eum non ap=
proximabunt. Ac si aperte di=
ceret psal. ꝙ hmōi aque tēpo=
raliū bonoꝝ vbi valde abūdāt
plus obsunt humane saluti q̄
prosint. Eccli. xj. Si fueris di
ues/ nō eris immunis a pecca=
to. Et. j. Ti. vj. Qui volunt di=
uites fieri: incidūt in tētatio=

nẽ: ⁊ in laqueũ diaboli. Sȝ q̃ d
volunt facere diuites ⁊ auari
de hmõi aquis q̃ ſub celo ſũt:
id eſt in hoc mundo: q2 in alio
ſeculo minime reperiuntur?
Profecto laborãt die ac nocte
per fas ⁊ nephas congregare
eas in locũ vnũ: id eſt reclude
re eas in arcis ſuis/ nolentes
ꝙ currant ad aliorũ vtilitatẽ.
laborãt etiã denudare aquis
aridam .i. pauperes agricolas
trahendo p vſuras ⁊ vias obli=
quas modicas aquas eorũ: ita
vt tales ſepe maneant aridi ⁊
ſicci per defectũ temporaliũ.
Sed quid proſit talibus diui=
tibus congregatio huiuſmo=
di aquarũ multarũ: audiam⁹.
Cõgregatiões aquaꝝ (inquit
Moyſes) appellauit maria. Ui
deat lector q̃ bñ iſta ꝯgruant
propoſito noſtro: mare nẽpe
ab amaritudine dictũ eſt: eo
ꝙ ſit amarũ: per q̃d deſigna=
tur ꝙ diuites in cõgregando
predictas aquas que ſub celo
ſunt/ in locum vnũ: ſepiſſime ⁊
ordinarie patiuntur pene in=
finitas amaritudines ⁊ ſolici=
tudines. Taceo de amaritudi
ne in conſeruãdo: ⁊ in perden
do eas vbi fortuna occurrit.
Eccl. v. Saturitas diuitis: id
eſt plenitudo marſupioꝝ ⁊ hor
reorũ: nõ ſinit eũ dormire: ſci=
licet pre nimia ſolicitudine.
Sequit: Diuitie cõſeruate in
malũ domini ſui: ſunt ſupple.
Pereũt eñi in afflictione peſ=
ſima: ſcilicet ſui poſſeſſoris: q̃
inde valde affligitur: ita vt
interdum extorqueat ſibi hac
occaſione vitam. Merito er=
go congregatiões aquarũ ap
pellantur maria.

¶ Allegorice aq̃ in ſacra ſcri=
ptura quandoq̃ populũ deſi=
gnant: iuxta illud Apoc. xvij.
Aque multe/ ppli multi. Tũc
ergo congregabunt aque que
ſub celo ſunt: ⁊ que ferme co=
operiunt hodie totã terrã/ in
locũ vnũ quãdo q̃dẽ xpo ſedẽ=
te pro tribunali in valle Joſa=
phat congregabũtur ante eũ
omnes gẽtes. Math. xxv. Itẽ
Johelis. iij. dicit dñs: Cõgre
gabo omnes gentes: ⁊ deducã
eas in vallẽ Joſaphat: ⁊ diſce=
ptabo cum eis ibi. Q̃d etſi de
oĩbus ad literã loquant predi
cte auctoritates poſſũt tñ ſpe
cialiter reſtringi ad reprobos
q̃ in fine ſcl'oꝝ dupl'r cõgrega
bunt. Primo q̃dẽ tanq̃ audi=
turi ſup ſe iuſtã dei ſententiã
cũ dicet: Ite maledicti ⁊c. Se
cũdo vero tanq̃ ſuſcepturi ꝯdi
gnã p meritis penã. Eſa. xxiiij.
Congregabunt cõgregatione
vnius faſcis in lacũ: ⁊ claudẽt
ibi in carcere. Ecce quõ ꝯgre=
gabunt finalit aque q̃ ſub celo
ſunt q̃ ad malos. Et q̃d ſubdit.
Et appareat arida ad electos
referẽdũ eſt: q̃ i dicto iudicio
apparebũt velut arida .i. ter=
ra ſicca ab humore iniq̃tatis
⁊ cõcupiſcẽtie. Sed quid ſibi
vult quod ſequitur: Et voca=
uit deus aridam terrã: niſi ꝙ
diuine voluntatis eſt vt iuſti
et electi non ſolum ſint aridi
in preſenti per carnis mace=
rationem: verũetiam terãn=
tur per aduerſorũ tolerantiã.
hoc enim inſinuat hoc ipſum
nomen terra: quod a tero te=
ris dicitur. Hinc Apoſto. ij.
Timo. iij. Omnes inquit qui
pie volunt viuere in Chriſto/

persecutionē patiūtur. Quod autem postremo subdit: Congregationesq aquarū appellauit maria: ad ipos reprobos merito referendū est: qui post vtrāq predictā ꝯgregationē et iudicij et pene: erunt velut maria: ꝓpter amaritudinem confusionis horrende quo ad primū: et pene subeunde quo ad secundum.

¶ Anagogice aque q̄ sub celo sunt: recte designant angelos malos: qui fuerūt fluxibiles p liberi arbitrij libertatē: ꝛ tandem positi sunt sub celo: qm̄ inde ob vite demeritū descenderunt. Cōgregati vero sunt in locū vnum qn̄ oēs deputati sunt iusto dei iudicio teterrimis carceribus infernalibus. Esa. xiiij. Ad inferna detraheris cū superbia tua. Et q̄uis nōnulli eorū presertim qui minus peccauerāt remanserint in hoc aere caliginoso ad hominū exercitiū: nihilomin⁹ in vltimo dei iudicio recludent in abyssum inferni cū ceteris qui iam ibi descēderūt ad torquēdū reprobos: vt dicit beatus Tho. j. pte. q. lxiiij. q. iiij. Post itaq ipsoꝝ malignorum spirituū descēsum in locū vnū inferni: apparuit arida. i. terra celi q̄ apud psal. dicitur terra viuentiū apparuit sicca et absq humore cuiuscunq culpe: propter qd merito dr arida. Qd autē subdit: Cōgregatiōesq aquarū appellauit maria: referēdum est ad penā malignoꝝ spirituū: q vt hr Esa. xiiij. proiecti sunt in ꝓfundū abyssi infernalis: vbi sine fine degunt cū amaritudine mirabili: et que nunq dulcescet. Ecce mirabile mare.

¶ Octaua clausula.

¶ Uidit de⁹ q esset bonū. Et ait: Germinet terra herbā virētem, ꝛ faciētē semen: et lignū pomiferū faciens fructum iuxta genus suū: cuius semen sit in semetipso sup terrā. Et factū ē ita. Et protulit terra herbam virentē, ꝛ facientem semen iuxta genus suum: lignūq faciens fructū: et habens vnūqdq semētem scdm speciē suā. Et vidit deus q esset bonū. Et factum est vespere et mane dies tertius.

¶ Historialiter (sicut patz ex prima clausula hui⁹ capituli) terra cum primum fuit a deo producta: erat inanis ꝛ vacua. Inanis quidem: id est nihil valens ex se generare: eo q esset cooperta aquis. Propter qd

deus segregauit in locũ vnum
ipsas aquas: et tunc apparuit
arida. Insuper erat vacua: eo
ꝙ nõ erat ornata herbis ⁊ plã
tis. Ideo ipse summus opifex
deus remouẽdo ab ea hanc va
cuitatem dedit sibi die tertia
naturalem virtutẽ ⁊ proprie-
tatem vt posset germinare / di
cens: Germinet terra herbam
virentem: id est accipiat a me
qui omnia possũ: virtutẽ ger-
minandi herbam virentẽ ⁊c.
Textus est clar⁹. Possunt au-
tem moueri circa precedentẽ
textum tria dubia.

¶ Primũ igitur dubium est.
Utrum sit verisimile ꝙ domi
nus produxerit herbas cũ se-
mine: et similiter arbores cũ
fructibus suis. Respõsio. Scri
ptura Geñ. non dicit clare et
aperte ꝙ ita fecerit deus. Nõ
possumus quidẽ negare ipm
produxisse herbas cum viro-
re suo: quia hoc aperte loqui-
tur litera dicẽs: Protulit ter
ra herbam virẽtem. sed quod
subditur / faciẽtem semẽ iuxta
gen⁹ suum: potest sic glossari
id est aptam natam facere se-
mẽ iuxta genus suũ. Itẽ cũ di
citur: Lignũq; pomiferum fa
ciens fructũ: id est natum fa-
cere fructũ. Uel facientem se-
men iuxta genus suũ / nõ qui-
dem completiue seu consum-
matiue et perfectiue: sed ini-
tiatiue. Da exẽplum de triti-
co in herba: de quo vulgo dici-
tur: Hoc triticũ pulchrũ est.
cum tamen nõ sit adhuc triti
cũ nisi initiatiue. At vero scri
ptura ex alio passu me conuin
cit ad credẽdum dominũ pro-
duxisse herbas cũ perfecto se-
mine / item arbores cũ fructu:
dicẽs: Dei ꝑfecta sunt opera.
Item in Geñ. Uidit deus cun
cta que fecerat: ⁊ erant valde
bona. Tunc enĩ secũdum oẽs
doctores prim⁹ homo factus
est in statu perfecto potẽs ge-
nerare. Tunc enĩ perfectũ est
vnũquodq; quãdo potest ge-
nerare sibi simile. Et eodem
modo videtur dicẽdũ de ter-
re nascentibus que tunc sunt
perfecta quãdo habẽt in seip-
sis semen. Unde sicut christus
ab instanti sue conceptionis
fuit verus deus ⁊ homo perfe
ctus: eo ꝙ esset specialissimũ
opus spiritussancti: iuxta il-
lud Luce. j. Spiritussanct⁹ su-
perueniet in te / ait Gabriel ad
virginem: ita in proposito suo
modo dicendum est.

¶ Secundum dubium. Quo
mense productus est mundus
a deo? Ad hoc dicit de lyra ꝙ
apud Hebreos est duplex opi-
nio. Prima est Rabbi eliezer ⁊
suorum sequacium dicentium
ipsum fuisse productũ in men-
se septẽbri / quãdo fructus sũt
in arboribus maturi / et habẽ-
tes semina in seipsis: et hec in
quit opinio cõmunius tenet
ab hebreis tanꝙ ratiõabilior.
Pro qua etiã videtur facere
illud Deuterono. xxxij. Dei ꝑ-
fecta sunt opera. Secũda opi-
nio est Rabbi Josue ⁊ suorum
sequacium: qui dicunt mundũ
fuisse productum in Martio:
quãdo terra incipit germina-
re herbas. Uñ ⁊ Exo. xij. Mar
tius vocat primus mẽsis oĩm
mensiũ. Hãc etiã opinionem
tenet glo. ordi. sup hoc passu.
Unde sup illo ꝟbo: Germinet

rt.sic dicit dicta glo.p⁹ bedā. Ptz in his verbis q̄ vernō tē pore mūdus pfectus est ⁊ ornatus: in quo solent herbe apparere virētes: ⁊ ligna pomis onusta presertim in regionib⁹ calidis. et hāc opinionē tenet vniuersa eccl'ia latina. In cuius etiā rei signū xp̄s in Martio incarnatus est, quasi iam incipiens redimere ⁊ reparare mūdum in eodem mense in quo primū pductus fuerat: vt vnū alteri correspōderet.

¶ Tertiū dubiū est vtrū dn̄s producēs die tertio herbas ⁊ arbores, ⁊ totū de terra simul etiā pduxerit malas herbas, quales sunt vrtice, tribuli ⁊ similes. Idem querit de malis arboribus infructuosis ⁊ sterilibus. Istud dubium mouet Augusti. sup Gen. ad literam libro.ij. Ad qđ respōdet q̄ sic. Non tamē inquit ante lapsum hominis nascebant talia ad penam ipsius, sicut post: cū ait dn̄s ad Adā. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vite tue. Spinas et tribulos germināabit tibi. Gen.iij. Dicit etiā btūs Tho. cōformiter ad beatū Augu.j.pte.q.lxix. ar.ti.ij. in solu. ad scđm q̄ priusq̄ deus malediceret terre, iam produxerat spinas ⁊ tribulos: sed nō erant pducti in penā: sicut post pctm̄ illius. Voluit enī dn̄s in vltionē peccati hominis vt terra quā propter cibum coleret, infructuosa quedam ⁊ noxia germinaret. Verisimile tamen est q̄ terra paradisi terrestris nec ante peccatū nec deinceps ptulit herbas nociuas: siue arbores steriles: maxime cum talis paradisus vocetur locus deliciaꝝ. Predicta q̄ tm̄ habent vitatē de terra quā inhabitamus.

¶ Moraliter terra est humana conscientia: que tunc pducit herbā virentem, quādo cū auxilio dei et benedictione illius incipit habere desideriū bene agēdi. Tunc vero affert semen bonū quādo post bonū desideriū incipit opus bonū. Vn̄ de tali duplici bono quasi gratias agentes dicunt ad dominū anime deuote illđ Esa. xxvj. A facie tua domīe: id est ab inspiratione ⁊ motione sancta concepimus. Ecce herba virēs. Et quasi parturiuim⁹ et peperimus spiritū salutis. Ecce semen boni operis.

¶ Vel dic q̄ herba est humana conscientia. Hec autē herba tunc est arida ⁊ sicca, quādo est absq̄ hūore diuine gratie: nec potest tunc afferre semen boni operis saltem meritorij. Tunc vero viret quādo perfunditur aqua gratie dei: et tunc affert semē bonū: imo optimū. De quo Iaco.j. Omne datū optimū, et omne donum perfectū desursum est descendens a patre luminum.

¶ Moraliter iuxta illam secūdam clausulā in qua dr̄: (Et lignū pomiferū faciens fructū iuxta genus suū.) Notandū q̄ sicut lignum pomiferū habet quinq̄: videlꝫ radicē viuā: dilatationē: erectionē: folia: fructus: ita homo iustus qui est tanq̄ arbor euersa, debet habere radicē charitatis: quia vt dicit Grego. homilia. xxvij.

nihil habet viriditatis ramus boni operis: nisi manserit in radice charitatis. Item debet habere dilatationem charitatis: que se extendit ad sinistrã per patiẽtiã: et ad dexterã per beneuolentiam. i. ad Corin. xiij. Charitas patiẽs est etc. Item debet habere erectionẽ spei. Itẽ folia per sanam doctrinã. Item fructũ per opus bonũ. Huiusmodi aũt fruct⁹ siue poma colligentur in morte hoĩs iusti cũ eo: qui cũ ipsis statuet in domo dñi in celo per eternam beatitudinem. Faciat ergo omne lignum pomiferũ fructum iuxta genus suũ. Quod fit cũ vnusquisqꝫ digne ambulat in ea vocatione in qua vocauit eum dominus.

¶ Mystice terra est beata anima: de qua recte põt dici illud ps. Benedixisti dñe terrã tuam. Olim enim in lege tãqꝫ maledictus habebatur oĩs sterilis: et qui non relinquebat semen super terrã. Teste aũt diuo Hieron. beata Anna pmãserat cũ viro suo Joachim p annos. xx. absqꝫ ple. Tunc ergo benedixit dñs huic terre quãdo quidẽ edidit diuino munere Anna Mariã. Et hoc est quod figuratiue loquitur scriptura dicens. Germinet terra herbã virentẽ. i. Anna Mariam gratia plenã: et nihil de sterilitate peccati Ade habẽtẽ. Tandẽ herba virẽs. i. Maria herba per humilitatẽ: et virẽs per gratie plenitudinẽ: fecit semen: quãdo edidit saluatorẽ: q fuit semẽ illud ĩ quo bñdicte sunt omnes gentes.

¶ Allegorice quo ad sequentẽ textũ nota qꝫ lignum pomiferũ est xp̃s: qui fuit semẽ predicte herbe virentis. i. fili⁹ marie v̓gis. Qui etiã recte appellat lignũ pomiferũ: q: attulit fructũ redẽptiõis nr̃e. Attulerũt qdẽ pr̃iarche fructũ trigesimũ: pphete sexagesimũ: xp̃ifera Maria cẽtesimũ. At vo bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris sui nobis attulit fructũ innumerabilẽ sicut et iestimabilẽ atqꝫ sapꝑ̃ctabilẽ: de q etiã satiant oẽs fideles. ps. De fructu operum tuorũ satiabit terra. Ezechi. xxxvi. Multiplicabo fructũ ligni. Itẽ Can. vij. loquitur anima deuota dicẽs. Ascendã in palmã: scꝫ per mẽtis cõtẽplationem in arborẽ crucis saluatoris: et apprehẽdã fruct⁹ ei⁹: inter quos precipu⁹ est remissio peccatorũ. Mat. xxvi. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis me⁹ noui testamẽti q p multis effundetur in remissionem peccatorum. Pro omnibus quidem sufficienter: sed pro multis efficaciter. Ecce igitur lignum faciens fructũ iuxta genus suum.

¶ Anagogice terra germinãs herbã virẽtẽ: et faciẽtẽ semen: et lignum pomiferum faciens fructũ iuxta genus suũ etc. est terra illa celestis de q psalm. Credo videre bona domini in terra viuentium. Germinauit autem hec terra nõ quidem per eductionem de potentia materie: sed tantum per beneficiũ creatoris: herbam virentem: id est minores angelos: qui omnes simpliciter fuerunt creati in celo empyreo: et primitus viuẽtes per

gratiam. Insuper germinauit
per eundem modū creationis
omnipotētis dei lignū pomi-
ferum faciēs fructū iuxta ge-
nus suum: qđ referēdū est ad
creationem angelorū supio-
rū: qui sicut ⁊ inferiores fue-
runt creati in gratia ⁊ chari-
tate. Feceruntq3 isti ⁊ illi fru-
ctum bone operationis: et si-
gnāter diuine dilectionis su-
per omnia. Sed nō omnes ꝑ-
stiterunt in tali fructu / sicut
patuit in ruina malorum an-
gelorum: qui per peccatū su-
perbie perdiderunt grām et
meritum iam acquisitum: in-
super posuerūt obicē sue futu
re btitudini. Sȝ qđ sibi vult
ꝙ omnes angeli in primo in-
stanti sue creationis fecerunt
fructum boni operis iuxta ge
nus suū? Quid intelligitur se-
cūdū genus suū? Pro intelle-
ctu hui⁹ animaduertat lector
ꝙ alia sunt opera hominū q̄-
bus ascendūt in celum: ⁊ alia
angelorū. Angelorum enī nō
est ieiunare: peregrinari: aut
carnem domare: sicut homi-
nū. Habēt tamen sua exerci-
tia; quibus cum adhuc viato-
res essent / meruerunt eterna
premia: sed talia spūalia sunt;
⁊ non carnalia: inter que pre-
cipue cōputāda venit dei di-
lectio: volūtaria subiectio: di
uine maiestatis assidua lauda
tio ⁊ magnificatio. Non ergo
absq3 causa dicit scriptura ꝙ
terra protulit herbam viren-
tem: ⁊ facientem semen iuxta
genus suum: et lignum pomi-
ferum faciens fructum iuxta
genus suum.

¶ Nona clausula.

¶ Dixit autem de⁹: Fiant luminaria in firmamēto celi: ⁊ diuidant diem ac noctem: et sint in signa et tempora, et dies et annos, vt luceant in firmamēto celi, et illuminent terram. Et factū est ita. Fecitq3 deus duo luminaria magna: luminare mai⁹, vt preesset diei: ⁊ luminare minus, vt preesset nocti: et stellas: et posuit eas in firmamēto celi, vt lucerent super terram, et preessent diei ac nocti, ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit de⁹ ꝙ esset bonum. Et factū est vespe ⁊ mane dies quartus.

¶ Historialiter notādū ꝙ de⁹

minus quarta die ornauit opera sua que prius fecerat secundum vnam opinionem: vt prius dictum est. Ornauit autem signanter superiora: vtpote celos: iuxta illud Job.xxvi. Spiritus domini ornauit celos. Talis autem ornatus fuit quod fecit ipsa superiora pulcherrima: vtpote producendo in celo solem: lunam: et stellas: quibus in mundo isto nihil est pulchrius. Attendendum etiam est quod dominus prius ornauit et decorauit superiora quam inferiora. Nam superiora ornauit feria.iiij. inferiora vero feria sexta. Sed cur hoc: dicetur statim cum agetur de sensu morali. Dixit ergo deus Fiant luminaria / scilicet sol luna planete et stelle: in firmamento celi. i. in firmamento quod vocatur celum. Non quidem sic quod hec omnia sint in eodem celo. Stelle nempe habent suum celum ad partem: quod vocatur octaua sphera: ad cuius motum mouentur: et non alias: eo quod sunt in eo affixe. Sol autem et luna similiter ceteri planete habent singuli singulos celos: ita vt sint septem celi secundum numerum septem planetarum. Sol autem tamquam princeps luminarium (qui etiam dicitur sol quasi solus lucens propter lucis eminentiam: vel quia cetera corpora celestia luminosa illuminat) residet in quarto celo: habens supra se tres planetas cum suis orbibus: et infra se. i. subtus tres alios planetas cum suis orbibus: inter quos luna est simpliciter inferior. Nec est intelligendum vt dicit de lyra / quod septem planete qui sunt velut septem luminaria in celo: sint in firmamento celi in quo proprie sunt stelle: nisi inquit large. vnde secundum glos. inter. dicta luminaria dicuntur esse in firmamento non quia in eo fixa: sed quia vicina: loquendo de firmamento prout continet sub se septem orbes planetarum. Et sic patet illa litera: Fiant luminaria in firmamento celi.

¶ Postquam ergo egit Moyses de formatione corporum celestium saltem quantum ad ornatum eorum: consequenter tangit officia eorum cum subdit. Et diuidant diem ac noctem etc. Officia itaque eorum sunt multa et varia. Nam et si principaliter facta sint ad dei gloriam: tamen consequenter facta sunt ad hominum vtilitatem Unde primum eorum officium dicitur diuisionis: quia sol existens super terram facit diem: existens vero sub terra noctem: quam aliquantulum luna et stelle illustrant. Utrumque autem deseruit homini. Primum quidem ad operandum. Non enim absque luce potest homo bene operari. Secundum vero ad quiescendum. Non enim potest homo continue laborare: sed oportet eum interdum somnum capere ad recreationem sensuum: et corporis quietem. Et ideo bene dictum est. Et diuidant diem et noctem. Secundum officium predictorum corporum celestium dicitur significationis. Nam ex talibus accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni / similiter et tempestatis. Unde cum videmus tempus nubilosum / pronosticamus pluuiam. Et similiter cum videmus in estate nubes ascendere ad modum montium / prenosticamus tonitruum: et sic

de alijs. Et quantum ad hoc dici tur: Et sint in signum. Aduer tendū tamē q huiusmodi cor pora celestia non sunt facta in signa singulorū euētuū: qua si oia contingant in istis infe rioribus per cōstellationes: si cut aliq astronomi asseuerāt. Quos sufficienter cōuincit sa cra scriptura Hiere. x. dicēs. A signis celi. i. a signis celesti bus nolite metuere tanq ha beant aliquid in se quod sit di uinū: et per consequēs metuen dū. Timēda tamē sunt talia quantum ad hoc q sunt signa tē pestatis frigoris caloris sere nitatis: et sic de alijs effectib9 naturalibus ab eis depēdēti bus: sicut dicit glos. super illō Luc. xxj. Erunt signa in sole et luna et stellis. Tertiū officium huiusmodi corporū celestiū di citur distinctionis. Distiguūt enim diuersas partes tēporis que sunt pncipaliter quatuor que his nominib9 appellātur ver: estas: autūn9: hyēs. Si militer distinguūt dies et an nos. Et nota q Moyses loqui tur pluraliter pter diē na turalē et vsualē: et sitr pter annum solarē et lunarē. Nā p replicationē dierū et quatuor tēporū multiplicant anni. Itē vt dicit glo. ord. allegādo Be dā: luminaria celi sūt in signa et c. nō q a cōditione eorū tem pora ceperint vel dies vel an ni: sed qr per ortus ipsorū vel trāsit9 signat ordo tēporis: die rū atq ānorū. Quartū officiū hmōi corporū dicit directiōis vt scz eorū luce et claritate pos sit se dirigere homo i opatio nibus suis exteriorib9 et corpo ralib9. Propterea dicit Moy ses. Et luceāt in firmamēto ce li: et illuminēt terrā. Ista sunt quatuor officia corporū cele stiū que ex dei ordinatione p bent hoībus in presenti. Unde nō illis more gētiliū: sz aucto ri eorū qui deus est gras habe re debemus. Sequens text9 q incipit: Fecitq de9 duo lumi naria magna: scz solē et lunam et c. est clarus: nec expositione indiget.

¶ Moraliter luminaria in fir mamento celi lucētia et terrā illuminantia sunt viri eccia stici et religiosi qui debēt esse affixi firmamento celi per ce lestē conuersationē: ita vt me rito possint dicere cū ap. Nra cōuersatio in celis est. Phili. iij. Debēt etiā tales lucere in firmamento celi. i. in ecclesia per bonā vitā: et terrā illumi nare. i. inferiores et indoctos per sanam doctrinam. Thre. iiij. Candidiores nazarei ei9 niue: nitidiores lacte: rubicū diores ebore antiquo. Naza rei qui olim cōsecrabant dño sunt viri ecclesiastici et reli giosi deuoti: qui pre ceteris xpianis consecrantur dño. Et tales debent esse candidiores niue per illibatam castitatem mentis et corporis. Nitidiores lacte per honestā cōuersatio nē et exēplaritatem. Rubicun diores ebore antiquo p arden tem dei et proximi charitatē. Et quemadmodū (vt predixi mus) deus pri9 ornauit celos: deinde terrā: ita ecclesiasti ci debent prepollere laicis in sanctitate et iustitia: quis et ip si laici debeant esse suo modo

ornati. Ceterū sicut inter cor
pora celestia luminosa aliqua
sunt maxime luminosa: aliqua
mediocriter: aliq̄ ceteris mi-
nus: da exemplum de sole lu-
na & stellis: ita etiam in statu
ecclesiastico quāto quis est su
perior officij dignitate: tanto
debet esse lucidior: tum vita:
tum literis.

¶ Uel dic in eodem sensu mo-
rali q̄ per firmamentū quod
a firmitate & soliditate dicit/
intelligitur spūs human⁹: qui
est adeo firm⁹ q̄ est immorta-
lis & incorruptibilis. In hmōi
ergo firmamento posuit de⁹
duo luminaria magna/ & pre-
sertim in hoīe fideli. Lumina-
re maius est fides: que illumi-
nat omnem hoīem venientem
in hunc mūdū/ per aquā & san
guinē. i. per baptismū q̄ opa-
tur i virtute passionis xpi. Lu
minare vero min⁹ est lumē re
cte rationis: qd nobis indidit
auctor nature: de quo i ps. Si
gnatū est super nos lumē vul-
t⁹ tui dñe. Istud aūt lumē est
q̄dā pticipatio diuini lumīs
s'm qd dicimur intelligētes si
cut & deus. Hmōi autem duo
luminaria diuidūt i nobis diē
& noctē. i. tm̄ inter se differūt
q̄tū dies & nox: ita vt lumē re
cte rōnis nō sit aliud q̄ nox i
nobis respectu lumīs fidei qd
est velut dies q̄tū patit stat⁹
vite pn̄tis. Posuit insup deus
stellas in predicto firmamēto
vt luceāt sup terrā: p q̄s pos-
sumus intelligere q̄sdā ptic̄u
lares cognitiōes q̄s nobis in-
didit dict⁹ auctor nature nō q̄
dē formal'r: sed quasi initiati-
ue & dispositiue: faciēs natu-
raliter aliquos habiles ad ca-
pessendū aliquam scientiā vel
artē: & alios ad aliam.

¶ Mystice duo lumiaria ma-
gna possunt referri ad duo ge
nera scientiarū: sc3 theologie
& medicine. luminare mai⁹ est
vera theologia: que ē de deo:
& que infundit verum & perfe
ctum lumen in intellectu hu-
mano. Luminare min⁹ est sciē
tia medicine. Per stellas au-
tē intellige quaslibet alias sci
entias: que subseruiūt maiori
luminari. i. theologie: iuxta il
lud Prouer. ix. Misit ancillas
suas vocare ad arcem. Sz q̄d
est q̄ luminare maius pree-
rat diei: & luminare minus no
cti: nisi q̄ theologia tractat
de diuinis & spiritualibus que
concernunt salutem spiritus.
Medicina ꝟo non nisi de cor-
poralibus loquitur/ que respi-
ciūt bonam valitudinem cor-
poris: quod est i homine qua-
si nox propter sui obscuritatē:
spiritus vero tanquam dies
ppter sui claritatem. Caueat
autē summopere homo ne pfe
rat noctem diei.

¶ Mystice et aliter: Duo lu-
minaria magna que posuit do
minus in firmamēto celi: due
sunt potestates quas posuit
dei ordinatio in mundo isto:
que sunt potestas ecclesiasti-
ca/ & secularis: que inter se cō
parate se habent sicut sol et
luna. Sol preest diei: quia po-
testas ecclesiastica cū sit spi-
ritualis concernit et respicit
spiritualia: et signanter ani-
mam que est in humano cor-
pore tanq̄ dies. Luna ꝟo pre-
est nocti: q2 potestas laicalis

cum sit corporalis / non respi-
cit directe nisi corpus et corpo
ralia. Vide bene ad propositū
c. principes. xxiij. q. v. Unde se
cūdum dominū de palude ita
est monstruosum ꝙ princeps
tēporalis occupet spirituali-
tatē: et spiritualis tēporalita-
tē: sicut si luna luceret de die
et sol de nocte. Per stellas aūt
designantur subditi vtriusq
potestatis.

¶ Allegorice duo luminaria
magna sunt xp̄s et Moyses. lu-
minare mai⁹ est ipse xp̄s: qui
preest diei. i. legi gratie. Joā.
viij. Ego (inquit) sum lux mun
di. Qui sequitur me recte cre
dendo et bene operādo / nō am
bulat in tenebris erroris aut
peccati: sed habebit lumen vi-
te / gratie in presenti / et glorie
in futuro. De isto etiā lumina-
ri maiori dicit Zacharias pa
ter Joānis Baptiste Luc. j. ꝙ
visitauit nos oriens ex alto: il-
luminare his qui. etc. Itē Jo.
j. Erat (supple Christ⁹) lux ve-
ra / que illuminat omnē homi-
nem venientē in hūc mundū:
scilicet ꝙtum in se fuit. Quod
si aliqui ab eo illuminati non
fuerint: eorum culpa fuit. Ni-
hilominus postꝙ istud lumi-
nare maius illuminauit mun-
dum tum vera predicatione:
tum sctā cōuersatiōe: tū mira
culorū opatione: tandē extin-
ctum fuit per mortem in sua
passione: sed iterum illumina-
tum fuit in sua resurrectione:
nec deinceps extinctum fuit
aut aliqñ extinguetur: quia
xp̄s resurgēs ex mortuis iam
nō moritur: mors illi vltra nō
dñabit. ad Roꝫ. vj. Ecce ergo
luminare mai⁹. Luminare ve
ro min⁹ fuit Moyses: qui tūc
cepit illuminare iudeos quā-
do ex dei ordinatione attulit
eis legem de mōte sinai. Exo.
xxxij. In cuius rei signum fa-
cies eius splēdida facta est dū
loqueretur ad eū dñs dās illi
predictam legem. In datione
itaq dicte legis populus he
breorū qui pri⁹ ambulabat in
tenebris: vidit lucē magnam.
Esa. ix. Huiusmodi itaq lumi-
nare min⁹ preerat nocti. i. po
pulo rudi / vel q2 omnia in fi-
guris cōtingebāt illis. Tādē
huiusmodi lumiare min⁹ fuit
obtenebratum adueniēte xp̄o
qui fuit maius lumē: sicut ob-
tenebratur lux lune adueniē-
te luce solis. Hoc tamē intelli
ge quantum ad figuras et pro-
phetias que cessauerūt adue
niente veritate. Per stellas au
tē et planetas quas fecit dñs
cum luminari maiori et mino-
ri: intellige prophetas qui se-
cuti sunt Moysem quo ad le-
gē scriptā: itē apostolos et di
scipulos xp̄i quo ad legē gra-
tie. Hi eñ omnes i propria il-
luminauerūt mūdū suis predi-
catiōibus / et salutiferis exhor-
tationibus. Nunc vero non ces
sant ipsum illuminare suis do-
ctrinis: vtpote xp̄s in euange
lio: Moyses in quinq libris
legis: qui sunt Gen. Exod. etc.
Consequēter alij prophete in
libris prophetiarū suarū. Po
stremo apostoli qui scripserūt
in epistolis suis. Ecce ꝙ copio
se et multipliciter illuminatur
hodie terra / id est ecclesia mi
litans.

¶ Anagogice eccl'ia trium-

phās est tāq̃ celū: i q̃ est luminare maius: τ luminare min⁹. luminare maius est Christus: lūminare vero minus eius benedicta mater. lūinare maius preest diei.i. Christ⁹ iusto. Sʒ luminare minus preest nocti: id est virgo mater peccatoribus: ipsos illuminās suis precib⁹. Stelle autem sunt Christi apl'i: qui creduntur esse de p̄miis i celo: τ post eos patriarche: prophete: martyres: confessores: v̄gies: ceteri q̃s electi. Hi enim omnes illumināt ecclesiam triumphantem: secūdum tamē magis τ minus: quia vt habet.i.Cori.xv. Alia est claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarū. Stella enī differt a stella i claritate. sic et resurrectio mortuorum: quam etiam peramplius illuminabunt post generalem corporū resurrectionē: quādoquidem fulgebunt iusti tanq̃ scintille. Sapien.iij. Et q̃uis teste Joanne Apoc.xxj. ciuitas illa celestis τ superna Hierusalē non egeat sole τ luna materialib⁹ siue naturalibus vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminat eam: et lucerna eius est agnus.i. Christus. Si tamen predicta sumātur mystice: nulli dubium q̄ Christi corpus ibi cū mirabili claritate nunc requiescit: sic τ corpus sue castissime matris que illic iam assumpta τ glorificata creditur ab vniuersa ecclesia cū corpore τ anima. Et idē suo modo speratur de corporibus tam apostolorū q̄ ceterorum electorum post generalē oīʒ resurrectionem. Ista ergo sunt luminaria in firmamento celi.i.in ecclesia triumphante posita τ apponenda.

¶Decima clausula.

¶Dixit etiam de⁹: Producant aque reptile anime viuētis: τ volatile super terrā sub firmamento celi. Creauitq̃ deus cete grādia: et oēm aiam viuentē atq̃ motabilem(.i.mutabilē)quā produxerant aque in species suas: τ oē volatile secūdum gen⁹ suum. Et vidit deus q̄ esset bonū: benedixitq̃ eis dicēs: Crescite τ multiplicamini, et replete aq̄s maris: auesq̃ multiplicentur super terram. Et factū est vespere τ mane dies quītus

¶Historialiter notandum q̄ dominus deus postq̃ ornauit corpora superiora scilicet celestia die quarta: vt prius osten

sum est: consequenter quinta die ornauit corpora media: scilicet aerem et aquam: vez multiplicando aues in aere/ in aqua vero pisces. Nec tamen tantum hoc fecit ad ornatum predictorum duorum elementorum: verumetiam ad vsum et sustentationem hominis: quia post diluuium tam aues quam pisces sunt hominia deo concessa in cibum: vt patet Gen. ix. Dedit ergo deus aquis a principio duplicem virtutem et proprietatem. prima fuit vt possent producere reptilia. Illa autem dicuntur reptilia que non habent pedes: vel si habent pedes/ illi sunt valde breues. Et huiusmodi reptilia communiter habitant in aquis. Nam sicut terra habet sua reptilia: ita et aqua/ scilicet pisces. Sequitur: Et volatile super terram. Ex quo patet quod aues facte sunt primitus ex aqua: quamuis earum naturalis locus sit aer. Sequitur: Creauitque deus cete grandia. Ubi nota quod cete in proposito est indeclinabile nomen: quamuis etiam inueniatur cetus ceti/ in eadem significatione. Nota etiam quod (creauit) in proposito idem est quod formauit siue produxit. Est ergo sensus: Creauit deus/ id est produxit ex preiacenti materia: cete grandia. i. magnos pisces: cuiusmodi sunt balene/ vituli marini: et huiusmodi: similiter et ceteros pisces/ tam mediocres quam paruos. Et idem iudicium est de auibus.

¶ Queritur primo circa hunc sensum historialem/ cur dominus produxerit cete grandia. Si dicatur quod ad declarationem virtutis sue et omnipotentie/ hoc non sufficit: maxime cum superius dictum sit quod quicquid fecit deus/ ad vsum hominis fecit: iuxta illud: Cuncta fecit deus propter hominem. Responsio: Deus fecit multa aialia in terra/ multos pisces in aquis/ et multas aues in aere: que ex sua primaria ordinatione debebant cedere ad vsum hominis quem preuidebat formandum: quorum tamen vsum in toto vel in parte post suum lapsum priuatus est homo/ et hoc in penam sui peccati. Justum enim fuit vt sicut ipse inobediens extitit suo superiori et factori deo: ita et inferiores creature in penam sue rebellionis similiter illi rebelles et inobedientes essent. Nec tamen postea inanes seu inutiles sunt huiusmodi creature que ab homine se tractari non permittunt. Inducunt enim ipsum hominem ad recognoscendum et venerandum dei potentiam qui tales ac tantas fecit illas. Sap. xiij. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Item Ro. j. Inuisibilia dei a creatura mundi/ id est ab hoie qui est precipua creatura inter omnes creaturas huius mundi: per ea que facta sunt/ intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus et diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Insuper tam benignus est deus: quod etiam non obstante lapsu hominis adhuc non priuat eum totaliter vsu huiusmodi grandium piscium: maxime cum cete interdum a piscatoribus capiantur/ et per partes diuisa veniant in escam hominis.

¶ Queritur. ij. vtrum dominus a prin

cipio produxerit pisces in fluuijs/stagnis/et fontib⁹. Videt ꝙ non: quia in benedictione diui non fit mētio nisi de aq̄s maris cum ait: Crescite ꝛ multiplicamini/ et replete aq̄s maris. Respōsio. ꝑ aquas maris i proposito intelligit omnis cōgregatio aquarū. Vn̄ superi⁹ dictū est: Cōgregationesq̄ꝫ aquaꝝ appellauit maria. Insuper in p̄senti textu fit expressa mentio de q̄buscūq̄ aquis cū dr̄: Creauit deus cete grādia .i. balenas: ꝛ omnem animā viuentem atq̄ motabilem/ id est omnem aliam speciem pisciū qui in se viuūt ꝛ mouent/ quā produxerāt aque in spēs suas/ id est secundū species suas.

¶ Querit. iij. Vtrū dn̄s a p̄ncipio produxerit volatilia illa q̄ cōiter volitant per aera: vt sunt hirūdines que volitando per aerē capiūt musculas qb⁹ pascunt. Videt ꝙ non: quia in textu nō fit mentio nisi de volatili qd̄ est sup terrā. Responsio. Volatilia sunt in duplici differētia: quedā grossa ꝛ pinguia: vt anseres/ cygni/ gallīne/ ꝛ fīlia. Alia leuia/ vt sunt illa que cōiter viuūt de preda. Prima volatilia ꝑpter corporis sui grauitatē cōiter stant super terrā. Alia vero cōiter volitant ꝑ aera. Vtraq̄ tamē ꝑduxit dn̄s a p̄ncipio. Et qd̄ allegatū est in cōtrariū: intelligēdū est (sup terrā) .i. i aere q̄ naturali ordine est sup t'rā. Voluit et Moyses dicere sup terrā/ q̄ sup aquā aut aerē: eo ꝙ aues semꝑ nidificant super terrā mediate vel immediate. Semꝑ enim querūt locum solidum ad nidificandum.

¶ Queritur. iiij. Vtrū liceat hoī cape pisces ꝛ aues ad mādacādum. Videt ꝙ nō: quia ꝑ hoc impedit dei ordiātio ꝛ benedictio: q̄ ait piscib⁹ loquēs: Crescite ꝛ multiplicamini/ et replete aq̄s maris. Deinde de ambus subdit dicens: Auesq̄ multiplicent sup terrā. Respōsio. Licet hoī talib⁹ vti i cibū: etiā ex dei ordinatiōe. Nā cū ipse formasset Adam/ p̄uidissetq̄ se nō multo post formatu rū Euam/ dixit: Dn̄amini piscibus maris/ ꝛ volatilib⁹ celi: ꝛ vniuersis aīantib⁹ q̄ mouēt sup terrā: ꝛ sint vobis in escā. Geñ. j. in fine. Nec intendebat dn̄s ꝑ illa v̄ba: Multiplicamini et replete aquas maris: itē auesq̄ multiplicēt sup terrā: ꝙ talia deberēt multiplicari in immensum: sed tantum ad sufficiētiam: q̄tum sufficit ad decorem vniuersi/ et ad vsum hominis.

¶ Moralr cete grādia in mari natātia sunt principes ꝛ potētes huius seculi/ qui natant in mari huius mūdi: quod etsi dulce ad potandū videatur amatorib⁹ suis ꝛ petōribus: amarū tamen apparet iustis et bonis. Et de istis magnis piscibus scribitur Abac. j. Facies/ id est fieri permittes tu (supple domine de⁹) homines quasi pisces maris) om̄ scilicet non reguntur lege iustitie/ sed potentie: quia maiores deuorāt absq̄ mīa minores. ita in proposito. Figura de cete grandi qd̄ deglutiuit Jonam pphām domini. Eiusdē. ij. Alia figura Tobie. vj. de pisce grandi qui

voluit deuorare Tobiam mi-
norem. Eum tamen preserua-
uit ãgelus Raphael. ita in ꝓ-
posito multi nobiles conuer-
si ad tyrannidẽ nitunt inter-
dum deuorare subditos suos.
Sed deo miserante ⁊ propitio
illi non tñ nocent q̃tũ optãt
dictis subditis: quia sunt for-
san iustitie auxilio ꝓtecti. Un
de talibus tyrannis qui deuo-
rant plebem dñi sicut escam
panis/ prout ipsemet conque-
ritur in psalmo/ sepe euenit ꝙ
iusto dei iudicio dum gaudẽt
et letantur/ insperate fortuna
vertit illis dorsum: ⁊ a supiori
potestate predant sicut alios
predati sunt: aut forsan a dño
de medio per mortem tollun-
tur. Job. xxi. Ducunt in bonis
dies suos/ ⁊ in puncto ad infer
na descendunt. In hoc itaque
sũt similes cete siue beluis ma
rinis/ que suo cãtu ⁊ saltatio-
ne in mari / indicant vicinam
iminere tẽpestatẽ. ita gaudiũ
talium signũ est eterne tẽpe-
statis etiã cito forsan venture
super eos. Luc. vj. Ue vobis di
uitibus qui habetis hic conso
lationem/ ⁊ qui ridetis: qꝛ plo
rabitis. Ecce igit̃ q̃d sunt ce-
te grandia in mari huius mũ
di natantia. Sunt et in eo alij
pisces mediocres / qui etiam
deuorant paruos pisciculos. Hi
sunt iustitie ministri: ad quos
refugientes pauperes a potẽ-
tibus ⁊ nobilibus oppressi/ si-
militer ab eisdẽ opprimuntur
⁊ deplumant/ dum cause eorũ
aduersus diuites non cito fi-
niuntur. Isidorus: ⁊ recitatur
xj. q. iij. pauper. Cito violatur
auro iustitia / nec vllam reus
pertimescit culpam quam re.
Unde pauperes in hoc sunt si-
miles pauperibus ouib⁹: que
sentiẽtes ventũ frigidum aut
pluuiam: se conferũt ad sepes
⁊ vepres atq; dumos/ vt sint il
lis in protectionem ⁊ refugiũ.
Sed velint nolint necesse ha-
bent ibi dimittere aliquid de
lana sua: ita vt hac occasione
interdum nude pro parte ap-
pareãt. Applicatio est facilis.
¶ Quod autem dicitur in te-
xtu: Crescite ⁊ multiplicami-
ni/ ⁊ replete aquas maris: satis
congruit proposito nostro: qꝛ
deo permittẽte adeo multipli
cantur principes tyrãni / atq;
nobiles ⁊ potẽtes vna cum mi
nistris iniquis et auaris iusti-
tie/ ꝙ replent aquas maris. i.
iure vel iniuria ad partẽ suam
trahunt modicas possessiones
pauperum agricolarũ: quos
postea ꝑ inopia necesse est re-
linquere cognatos ⁊ notos: ⁊
alienam patriam petere / vel
forsan hospitale. Sed nũquid
videt dominus qualiter cete
grãdia ceteriq; pisces magni
deuorãt pisciculos maris pre-
sentis? Utiq; certe. Qui etsi
ad tẽpus taceat: nõ tñ semper
tacebit: sed vna dierum tanq̃
parturiens loq̃tur cõtra eos:
scꝫ in die iudicij tã particula-
ris q̃ generalis. ps. Tunc lo-
quet̃ ad eos in ira sua/ ⁊ in fu-
rore suo conturbabit eos. Un-
de etiã postq̃ Abacuch ꝓphe
ta. j. c. ꝑmisisset dicẽs ad dñm
pre admiratiõe: Quare taces
cõculcante impio iustiorẽ se: ⁊
facies homines. i. fieri permit
tes ad tẽpus: quasi pisces ma
ris: et quasi reptilia non ha-

bestia ducem? immediate subdit dicens: Et factum est iudicium, id est cito fiet, et contradictio potentior. Nam in illo districto iudicio quod fiet cito in valle Josaphat: ille potentissimus iudex viuorum et mortuorum Christus arguet predictos iniquos pisces magnos qui deuorauerunt plebem suam sicut escam panis. Insuper tunc statuet ipsam plebem suam, id est pauperes: contra faciem eorum: quod tunc mirabilia deponent contra eos: ad ipsorum diuitum et potentum confusionem eternam.

¶ Moraliter quo ad aliam partem predicte clausule in qua dicitur a domino de volatilibus celi: Auesque multiplicentur super terram: per aues recte intelliguntur boni et iusti timentes deum: qui volant superius. i. ad celestia per sancta desideria: dicentes ad dominum quilibet pro se illud Cant. i. Trahe me post te. Item illud Phil. iii. Cupio dissolui, et esse cum christo. Et queadmodum aues non se imergunt ad sitiquis ad eas quandoque descendant vt inde ad satietatem bibant, aut si se quandoque imergant balneandi se gratia propter estum: non diu tamen ibi morantur: sed cito resurgunt: sic et iusti aliquis interdum se negocijs secularibus immisceant siue ratione officij, siue ratione necessitatis: statim tamen inde recedunt vt deo vacent.

puta ex limo terre format⁹: in futura tñ vita valde sublimis erit ⁊ excelsus. Iã enim dispo suit dñs paradisum volupta-tis.i.celum plenũ voluptate ⁊ gaudio: in quo tandẽ reponet hoiem quẽ formauit in p̃senti ⁊ q̃tum ad esse nature: ⁊ q̃tũ ad esse gratie: dãs illi melius esse/scilicet esse glorie ꝑpetue. Et queadmodũ homo primus in paradiso positus reddebat immortalis: non quidem cõditiõe corporis/sed bñficio creatoris: ita ãplius homo semel introductus in corpore et anima in illum paradisum celestem/reddit simpl'r ⁊ perpetuo immortalis. vnde sicut de Christo qui iam resurrexit ad vitam immortalẽ/dicit Apos. ad Ro.vj. ꝙ mors vltra illi nõ dñabitur: ita etiã erit de electis post generalem omniũ resurrectionem. Et breuiter quicquid in laudẽ paradisi terrestris dicit: vtpote ꝙ sit locus amenissimus/tẽperatissimus/ in alto positus: a cõmuni hoiꝫ cõsortio separatus: arboribus ⁊ herbis virentibus consitus: auium modulatione plenus: ⁊ sic de alijs: hec omnia peramplius ⁊ abundantius dici possunt siue realiter siue metaphorice de paradiso celesti.

¶ Quarta clausula.

¶ Produxit dominus deus de humo oẽ lignum pulchrum visu: ⁊ ad vescẽdum suaue: lignũ etiam vite in medio paradisi: lignumq̃ sciẽtie boni et mali.

¶ Historial'r post q̃ Moyses egit in p̃cedẽti clausula de formatione hois/ item de loco in quẽ trãstulit illũ deus: qui est paradisus terrestris: hic cõsequẽter agit de cibo quẽ illi in eodẽ loco prius preparauerat idem deus ⁊ dñs/dicẽs: Produxit dñs deus de humo oẽ lignũ pulchrum visu. Quia ei poterat hõ in paradiso terrestri corrumpi ab interiori: scꝫ per cõsumptionem humidi radicalis: simil'r ⁊ per senectutem: ideo prouidit illi deus cõtra hec duo de sufficiẽti cibo: scꝫ de optimis fructibus quos ꝓduxerat de arboribus quas in eodem loco plãtauerat. Et nota ꝙ talis ꝓductio fuit magis supernaturalis q̃ naturalis. Produxit ergo deus in paradiso de humo diuersa ligna quibus delectaretur homo videndo/⁊ sustentaretur edẽdo. In medio quorũ tanq̃ digniora posuit lignũ vite/ et lignũ scientie boni ⁊ mali. Hec enim ligna fecit dñs qñ et reliqua ligna fructifera. Sed hic ideo repetũtur/ vt cognoscere possimus qualis sit paradisi terrestris locus: maxime qr de ligno vite/ ⁊ de ligno sciẽtie boni ⁊ mali erat tractãdũ. Et vt dicit Petrus comestor in histo.scholast. dictũ lignũ dictũ est lignũ vite ab effectu quem habuit naturaliter/ vt scꝫ comestũ (intellige q̃tum ad fructum illi⁹) sepius perpetua soliditate hoieꝫ firmaret: ita vt nulla infirmitate vel senio vl' anxietate deteri⁹ vel in occasum laberetur. Lignum vero sciẽtie boni ⁊ mali dictum est ab euentu: ex eo scꝫ quod secutũ est eius comestionẽ. Prius

enim nesciebat homo quid esset malum: quia nondum illud expert⁹ fuerat. Cognouerat enim speculatiue hmōi malū: quia ex vno contrariorum cognoscitur et reliquum. Sed tamen non cognouerat illud practice siue per experientiam: sicut (inquit dictus Petrus comestor) medicus dum sanus est nouit morbos. At vero cum egrotat: magis cognoscit: quia nouit ꝛ sentit. Sicut de puero delicate nutrito dicitur quia nescit quid sit malum: immo nondum nouit ꝙtum sit bonum vel malum. Vel malum dicitur inobedientia: bonum obedientia: quia post comestionem nouit quantum bonū erat obediētie ꝛ ꝙtū malū inobedientie. Hec dict⁹ Petrus comestor. Dicit autē Josephus super hoc passu ꝙ lignum scientie boni ꝛ mali dictum est eo ꝙ fructus eius comestus habebat virtutem accelerandi et acuendi rationis vsum. Sed hoc reprobatur a catholicis doctorib⁹ dicētib⁹ ꝙ virtus corporea qualis erat virtus dicti fruct⁹: non se extendebat ad hunc effectū: nisi forte dispositiue: sed nō cōpletiue: sicut dicit ꝙ vinū sobrie sumptū acuit ingeniū. Magis ergo huiusmodi lignū dictum est scientie boni et mali ab euentu et ab eo quod secutum est ex eius comestione: vt dictum est.

¶ Moraliter per lignum pulchrum visu et ad comedēdum suaue designatur anima fidelis: que debet esse pulchra et munda exterius et interius: sic scilicet ꝙ conscientia: bona sit ꝓpter se: ꝛ fama ꝓpter proximum. Itē ipa debet esse tanꝙ lignum scientie boni et mali per discretionē: vt scꝫ discernat inter bonum ꝛ malum Prouer. vlti. Mulier .i. fidelis anima: quesiuit lanam ꝛ linū et operata est consilio manuū suarū .i. discretione. Lignū vite est gratia dei: cui totū qđ facit boni anima fidelis asscribere debet: ꝛ nihil sibi: qꝛ vt dicit apo. ij. Corith. iij. Nō sumus sufficientes cogitare aliqđ a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Item idem Apo. de seipso loquēs Gal. ij. aiebat. Viuo ego iam non ego: viuit autē in me christus. Itē idem .i. Corinth. xv. Gratia inquit dei sum id quod sum.

¶ Moraliter ꝙtum ad id qđ sequitur: Lignum etiam vite in medio ꝛc. notandū ꝙ per lignum vite in medio paradisi: intelligitur iustus: qui est numero ꝛ merito in medio paradisi: id est intra ecclesiam. Et de huiusmodi ligno loquitur psal. dicēs: Et erit tanꝙ lignū quod plantatum est secus decursus aquarum: scilicet gratiarum ꝛ virtutum: quod fructum suum id est opus bonum dabit in tempore suo id est in vita presenti: et folium ei⁹ nō defluet: Ecce perseuerātia in bono virtutis. Ideo sequitur. Et oīa ꝗcunꝗ faciet semp ꝓsperabuntur. Vel dic ꝙ lignū vite in medio paradisi: sunt paruuli baptizati: qui ꝑ baptismū recepti sunt ꝛ incorporati in medio ꝑadisi: id est in-

tra ecclesiam. qui bene dicun tur lignum vite/ eo q adhuc in se contineant vitam gratie Per lignum vero scientie boni z mali intelligũtur adulti z rõne vtentes: qui sciunt q̃d sit bonũ vt illud faciant: et similiter quid malum: vt illud euitent et fugiant. Esa. vij. de quolibet adulto dicit. Sciat reprobare malũ: z eligere bonũ. Et psal. Declina a malo: et fac bonum. Sciẽtia ergo speculatiua mali nõ est mala neq prohibita: quinĩmo licita. Practica autem sciẽtia mali omnino est mala, phibita z interdicta.

¶ Allegorice per lignũ pulchrũ visu z advescendum suaue: intelligit christus: qui q̃diu fuit i hac mortali vita fuit pulcher visu/ tum quia specio sus forma pre filijs hominum: tum quia conuersatio ei9 sancta delectabat iustos z bonos. Secus de malis: qui de eo dicebant pre inuidia illud Sapiẽ. ij. Grauis est nobis ad videndum. Istud etiam lignum est suaue ad vescendum in sacramento altaris: iuxta illud eiusdẽ Sap. xvj. Panem de celo pstitisti eis omne delectamentum in se habentem. Fuit autem huiusmodi lignum in medio paradisi: quando ipse christus requieuit in vtero virginis. Postmodum cum predicaret per iudeam et Galileã / fuit lignum sciẽtie boni z mali / docendo bene facere / z malum vitare.

¶ Allegorice et aliter: lignũ vite in medio paradisi est lignum mirifice crucis saluatoris in medio ecclie: sicut torcular in medio vinee. et bene dicitur predicta crux lignum vite: quia virtute crucis per quam operatur christus/ confert quãdoq vita nature: sicut patuit in inuentione illius. Item vitam gratie in presenti/ et glorie in futuro. Augusti. sermo. iij. de annunciatione domini. Quod faciebat in terris corporis christi presentia: hoc facit cum fideli inuocatione nominis eiusdem christi victoriosi crucis insignita memoria. De hoc ligno vite figuratiue legitur Dan. iiij. q rex Nabuchodonosor vidit in somnis arborem magnã et fortem: cui9 proceritas cõtingebat celum. Aspectus ei9 erat vsq ad terminos vniuer se terre. Folia eius pulcherrima: et fructus eius nimius: et esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabãt animalia z bestie. Et in ramis eius cõuer sabãtur volucres celi: et et ea vescebatur omnis caro. Allegorice omnia ista congrue possũt arbori crucis christi q̃ fuit z est in ecclesia catholica saltem per virtutem tanq̃ lignum in medio paradisi. In primis hec arbor ẽ magna magnitudine virtutis: quia per eam victus est hostis ille antiquus. Itẽ fortis: adeo q vectes ferreos inferni cõfregit. Proceritas illius attingit vsq ad celum ipsum reserãdo. Cuius aspectus se extendit vsq ad terminos terre vniuerse: quia nõ est qui se abscõdat a calore eius. Folia eius pulcherrima: quia in ea nobis

ostēsum est multiplicis virtutis exemplū: puta charitatis/ humilitatis/ longanimitatis/ obedientie/ patiētie/ iustitie. rc. Cuius etiam fructus erat nimi⁹.i. valde copiosus/ id est meritum maximū propter patientis in ea dignitatem. ps. Apud dñm misericordia: r copiosa apud eum redēptio. Et esca vniuersoꝝ in ea: quia pro omnibus sufficiēter passus est Christus. Subter eā habitāt animalia r bestie/ id est hoīes adhuc in hac valle miserie habitantes: r qui aliquando bestialiter vixerūt. Uolucres in ramis illius cōuersantes: sancti sunt angeli: qui ex fructu dominice passiōis gaudere ceperūt: r gratias deo patri decātare. Nec illi solū inde gaudent: verumetiam omnes electi: quia ex ea vescitur omnis caro.

¶ Mystice. Lignum vite est virgo Maria: que etiam in sacra scriptura virga appellatur: vt patet per figuram Numeri.xvij. de virga Aaron q̄ vna nocte germinauit: florem attulit: r fructū amygdalarū produxit. Et hoc est quod canit ecclesia dicens: Stirps Jesse virgam produxit: virgaq; florem: Et super hunc florem requiescit spiritus almus. Dein de seq̄tur: Uirgo dei genitrix virga est: flos filius eius. Congrue autem dicitur ipsa dei mater alma lignum vite: eo q ipsa nobis attulit vitam gratie: quā perdiderat Eua. Hic canit ecclesia: Quod Eua tristis abstulit/ tu reddis almo germine/ id est per benedictū filium tuū Jesum Christum. Hoc etiam lignū vite est nūc in medio paradisi celestis: vbi creditur esse assumpta mater dei alma in corpore et anima: vbi mediat inter filium suum et nos. Bernardus: O homo securum accessum habes ad deum: matrem ante filiū ventrem r vbera ostendentē. rc.

¶ Anagogice Lignum pulchrum visu: et ad vescendum suaue: quod produxit dominus de⁹ de humo terre: designat quemlibet electum/ quem posuit in celo vt habitet in terra viuentium: qui prius habitauit in terra morientium/ id est in presenti: vbi omnes morimur. Est autem huiusmodi lignum pulchrum visu/ et ad vescendum suaue: quia vita quam in presenti duxerūt sancti dei amici: est pl'chra ad recolendum et memorandum. Exempla etiam que nobis reliquerunt/ sunt dulcia ad imitandū. Lignum vite est Christus: qui est ī medio paradisi/ id est ecclesie triumphantis: ad quem oculi omniū electorum diligenter intendunt: sicut in obiectum beatitudinis sue. Joan.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum: et quem misisti Jesum Christum. Psal. Dominus in circuitu populi sui. Istud est illud lignum vite de quo Apocalypsis secūdo dicitur: Qui vicerit/ supple in presenti carnem mundū et diabolum: dabo ei inq̄t dominus) in alio seculo supple: edere de ligno vite qđ est in paradiso dei mei/ id est patris mei. Lignum au=

tem scientie boni et mali possumus referre ad angelos bonos et malos. Lignum quidem sciētie boni ad bonos, lignum vero sciētie mali ad malos. Et si dicat q boni angeli habent scientiam boni et mali: qr contrariorum eadē est disciplina quinimo de9 habet scientiam oim malorū que vnq fuerūt sunt et erunt: etiā q esse possunt quis non erūt. Et ita lignum scientie mali nō pl9 debet referri ad angelos malos q ad bonos: sed ad vtrosq eq liter. Rūsio. qd obijcit habet verū de sciētia speculatiua q non est in se aut scdm se mala imo bona: qr bonū est oīa scire sed nō oībus vti. Et hoc vltimū refertur ad sciētiā practicā mali que est mala. Scire ergo malū vt sic: malū non est: sed scire et facere hoc malū ē. Predictum aūt lignū scientie boni et mali posuit dñs in paradiso: qr vtrosq angelos fecit dñs bonos. s. et malos: quis nō fecerit eos ab initio malos: sz oēs bonos: quorū nōnulli postmodū fecerūt se malos et diabolos per ppriā culpā, vt supra diximus.

¶ Quinta clausula.

¶ Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradisum: qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni phison: ipse est qui etc. Nomen secundi fluuij geon. Ipse est qui circuit etc. Nomē tertij fluuij tygris etc. Fluuius autem quartus ipse est euphrates.

¶ Historialiter sanct9 ille propheta domini Moyses postq in precedentib9 egit de hominis formatione, item de loco formationis: atq cibo illius: hic cōsequenter agit de potu eiusdem dicens. Fluui9 egrediebatur etc. Nec tamen hmōi fluuius deputatus fuisset tm ad hoīs vsū et necessitatē: verū etiā ad irrigādū ligna seu plātas et herbas que erant in paradiso terrestri: que sine irrigatione conseruari non poterant sicut nec fructificare. Et forte iste fluuius est fons ille de quo dictum est supra in secūda clausula q fons ascendebat e terra irrigās vniuersam superficiem terre. Uel dic q ex tali fonte pcedebat magna abundātia aquarum, que hic fluuius appellatur. Qui scilz fluuius inde, id est in ipso paradiso: vel statim post exitum paradi diuiditur in quatuor capita. i. se diuidēs facit quatuor fluuios capitales et principales fluentes extra paradisum per diuersas regiões. Dicit autem magister historiarum q quanuis isti quatuor fluuij ab inuicem separentur, nihilominus postmodū quidā eorum iterum inter se cōmiscentur, atq iterū separantur. Sepe etiā (vt inquit idem magister) absorbētur a terra: et iterum in pluribus locis emergunt. inde est q de ortu eorū varia leguntur. Notandū etiā q sicut Nilus irrigat plana egypti: ita etiā dicti quatuor fluuij irrigant paradisum. i. ligna pulchra et fructuosa q decorant omnem illam regio-

nem. Predictorum autem fluuiorum ista sunt nomina.

¶ Primus dicitur phison: et hoc a fertilitate piscium: vel qz fertilem facit et reddit terrã per quã transit. Nã phison in hebreo abundantiam significat vel fertilitatē. Et iste fluuius dicitur ganges ꝓ presenti: ⁊ hoc a gangaco rege indie vt dicit Isido. lib. xij. etymo. Et secundũ eundē phison interpretat̄ caterua: eo ꝙ a fluminibus magnis adiunctis sibi impletur. Phison etiam interpretat̄ mutatio oris. Mutatur enim a facie sua.i. specie quã habuit in paradiso: ⁊ hoc multipliciter. Primo quidem in colore: quia alibi turbidus: alibi clarus videtur. Secũdo in quantitate: quia alibi magnus/ alibi paruus. Tertio in sensu vel perceptiõe: quia alibi calidus/ alibi frigidus inuenitur. Sequitur in textu. Ipse est q̃ circuit terram euilath. Quod quidem nomen secundum de palude debet scribi ꝑ e.n.i. et non per e.i.v. siue per e.v.i. Dicit autem Hierony. ꝙ Euilath est regio indie: vbi nascitur aurum: scilicet in india. Nam secundum Plinium regiones Indie pre ceteris abundant venis aureis. Item secundum Isido. libro quarto etymo. ibi sunt montes aurei/ quos adiri impossibile est: et hoc propt̄ gryphes/ dracones et serpentes: atq₃ immensorũ hominum monstra ibi habitantia. Et aurum terre illius optimum est. Inuenitur etiam ibi: scilicet in india: Bdelliũ Est autem secundum Plinium Bdellium aromatica arbor. Inuenitur etiam ibi lapis onychinus/ quem vocamus carbunculum: qui est ignei coloris: ⁊ dicitur illuminare tenebras noctis. Et sic pat₃ diffuse de primo fluuio qui dicitur phison.

¶ Secundus fluuius procedens a fonte paradisi terrestris dicitur Geon: qui interpretatur secundum glos. int̄. hiatus: eo ꝙ impetu suo terram secum trahat et absorbeat. Uel secundum alios eo ꝙ in pluribus locis absorbeatur a terra. Postmodum tamen prorumpens solitum cursum agit. Iste fluuius circuit terrã ethiopie et egypti: qui nũc appellatur nilus. Reddit autem dictam terram valde fertilem: que alias esset valde sterilis. Propter enim proximitatem terre illius ad solem redditur sicca: propter defectum pluuie ⁊ roris. Sed certis temporibus nilus adeo intumescit ꝙ exit limites suos: et hincinde se diffundens/ cum terra plana sit/ eam facile irrigat/ et germinare facit.

¶ Tertius fluuius procedẽs de paradiso dicitur tygris. iste fluuius vadit contra assyrios: scilicet fluendo per terras eorum: et tandem intrat mare rubrum: et ibi absorbetur. Et nota ꝙ dicitur tygris propter assimilationem be=

nie que tygris dicitur / que est velocissimi motus. Quia ergo dictus fluuius velocissime fluit: hinc tygris dicitur.
¶ Quartus fluuius procedēs a predicto loco et fonte dicitur eufrates: q̄ fluit per chaldeam et medium Babylonie. Hic a frugibus et vbertate nomen accepit. Nam hebraice eufrata fertilitas interpretatur. Transit etiam per mesopotamiam quam irrigat: sicut nilus egyptum.
¶ Queritur quomodo predicti quatuor fluuij a paradiso terrestri oriri dicantur / maxime cum habeant alios fontes a quibus oriri noscuntur sicut experimento didicerūt qui terras peragrarunt. Respondet ad hoc dominus patriarcha de palude in postilla sua conformiter ad beatū Augusti. super Gene. ad literam: similiter ad Bedam in glos. ordina. q̄ dicti fluuij in paradiso vel extra paradisum absorbentur a terra: et sub terra fluentes erumpunt postmodum in diuersis locis. Nā phison dicitur emanare a mōte atlante qui est in aphrica. Tygris vero et eufrates oriuntur a quodam fonte armenie: qui statim ab inuicem separati mesopotamiam cingūt Tygris quidem illic se confert per assyrios. Eufrates vero per chaldeos.
¶ Moraliter fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigandum paradisum / est gratia spiritussancti: que instar aque fluuij est dulcis / et ad abluendum sordes peccatorū valde propitia: de qua Ezec. xxxvj. Effundam super vos aquā mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Nihilominus sicut aqua fluuialis currit ad mare: ita aqua gratie dei generat amaritudinem in corde. In cuius figuram legitur Apocalypsis. x. q̄ cum beat⁹ Joannes deuorasset librum quem ab angelo acceperat: erat quidem in ore suo tanq̄ mel dulce: sed inde amaricatus est venter eius. Unde de Magdalena canit mater ecclesia dicens q̄ lauit cor marie penitentis imber sancti spiritus: liquefecit et refecit resolutam in lamentis verbū missum celitus. Iste igitur est gloriosus et singularis fluui⁹ qui egreditur de loco voluptatis / id est a Christo: a quo cuncta bona nostra procedūt in esse meriti. Qui etiam est locus voluptatis: quia in eo debemus delectari. Psal. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. Sed ad quid egreditur iste fluui⁹ gratie dei de loco voluptatis id est a Christo? Profecto ad irrigandum paradisum / id est mentem humanam: que est tā quam paradisus in quo vult quiescere ipse Christus. Prouerbiorum. viij. Delicie mee esse cum filijs hominum.
¶ Moraliter iuxta id quod sequitur / Qui diuiditur in

quatuor capita siue flumina: quorũ primũ dicitur phison: sciendũ ꝙ ista quatuor capita fluuij paradisi designãt q̃tuor virtutes morales. Primũ caput vocatur phison. Istud flumẽ designat prudẽtiam: et hoc ꝑpter sui interpretationẽ Phison enĩ vt dictũ est interpretatur mutatio oris: quod optime cõuenit viro prudẽti/ qui bene nouit os suũ mutare siue moderari. Aliter enĩ loquẽdũ est maiorib⁹: aliter eq̃lib⁹: aliter inferiorib⁹. Qđ cũ homo prudẽs fecerit/ tũc merito de eo dici poterit illđ Ecclẽ.xxiiij. Qui adiplet q̃si phison sapiẽtiã. Seq̃tur. Qui circuit terrã euilath Euilath el interpretatur dolẽs. Prudẽs autẽ est qui nouit tẽpore ⁊ loco dolere in hoc mũdo. Unde Salomõ Eccl's.ij. Risum reputaui errorẽ: ⁊ gaudio dixi: quid frustra decipis? Inuenit etiã ibi: vbi scʒ habitat prudẽtia: aurum optimũ.i. perfecta charitas ad deum/ ad seipsum ⁊ ad proximũ. Itẽ Bdellium: quod est arbor aromatica per quã designat deuota oratio: quã nouit tẽpore ⁊ loco offerre domino prudẽs: dicens ei illud ps. Dirigatur oratio mea sicut incẽsum/ ecce arbor aromatica: in cõspectu tuo. Item lapis onychin⁹ ibi inuenitur id est vera cognitio agẽdorũ: que illuminat humanã mentẽ sicut lapis onychin⁹ siue carbunculus illuminat tenebras noctis. Secundũ caput vocatur Geon: qui interpretatur hiatus terre: ⁊ significat temperãtiã: que omnem terreitatem siue auaritiam absorbet in homine: insuper contra ethiopiam vadit: q2 malos motus destruit in homine: qui per ethiopes significantur: ⁊ hoc propter difficultatem carendi illis. Hierem.xiij. Si mutare potest ethiops pellẽ suã: ⁊ pard⁹ varietates suas: sic ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Tertiũ caput vocatur tygris: qui interpretatur velox: ⁊ significat fortitudinẽ: que pugnat ꝯtra assyrios demones: ⁊ ideo fortis esse debet q̃ vult pugnare contra eos. Uñ.j. Petri.v. Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Quartum caput vocatur eufrates/ qui interpretatur frugifer: et significat iustitiã que fert fructum multũ. Uana enim sunt oĩa tpalia. Sola autem iustitia fructifera est. Et nota ꝙ vt glo. dicit/ non determinat scriptura contra quos vadit eufrates: quia iustitia ad omnes partes anime vadit.

¶ Moraliter et scdo fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigãdum paradisum est generale studium parisiense: quod olim egressum est de loco voluptatis.i. de Roma: vt aliquibus placet: et translatũ est parisius. Quo fluuio hodie irrigatur vniuersus orbis ⁊ ecclesia. Aliter tamen sentit gaguinus in chronica sua de ortu predicti fluuij. Dicit enim ipsum egressum fuisse ab Anglis ⁊ scotis/ in hunc modum. Cum enim alcuinus an=

glus doctissimus missus fuisset a rege anglie orator ad Karolum imperatorem in fracia degentem adiūcto sibi rabano: placuit sibi plurimum amenitas soli galliarum: ita vt peteret ab imperatore locum ad inhabitandum: in quo vellet docere indoctos. Placuit hec petitio imperatori plurimum. Qui accersito suorū cōsilio: assignauit sibi ciuitatē parisiensem: deputans sibi collegia: et vite necessaria Nec multo post secuti sunt eū pariter ꝛ rabanum consodalē Claudius ꝛ Joannes viri litteratissimi prodeuntes ex scotia. Et nota ꝙ alcuinus et rabanus erant ex discipulis venerabilis Bede. Ecce igitur fons ꝛ origo predicti studij parisiē. per totum orbem hodie nominatissimi. Nec multo post creuit in fluuium maximum: de quo recte possum⁹ dicere. Hic est fons ille modicus crescens in flumē maximum: qui mundo iam mirific⁹ potū largitur optimum. Diuiditur autem fluuius iste in quatuor capita: id est ī q̄tuor facultates que sunt theologie: decretorum: medicine: artium: quarum quelibet habet suum caput particulare. Omnes tamen subsunt vni capiti generali. i. rectori.

¶ Allegorice secundum dominum Petrum de pal. fluui⁹ egrediens de loco voluptatis est Christus descendens de sinu patris dum carnem assumpsit. Et recte appellatur dictus sinus locus voluptatis: et hoc propter immensas delectationes celestis glorie ꝑuenientes ex visione essentie dei patris. Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deū: ꝛ quem ꝛc. Psal. Delectationes in dextera tua vsqꝫ in finem. Circa autem huiusmodi fluuiū est notandum ꝙ aqua fluuialis est de se communis omnibus. Nihilominus diuites eam non solent haurire: nec de ea multum aut sepe bibere. Pauperes autem quasi soli eam hauriūt potant ꝛ bibunt. ita in proposito Christus q̄tum ex se est: omnibus communis est: similiter ꝛ eius doctrina: ita vt diceret Jo. vij. Si quis sitit: veniat ꝛ bibat. Et Esa. lv. Omēs sitientes venite ad aq̄s. Hoc etiam pretendit extensio brachiorū eius in cruce. Sed ꝑfecto nō diuites: sꝫ poti⁹ ꝛ cōmunius pauperes hauriūt aquas gratie diuine: et eas sibi incorporant. idem dic de aquis doctrine ꝛ predicationis diuine. Unde Esa. lxi. in ꝑsona xp̄i loq̄ns ꝓpha ait. Euāgelizare pauperib⁹ misit me. Item Mat. xj. Pauperes euāgelizātur: videlicet actiue et passiue: vt patet in apostolis. Item fluuius fluit per loca humilia: ꝛ alta declinat. Ita Christus humilia respicit: et alta a lōge cognoscit. Iste autem fluuius irrigat paradisum: id est ecclesiam. ipse nempe eam irrigauit in suo primo aduentu: nūc autem eam irrigat per predicatores diuini verbi. Consequenter diuiditur in quatuor capita: que designant q̄tuor stat⁹ ecclie

christiane: videlicet apostolorum: martyrum: confessorum: et virginum: quibus impertitus est Christus gratiam suã: secundum tamen magis et minus. Per phison nempe qui interpretatur oris mutatio: designantur apostoli: quorũ os mutatum est pariter et lingua in aduentu spiritussancti per donum scientie et linguarum. Act. ij. Ceperunt loqui varijs linguis prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Per Geon qui interpretatur hiatus terre: designãtur martyres: pro quibus occisis aperta est terra vt sepelirẽtur. Per tygrim qui interpretatur velox: designantur confessores: qui fuerunt veloces ad exercitia corporalia peragẽda: vt sunt peregrinationes: infirmorum visitationes: ieiunia et abstinentie. Per eufratẽ qui interpretatur frugifer: designãtur electe Christi sponse virgines: que attulerunt fructũ centesimum: vbi tamen vidue nõ attulerunt nisi sexagesimum: et vxorate trigesimum.

¶ Allegorice et aliter fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigandam vniuersam terrã: est Christi doctrina et predicatio sancta: que egressa est de loco voluptatis quando egressa est de ore ipsius Christi: et hoc ad irrigandam vniuersã terram. i. corda credẽtium populorum. Quatuor autem capita in que diuisus est dictus fluuius: quatuor sunt libri euangeliorum in quos recondita et recollecta sunt opera Christi: pariter et doctrina quam predicauit. Quod autẽ dicitur q dicta quatuor capita siue flumina circuerint diuersas terras et regiones: designat q quatuor sancta euangelia: videlz Matthei: Marci: Luce: et Joannis: dispersa sunt vbiqz terrarum. psal. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Sic enim preceperat Christus Matthei vltimo. dicens. Euntes in mundũ vniuersum pdicate euãgeliũ omni creature.

¶ Allegorice et tertio. Fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigãdum paradisum: est Christi sanguis: qui in hora passionis egressus est de corpore suo tanquam de loco voluptatis. Quo adhuc viuente diuisus est in quatuor capita: videlicet per duos pedes et duas manus fluẽs: in quibus quidẽ loci affixi sũt claui tanquam lanceole vt inde emanaret dictus sanguis in remissionem peccatorum totius mũdi sufficienter etsi non efficaciter. Et si dicatur q de latere Christi in cruce pendentis fluxit sanguis et aqua: et per consequens dictus fluuius diuisus est in quinque capita: Dicendum q cum iã Christus expirasset cum vnus militum latus eius aperuit: vt testatur Joannes. xix. ca. consequens est dicere: sicut rei veritas habet: q huiusmodi apertio lateris Christi et similiter sanguinis inde effusio non fuit in se meritoria.

¶ Mystice fluuius egrediens

de loco voluptatis ad irrigandum paradisum est sacra scriptura: que egreditur de loco voluptatis: id est de celo vsq3 ad nos: et hoc per diuinam reuelationem. Sed quare hoc? Circa ad irrigãdum paradisum. i. ecclesiã militãtẽ. Diuiditur autẽ huiusmodi fluuius sacre scripture in quatuor capita: que designant quatuor sensus dicte scripture: qui sũt historialis/moralis/allegoricalis/anagogicalis. Ceteri autem sensus ad alterum istorũ quatuor reducuntur.

¶ Anagogice fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigandum paradisum: est gloria anime videntis diuinam essentiam: que quidem anima est velut locus voluptatis propter nimiã delectationẽ. psal. Delectationes in dextera tua vsq3 in finem. Item alibi. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Egredietur ergo quodãmodo huiusmodi fluuius post generalem resurrectionẽ: qñ quidẽ gloria anime redundabit in corpus: et tunc diuidetur i quatuor capita: quia ex tali redundantia ꝛ cõmunicatione glorie anime ad corpus reddetur huiusmodi corpus agile/subtile/impassibile/ꝛ clarum. Hec enĩ sunt quatuor dotes corporũ glorificatorũ que resultabũt a gloria anime clare videntis diuinã essentiam.

¶ Sexta clausula.

¶ Tulit ergo dominus deus hominem: et posuit eum in paradisum voluptatis vt operaretur/et custodiret illum.

¶ Historialiter: litera ista euidenter ostendit primũ hominem fuisse formatum extra paradisum: scilicet in quodam loco iuxta damascum scdm aliquos. Vñ hac occasiõe dictus est locus ille campus damascenus: ꝛ posuit eum postea in paradiso voluptatis tanq̃ in loco sibi conuenienti pro statu innocentie.

¶ Queritur cur dominus nõ fecerit hominem in paradiso voluptatis. Ipse enim fecit angelos in celo empyreo. Item mulierem in paradiso. Aues/pisces ꝛ bestias in locis sibi cõnaturalibus. Cur ergo non idem fecit de homine primo? Hec questio sufficienter soluta est in precedẽtibus. Nihilominus quia hic est locus eius: ideo de superabundanti dicimus q̃ deus hoc potuit: s3 nõ decuit. Primũ patet sic. Nõ minus fuit potens deus circa virum q̃ circa mulierẽ. Sed de facto produxit mulierẽ in paradiso. Igitur itidẽ potuit facere de homĩe. Itẽ quicũq3 potest id q̃d maius est/potest id q̃d minus. S3 de facto deus potuit primũ hominẽ creasse in celo empyreo cũ angelis: et sibi contulisse celestẽ gloriam sicut factur9 est circa electos post generalẽ resurrectionẽ. Igit potuit eũ formasse in paradiso terestri: siue mortalẽ siue immortalẽ: siue ad tẽpus siue ppetuo: siue solum: siue cum sibi simili: et huiusmodi. Secundum vero: scilicet q̃ hoc nõ decuit: probat dñs Petrus de pal. tali ratiõe. Paradisus

terrestris est locus couenlens habitationi humane quantum ad incorruptionem primi status: que non inherebat homini per naturam: sed ex dono supernaturali. Ut ergo hoc imputaretur gratie dei et non nature: fecit deus hominem primum extra paradisum quem postea tollens inde, posuit eum intra paradisum, ut ibi habitaret toto tempore animalis vite. i. quamdiu cibo indiguisset. Quod quidem tempus quantum durasset, est nobis incertum: eo quod ex mera dei voluntate dependisset. Post quod tempus ad vitam simpliciter immortalem et spiritualem translatus fuisset: scilicet in celum. Nunc ad obiectiones respondendum est. Ad primam ergo que est de angelo: dicendum quod non est simile: quia angelo conuenit celum empyreum ex conditione sue nature: cum sit creatura spiritualis omnino extranea a rebus corruptioni subiectis. Ad secundam que est de muliere: dicendum quod mulier formata fuit in paradiso: non propter dignitatem sui: sed potius viri ex quo formabatur corpus illius qui iam erat ibi. Mulier autem sortitur forum viri: vt iura decernunt. Et similiter filii in paradiso fuissent nati: in quo iam parentes erant positi. Ad tertiam de animalibus et piscibus dicendum quod illis congruunt loca sua in quibus produci debuerunt. Et sic patet ad quesitum.

¶ Sed quia aliquis querere posset cur dominus posuerit primum hominem in paradiso voluptatis: ideo quasi ad hoc respondet Moyses cum ait. (Ut operaretur et custodiret illum.) Quod quidem verbum potest dupliciter intelligi et exponi secundum beatum Augustinum super Genesim ad literam libro. viij. Primo vt ly operaretur et custodiret: referantur ad deum: ita vt sit sensus quod deus operaretur et custodiret illum: scilicet hominem primum. Operaretur inquam ipsum hominem semper ad meliora charismata promouendo: vel beneficiis sue gratie ipsum perficiendo: siue etiam in bono conseruando. Que quidem operatio conseruationis si ab homine cessetur, mox desineret esse talis qualis prius erat. Da exemplum de luce illuminante medium. (Et custodiret illum) scilicet in paradiso terrestri ad tempus: donec esset ad celestem paradisum transferendus. Secundo vt ly (operaretur et custodiret) referantur ad hominem: vt sit sensus quod deus posuit hominem in paradiso: vt ipse homo operaretur ibi non opere laborioso: sed magis delectabili ad experientiam et exercitium sue virtutis: (et custodiret illum:) scilicet paradisum. Non quidem ab inuasoribus: sed seruando in se iustitiam originalem: ne peccando in penam sui peccati inde abijceretur. Et quia illam diligenter non seruauit: ideo de paradiso miserabiliter deiectus est.

¶ Ubi aduertendum quod operatio illa quam habuisset primus parens in paradiso: non fuisset laboriosa et penosa sicut modo: sed solatiosa et deliciosa: sicut etiam videmus quosdam pro solatio suo agricolare: puta circa vites in transitu insistendo: vel aliquid simile. Non fuisset ergo illius operatio laboriosa aut necessaria: sed gaudiosa et voluntaria.

Da exēplum de nōnullis mulieribus nobilibꝰ: q̄ tēpore ⁊ loco vacāt certis artibꝰ ꝓ solatio suo. Ecce quare dictū est: vt opareť ⁊c̄. Sciēdum tamen ꝙ vt dicit Petrus cōestor: qdā codices nō habēt (illū) sed illud: ⁊ tunc est sensus: (vt opareť ⁊ custodiret illud). i. cōsideraret homo opus suū: vt quod faceret in terra ꝑ agriculturā/obseruaret in se ꝑ disciplinā: vt sicut terra sibi: sic ipse obtēperaret suo creatori. Hoc eñ iustum erat et equū: et per consequēs ab eo obseruandum: qđ tamē nō fecit.

¶ Moraliter. Si dñs deꝰ posuit primū hoīem in paradiso vt operareť: multo magis sibi incūbit operari bona opera in hac valle miserie: ⁊ hoc ꝑpter multa. Primo quidē ad merēdum celeste p̄miū. Labor eñ debet precedere mercedē. In cuius rei signū legiť Matth. xx. ꝙ paterfamilias iussit seruo suo vt vocaret operarios vinee: ⁊ redderet illis mercedem. Secundo ad diminuēdū debitum. Multiplici eñ iure sumus debitores deo: et signanter ratione contractus. Peccando eñ obligamus nos in foro dei ad penam eternam et signanter vbi peccatum est mortale. Verū per absolutionem sacramentalem in penitēte mutatur huiusmodi pena eterna in tēporalē: que ꝑ exercitium bonoꝝ operū cōtinue diminuiť. Et q2 quotidie peccamus: iuxta illđ Prouerbiorū. xxiiij. Septies in die cadit iustus: ideo quotidie noua debita apud deum cōtrahimus. Debemus igitur summopere vacare bonis opibꝰ: vt sic debita diminuamus. Tertio ad malum vitādū. Unde Hiero. ad Rusticū monachū: ⁊ recitatur de cōsec. dist. v. nunꝗ. Facito aliquid operis: vt semper diabolus inueniat te occupatum. Itē vt dicit alter: Nō facile capiť a tētatore: q̄ alicui bono vacat exercitio. Et de hoc habemus historiā in rege Dauid: qui ꝗdiu rebus bellicis vacauit/ ꝯtinēs fuit. Postmodū autē cū ocio vacās deambularet ī solario domꝰ sue: vidit mulierē ex aduerso se lauantē: ⁊ statim exarsit in ꝯcupiscētiam illius ⁊c̄. Similiter Salomon filius suus ꝗdiu occupatus fuit in edificatiōe tēpli ⁊ domꝰ regie: laudabiliť se habuit: qui postea: turpitudini se dedit. Bene ergo dictū est ꝙ dñs posuit hoiem in paradiso vt operaretur.

¶ Allegorice. Tunc tulit deꝰ hominē qñ carnem assumpsit humanā: et posuit eū in paradiso voluptatis qñ incarnatio facta est in vtero virginis: que fuit tanꝗ alter paradisus et ortus deliciarū. Ezech. xxxvj. Terra iculta facta est vt ortꝰ voluptatis. Uñ de filio dei carnē assumente in virginis vtero possumꝰ dicere illud Eccli. xliiij. Translatus est in paradisum. Ecce igiť quomodo tulit deus hominē. i. humanā naturam: ⁊ nō humanū suppositum. Et hoc modo intelligendum est illđ psal. Beatus: supple homo: quem elegisti: id est humana natura quā elegisti ⁊ assumpsisti in vnitatem perso-

ne. Sequitur: vt operaretur: scilicet hominē recreando et reparando qui operatus fue= rat prius ipsum creando ꝛ for mando:(et custodiret illum) scilicet hominem. Nō enim so lum Christus operatus est sa= lutem hominis: verū etiā ip= sum custodit. Joan. xvij. Cum essem cum eis/ ego seruabā eos in nomine tuo. psal. Nisi domi nus custodierit ciuitatem/fru stra vigilat qui custodit eam.
¶ Anagogice. Postq̄ Christ⁹ ascendit in celum: tunc fuit ve rum dicere. Tulit deus homi nem in paradisum voluptatis: id est in celum. Et est sensus q̄ virtute diuinitatis que erat vnita humanitati in Christo: facta est huiusmodi ascensio. Psal. Ascendit deus in iubila tione. Sed ad quid tulit do= minus deus hoīem Christū in locum voluptatis? Certe vt o= peraretur: supple ibi nostram salutem apud patrem interce dendo. Unde Hebreo. ix. In= troiuit in ipsum celum: vt ap= pareat vultui dei pro nobis. Itē (vt custodiret illum) sci= licet paradisum nobis illū pre parando. Joan. xiiij. Uado pa rare vobis locum.

¶ Septima clausula.

¶ Precepit domi= nus homini dicens: Ex omni ligno paradisi comede. De li= gno autem sciētie boni et ma= li ne comedas. In quacūq̄ em̄ die comederis ex eo: morte mo rieris.
¶ Historialiter postq̄ superi⁹ videlicet clausula quarta fa= cta est mentio de productio= ne ligni vite in medio paradi= si: similiter et de productione ligni scientie boni et mali: hic consequēter fit mentio de pre cepto homini facto circa esum ligni vite. i. fruct⁹ illius: ꝛ si= militer de prohibitione sibi fa cta circa esum alterius ligni. Sed pro ampliori declaratio= ne sensus historici p̄sentis te= xtus queruntur alique breues questiones.
¶ Prima igitur questio versa= tur circa illud: Precepit dn̄s homini ꝛc. Circa quod queri= tur quomodo dn̄s deus prece pta hic contenta locutus fue= rit. Ad qđ respōdet Augusti. lib. viij. sup Geñ. ad literā di= cens q̄ deus loquitur dupli= citer. Uno modo per verbum sibi consubstantiale: sicut ibi. Dixit deus. Fiat lux. et sic de alijs. Alio modo per subiectā creaturam: ꝛ hoc iterū tripli= citer. Primo per spiritualem vt per angelum: vt cū Gabriel missus est a deo ad virginē q̄ diceret ei: Aue gratia plena/ Dn̄s tecū ꝛc. Secūdo p simi= litudinem rerū corporalium: vt in somnis vel extasi: vt ibi Matthei. ij. Angelus dn̄i ap= paruit ī somnis ioseph dicēs: Accipe ꝛc. Tertio per corpo= ralem: vt cum sensibus corpo= ris apparet aliqua species: vel auditur aliquis sonus: vt ibi Exodi. iij. Apparuit dominus in rubo/ et vocauit Moysem. Cum ergo adhuc nō esset ho= mo primus beatus/ vt sic pos= set ei loqui deus p verbū sub= stantie sue: cōsequens est vt sit ei locutus per subiectā crea= turam spiritualem in somnis.

vel extasi: vel magis per corporalem voce sensibili. Et sic patet ad primã questionem.

¶ Secũda questio est quomodo poterat Adam intelligere dominũ loquentem qui loqui nõ didicerat. Ad qđ respondet idem Augustinus vbi supra dicens ꝙ deus tales fecerat primos parentes ꝙ loqui scirent: ꝛ ab aliis discere si essent. Estimãdum est autem ꝙ voces ille formate fuerint in lingua hebraica: que vsq; ad turris Babel edificationem fuit sola.

¶ Tertia questio est. Utrum predictum preceptũ. Ex omni ligno ꝛc. fuerit soli Ade aut etiam Eue datum. Et videtur ꝙ soli viro/ex forma verborum cum dicitur singulariter. Precepit homini. Item comede. Item ne comedas. Ad quod respondet idem Augustinus vbi supra ꝙ dominus facturus mulierem sic precepit: vt per virum ad mulierem perueniret huiusmodi preceptũ. Unde de mulieribus loquens Apost.j.ad Corin.xi. dicit: Si quid volunt discere: domi viros suos interrogent. Uel forte vt dicit de pal. est hic figura prolepsis: id est preoccupatio qua facta muliere et nõ ante vtriq; dictũ fuit: Ex omni ligno paradisi ꝛc. In cuius rei signum etiã translatio septuaginta interpretum hab;. Quacunq; hora comederitis ex eo: moriemini.

¶ Quarta questio est. Utrum illud preceptum/ Ex omni ligno paradisi comede: fuerit obligatoriũ: sic vt teneretur Adam comedere ex omni ligno paradisi. Dicendum ꝙ in huiusmodi verbis erat aliqđ quod cadebat sub precepto: vt scilicet comederet quãdo cibo indigeret: ita ꝙ peccasset tanq; trãsgressor precepti casu quo nõ comedisset vbi indiguisset. Item ibi erat aliquid tanq; concessum: sed non tanquã preceptum: vt scilicet comederet de omni fructu.i. de quocunq; vellet prout sibi expediens videret/ preter tamẽ prohibitum.

¶ Quinta questio est de prohibitione de qua querit Augustinus quare fuit facta: maxime cum comedere de ligno sciẽtie boni ꝛ mali de se nõ esset malum: sed solum fuit malum quia a deo ꝓhibitũ. Ad hoc respondet idem Augusti. dicens ꝙ illud fuit prohibitũ non vt sic esset malum: sed vt esset homini bonum: sc; q̃tũ ad effectum. Nam propter bonum obediẽtie ꝛ virtutis illđ quod precipitur vel prohibet efficitur meritoriũ: qđ alias nõ fuisset meritoriũ: vel saltẽ non tantum. Insuper vt dicit idem Augusti. non erat vnde homo se habere dominum cogitaret nisi ei aliquid iuberetur: et aliquid ꝓhiberetur.

¶ Sexta ꝛ vltima questio versatur circa illud verbum cõminatoriũ/ In quacũq; die comederis ex eo / morte morier;. In primis predictum verbũ videtur nugatoriũ: maxie cũ nullus possit mori nisi morte. Insuper videtur falsum: maxie cũ ipse Adam post trãsgressionẽ precepti sibi facti vixit multis

annis. Ad hoc rñdet q intelli gēdum est morieris statim nō quacūq morte: sz morte culpe: τ tādē morte nature. Litera aūt hebraica hz: moriēs morierī. ita vt sit sensus Morieris statim morte culpe: τ tandem morieris morte nature. Uel dic q erat tm̄ cōminatio mortis nature: vel tantū comminatio mortis culpe. Sed geminatur propter maiorē certitudinem: vel vt magis sibi caueret homo ab huiusmodi trāsgressiōe. Uel sic: In quacūq die comederī ex eo: morte morieris. i. necessitatē moriēdi incurres. Non enim statī gustato fructu ligni vetiti mortuus est adam: cepit tñ ex tūc obligari ad morte: τ continue ad eam tendere.

¶ Moraliter paradisus voluptatis est sacra scriptura: que est valde voluptuosa τ delectabilis omni amanti eam: ita vt merito dicere possit illud Ecclesiasti. xxiiij. Qui bibūt me adhuc sitient. Item est tanq̄ māna absconditum habēs oīs saporis delectamentū. Sapiē. xvj. In hoc autē paradiso dz vir doctus manere τ conuersari q̄tū potest. psal. In lege eius meditabit die ac nocte. Sed qd est q precipit dñs viro literato dicens: (De omni ligno paradisi comede preter q̄ de ligno sciētie boni τ mali.) Certe p hoc moraliter datur intelligi q vir doctus debet studere in sana doctrīa respuendo oēm falsam τ hereticam doctrinā: q̄ bene significatur p lignū scientie boni et mali: q̄ nulla est tam falsa doctrina que nō cōtineat aliq̄ua vera. Qui autē comederit ex dicto fructu sciētie boni τ mali. i. ex heretica doctrina: morietur: et hoc triplici morte. Primo quidē morte spūali p priuationē vite gr̄e: eo q oīs heresis est mortale peccatū: τ per cōsequens inducēs mortē spiritualē. Ezechi. xviij. Anima que peccauerit: ip̄a morietur. Secūdo vo morte corporali. Nam hereticus nisi resipiscat: traditur iudicio seculari cōburendus: vt p̄z extra de hereticis. ca. excōmunicamus. Tertio autē morte eternali. Mar. vlti. Qui nō crediderit: condemnabitur.

¶ Allegorice. Adam figurat Christū. Uñ τ apost. j. ad cor. xv. vocat ipsum Christū scdm Adā. Huic ergo secūdo Ade precepit dñs pater vt ex omī ligno cōederet: excepto ligno sciētie boni τ mali. i. vt simplices eligeret ad p̄dicādū τ plātādū pfectā fidē catholicā nō aūt lr̄atos habētes sciētiā boni et mali. Unde et Philippū elegit in apostolū: non autem Nathanaelē qui iurisperitus erat. Hinc apo. j. ad Cor. j. ait Uidete vocationē vestrā fratres: quia nō multi sapientes scdm carnē: sz que stulta sunt mundi elegit deus. In cuius figurā legitur. j. Maccab. iiij. q apparuit Judas cū tribus milibus qui gladios τ tegimēta non habebant. Ad propositum Judas est Christus: qui cū paucis idiotis et pauperibus sine gladio scientie apparuit in hoc mundo.

¶ Anagogice lignū vite siue

lignum paradisi est christus glo riose viuens et regnans in ce lo in forma diuinitatis et hu manitatis: de quo dicit cuili bet beato. De ligno vite co mede: id est delectare et satia re in aperta visione diuinita tis et humanitatis christi. Qd vtiqz fit iuxta illud psal. Sa tiabor cum apparuerit gloria tua. Nam beati reficiuntur di uinitate interius: et humani tate exterius: secundum qd di cit Augusti. super illud Jo. x. Ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Ipse nem pe dei filius fecit se quasi li gnum et arborem quando carnem assumpsit humanā. Propter quod dicebat Jacobus in sua canonica. j. cap. In mā suetudine suscipite insitum verbum. Insitum inqz carne humana. Istud lignum floruit in vita. pcisū fuit in morte postqz dedit fructum suum. fronduit siue refloruit in resurre ctione. Tandem eleuatum est sursum in sua ascensione. Istud est lignū de quo Apoc. ij. Uin cēti dabo edere de ligno vite: qd est in paradiso dei mei. Sed cui vincenti? Certe illi qui vice rit carnē mūdū diabolū. Nec certe electi tm̄ reficient exte rius per apertā visionē huma nitatis christi cū erūt in celo in corpore et aīa: vtpote post gn̄alem resurrectionē: Uerū etiā reficientur illo mō per apertā visionē omniū electoꝝ: quis minus qz per visionē di cte humanitatis christi. Unde tūc cuilibet btō dicet dn̄s. De omi ligno padisi comede. De ligno aūt scientie boni et mali ne cōedas. Istud scdm referē dum est ad dānatos qui dicun tur lignum scientie boni et ma li: qz sciuerunt in psenti qd bo ni: et quid mali: plus tm̄ et potius opati sunt malum qz bonum. Et quis ipsi beati videāt eos in tormentis: ex tali tm̄ visiōe non comedunt. i. delectantur. Non enī horrenda reproborū corpora poterunt causare de lectationē in oculis electorū. Delectabūtur tm̄ interius dicti electi ppter adimpletionē di uine iustitie: quam videbunt relucere in punitiōe dānato rum. ps. Letabitur iustus cū viderit vindictam. Quod autem sequitur: In quacunqz die comederis et eo id est de lectatus fueris de per se et se cūdū se de dānatiōe et punitio ne damnatorum: morte morie ris. Istud verbum intelligen dum est per impossibile: sicut illd christi verbū Jo. vij. Si di xero vobis qz non noui patrē: ero similis vobis mendax. Sicut enim impossibile erat christum dicere iudeis de deo pa tre qz nō nouerat eū: aut etiā ipsum mentiri: ita impossibi le erit post generalē resurre ctionem beatos delectari de per se de visione dānatorum: et similiter mori morte nature culpe aut pene eterne.

¶Octaua clausula.

¶ Dixit quoqz dn̄s deus. Nō est bonū hoīem eē solū Faciamus ei adiutoriū sibi sibi.

¶ Historaliter postqz sanctus Moyses determinauit in pre cedentibus de hominis primi formatione: et de formati cō

seruatione prouidēdo sibi de loco ad inhabitandū: qui fuit paradisus terrestris: Itē de cibo ad edēdū: qui fuit lignū vite: Hic consequenter determinat de ipsius multiplicatione. Et quia hmōi multiplicatio non pōt fieri ex vno supposito tm̄: idō determinat de mulieris prime formatiōe: & hoc vt eēt hoī in adiutoriū pcreādeprolis. Refert ꝙ ipse Moyses dn̄m dixisse. Sed quō dixisse? Respōdet Augusti. & recitatur in glo. ordi. ꝙ dixisse dn̄i forsan fuit quedā interior locutio ipsius ad hominē: secundū ꝙ ps. loquitur dicens. Audiam quid loquatur in me dn̄s deus. Uel inquit fuit forsan aliqua dei reuelatio facta homini per angelū aut ī somnis / aut in extasi / aut aliť: sicut locutus est prophetis. Uel per corporalem creaturā vox isonuit / sicut de nube legim⁹ Matth. iij. Hic est filius meus dilect⁹. Sed si modū nescim⁹ deum tamē dixisse nō dubitamus. hec Augusti. Dixit ergo dn̄s deus. Non est bonum hominem esse solum: quia sic impediretur multiplicatio generis humani / quod nō poterat multiplicari per vnū. Faciamus ei adiutoriū (ad prolem procreādā: quia ad alios vsus erāt adiutoriū cetera animalia) simile. Similia ei ex similibus naturaliter pcreātur. Et nota ꝙ hic est questio de similitudine secūdum speciē: cum tamen disparitate sexus. Nota insuper ꝙ hic innuitur vnitas essentie cū dicit: Dixit domin⁹ deus / in singulari. Cōsequēter innuitur pluralitas personarum cum subditur in plurali: Faciam⁹ &c. Sicut supra cum dictum est: Faciam⁹ hominem ad imaginem &c.

¶ Queritur primo circa p̄sentem textum. Utrū mulier debuerit a domino produci. Uidetur ꝙ non: maxime cum secūdum philosophum libro de generatione animalium: mulier sit mas occasionat⁹ / id est deficiēs. Nihil autem deficiēs debuit a dn̄o produci: cuius pfecta sunt opera. Ad hoc dubium respondet beatus Tho. prima parte. q. xcij. artic. j. dicens ꝙ mulier debuit produci vt esset in adiutorium viri sicut expressit dominus. Non quidem in adiutoriū alicuius alteri⁹ operis preter generationem: maxime cū ad quodlibet aliud opus cōuenientius possit vir iuuari p aliū virū: ꝙ per mulierem. Debuit ergo produci a domino in adiutorium generationis. Non enim debuit homo pduci instar plātarum et quorūdam animaliū imperfectorum / que generāt sine femine: sed per virtutem corpoꝝ celestium vna cum materia conuenienti. Debuit autem nō minus sed potius produci ex masculo et femella ꝙ bos / asin⁹: & similia. Et ad argumentum in oppositum respōdet idem doctor vbi supra in sol. ad primum dicens ꝙ q̄uis per respectum ad naturā particularem mulier sit aliquid deficiens & occasionatū: eo ꝙ natura intendebat pducere masculum: que tamē produxit feminam propter debilitatem

tatem virtutis generatiue: nihilominus in ordine ad naturam vniuersalem femina nõ est aliquid occasionatum: sed intẽtum ab ipsa natura vniuersali / que dirigitur a deo q est vniuersalis auctor nature. Et ideo ipse instituẽdo naturam non solum marem verumetiã feminam produxit.

¶ Queritur secundo vtrũ mulier debuerit seorsum post viri formationẽ produci. Uidetur ꝙ non: maxime cum in alijs animalibꝰ simul producta fuerint masculus ꝛ femina. Respõsio. nõ decuit vt simul producerẽtur Adam ꝛ Eua. Nec est simile de ꝓductione hominũ et iumentorũ. Jumenta enim passim possũt vacare generationi. Non autẽ homo: sed tantum tẽpore ꝛ loco. Reliquo autem tempore vir ꝛ mulier possunt seorsum habitare / et contẽplationi atq; recollectioni operã dare. Unde. j. Cori. vij. loquens apos. coniugatis ait: Nolite fraudare inuicem nisi forte ex cõsensu ad tempus vt vacetis orationi. Est ꝛ alia ratio alietatis ꝑdicte ꝓductionis quo ad tempus / vt scilicet per hoc insinuetur ꝙ q̃uis vir et mulier matrimonio iuncti sint vna caro: habent tamen duas animas indepẽdentes: quarũ vna potest salua fieri: reliqua vero damnari. Potest deniq; et alia ratio assignari / vt scilicet per hoc denotetur ꝙ satis expedit legibꝰ matrimonij virum precedere vxorẽ antiquitate dierũ: sicut ꝛ auctoritate regiminis / iuxͣ illud Gen. iij. Sub viri ptãte eris. Non tamen expedit vt sit notabilis excessus annorũ inter eos: maxime cum scriptum sit Eccli. xiij. omẽ animal diligit sibi simile: sic ꝛ omnis homo simile sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur / ꝛ omnis homo simili sui sociabitur.

¶ Querit tertio / cur dñs deꝰ nõ multiplicauit imediate genus humanũ sicut immediate multiplicauit ãgelos: ipos simul creando. Ad hãc q̃stionẽ rñdet dñs pꝛiarcha de pal. in postilla sua super Gen. dicens ꝙ nõ est sile: qꝛ angelus nõ potuit ꝓcedere ab angelo / cũ nõ fiat de preiacẽti materia: sed imediate de nihilo. Homo autem fit de preiacenti materia ex parte corporis. Uñ ex hoc consurgit mirabilis pulchritudo in ordine vniuersi: in quo sunt creature in triplici differentia. Prime vocantur irrationales: quarum vna procedit ab alia ꝛ q̃tũ ad materiã: ꝛ q̃tum ad formam. Secunde vocantur intellectuales: quales sunt angeli: inter q̃s vnus nõ procedit ab alio. Tertie vocantur rationales: inter quas vna procedit ab alia q̃tum ad corpus / sed non q̃tum ad formam. Insuper per hũc modũ specialiter exprimitur et representatur diuinarum personarum ꝓcessio: in q̃tum Adã non processit ab aliquo homine / sicut nec ꝑsona patris ꝓcedit ab aliqua alia persona. Eua vero processit ab vno homine solo / sicut filius a solo patre. Abel autem a duobus / sicut spiritussanctus a patre et filio.

¶ Moraliter: Non est bonum hoiem esse solū / quia vt habetur Ecclesiastes .iiij. Ve soli: qr si ceciderit / non habet subleuātem se. Propter quod ibidem concluditur ꝙ meli⁹ est duos esse simul ꝙ vnū. Habent enim emolumētum societatis sue. Si vn⁹ ceciderit: ab altero fulcieř. Et nota ꝙ oia ista intelligenda sunt spūaliter magis ꝙ literaliter: per ꝙ monemur ad simul habitandum per charitatem: iuxta illud psal. Ecce ꝙ bonū et ꝙ iucundum: habitare fratres in vnum. Prodest autem huiusmodi societas in domino ad quatuor. Primo quidem ad vitandum dei iudicium ꝛ irani. In cui⁹ rei signū legitur Gen. xviij. ꝙ dominus erat parat⁹ parcere sodomitis si apd cos inuenti fuissent decem iusti. Secundo prodest ad dei presentiam spiritualem habēdā. Matt. xviij. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo / in medio eorum sum. Unde post resurrectionē xps apparuit discipulis suis in vnum ꝯgregatis / stans in medio eorum et dicens. Pax vobis. Luce. xxiiij. Itē Joā. xx. Tertio prodest ad faciliorem petitionū exauditionē. Mat. xviii. Si duo ex vobis cōsenserit super terram de omni re quancunqꝫ petierint: fiet illis a patre meo. Quarto prodest ad sumendam vite bone exēplaritatē. Psal. Cū scō scūs eris / ꝛ cū viro innocēte innocens eris. Unde Hierony. iij. parte epistolarū suarū epistola. lxxxv. Talis inquit efficit homo qualium societate fruitur. Et Ambro. de bono mortis cap. ix. Qui bono adheret assumit inde quod bonum est. Legitur ad propositum in vitispatrum ꝙ quidam interrogauit abbatem paysionem dicens. Quid faciā anime mee quia insensibilis facta est: et non timet deum? Ad quem ille. vade / et iungere homini timenti deū. Et cum illi inheseris / doceberis ꝛ tu timere deum. Ecce ad quid prodest societas bonorū. Bene ergo dictum est a domino non esse bonum hominem esse solum. Ut tamē vulgo dicitur: meli⁹ est eē solum: ꝙ in mala societate.

¶ Moraliter ꝛ secundo. Multi sunt viri docti et literati tam in religionibus mendicātium / ꝙ in statu seculari: qui cum habeant vna cum literis gratiam verbi: ita vt possint verbo pdicationis multis prodesse: volunt tamē talem sarcinam vitare / et ocio vacare: siue solitarie quiescere. Quibus merito dici potest. Non est bonum hominem esse solū: sed procurare debet secundū gratiam sibi a domino collatam vt similem sibi spiritualiter generet.

¶ Moraliter et tertio: vir in regno anime est intellect⁹ / siue ratio. Mulier autem volūtas. Nam sicut vir est nobilior muliere: ita et intellectus est potentia anime nobilior et pfectior voluntate / atqꝫ etiam prior. Uoluntas enim de se est ceca / nec fertur in obiectum suum quod est bonum / nisi prius sibi presentetur ab intelle-

ctu et ratione. Dicamus ergo sic. Non est bonum hominem esse solum: id est ad bene operandum siue moraliter siue meritorie non sufficit rationis iudiciũ: verum etiã oportet facere intellectui adiutorium simile sibi. Istud adiutorium est bonus vsus voluntatis sequens rectum iudicium rationis. Quibus duobus concurrentibus sequitur proles boni operis etiam meritorij dummodo assit gratia.

¶ Allegorice. Homo antonomatice est christus: qui solus fuit homo perfectus: iuxta illud Psal. Omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum: supple integre et absq peccato: non est vsq ad vnum. glo. interli. xpm. Nihilominus a generalitate pdicta excipit ex spali priuilegio virgo maria. Dicamus ergo sic. Non est bonum hominem esse solum: id est nõ expediebat vt christus sibiipsi semper viueret: quod quidem fuisset si morte euasisset. Jo. xij. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Sequitur. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Adiutorium igitur christi sunt ecclesie plati et doctores: de quorum numero erat qui dicebat. Dei adiutores sumus. j. Corinth. iij. Nouerint tamen predicti q non est verus adiutor qui nõ est similis. Et ideo tã prelati q doctores ecclesie summopere debent laborare vt sint ipsi summo prelato et doctori Christo similes: vt sint veri illius adiutores. Et nota q iste secundus Adã non habuit adiutorium simile sibi. i. hominẽ qui illi auxiliaretur in precipua ei⁹ necessitate. i. in morte. Esa. lxiij. Circunspexi: et non erat auxiliator. Quesiui ꝛ non fuit qui adiuuaret. Itẽ in psal. Considerabam ad dexteram ꝛ videbam: ꝛ non erat qui cognosceret me. Tandem tamẽ factum est ei adiutoriũ simile sibi quando quidẽ martyres passi sunt pro noie illi⁹.

¶ Anagogice xps secundum q homo est mediator noster pariter ꝛ aduocatus apud patrem i celis: iuxta illud. j. Jo. ij. Aduocatum habemus apd patrem iesum xpz. Sed quia nõ decebat ipsum esse solum: ideo factum est ei adiutorium sile sibi. Hmõi autẽ adiutoriũ est benedicta illius mater virgo scz Maria quam in salutatiõe angelica orat ecclesia dicens. Eia ergo aduocata nostra. Unde de predicto aduocato ꝛ adiutore suo in procuratione nre salutis apud deũ patrẽ loquẽs deuotus Ber. in lib. suarũ meditationũ ait: O hõ securũ accessũ habes apd deũ: matrẽ ante filiũ vẽtre et vbera demonstrantem: filium ante patrem latus ꝛ vulnera ostendẽtem ꝛc. Nec solum certe aduocant pro nobis apud deum patrem in celis xps et pia mater eius: verum etiam omnes sancti angeli: patriarche: pphe: apli: martyres ꝛ similes: secundũ qd eos deprecamur i letanijs dicẽtes. Omnes sctĩ ãgeli ꝛ archãgeli dei orate p nobis. Sctẽ Jo. bapti

sis ois pro nobis: et sic de alijs.

¶ Nona clausula.

¶ Formatis igitur dominus de⁹ de humo cūctis animantibus terre: et vniuersis volatilib⁹ celi: adduxit ea ad Adam: vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam anime viuentis: ipsum est nomen eius. Appellauitq Adam noībus suis cūcta animantia: et vniuersa volatilia celi: et oēs bestias terre.

¶ Historialiter. Queadmodū in creatione stellarū et planetarum dominus singulis noīa imposuit: iuxta illud psal. Oībus eis scz stellis noīa vocat: ita et idē fieri voluit q̄uis p hoiem de cūctis bestijs terre: et volatilibus celi. Nam cū talia deus sua ineffabili et immēsa omnipotētia formasset: adduxit ea ad Adam vt talibus noīa imponeret conformiter ad suas naturales proprietates. Ipse enim per scientiā infusam a deo habuit ab instāti sue formationis perfectam notitiam de naturalib⁹ proprietatibus omniū viuētium tam animaliū q̄ volucrum. Alias non potuisset cōmode illis nomina imponere. Sunt tamen qui dicunt et satis rationabiliter q̄ hec impositio nominū per Adam facta est generib⁹ singulorum: et non singulis generum. Sed pro ampliori declaratione presentis clausule et textus queruntur aliqua dubia.

¶ Primo queritur. Utrū Adam habuerit per infusionem omnium rerum notitiam? Ad hanc questionē respōdet beatus Tho. j. parte. q. xciiij. art. iij. per tres veritates. Prima igitur veritas. Primus homo habuit per infusiōem notitiā omniū rerū que naturaliter cognosci possunt. Probatio. Primus homo sicut institut⁹ est a deo i statu perfecto q̄tū ad corpus: ita vt statim posset generare: ita etiam institut⁹ est in statu perfecto q̄ātū ad animā: sic scilicet vt posset alios instruere et gubernare. Nō potuisset autem alios instruere nisi habuisset scientiā omniū rerū que naturaliter cognosci possunt. Secūda veritas. Primus homo de his q̄ tantum supernaturaliter cognosci possunt: habuit tātam scientiam quanta requirebatur pro statu illo ad gubernationem vite humane tam quo ad se: q̄ quo ad alios. Probatio. Ad gubernationem enim vite proprie et aliorum requiritur cognitio non solum eorū que naturaliter cognosci possunt: verum etiā cognitio eorum que naturalem cognitionem excedunt: eo q̄ vita humana ordinatur ad quendam finem supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vite nostre necessarium est cognoscere ea que fidei sunt. De talibus ergo tantam habuit cognitionem quantū erat p tūc necessarium. Tertia veritas. Primus homo non cognouit omnia que naturali studio cognosci nō possunt: nec sunt necessaria ad huane vite gubernationem: siue sui siue alior. Dat exemplum beatus Tho.

de cogitationib⁹ hominū. Itē de futuris contingentib⁹. Similiter de numero lapillorum in mari: et huiusmodi. Et sic patet ad quesitum.

¶ Secundo queritur quomodo animantia terre: et precipue q̄ silvestria sūt: adducta sunt ad Adam. Et idem queri pōt de auibus que solent habitare longe ab homine. Ad hoc respondetur ꝙ hec omnia facta sunt supernaturaliter siue a deo immediate, et sic imperante: vel ministerio angelorum. insuper in statu innocētie q̄diu scilꝫ homo obediuit suo superiori videlicet dn̄o deo: etiam animalia terre: pisces aquarum: et volatilia celi obedie runt ipsi homini: et sic semper obediuissent si ille semper obediuisset deo. sic enim instituerat deus humanam naturam: iuxta id quod supra dictū est. Dn̄amini piscib⁹ maris: volatilib⁹ celi: et vniuersis animātibus que mouētur super terram. Gen. j.

¶ Tertio queritur quomodo omnia animalia pariter et omnia volatilia celi potuerūt adduci ad Adam. Hoc enim videtur multum difficile ꝓpter taliū nūerositatē. Rn̄det ad hoc ꝙ hoc factum est statim post hominis formationē: qn̄ qdē nec aīalia terre: nec aues celi erant adhuc multum multiplicate saltem in particulari et in indiuiduo. Verisimile est enim ꝙ in qualibet specie dominus tātū produxerit duo indiuidua: scilicet masculum et femellam: ex quibus cetera indiuidua ꝓducta sunt. Non enim debuerunt magis multiplicari ī indiuiduo animantia terre: aut volucres celi: q̄ humana natura: ī qua tamen ipse dominus tantū produxit primo duo indiuidua: Adā scilꝫ et Euam. Cum ergo sub qualibet spē tūc essent tā pauca indiuidua: nec species essent infinite, q̄uis multe: consequens est dicere ꝙ dn̄s deus facile potuerit talia adducere ad Adam. Insuꝑ tunc deus supernaturaliter illuminauit oculos ade vt omnia talia posset videre: sicut legitur beatum benedictū vidisse totum mundum in radio solis.

¶ Quarto; queritur quare dominus non adduxit pisces ad Adā vt illis imponeret nomina: sicut animantibus terre: et volucribus celi. Responsio. non est simile. Non eni possunt pisces viuere saltem notabili tempore absq̄ aqua. insuper pisces latitāt in aquis: animalia vero terre, et volatilia celi sepe exterius se manifestant. Propter quod nō fuit opus hominem scire piscium nomina, sicut animalium et volatiliū. Qꝫ aūt nūc certi pisces certis noib⁹ nosentur et vocentur, hoc factum est postea: scilicet ex vsu hominū et beneplacito eorum: sicut patet de alecib⁹: morutis: salmone: cete: et huiusmodi. Sunt tamen qui dicunt etiam ipm̄ Adam etsi non tūc saltē postea imposuisse piscibus nomina. Non tamen dicunt quando aut vbi: sed forsan differenter pro diuersitate locorū et temporum.

¶ Quinto queritur quomodo Adam potuit cognoscere ꝓprietates bestiarũ ⁊ volucrum ⁊ consequẽter iuxta huiusmodi proprietates illis imposuisse nomina. Respõdetur ꝙ hec oĩa cognouit a deo per scientiam infusam quã abũdantissime ab eo recepit / siue tunc cum primum talibus nomina imponere debuit: siue cũ primum creatus fuit: ita vt huiusmodi scientia fuerit illi cõnaturalis.i. simul cũ natura indita. De alijs autem reb⁹ an tali modo cognouerit earum ꝓprietates: puta de arborib⁹ plantis ⁊ lapidibus: atq; illis imposuerit nomina: dicendũ probabiliter quo ad vtrũq; ꝙ sic. Si enim Salomon hec omnia cognouit: vt legitur. iij. Re. iiij. multo perfectius ipse Adã: cui omnis alius impar in scientia merito credendus est. Est autẽ aduertẽdũ ꝙ huiusmodi nomina que certis rebus imposuit Adam fuerunt nomina hebrea: que sic durauerunt ⁊ perseuerauerunt vsq; post diluuium: ⁊ vsq; ad cõstructionẽ turris Babel quãdo primo facta est confusio et distinctio linguarum. Ex tunc autẽ secuta est variatio magna: quãuis huiusmodi nomina remanserit i equiualẽti salte꞉ ꝓ maiori parte. Qd ideo dico: q꞉ fuerunt postea nõnulli qui pro libitu suo mutauerunt simpliciter nomina rerum: siue ab euẽtu: siue alias. ¶ Sexto queritur iuxta illud verbum textus. Formatis igitur dominus de⁹ de humo ⁊c. quomodo intelligendum est dominum produxisse animantia terre ⁊ volatilia celi de humo: cum tamen supra. c. j. clausula. x. scriptum sit animantia terre producta esse de terra: ⁊ volatilia de aqua. Hic autẽ dicitur talia fuisse producta de humo. Dicendũ ꝙ predicta non fuerũt producta de pura aqua aut de pura terra: sed de terra commixta aque q̃ hic vocatur hum⁹. Ista ergo sufficiant pro declaratione sensus historialis.

¶ Moraliter ⁊ primo animantia terre ⁊ volatilia celi scd'm dñm Petrũ de pal. designãt peccatores carnales: quales sunt luxuriosi et gulosi. Item spirituales: quales sunt superbi inuidi rãcosi ⁊ similes. Tales ergo dominus quãdoq; ex speciali gr̃a et misericordia format in esse gratie: remittẽdo illis culpam in cõtritione. Quibus sic pulchre formatis: adducit eos ad Adam.i. ad sacerdotem potentẽ absoluere. In cuius figuram dixit dominus leproso dicenti sibi. Domine si vis potes me mundare. Volo inquit xp̃us. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Deinde dixit illi. Vade. ostende te sacerdoti. Mat. xj. Similiter legitur Jo. xj. ꝙ cum ipse xp̄s suscitasset lazarum a mortuis: ait discipulis suis. Soluite eum: ⁊ sinite abire. Quod autem subditur: Ut videret quid vocaret ea: designat discretionem magnam quam debet habere minister ecclesie in absoluẽdo animãtia terre: siue volatilia celi.i. peccatores siue a peccati car-

nalibus: siue a spiritualibus. Sūmopere enim cauere debet ne absoluere quenquam attentet quem verisimiliter a Christo interius absolutum non estimet: et signāter quem impenitentē videt. Hinc Paulus instruens discipulum suū Timotheum ait. Nemini cito manus imposueris. j. ad Tim. v. Debet ergo confessor discernere per signa exteriora: siue per circunstantias exteriores vtrum debeat pronūciare cōfitētem absolutum: necne. Et si sic: tunc dicat. Absolutionē et remissionem: cū his que sequuntur. Sequitur. Omne enim quodcunq; etc. Et est sensus. Quecunq; soluerit sacerdos claue non errante: absolutum tenebit deus in foro suo iuxta illud Matth. xviij. Quecunq; solueritis super terram erunt soluta et in celo. Et notāter dicit anime viuentis: quia post mortem nullus sacerdos pōt pctōri imponere nomē absolutiōis siue absoluti: sed tātum in presenti vita.

¶ Moraliter et secundo per animantia terre intelliguntur opera vite actiue: quia sicut pleraq; animalia exponuntur labori: sicut patet de equis asinis bobus et similib᷒: ita etiā vacātes vite actiue exercitāt se: et occupant i laboribus corporeis. Propter quod dixit Christus Marthe Luce. vij. Martha Martha solicita es: et turbaris erga plurima. Per volatilia vo celi significātur hi qui dedicant se operibus vite contemplatiue: quorum conuersatio in celis est: scilicet mente et affectu. Utrunque tamen genus vite oritur mediante gratia dei ex humo id est ex libero hominis arbitrio. Formatis igitur predictis operibus adducit ea dominus ad Adam: quando post bona opera vtriusq; vite facit deus hominem discutere opera sua: scilicet quo animo ea fecerit: et vtrum in aliquo deliquerit. Hinc est q cū filij Job p circuitū fecissent conuiuia: ipse offerebat holocausta p illis: et sanctificabat eos: quia facto bono ope debemus orare dominum vt illi placeat. Et propter hoc sacerdos finita missa inclinat se ante altare dicens. Placeat tibi sancta trinitas etc. Hinc etiā est q Ezechiel vidit animalia oculis plena añ et retro. Eiusdem. j. Item Apoc. iiij. Ante: quia prima bona intentione facta. Retro: quia discussione consummata.

¶ Moraliter et tertio. Adam est plat᷒ religiōis. In religione autem cōmuniter sunt duo genera fratrū. Quidam enim sunt clerici: qui debent vacare oratiōi et studio literarū: q significātur per volatilia celi. Alij autem laici: qui deputātur ad opera manualia et seruilia domus claustralis: et isti designantur per animantia terre. Utrosq; autem adducit dominus ad Adam: id est ad prelatum per professionis emissionem: vt scilicet illi obediant: eisq; nomina imponat: nomina inquā officiorum seu obediētiarū religionis: hunc constituendo portarium: illū

dispēsatorem: alium coquinarium: alium ortolanum: et huiusmodi. Quod autem subdit Omne enī quod vocauit Adā anime viuentis ipsum est nomē eius: designat quemlibet religiosum debere pꝛōpte et continuo executioni demandare impositā sibi obediētiā exemplo Christi: qui fact⁹ est obediens patri vsq; ad mortē ad Philip.ij.

¶ Moraliter et quarto per hoc q; Adam cunctis animantib⁹ terre: et volatilibus celi nomina imposuit: non autem piscibus: designatur q; ipse idē dominus nomina imponit his qui debite exercent vtrāq; vitam actiuam scilicet et contēplatiuā: scribēdo eorum nomina in libro vite: atq; nominati vocando eos ad celū. Quotquot autem alij sunt saltem inter adultos: quod additur propter paruulos baptizatos: omnes tales indigni sunt vocari ab eo: sed a se vocātur: vt sunt illi qui habitant in aquis voluptatum huius mundi. ps. Vocauerunt nomina sua in terris suis. In figuram huius legitur Luce.xvj. q; nomen lazari exprimitur in sacro euangelio: quasi in libro vite. Non autē sic de nomine diuitis epulonis. Ubi glos. Diues tanquā ignotus deo nō nominatur. Pauper vero tanquam familiaris ex nomine designatur.

¶ Allegorice Adam est Christus: quem etiam quandoque vocat aposto. secundum Adā. Animantia terre sunt iudei terrenis dediti: quorum conditionem et naturam optime noscens dominus deus olim promittebat illis retributionem terrenam si modo seruarent eius mandata: iuxta illud Esa.j. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Volatilia vero celi sunt gentiles: qui olim more volatiliū volabāt de ritu in ritū: sīue de cultu in cultum: nūc adorantes idolum vnum: nunc aliud. Deuteronomij. xxxij. Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabāt Noui supple dij recentesq; venerunt quos non coluerunt patres eorum. Super quo dicit glos. ordina. q; idololatre recedētes a cultura vnius veri dei: inuenerunt sibi deos quos patres eorum non coluerant. Predicta igitur animātia terre et volatilia celi tunc adducta sunt ad dictum secūdum Adam quando iudei et gentiles pro parte crediderunt in Christum. Tunc autem totaliter et perfecte adducentur quando in fine seculi reliquie israel salue fient: vt habetur Esa.x. Item quando fiet vnum ouile et vnus pastor. Jo.x. Qd autē subditur in textu. Omne quod vocauit Adam anime viuentis ipsum est nomen eius: referēdum est ad nomen istud xpianus: qd sortitum est a Christo. Qui quidē xps voluit sibi adherentes per fidem et gratiam baptismale sic nominari: vt sic filij nominentur quasi noīe patris sui xpi.j. Jo.iij. Uidete qualē charitatem dedit nobis pater: vt filij dei nominemur et simus.

¶ Anagogice per animantia terre intelliguntur corpora electorum: per volatilia vero celi anime eorundē. Adam autē est xp̄s regnans in celo: ad quē v̄tute diuina prio adducuntur per mortē corporis dicta volatilia: deinde in generali omniū resurrectiōe adducentur animantia terre.i.humana corpora vt glorificētur suo modo cū aīabus ad. Phil. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Et quēadmodū Adā primꝰ vocauit omnem creaturam viuētem nōie suo: ita et Adam noster secundus I die iudicij vocabit quēlibet electum dicens: Uenite benedicti patris mei percipite regnum ⁊c. Matth. xxv.

¶ Decima clausula.

¶ Ade vero non inueniebat adiutor siṁs eius.

¶ Historialiter hic Moyses repetit causam formationis mulieris: de qua supius sub clausula octaua fecerat mentionē cum diceret. Dixit quoqꝫ deꝰ: Nō est bonū hoīez esse solū: faciamꝰ ei adiutoriū simile sibi. Est autē sensus predictoꝝ verboꝝ. Ade ꝟo nō inueniebatur adiutor siṁs sibi: scilꝫ q̄ntū ad opus gn̄atiōis p̄ qd̄ ppagāda erat natura hūana. Et q̄uis deus cū sit oīpotēs: potuisset multiplicare genꝰ humanū p̄ aliam viā q̄ per generatione ex viro et muliere: vtpote p̄ similē formā qua ⁊ ipse Adam formatus est: scilꝫ de limo terre: vel alijs modis sibi nō ignotis: cōueniens tamen valde erat vt sicut ad multiplicatiōnem animantiū terre ⁊ volatilium celi tam formauerat masculum ⁊ femellā: itidem etiā faceret circa genus humanū. Nā p̄ hoc q̄ hoīes vno ⁊ eodē modo pducunt hodie: scilꝫ p̄ viā gn̄atiōis ex viro ⁊ muliere causat inter eos maior amicitia: sicut videmꝰ inter fratres et sorores. Itē ex hoc dat occasio humilitatis regibꝰ ⁊ magnatibus: ⁊ ne pauperes cōtēnāt. Propter qd̄ Sapiē. vij. dicebat Salomon de seipso loquens: si tn̄ dictū librū ediderit. Sum quidē et ego mortalis homo similis oībus ex gn̄e terreno illiꝰ q̄ prior factꝰ est: scꝫ Adā: ⁊ in vētre matris cōfiguratꝰ sum caro. Et post pauca. Nemo ex regibꝰ aliud habuit natiuitatis initiū. Unus ergo introitus est oībus ad vitā: et similis exitus. Deniqꝫ pter predictā causam retrahi debet potētes ne deuorent pauperes: maxime cū videamus in alijs animantibꝰ que ex masculo ⁊ femella pducūt: singula pcere alijs sue spēi. Nō enī lupus lupum deuorat: nec leonē: nec canis canem.

¶ Moraliter q̄uis qui in peccato est habeat q̄nqꝫ intercessores qui p ipso orēt apud dominū: siue ad sui instantiam: siue alias: egeatqꝫ plurimum adiutorio aliorum: et precipue iustorum: eo q̄ multum valet oratio iusti assidua: vt habetur Jaco. v. nihilominꝰ nō inuenitur adiutor similis eiꝰ. Hoc autē patet sic. Nā si omnes iusti ⁊ boni q̄ sunt I mūdo orarent dn̄m p aliquo pctōre

et ipse nō vellet se iuuare|illi nihil pficeret: iuxta illō Hie-re.xv. Si steterint Moyses et Samuel: q̄ supple fuerūt ma-xime sanctitatis corā me indt dn̄s: nō est anima mea ad po-pulum istum. Et p oppositum vbi solus peccator oraret do-minū bono corde p remissio-ne peccatoꝝ suoꝝ percutiens pectus suū in signum doloris: et dicens cū publicano: Deus ppitius esto mihi peccatori: iustificaret: sicut & dictus pu-blicanus: de quo Luce. xviij. Ecce quomodo peccator non habet adiutorē similem sibi: quia etsi iustus possit mereri alicui peccatori primam gra-tiā de cōgruo: nō tamē de cō-digno. Hoc enī soli⁹ xp̄i opus est: vt determinat btūs Tho. prima secūde.q.cxiiij. artic.vj. Circa hoc ergo multi se deci-piunt: qui perseuerātes in pec catis suis faciunt orari pro se quasi totā fiduciā suā in preci bus aliorū cōstituentes: tanq̄ debeant saluari sine proprio actu & merito. Tales tamē cō sulte faciunt postulātes suffra gia bonoꝝ: vt sic saltē de con-gruo dn̄s dignetur eos illumi nare| et ad se trahere| instar cornelij cēturionis: de quo le-gitur Act.x. q̄ cū nōdū esset in xp̄o regeneratus: faciebat tamē multas elemosynas: p-pter quas oratibus p eo viris bonis quibus fiebant| fuit ad fidem christi tractus.

¶ Allegorice. Opus humane redēptionis fuit tn̄ ac tale q̄ nō potuit perfici & consumma ri saltem de cōdigno: nisi per illum qui esset deus verus: et homo pfectus. Nā christus cū esset diuinū suppositū: ei⁹ pas-sio fuit īfiniti valoris. Hoc aūt modo meritū cuiuscū q̄ homi-nis nō potuit esse infiniti valo ris: nec p infinitis siue infini-te acceptari a deo: qd̄ tn̄ req̄-rebatur ad condignā satisfa-ctionē p peccato primi parē-tis. Et ideo dato q̄ beata vir-go passa fuisset cum filio: & ad latus eius: illa tamē nō fuisſ adiutor similis ei⁹. Idem dic de aplis. psal. Non est similis tui in dijs dn̄e: & nō est secūdū opa tua. Nemo ergo poterat genus hūmanū a morte libe-rare: et ipsam mortē superare preter Christū. Unde Apoca. v. dicitur q̄ nemo inuētus est dignus neq̄ ī celo: neq̄ in ter ra: neq̄ infra terrā aperire li-brum preter agnum qui occi-sus est. Et q̄uis apo.j.ad cor. iij. dicat: Dei adiutores sum⁹: nō tamē similes eius. In hoc enī dei adiutores sum⁹: qn̄ co-operamur nostre saluti: faciē-do qd̄ ī nobꝭ est: vel etiā saluti aliorū: q2 etsi nō damus incre mentū gratie & virtutis alijs: cum hoc sit solius dei qui in-terius solus operatur: possu-mus tamē impēdere aliquod adiumentū exterius: vt dicit glo. interliñ.

¶ Anagogice. Noster Adam Christus nūc gloriose regnās in celo: vtpote sedens ad dex-teram dei patris: cōtinue se-cundum q̄ homo aduocat pro nobis apud patrē: sm̄ illud .j. Joā.ij. Si q̄s peccauerit: ad-uocatū habemus apud patrē Jesum xp̄m iustum: et ipse est propitiatio p peccatiſ nostris.

Aduocat etiã ꝓ nobis pia ei⁹ mat̄ ꝟgo Maria:prout eã hortamur in salutatione angelica dicentes: Eia ergo aduocata nostra ⁊c. Aduocãt deniq̃ꝫ ꝓ nobis oẽs sancti et sancte dei tanq̃ꝫ existentes adiutores nostri apud deũ. Sed ꝑfecto inter hos oẽs nõ habem⁹ talem adiutorẽ qualis est ipse xp̄us. Et ideo merito de eo possum⁹ dicere ꝙ non inueniť adiutor similis eius. Et istud adiutorium debet in nobis generare spem ⁊ fiduciã magnã de pctõrũ remissiõe impetrãda:et de eterna salute consequẽda.

¶ Unde cima clausula.

¶ Immisit ꝗꝫ dominus de⁹ soporem in Adam.

¶ Historialiter. Nobis discutiendũ est quid fuerit huiusmodi sopor quem dñs immisit in Adam. Dicẽdũ ꝙ fuit quidam dulcis somnus ⁊ delectabilis. In hoc tñ differt sopor a somno: q2 sopor est vehemens et profunda dormitio. Sõnus vero siue dormitio diciť cum quis parum dormit;siue delectabiliter:siue cum dolore:sicut qñq̃ꝫ euenit egrotĳ. Dicit autẽ Petr⁹ comestor in historia scholastica/ꝙ iste sopor fuit extasis:in qua creditur ipse Adam interfuisse superne curie. Unde euigilans ꝓphetauit de coniunctione Christi ⁊ ecclesie: ⁊ de diluuio futuro: et de iudicio per ignem:que om̄ia ibidẽ cognouit:⁊ postea liberis suis indicauit. Hec dictus Petrus. Nõ ꝓcessit ergo huiusmodi sopor ex fatigatiõe nature:cũ adhuc nihil operatus fuisset ꝑmus parens: nec ex cibi euaporatiõe: cũ adhuc nihil comedisset. Sꝫ fuit ex diuina immissione.

¶ Utrũ autẽ Adã durãte illo sopore viderit diuinã essentiã sicut Paulus in raptu: tenet dñs de pal.sup̱ hoc passu ꝙ nõ Unde ꝯformiter ad beatũ Augusti.xĳ.lib.sup̱ Geñ. ad literam distinguit duplicẽ raptũ. Unus est quo mens rapitur a sensibilibus ad imaginariã visioñẽ. Et talis fuit raptus Petri apl̄i: de quo legiť Act. x. vbi diciť ꝙ cecidit sup̱ eũ mẽtis excessus. Et vidit celũ apertũ: ⁊ descendens quoddã vas velut linteũ magnũ submitti de celo in terrã:in quo erant oĩa quadrupedia et serpentia terre ⁊c. Talis etiam fuit raptus beati Joã.euangeliste:q̄ de seipso loquẽs Apoc.j. dicit ꝙ cũ esset in insula que appellatur pathmos:fuit in spiritu supple raptus in dñica die: et vidit tunc mirabilẽ visionem que ibi narratur. Alius est raptus quo mens rapitur nedũ a sensibilib⁹:verũ etiã ab imaginaria visione vsq̃ꝫ ad intellectualẽ visionẽ. Et iterũ iste raptus siue eleuatio mẽtis fit dupliciter. Primo modo sic ꝙ mens eleuetur ad videndũ diuinã essentiã. ⁊ hoc modo fuit raptus Paulus: vt dicit Augustinus vbi supra. Secundo modo sic ꝙ mens siue intellectus hominis eleuetur ad intelligendum deum vel diuina secundum aliquas intelligibiles immissiones:qđ est proprie angelorũ: et talis fuit raptus siue extasis Ade:qui tunc fa

ctus est particeps ãgelice cu-
rie. Nõ quidē sic ꝙ tũc inter-
fuerit choris angelorũ: sed q̄
similem modũ cognoscēdi ha-
buit cũ eis: ꝗtũ scilꝫ ad reue-
lationes sibi factas. Hec Pe-
trus de pal.
❡ Moraliter Adam designat
bonum prelatũ: in quē mittit
dñs soporē qñ dat ei quietem
contēplationis: ita vt merito
dicere possit illō Cant. v. Ego
dormio / et cor meum vigilat.
Iste autē sopor multũ placet
deo. in cuius rei signũ cũ dñs
venisset tertio ad discipulos
suos in orto: et inuenisset eos
dormientes: ait illis. Dormite
iam et requiescite. Mat. xxvi.
Qđ autē prius ad eos veniens
ipsos reprehēderit sup dormi
tione sua: designat ꝙ illi pre-
lati qui nimis indulgent som-
no corporis ⁊ quieti: sunt meri
to increpandi. Debet ergo bo-
nus prelatus dare partē tēpo
ris sopori: id est quieti ꝯtēpla
tiõis: et partē somno corporis
ꝗuis minorē. Cuius cõtrariũ
prohdolor faciunt ferme oēs
moderni prelati / q̄rentes post
corporis repletionē: lecti mol
litiem: in quo se voluunt ⁊ re-
uoluunt more pecudum. Sed
profecto hunc soporē nõ inuit-
tit dñs: sed potius diabolus.
❡ Allegorice: Adam est chri-
stus: qui passus est soporē quã
do in cruce inclinato capite
tradidit spiritum: et postmo-
dum paululum quieuit in le-
cto crucis totus soporatus.
Postmodũ autē instar homi-
nis vehemēter dormiētis ꝓli
xius quieuit ĩ sepulchro velut
in lecto. Tandē excitatus ter-
tio die inde surrexit gloriose a
mortuis resurgēdo. Unde ps.
in persona eius. Ego inq̄t dor
miui / ⁊ soporatus sum: ⁊ exur-
rexi: q̄ dñs suscepit me. Istud
vltimũ ꝓ tanto dictũ est: quia
ꝑtute diuinitatꝭ surrexit xp̄s
a mortuis. Conuenienter autē
mors christi dicitur sopor siue
dormitio tum propter celeri-
tatē: q̄ cito surrexit. Tum ꝓ-
pter facilitatem: quia virtute
propria: tum propter melio-
ritatem: quia sicut homo sen-
tiens se ponderosum meli⁹ ha
bet post moderatã quietem: ⁊
efficitur leuior: ita corp⁹ chri-
sti qđ ante passionē erat gra-
ue et ponderosum: post resur-
rectionem factũ est leue: ita
vt ascēderit tandem in celum.
Act. i. Uidentibus illis eleua-
tus est: et nubes suscepit eum
ab oculis eorum.
❡ Anagogice: Adam est qui-
libet beatus: cuius anima re-
gnat feliciter cũ deo. At vero
circa corp⁹ illius quod in ter-
ra quiescit / videt domin⁹ im-
misisse soporem siue quietem
seu dormitionē: ꝓ quãto red-
ditur impassibile: in cuius rei
signum dixit Christus de laza
ro mortuo ꝙ dormiebat. Ioã.
xi. Excitabitur tamē Adam a
sopore suo: quãdo in generali
resurrectione anime beate re
sument sua corpora: ⁊ sic ascē-
dent cũ eo in celum.
❡ Anagogice ⁊ aliter Adam
est Christus: qui pro presenti
videtur soporatus et dormiēs
pro quãto silet et tacet. Unde
in figura huius soporationis
siue dormitiõis legit Matth.
viij. ꝙ cũ nauicula ĩ qua erãt

discipuli vna cū magistro suo
operiretur fluctibus/ipse dor
miebat. Quē suscitauerūt di=
scipuli dicentes/ Domie salua
nos:perimus. At ille surgens
imperauit ventis ꝛ mari:ꝛ fa=
cta est tranquillitas magna.
Ad propositū nauicula agita
ta fluctibus presentem vitam
indicat:i qua iusti ꝛ electi ha=
bent multa pati:que nō igno=
rat ipse Christus. Nihilominꝰ
videtur quasi soporatus: pro
quāto silet: vt dictū est. Sed
nō semper sic silebit:quinimo
vna dierū terribiliter loque=
tur cōtra malos: scȝ in die iu=
dicij: dicens illud Esaie.xlij.
Tacui/semp silui/ patiēs fui:
nunc autē supple:quasi partu
riens loquar.psal. Tūc loque=
tur ad eos in ira sua:et in fu=
rore suo cōturbabit eos. Item
idem alibi. Deus manifeste ve
niet: Deus noster:et non sile=
bit. Insuper tunc imperabit
ventis et mari imponendo fi=
nem aduersitatibus et mise=
rijs quo ad bonos. Et tūc trā=
quillitas magna continua et
perpetua sequetur.

¶ Duodecima clausula.

¶ Cumqꝫ obdormis
set Adam: tulit dominꝰ deus
vnam de costis eius: et reple=
uit carnem pro ea. Et edifica=
uit dominus deus costam quā
tulerat de Adam in mulierē:
et adduxit eam ad Adam. Et
dixit Adam. Hoc nunc os de
ossibus meis:et caro de carne
mea. Hec vocabitͬ virago:qꝛ
de viro sumpta est.

¶ Historialiter. Hic Moyses
describit mulieris de viro for=
mationē:dicens. Cūqꝫ obdor=
misset: supple Adam:id est sic
abstractus fuisset a sensibꝰ ex=
terioribus et imaginatione: ꝛ
futurorū reuelationē per in=
telligibiles immissiones id est
species recepisset:et nihilomi
nus cū his omnibus vere dor=
miret/ secundum illud Canti.
v. Ego dormio/ꝛ cor meū vigi
lat: tulit deus vnam de costis
eius: nec ille sensit dolorem:
tum quia abstractus erat a
sensibus. Tum quia costa illa
nō erat de perfectione corpo=
ris Ade: nisi prout ipse erat
principium speciei:sicut semē
est de perfectione generantis
ratione speciei:quod tamē est
superfluum respectu indiui=
dui: et ideo absqꝫ dolore imo
cū maxima delectatione emit
titur et resoluitur. Ita multo
magis virtute diuina predi=
cta costa potuit absqꝫ dolore
etiam in vtente sensibus cor=
poreis separari. Et quia hu=
iusmodi costa fuit de perfe=
ctione indiuidui respectu mu
lieris:ideo tādem in ea resur=
get:ꝛ nō in viro.

¶ Notandum est autem ꝙ do
minus nō tulit nudam costam
de latere Ade:sed cum carne
ipsam contingente. Hoc autē
possumus probare ex illis ver
bis sequētibus ipsius Ade di=
centis. Hoc nunc os ex ossibus
meis: et caro de carne mea.
(Et repleuit carnem pro ea.)
Hoc ē dicere ꝙ loco coste do=
minus apposuit carnem: ne scȝ
fossa in corpore ade remanēs
indecenter staret. Huiusmo=
di autem carnem deus vel de

nouo creauit: vel de aliqua alia materia formauit. Et edificauit dñs deus costam quam tulerat de Adam in mulierē. Hoc ē formauit q̄si quoddā edificium corpus mulieris de costa viri. Nam in corpore humano sunt ossa quasi fundamentum in domo. Pellis quasi tectum. Relique autē partes quasi dispositio parietū.

¶ Queritur vtrū mulier debuerit produci de costa ade. Uidetur q̄ non. Nimia enī ꝓpinquitas carnis reddit personas inhabiles ad simul ꝯtrahēdū. Unde etiam lex diuina excludit aliquos a simul contrahendo ratione propinquitatis: vt ptz Leuiti. xviij. Sed productio Eue de costa Ade arguit maximam propinquitatē: igitur mulier nō debuit illo modo produci.

¶ Respondet ad hāc questionem beat⁹ Tho. j. par. q. xcij. arti. ij. dicens q̄ fuit cōueniens vt ita fieret: et hoc propter quatuor rationes. Prima dicitur dignitatis. Nā ex tali modo ꝓductionis apparuit magna dignitas Ade: in hoc scʒ q̄ sicut deus est principiū totius vniuersi: ita etiā ipse voluit vt prim⁹ homo esset principiū toti⁹ sue speciei. Et hoc est q̄d loquit̄ Paul⁹ Act. xvij. dicēs q̄ de⁹ fecit ex vno oē hominū genus. Secūda ratio dicitur dilectionis. Nam ex tali modo ꝓductionis magis inclinabatur Adam diligere vxorē suā: dū aduertebat eā ex se ꝓductā. Tertia ratio dicit̄ supportationis. Non eñ solum in vnum coniungūtur vir ⁊ mulier ꝓpter generationis bonū verū etiā vt vir in operationibus suis in parte supportetur ab vxore. Alia enim sunt opera viri: et alia mulieris in domestica vita: vt satis cōstat. Quarta ratio dicitur prefigurationis. Nā p talem ꝓductionem prefigurabat̄ q̄ ecclesia formāda esset de latere christi in cruce dormiētis: vt postea dicet̄. Et sic ptz ad quesitum. Et ad argumētū in oppositū respōdet beatus Tho. vbi supra in sol. ad tertiū dicens q̄ ex naturali generatiōe cōtrahitur quedā ꝓpinquitas que matrimoniū impedit. Modo Eua nō fuit ꝓducta ex Adam per naturalem generationē: sed sola virtute diuina. Unde Eua non dicitur filia Ade. Et sic patet ⁊c.

¶ Queritur secūdo quomodo de costa Ade: que fuit paruū mēbrū potuerit formari corp⁹ Eue: q̄d fuit ꝑfectū secūdum debitā q̄titatē q̄primū fuit formatū: sicut et corpus Ade cū primo fuit a deo ꝓductum de limo terre. Ad hoc quesitum est triplex modus dicendi. Primus est eoꝝ qui dicunt q̄ virtute diuina sine additione cuiuscūq̄ materie p̄dicta costa fuit adeo rarefacta q̄ ꝑuenit ad debitā q̄titatē mulieris perfecte. Et dāt exēplū de modico lacte bulliēte itra ollam: q̄d replet eā ita vt effundat̄ sepe exterius. Sed iste modus dicendi facile reprobatur. Nam si sic: corpus Eue nō fuisset sufficiēter condēsatum more alioꝝ corpoꝝ: ⁊ per consequens nō fuisset verū ⁊ ꝑfe-

etum corpus humanū. Secundus modus dicendi est eorum qui dicunt q tunc subtiliter creauit deus nouam materiā quam addens predicte coste ex vtroqz formauit corpus Eue. Sed iste modus quis fuerit possibilis: habet tamē parū apparentiam veritatis: maxime cum domin⁹ omnem materiam quā creare voluit stati et a principio simul creauerit: quis postea eam multipliciter distinxerit: vt in principio dictum est. Tertius modus est dicētium q in formatiōe corporis Eue ex costa Ade dominus de⁹ eo modo quo voluit addidit nouam materiam que precesserat sub alia forma, sicut factum est in multiplicatione quinqz panum et duorum piscium. Joan. vi. De illis autem panib⁹ cōmuniter tenet q multiplicati sunt per additionem noue materie ad preexistentē materiam. Unde August. super Joan. Hoc modo inquit Christus ex quinqz panibus satiauit quinqz milia hominū, quomodo et paucis granis producit multitudinē segetum. Sic est autem q dominus producit multitudinē segetum per conuersionem alimēti in naturā earum. Igit sic in proposito dicendū est.

¶ Querit tertio. Cur dn̄s potius voluit formare corpus Eue ex costa Ade, q ex alia parte corporis illius. Responsio: Illud fecit dn̄s ad ostendēdum cōuentionē socialitatis inter virū et mulierē. Si eni Euam formasset de capite viri: forsā arbitrari potuisset dbere dominari supra virū. Qz si de pedibus, tūc forsan habuisset eā vir tanq ancillā et despectam personam. Ut ergo ostēderet deus inter eos esse debere cōuentionem socialem, et quasi quandā paritatē: saltem qtū ad obitū matrionij: decuit vt mulier formaret ex costa viri.

¶ Sed q in tertiu. Et adduxit eam (scz mulierē) ad Adā. Et dixit Adam. etc. In quib⁹ verbis tria tanguntur. Primum reuerentia quā debet mulier viro, que notatur cū dicitur (Adduxit eam ad Adā) Debet eni vxor deferre viro suo honorē. Unde quia vasthi regina hoc renuit facere: contēnēs ad regis assueri imperiū venire ad eū: eiecta est de domo regis. Hester. i. Hinc apo. Ephe. v. dicit: Mulieres subdite sint viris suis. Secunda est mutua inter coniugatos amicitia, honesta tamen. Nemo enim vnq odio habuit carnē suam. Ephe. v. Sic est autē q vir et mulier matrimonialiter coniūcti reputātur tanq vna caro. Gen̄. ij. Erūt duo in carne vna. Hoc autem tāgitur in presenti cū dicitur. Dixit autem Adā, supple de Eua. Hoc nunc os de ossibus meis: et caro. etc. Tanq apte diceret Adam. Totum corpus hui⁹ mulieris de corpore meo formatum est. Tertium quod tangitur vbi supra, dicit nois cōnotatio cū dr: Hec (scilz mulier) vocabitur virago, quoniā de viro sūpta est. A viro ergo dicitur virago, quod fuit nomē prime mulieris. Nunc autem virago appellatur omnis mu

lier que agit opa virilia. Per syncopam autem dicitur virgo:scilicet illa que non cognouit virum.

¶ Moraliter Adam designat quemlibet prelatum. Hic igitur Adam si fuerit austerus plusq̄ expediat, debet auferre partem dicte austeritatis: et replere carnem pro ea: vtendo tēpore et loco mansuetudine. Nec eni debet talis esse nimium durus, nec nimiū mollis siue benign⁹: sed dz vtrūq̄ miscere simul, et tēperare rigorem debita māsuetudine. Sic enim cōmodius poterit emendare subiectos. Psal. Quoniā superuenit mansuetudo, corripiemur. In huius figuram dicit Aposto. Heb.ix. q̄ in arca testamenti erant hec duo simul: scz virga Moysi, et manna. Auferenda est ergo costa de Adam, id est nimius rigor a prelato: ne vt vulgo dici solet, faciat d̄ vno diabolo duos. Debet ergo talis pro loco et tēpore dissimulare, et cōdescendere infirmis per cōpassionē: et signanter in his que nō sunt contra deum, neq̄ contra bonos mores. Et hoc est replere carnem pro costa. Talis autē Adā erat Apos. qui de seipso loquēs.j.Thessa.j.aiebat. Factus sum in medio vestrū tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Quia ergo inter subditos aliq̄ sunt duri et difficiles ad regēdum: et qui volunt regi in virga ferrea: alii vero faciles et ductibiles: et qui cum mansuetudine et benignitate duci volunt: ideo contra primos debet se habere dure prelat⁹ ad modum ossis: et contra secūdos ad modum carnis, ita vt merito dicere possit cum primo parente omniū Adā. Hoc nunc os ex ossibus meis: et caro de carne mea.

¶ Allegorice. Sicut factū est circa corpus naturale Adā, sic etiam fecit olim deus circa corpus mysticum ecclesie triumphātis. Nam tunc tulit vnam de costis illius quando perdidit magnam partē angelorum, eam deiiciēdo de dicta ecclesia propter suā superbiā: dicens illud psal. Non habitabit in medio domus mee q̄ facit supbiā. Itē illud Esa.xiiij. Ad infernum detraheris cū superbia tua. Tūc autem repleuit dominus carnem pro dicta costa sic ablata de loco sue creationis, quādo ordinauit ruinas angelorum debere reparari et repleri de humana natura: que ꝓ parte caro est. Psal. Iudicabit in nationib⁹, implebit ruinas. Nā vt dicit Isido. de summo bono. lib.j.c.xij. Bonorū angelorum numerus: qui post ruinam malorū angelorum est diminutus: ex numero electorum hominum supplebitur: qui numerus soli deo est cognitus.

¶ Decimatertia clausula.

¶ Quāobrē relinq̄t homo patrem suum et matrē, et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna.

¶ Historialiter. Quamobrē, id est q2 mulier de viro sum-

pta est: vel propter matrimonium quod et illis verbis domini: Hoc nunc os &c. confirmatū est: relinquet homo sepe patrem suum et matrem: non quidem quantum ad dilectionē, sed quantum ad cohabitationē: eo quod filius vxoratus est quasi emācipatus: eo quod habet providere et intendere sibi vxori et familie. Et similiter ecōtra vxor relinquet patrem et matrem quo ad domesticam habitationē, insuper & patriam: et adherebit viro suo. Historiam habemus de Ruth: que dimisit parētes & patriam vt sequeretur virum suum. Eiusdem .j. ps. Obliuiscere populū tuū & domum patris. Nihilominus cū vir sit caput mulieris: vxor tenetur sequi virum patriam mutātem: non autem ecōuerso. Unde non solum Ruth: verum etiam Rebecca, Rachel & Lya secute sunt viros suos pregre constitutos. Uel ob hanc rem, demonstrando vxorē, id est propter hanc mulierem relinquet homo patrem &c. Hoc sepe fit a viris: qui relinquūt cohabitare corporaliter cum parētibus propter vxores suas: quia maior est zelus in vxorē: quam amor filiorum in parentes. Humor enim ascēdit de trunco ad ramos: sed non redit. Sequitur in textu: Et adherebit vxori sue: & erūt duo in carne vna. In istis verbis tanguntur tria bona matrimonij: que sunt fides, ples, sacramētum. Dicit ergo dominus: Et adherebit (supple maritus) vxori sue: vt scilicet nulli alij commisceatur carnaliter. Ecce bonum fidei, id est fidelitatis promisse inter contrahentes. Item adherebit, supple vxori sue inseparabiliter, scilicet vsque ad mortē. Ecce bonum sacramenti, id est significatio coniunctionis future inter Christum & ecclesiam: quam nunquam erit relictura. Et erunt duo in carne vna, id est in carnali copula ad prolem procreandā. Ecce bonum prolis.

¶ Notandum est autem quod dominus per illud verbū (Erunt duo in carne vna) aperte insinuauit vnam vxorē debere esse vnius viri, et non plurium. Et hoc est contra falsam opinionem Platonis dicētis vxores debere esse communes. Quam etiam opinionem seu potius errorem secutus est ille Nicolaus diaconus, vnus de septem primus: de quo habetur Actu. vj. Hic enim Antiochenus erat: qui inde venerat in Hierusalem cum vxore sua. Que cum pulchra esset: timēs ne propter hoc diceretur de eo quod esset zelotypus: exposuit eam omnibus: dicens idem debere fieri de omnibus vxoribus. Et inde secuta est secta Nicolaitarū: quam odio persequebatur et reprobabat beatus Joannes euangelista, vt patet Apocalypsis secundo. Hunc etiam errorem et abusum reprobat consuetudo multarum creaturarum irrationaliū. Nam in omni specie animalium in qua patri inest aliqua solicitudo prolis cum matre, vnus mas nō habet nisi vnam feminam nec econuerso: sicut patet

in omnibus auibus que simul nutriunt pullos suos. In animalibus vero in quib⁹ matribus sola inest solicitudo de ꝓle educanda: indifferēter mas habet plures feminas, et econuerso, vt patet in bobus, canibus, gallinis et huiusmodi. Cū igitur inter omnia animalia in specie hūana in masculo sit magis cura de prole: manifestum est ꝙ naturale est hoi ꝙ vnus mas tantum vnam feminā habeat: et econuerso. Sic enim viuebant Romani priusꝗ fidem susciperent christianam. Unde de illis refert Valeri⁹ maximus ꝙ credebāt etiam propter sterilitatem fidem coniugalē nō debere dissolui. Qualiter autem olim fuit licitum sanctis patribus habere plures vxores: dicetur in sequentibus suo loco.

¶ Notandum insuper iuxta illud predictum verbum: Relinquet homo patrē suum et matrem: ꝙ homo est terminus et nomē cōmunis generis: significans virum et mulierē. Deus ergo proferens dictum verbum voluit insinuare que persone sunt inhabiles et illegitime ad simul contrahēdum: et hoc secundum legem nature. Ille autem sunt pater et mater. Est ergo sensus predicti verbi. Relinquet homo: id est filia patrem suum: vt non contrahat cum eo. Reliquet similiter homo, id est filius matrē suam: vt nō sit ei licitum quouis modo cum ea contrahere. Nam copula filie cum patre, vel filij cum matre: est contra finem matrimonij, qui est bonum prolis: quod ex hoc impediretur, nō quidem totaliter: quia filia posset concipere ex patre, sicut legitur Gen. xix. de filiabus Loth. et similiter mater ex filio: sed qr hoc non fieret conuenienti modo. Indecēs enim est ꝙ filia patri ꝑ matrimonium coniūgatur in sociam causa prolis generāde et educāde: quam oportet per omnia naturaliter patri subiectam esse: velut ex eo naturali origine procedentē. Et ideo de lege naturali est ꝙ pater et mater a matrimonio repellantur, et magis mater ꝙ pater: quia magis reuerētie que debetur parētibus derogatur si filius matrem: ꝙ si pater filiā ducat i vxorem: maxime cum vxor viro aliqualiter debeat esse subiecta.

¶ Moraliter. Homo ꝗ debet relinquere patrem suū et matrem, et adherere sue vxori, est quilibet prelatus ecclesiasticus, qui debet relinquere patrem et matrem, id est omnem affectum carnalem erga parētes suos: et adherere vxori sue, id est ecclesie per amorē et solicitudinē. Unde Deuteronō. xxxiij. olim mandabat dñs vt illi promouerentur ad gradū leuiticum, qui dicebant patri et matri, nescio vos: et fratrib⁹ suis, ignoro illos. Hui⁹ autem cōtrarium plerīꝗ beneficiati agunt qui volunt habitare cū parentibus et amicis: vacātes suis voluptatibus et ocio, committentes curam ouium suarum indoctis vicarijs: qui ꝗrūt lanam ouiū, et nō salutem: ꝗ solent dicere ꝙ oportet eos

soluere magistris suis. Alij autem de patrimōio crucifixi ditant parentes suos siue in vita/ siue post mortem. Alij vero (quod deterius est) inde nutriūt scorta & impudicas personas in damnationem animarum suarum.

¶ Allegorice. Homo est Christus: de quo Psal. Homo natus est in ea: id est Christus in virgine Maria. Homo iste in sua incarnatione reliquit patrē suum/ non per separationē aut diuine nature amissionē: sed per noue nature scz humane assumptionem. Joan. xvj. Exiui a patre/ et veni in mundum. Item reliquit matrem suam. i. synagogam/ que eum prius genuerat secūdum corpus/ scdm illud Ro. j. Factus est ex semine David secūdum carnem. et adhesit vxori sue/ id est ecclesie christiāe per amorem inseparabilem. Matt. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsq ad cōsummationē seculi. Sequitur: Et erūt duo in carne vna: scilicet Christus et ecclesia. Olim enim deus & synagoga fuerunt duo in spiritu vno: q2 qui adheret deo/ vnus spirit⁹ est cum eo. vt habetur j. Corint. vj. Modo vero Christus & ecclesia sunt duo in carne vna. Quia pueri cōmunicauerunt carni & sanguini/ id est veri christiani cōicauerūt cū christo i carne humana/ & sanguine naturali: & ipē similiter pticipauit eisdē. Hebr. ij. Similiter idem Apost. Ephe. v. tractās predicta verba: Re. in quet homo patrem suū & matrem suam/ et adherebit vxori sue: & erunt duo in carne vna: immediate subiungit dicens: Hoc sacramētū magnum est/ id est hoc mysterium sacre rei magnum signum est. Sed cuius rei sacre magnum signū? Profecto coniunctionis xpi & ecclesie: qui fuerunt & sunt & erunt vsq in finem seculi duo in carne vna. i. conformes in vna natura/ scilicet humana.

¶ Anagogice. Hō iste ē christus: vt sepe dictum est: qui secūdum carnem habuit patrē putatiuum & nutricium: scilicet Joseph: similiter & verā matrem virginem scilicet Mariam. De quibus Luce. ij. Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Sed predictum patrem similiter & matrem reliquit Christus quantum ad presentiam corporalē in sua ascensione. Et hoc sustinendo q Joseph tunc nondū obijsset mortem: quod tamen cōmuniter non tenetur. Tūc etiam ipse Christ⁹ adhesit vxori sue/ id est ecclesie triumphanti. Et facti sunt duo in carne vna per conformitatē glorie tam ex parte anime q corporis quo ad eos qui iam surrexerunt: si tamē plures sint tales.

¶ Decimaquarta clausula.

¶ Erat autē vterq nudus: Adam scilicet et vxor eius: & non erubescebant.

¶ Historialiter. Postq Moyses egit de formatione Eue de costa ade: hic cōsequenter agit de vtroq parēte quo ad exteriorem dispositionem corporis: quia vterq nud⁹ erat.

Locus enim ille paradisi terrestris temperatissim⁹ erat: ita vt nec frigus nec calor pos set alterare aut immutare humana corpa a sua naturali dispositiõe. Propter quod vestimento non indigebant illi primi parentes/ sed nudi erant: nec tamẽ inde erubescebant/ vt dicit Moyses. Cuius causam assignat Augustin⁹ super Gen. ad literam: que etiã ponitur in glo. ordi. quia scilicet nullam legem adhuc in membris senserant legi mentis repugnantem: que quidem lex inobediẽtiam secuta est. Nihil putabant velandũ: quia nihil senserãt refrenandũ. Hec Augustinus. Josephus autem dicit ꝙ ideo primi parentes nõ erubescebãt in illo statu innocentie ex sua nuditate: quia erant simplices/ vel scientia carentes: sicut hodie contingit in paruulis carentibus rationis vsu: qui non erubescunt ex sua nuditate. Sed hec opinio facile reprobatur: maxime cũ homo a sua formatione fuerit in scientia perfectus: vt supra ostẽsum est. Et ideo inquit de lyra/ dicendum ꝙ illud cõtingebat ex conditione status innocentie: quia nullus inordinatus motus poterat contingere in membris genitalibus/ nec aliqua inhonestas in alijs ptibus durante illo statu. Nuditas ergo quarũcũqꝫ partiũ humani corporis non poterat esse causa erubescẽtie in paradiso ꝗdiu durauit innocentie status: sicut nec modo erubescimus si quis viderit caput/ manus et pedes nostros: vt dt magister in historia scholasti ca: addens ꝙ inordinatus motus membrorũ ipsa facit pudenda. Unde ibi dat exemplũ de pueris: qui si videãtur pudenda eorum/ nõ erubescunt: qꝛ beneficio etatis motũ erubescibilem nondum senserunt qui pudẽd⁹ est et inordinat⁹.

¶ Moraliter peccãtium duo sunt genera. Quidam enĩ peccant occulte. Et tales ceteris paribus minus grauiter peccant: qꝛ vt cõmuniter dicitur peccatum occultum est semiremissum. Alij vero peccant aperte ⁊ manifeste etiam omni erubescẽtia semota. Et tales grauiter peccant. Nam eorum peccatum aggrauatur ratiõne scandali. Figurantur autem tales per primos parẽtes: ꝗ cũ essent nudi/ non erubescebant. Contra ergo tales clamat scriptura Hier. iij. dicens. Frons mulieris meretricis facta ẽ tibi: ⁊ noluisti erubescere. Tales autem erant illi nequissimi sodomite: quorũ clamor. i. facti euidentia dicitur ascendisse ad dominum: ⁊ ipsum prouocasse ad mirabilẽ ⁊ a seculis inauditam iustitiã ⁊ vindictam.

¶ Moralr̃ ⁊ aliter ꝑmi parẽtes non erubescentes de nuditate sua/ designant illos Christi seruos qui non erubescunt tẽpore ⁊ loco nude ⁊ apte benefacere/ atqꝫ illi seruire: nec non palam confiteri nomẽ sanctum eius: non obstãtibus opprobrijs ⁊ iniurijs peruersorũ hominũ ⁊ inimicorum Christi. Propter quod tales possunt merito dicere illõ psal. Facti

sumus opprobrium vicinis nostris: ⁊ inimici nostri subsannauerunt nos. In cuius rei signum fideles audiendo sacrū euangelium signant frontem suam signaculo crucis: tanꝙ si dicerent. Non erubescimus confiteri nomen xp̄i crucifixi. De malis autem qui erubescūt seruire xp̄o/ loquitur ipse idem Luce.ix. dicens. Qui me erubuerit ⁊ meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit ⁊c̄.

¶ Allegorice. Adam qui interpretatur indigena siue terra rubra: recte xp̄m figurauit qui ꝙdiu in hoc mundo ambulauit/ tāquā indigena fuit: sed tandem in passione tanꝙ terra rubra extitit: ⁊ hoc propter effusionem sui preciosi sanguinis ex omni parte sui corporis/ ita vt pre admiratione dicerent ei sancti angeli illō Esa.lxiii. Quare rubrū est indumentum tuum .i. corpus tuum quo induta est tua diuinitas? Quibus respondit dicēs. Non miremini si rubrū est indumētū meū: qꝛ torcular calcaui sol⁹ .i. mortē sustinui ī torculari crucꝭ sol⁹ ꝓ redēptione hūani generꝭ. Iste ꝗ Adā noster ī eternitate sua existēs atꝗ in paradiso non terrestri sed celesti manens erat nudus/ quia sine indumento nostre humanitatis: nec erubescebat in conspectu angelorū ex quo formati sūt/ taliter nudus videri. Tādē autē ꝓpter peccatū ade indut⁹ est carne humana: vt dicetur postea.

¶ Anagogice Adam et Eua nudi in paradiso terrestri existētes: nec inde erubescētes: designant statum beatorum qui post generale iudicium erunt in paradiso celesti nudi ex parte corporis: nec idē erubescent. In cuius figuram legitur .iiij. Regū.ij. ꝙ cum helias ascēderet in curru igneo in celum: dimisit pallium suū cadere in terram: quod inde leuauit heliseus.

¶ Vel dic in eodem sensu anagogice ꝙ Adam nudus in paradiso terrestri/ designat nudam ⁊ apertam dei visionem de qua Aposto.j. ad Corin.xiij. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Et .j. Io.iij. Videbimus eum sicuti est. Tunc enim velamen fidei deponetur ab intellectu fidelium.

¶ Genesis.iij. clausula.j.

¶ Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terre que fecerat dominus deus.

¶ Historialiter Postquā habitum est de productione primi parentis pariter ⁊ de consorte illius Eua: hic cōsequenter incipit Moyses tractare de lapsu vtriusꝗ: ⁊ de occasione huiusmodi lapsus/ scilꝫ de malitia diaboli et astutia illi⁹ qui sub specie serpētis temptauit primo mulierem: deinde ꝑ eam virū. Et hoc est quod hic dicitur. Sed ⁊ serpēs erat callidior cunctis ⁊c̄. Sed pro maiori declaratione p̄ntis text⁹ mouēda sunt aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū est quomodo intelligitur ꝙ serpēs erat callidior cūctis aian.

tibus terre. Responsio. sensus est quod erat astutior: nequior: versutior: et magis versipellis ad decipiendum quam cetera animalia. Uel secundum aliam literam erat prudentissimus omnium bestiarum. Prudentissimus inquam sicut apes et formice dicuntur prudentes: scilicet propter quedam opera que faciunt ex quodam naturali instinctu. Unde xps Mat. x. Estote prudentes sicut serpentes. Et Isido. libro. xij. Etym. In naturalibus inquit bonis que nobis et irrationabilibus animantibus communia esse videmus / vivacitate quidem serpens precellit. Dicuntur ergo huiusmodi serpentes sapientes vel prudētes propter nōnulla opera sapientiam vel prudētiam imitātia. Uel quia secundum philosophum in talibus animalibus aliqua participatio prudentie invenitur: et maxime in hoc quod corpus exponunt pro tuitione capitis. Uel secundum August. super Gene. ad literam libro. xj. dicitur serpens callidus: astutus: subdolus: versutus: propter astutiam diaboli qui in illo agebat dolum: sicut homo dicitur prudens vel astutus quando suadet ad aliquid prudenter et astute faciendum. Dicit etiam Petrus comestor in historia scholastica quod serpēs erat callidior / id est astutior ad decipiendum. cunctis animantibus terre et naturaliter et incidenter. incidēter quidem: quia plenus erat demonio.

¶ Secūdum dubiū. Quid movit diabolum per serpentem decipere hominem? Respondet idem Petrus quod sola invidia. Lucifer enim deiectus a paradiso spirituū: invidit homini quod esset ī paradiso corporū: sciens quod si faceret eū trāsgredi / quod ille inde eijceretur. Timens vero a viro deprehēdi: mulierem minus provi dam aggressus est: et hoc per serpentem: qui tunc erectus erat vt homo: quod postmodū in maledictionem prostratus est. Ex quo patet quod malum et horrēdum sit invidie peccatum. De quo loquens August. lib. de doctrina christiana dicit sic. Auertat deus hanc pestē ab animis omniū hominū. invidia enim vitium diaboli est: cum quo solo diabolus reus est. Nō enī dicitur diabolo vt damnetur / adulterium commisisti: furtum fecisti: villam alienam rapuisti: sed homini stanti invidisti. Hec ille. Hinc scriptum est Sapien. ij. Invidia diaboli mors itroivit ī orbem terrarum.

¶ Tertium dubiū est cur diabolus tentavit mulierem in specie serpentis. Videtur enī quod debuerit eam tentare per aliam creaturā: que scilicet esset pulchra et formosa: vt sic cautius eam deciperet: et que haberet maiorem apparentiam boni quam serpēs. Respōdet ad hoc August. super Gen. ad literā libro. xj. dicens quod in hac tentatione diabolus nihil egit aut agere potuit ex seipso nisi secundum dei permissionē et ordinationem. In ipo nēpe erat nocendi et decipiendi cupiditas: sed in eo non erat vt eli-

geret modum et formam quã vellet: sed vt permissus est a deo tanquã a superiori potentia. Da exemplum de tortore qui nihil agit circa malefactorem nisi secundum iudicis ordinationem ꝛ voluntatem. Forsan ergo diabol⁹ per aliã speciem gratiosam libẽter tẽtasset mulierem si sibi a deo permissum fuisset. Sꝫ hoc noluit de⁹: ne illa facili⁹ deciperetur. Quininimo ecõtra permisit eã tẽtari a diabolo ĩ spẽ horribili in qua fallaciam demonis poterat facili⁹ dephẽdere. Et ideo nõ deo nec diabolo principalr: ſꝫ sibiipsi imputare debet ꝙ seducta est.

¶ Quartum dubium est de figura serpentis mediante quo tentauit diabolus mulierem. Respondetur ad hoc cõmuniter ꝙ in specie serpentis habẽtis vultum virgineum. Et huius opinionis est venerabilis Beda. Cum enim esset demoni permissum tentare mulierẽ in spẽ serpentis, ꝛ nõ alias: ille ↄsiderãs multas ꝛ varias eẽ serpẽtũ species, elegit pulchriorem ꝛ min⁹ horribilẽ, vt min⁹ dephẽdi posset ei⁹ fraus subdolositas astutia ꝛ versutia a muliere prima. Modo vt refert domin⁹ patriarcha de palude, sunt qui dicũt in grecia esse quandam speciem serpentum quos dracumpedes appellãt: qui sunt magni ꝛ potentes: virgineas facies humanis faciebus similes habẽtes: sed in draconum corpus desinũt. Et de hoc genere serpentum credi potest fuisse serpens a quo in malum suum ꝛ nostrum prima mater nostra Eua decepta est. Assumpsit ergo diabolus serpentem aliquem in predicta specie: non sicut sumit anima corpus: sed sicut sumit homo indumentũ. Non enim vnum fuerunt diabolus ꝛ serpens: sicut anima ꝛ corpus sunt vnum. Sumpsit inqꝫ coniungendo, vel potius applicando sibi. Faciem quidem serpentis virgineam tm̃ modo mulieri demonstrauit: vt illa alliceretur forme consimili: maxie cũ oẽ aĩal diligat sibi simile: vt habetur Eccli. xiij. Partem vero reliquã corporis serpenti similem arborꝝ frondibus occultauit: vel magis herbarum folijs: qꝛ in paradiso non cadunt folia arborum nisi vt noua succedant: quod tunc nõ fuit: maxime cũ solum esset quarta dies a productione plantarum. Quomodo autẽ diabolus tũc efficere potuerit vt serpẽs articulata verba formaret: hoc, ĩquit de palude, vtique non videmus. Sed forte hoc nõ p arterias spẽtis: sed extrinsecus reuerberato aere ꝛ artificialiter in spẽ diabolus verba formauit. Dicunt tamẽ doctores ꝙ diabolus per corpus serpentis loqui potuit: sicut olim locutus est per falsos prophetas, decepturus gentibus, quanuis nõ sit omnino simile. Falsi nempe prophete habebãt arterias ꝛ omnia requisita ad articulata verba formanda. Non autẽ serpens.

¶ Quintum dubiũ. Utrũ serpens intelligeret que dicebat cum mulieri loquebatur.

Respondetur q non. Non enim anima eius credenda est conuersa i naturam rationalem. Sed sic locutus est serpēs cū muliere: sicut asina cum Balaam Nume.xxij. Hoc tñ differt inter vtrumqz, q cū muliere locutus est serpens procurante diabolo. Asina autē cum Balaam procurāte angelo sancto. Sepe enim cōpertū est bruta locuta fuisse: nūc quidem mouente angelo bono: nunc angelo malo. Unde Augu.d ci.dei li.iij.c.xxxj. refert boues locutos fuisse. Idem refert Eusebi⁹ in chronicis. Similiter Eutropius libr.vj.scz de quodā boue qui paulo ante mortem Julij cesaris locutus est i suburbano Rome ad quendam hominem arātē, dicens illi q in breui non frumēta sed homines deberent deficere. Similiter refert Tit⁹ li mus libro.iiij.bouem in sicilia locutum fuisse. Deniqz valeri⁹ lib.j.refert q imminente bello secūdo punico quod habuerūt Romani aduersus carthaginenses: locut⁹ est bos domitio imperatori dicēs: Caue tibi Roma. Rursum legitur i legēda sanctorum Cosme et Damiani q cum sepeliri deberēt aduenit camelus quidam qui humana voce proclamans in vno loco eos sepeliri precepit. Prius enim super hoc oriebatur difficultas: eo q sāct⁹ Cosmas longe ante mortem hoc prohibuerat. cuius causam pertranseo. Sed in his omnibus firmiter tenendum est huiusmodi animalia non intellexisse que ab eis dicebantur: et similiter neqz serpens mulieri loquēs. Qz si in contrariū arguatur de eisdem serpentib⁹ qui videtur intelligere verba incantatorum: qui per suas incantationes et carmina eos exire faciūt de suis foueis: et cogūt vsqz ad eos venire: Unde specialr de aspide dicit ps. q obturat aures suas: vt nō exaudiat vocem et verba incantantiū. Ad hoc respondet Augusti. dicens q verbis magorum siue incantatoꝝ serpentes extrahuntur de latebris suis arte demonis: vt sic seducat homines curiosos. Item hoc permittit de⁹ in testimonium q natura hūana primo fuit seducta colloquio serpentis. insuper per hoc ostendit quedam demonis cum serpentibus familiaritas. Et idē intelligendum est de aspidibus. Non ergo serpētes intelligūt que dicuntur, sed diabolus in eorum corporibus talia ad vocem carminatorum operatur.

¶ Sextum dubium. Cur diabolus cum sit in tentando callidissimus, id est astutissimus et deceptiu⁹, non tētauit mulierem interius. Nam tale genus tentationis est conuenientissimum ad decipiendū. Minus eni cauet quisqz id quod non videt, quam id quod videt. Respondetur q diabolus bñ cognoscebat et aduertebat q non poterat tentare mulierem interius suadendo malum: sed tantum exterius, quādiu i inocentia et originali iustitia illa perseuerauit. Quod sic patet. Omnis enim inte-

rior tentatio fit aut per inflãmationem cõcupiscẽtie ꝛ sensualitatis: aut per immutationem phantasie siue vis imaginatiue. Neutro autem istorum modorum potuit in statu innocentie diabolus seducere mulierem: eo ꝙ nulla deordinatio aut defectus potuit esse in primis parentibus quo ad partem inferiorem, quandiu pars superior subiacuit ꝛ obediuit diuine volũtati: hoc agente originali iustitia. Hec igitur cognoscẽs diabolus nõ interius sed exterius tentauit mulierem: et hoc in specie aliena scilicet serpentis: vt illa de tentatione posset minus aduertere, et diabolus magis latere. Et sic patet quid dicendum ad predicta sex dubia.

¶ Moraliter. Serpens callidior cunctis animantibus secundum glo. interli. designat hominẽ hereticũ, qui est valde callid⁹, id est astutus in seducendo fideles: et maxime si fuerit doctus. Qui quãto doctior tanto periculosior. Unde Augustinus super Psalte. exponens illud verbum: Mõtes in circuitu ei⁹: dicit ꝙ nõ fecerũt hereses nisi magni homines. Sed ꝙ̃tum magni, tãtũ mali montes. Hec ille. Tales ergo heretici querentes diffundere virus suum, merito comparantur serpentibus: qui sicut callide effundunt venenum pestiferũ quo inficiuntur et tandem interficiuntur corpora: sic et illi satagunt astute effundere et euomere ex ore suo venenum falsitatis quo inficiuntur et spiritualiter interficiũtur anime. Unde tales propter suam calliditatem et dolositatem comparat Ambrosi⁹ lupis super Lucam libro. vij. vbi exponens illud Luce. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: dicit sic: Lupi sunt bestie voraces que insidiantur ouibus, circa casas pastorales versantur, habitacula domorum non audent intrare: vocem canum fugiunt: absentiã aut desidiam pastoris explorant: guttur ouium inuadunt vt cito transgulent: feri: rapaces: ad inflectẽdum difficiles. Preterea si priores aliquem videant hominem, vocem dicuntur ab eo auferre. Ita et heretici ouili Christi insidiantur, fremunt circa caulas ouium Christi: et hoc magis nocturno tempore ꝙ̃ diurno. stabulum tamen ecclesie non intrant. Explorant pastoris ꝛ canum id est doctorum absentiam: quia talib⁹ presentibus vix nocere possunt ouibus. Quod si aliquem versuta disputationis sue circumspectione preuenerint: faciunt obmutescere. Caue ergo ne vocem tibi tollat hereticus. Hi ergo sunt quos precauere nos docet saluator Matthei. vij. dicens: Attendite vobis a falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hec Ambrosius vbi supra.

¶ Moraliter et secundo per serpẽtẽ callidum id est astutũ ad malefaciendũ ꝛ mordendũ

intelligi potest oīs detractor/ qui obseruat tēpus et locum in quo possit effūdere venenū detractionis/ et mordere letaliter primū suū. psal. Linguis suis dolose agebāt. sup. detractores. venenū aspidū sub labiis eorū: et sicut venenū aspidū est insanabile/ vt dī alibi psal. sic et semel emissa ex ore malevolo detractio vix postea curari potest. p reparationē bone fame: qr vt dicit Oratius in epl'is/ semel emissum volat irreuocabile verbū. Et quēadmodū vt dictū est: serpens ille mediāte quo sedurit diabolus Euam/ habebat faciē virgineā corpus tamē serpentinū: mulieri aūt quā seducebat/ faciē ipsam virgineam et gratiosam ostendebat: corpus vero serpētinū sub foliis arborū abscōdebat: ita et detractor interdum habet pulchra verba: sed prauam intētionē. Solet nēpe talis frequenter premittere aliqua laudabilia de illo de quo detrahere intēdit: vt abscondat intentionē suā malā. Sed tandem cauda pungit cū post laudabilia subiūgit vituperabilia. Eccli. xxxij. Ante grandinē preibit coruscatio. Patz ergo quomodo detractor more serpentis sibilando: id est alium laudādo: ipsum mordet et inuenenat.

¶ Moraliter et tertio per serpentē callidum et astutum intelligitur oīs hypocrita: q̄ habet faciē virgineā. i. pulchra verba/ et opera bona extrēcterius: sed interius est totus serpētinus p iniquitatē et culpam. Propter qd̄ xp̄s Matth. xxiij. cōparat tales sepulchris dealbatis: que exterius sunt pulchra et speciosa: intus autē plena cadaueribus mortuorū. Ois eñi hypocrita habz simulationē quādā sanctitatis/ qua vult aliis apparere bonus: cū in se sit malus: cū tamē dicat Petrus rauen. in quodā sermone: q̄ iniuria nulla capitalior q̄ malū agere: et bonū velle videri. Unde Orati⁹. Nūq̄ te fallant lupi sub vulpe latentes. Impia sub dulci melle venena latent. Q̄ periculosi aūt sint huiusmodi serpētes/ pulchre declarat Chrysost. super Mat. in ope incōpleto homil. xxiij. vbi exponēs illud verbū Matth. vij. Attendite a falsis prophetis etc̄. dicit sic. Nulla res est q̄ sic exterminat bonū quēadmodū simulatū bonū. Nam manifestū malum tanq̄ malū fugitur et cauetur. Malum autē sub specie boni celatum dū nō cognoscit/ nō cauetur/ et sic quasi bonū suscipit: et coniunctum bono extermināt ipsm. Sic serui diaboli tūc pessime christianitatem corrumpunt: quādo se simulant christianos esse et non sunt. Hec Chrysostomus.

¶ Allegorice: Serpēns fuit christus: qui habitu inuentus est vt homo: vt habet Philip. ij. Caruit tamē iste serpēs veneno peccati: quippe q̄ peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. Esa. liij. Teste Plinio in naturali historia/ de serpēte qui tyrus dicit: postq̄ fuerit mortuus/ fit tyriaca: q̄ serpentū morsus curat et medetur. Ita et de christo habens

te speciē serpētis sit tyriaca.i. optima medicina valens ad medendū venenū peccati: dū applicantur hoībus ecclesiastica sacramēta que operātur in virtute passionis xpi. In cuius figurā legit' Exo.iiij. ꝙ virga Moysi in serpentē mutata deuorauit serpētes quos fecerant magi pharaonis. Similiter legit' Nū.xxi. ꝙ cū populus Israel habitaret in deserto: ꝛ peccasset cōtra dominū: ipse dñs misit in vltionē eiusdem populi serpentes ignitos id est ignem spirātes qui mordebant populū. Tandē ad preceptū ipsius dñi Moyses fecit serpentē eneū siue cupreū quē supra palū eleuauit. Quo facto oēs percussi a venenosis serpentibus dictū serpentem eneum intuentes statim sanabantur. Sic ꝛ pauperes peccatores quos momordit ꝛ suo veneno infecit serpēs ille infernalis: curari poterūt ꝛ nō alias: dūmodo oculis cordis intueantur ꝑ fidem xpm in cruce exaltatū. Et hoc est qđ ipse idem christus de seipso loquit' Joan.iij. dicēs Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, nō pereat: ꝫ habeat vitam eternā. Iste autē noster serpēs xp̄s fuit callidior.i. prudentior cunctis animātib⁹ terre: prout ꝑpulchre ostendit in illa disputatiōe quā egit in tēplo cū adhuc esset duodecim annorū. Luce.ij. Idē etiā ostēdit postea cū predicaret ꝑ iudeam et galileam: ita vt sepe auditores induceret in admirationē: prout testant' euangeliste. Fuit etiā callidior id est prudentior diabolo sicut bene ostendit in deserto qñ fuit tētatus ab eo: sed nō superatus: quinimo ipse victor euasit: qr relict eū tētator. Matth.iiij.

¶ Mystice Iste serpens designat antixp̄m plenū veneno peccati: quē ꝓpter abūdātiā malitie Aposto.ij. ad Thes.ij. vocat hominē peccati, et filiū perditiōis. Iste igitur serpēs erit valde callidus.i. astutus in malitia ꝛ in seducēdo homines qui erunt tūc tēporis. Nā quosdā seducet ꝑ hypocrisim et simulatā sanctitatē. Alios per falsa ꝛ simulata miracula ostēdens se tanꝗ sit deus: vt dicit apo. vbi supra. Alios per blanditias ꝛ munera. Alios ꝑ terrores et minas: ita vt vix inueniri queat qui tunc se abscondat a calore eius.

¶ Anagogice. Serpēs iste fuit lucifer: q̄ fuit prim⁹ simpliciter īter oēs āgelos: vt testatur Isido. de sūmo bono. lib.j. cap.xij. Quod etiā probat ꝑ illud Job.xl. Ipse est principiū viarū dei. Itē ꝑ illud Ezechi. xxxj. Cedri nō fuerunt altiores illo in paradiso dei. Abietes nō adequauerūt sūmitatē eius. Omne lignū paradisi nō est assimilatū ei: qm̄ speciosiorem fecit illum deus. Ex quibus auctoritatibus concludit ipse Isido. ꝙ diabolus primatum inter angelos ꝛ excellentiā prelationis habuit: ex qua fiducia cecidit. Qđ si excellentior fuerit: consequens est dicere ꝙ in donis nature simpliciter excesserit ceteros ange-

los. Et ideo merito dicere possumus de eo q serpēs callidior id est prudētior erat omnibus animātibus .i. ceteris angelis. Verū huiusmodi calliditatē naturalē mutauit in calliditatē vitiosam: qñquidem prudentiā mutauit in astutiā et dolositatem: ita vt hodie nemo sit qui possit se abscōdere a calliditate ei⁹. Eccli. xix. Interiora ei⁹ plena sunt dolo.

¶ Secunda clausula.

¶ Dixit serpens ad mulierē: Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorū ⁊c. vsq ibi. Aperti sunt oculi eorum.

¶ Historialiter: hic agitur de processu tētatiōis diaboli: qui in serpente latitans temptauit Euam: ⁊ per eā tētauit Adā. Est ergo sensus. Dixit serpens id est diabolus intra serpentē latitans: ad mulierē: hebraice supple ad eam loquens: vt creditur verisimilr. Cur precepit vobis deus vt nō comederetis ex omni ligno paradisi? Quasi diceret. Videretur multum irrationabile q ille qui omnia ppter vos creauit: prohibuisset vobis ne de ligni fructu pulcherrimo ⁊ optimo comederetis. Et nota q dubitādo querit vt mulierem ad se alliciat: dum ab ea se velle addiscere insinuat: et vt eam ad dubitandum inducat. Stulta ergo fuit diaboli questio: quia non est querēdum quid dominus creature sue precipiat: sz prouidendum creature est vt summopere domino deo suo obediat semper. Fallax est qui interrogat: et apostata celi factus: querit vt alios perdat sicut iam perditus est: ⁊ ideo non audiendus. Cui respōdit mulier. De fructu ⁊c.

¶ Ubi notādum q responsio mulieris fuit īcauta: indiscreta: et stulta: ⁊ hoc ppter tria. Primo qdē ppē precipitationem. Mor em more mulierū respondit: cū tamen debuisset deliberare quid serpenti aut si serpenti respondendū esset. Unde Augusti. ad fratres in eremo. sermo. iij. qui intitulatur de silentio: lingua inquit nostra sensum nostrū sequatur et rationē: nō voluntatē. Secūdo propter recordationem diuini pcepti: quā multū accusatur. Unde dicit. Precepit nobis deus. Ubi Augusti. In de transgressio maior: qz precepti memor. Tertio propter dubitationē euentus futuri. Uñ dicit. Ne forte moriamur. De quo tñ euētu minime dubitare debebat: quia sic cōminatus fuerat deus dicēs. Quacūq die comederitis ⁊c. Modo de verbis domini ⁊ cōminationibus dubitare nō licet: et presertim vbi ponit conditio in esse.

¶ Respondit ergo mulier serpenti: dicēs. De fructu lignorum que sunt in paradiso: vescimur: id est vescendi habemus licentiā ⁊ facultatē: preter tamē q̄ de vno. Uñ subdit De fructu vero ligni qd est in medio paradisi: pcepit nobis deus ne comederemus et ne tangerem⁹ illud: ne forte mo-

rnamur. Nec tamen intellexit Eua aut dicere voluit dominũ illis prohibuisse esum fructus om̃is ligni quod erat in medio paradisi: sed tantũ de vetito quod dicebatur lignũ scientie boni et mali.
¶ Sequitur falsa et mẽdosa assecuratio diaboli in serpente loquẽtis: qui ait ad mulierem, factus scilz audacior ex dubia mulieris respõsione: sicut volens intrare ostũ palis clausum, applicãs se palis cũ sentit aliquẽ vacillare, fortius impingit in ipm. Nequaq̃ inquit morte moriemini. Ecce primũ mendaciũ qđ fuit in toto mũdo: cuius auctor ⁊ inuẽtor fuit diabolus. Propter qđ de eo loquẽs xp̃s Joã. viij. dicit ꝙ est mẽdax, ⁊ pater mẽdacij: id est inuẽtor illi⁹. Et nedũ ipse diabolus pater est mẽdacij: verũetiã omniũ mentientiũ: prout ipsemet xp̃us testat vbi supra, dicẽs iudeis. Vos ex patre diabolo estis. Ecce quasem patrẽ habent oẽs q̃ scienter loquunt mẽdaciũ. Et ideo ipsi tandẽ hereditabũt possessionẽ patris sui: scilicet infernum: dicẽte psal. de dño. Perdes oẽs q̃ loquũtur mẽdaciũ.
¶ Addidit autẽ diabolus suo mẽdacio falsam ⁊ vanã promissionem: in qua etiã ⁊ secundo mentit⁹ est: cũ ait ad mulierẽ. Scit enim deus ꝙ in quacũq̃ die comederitis ex eo: scilicz fructu ligni vetiti: aperiẽtur oculi vestri: scilz ad vidẽdum que modo nõ videtis: qđ verũ fuit. Sed ad ostẽdendũ mẽdaciũ ⁊ dolositatẽ ipsius diaboli notãdum ꝙ eius locutio erat duplex. i. dupliciter poterat intelligi. Primo sic ꝙ aperirẽtur oculi Ade et Eue ad vidẽdũ suã cõfusionẽ: ⁊ cognoscendũ se deceptos. Et q̃tum ad hũc intellectũ nõ est mẽtitus diabol⁹: q2 a parte rei ita illis cõtigit. Ipse tñ dolose locutus est: scz occultãdo ab eis dicti sensus cognitionẽ ⁊ itellectũ. Scđo sic ꝙ apirent oculi eoꝝ ad habendũ maiorẽ cognitionẽ. Et q̃tũ ad hũc sensũ mẽtitus est diabolus: vt satis constat. Mulier autẽ accepit predicta verba diaboli ad hũc sensum: prout optabat diabolus: ⁊ ideo seducta fuit. Sepe etiã diabolus tali duplicitate et equocatione locutus est in idolis loquẽs: vt est illđ verbũ Vergilij. viij. enei. Aio te eacidẽ romanos vicere posse. Et breuiter vt dicit glo. ordi. sup illo ꝟbo Luc. iiij. Exibãt demonia a multis clamãtia ⁊ dicentia: q2 tu es ⁊c̃. Demon tanq̃ improb⁹ magr̃ veris falsa pmiscet: vt sub specie ꝟitatis testimoniũ obtexat fraudis. sicut sequens indicat exẽplum.
¶ Refert eñ Valerius maximus libro. j. titulo de somnis. de milcare duce Carthaginẽsi, ꝙ cũ obsideret syracusas: visum est illi quadam nocte in somnis ꝙ audiret vocem dicentem sibi ꝙ ꝑximo die cenaret in dicta vrbe. Ex quo letus fact⁹ tãq̃ diuinit⁹ ꝓmissa esset illi victoria: facto mane exercitũ suũ excitat ad oppugnandã ciuitatẽ. Sed in mala hora ꝓ eo. Nã tunc captus est a syracusanis. Sui autem partim occisi: ⁊ ꝑtim in fugã

cõuersi sunt. Cenauit ergo dictus dux apud Syracusas die crastino: sed longe ab intētione sua. Ecce ergo quomõ diabolus sub velamine alicuius veritatis turpiter decipit homines. Ad ppositū ergo redeuntes: verum fuit in vno sensu: et falsum in alio id qđ promisit diabolus mulieri: scilz de apertiõe oculoꝝ. Et sic ptz de duplici mendacio diaboli.

¶ Tertiū mendaciū eiusdem diaboli quo vsus est vt mulierem deciperet/ fuit vana et falsa promissio maxime excellentie et dignitatis: cū ait: Et eritis sicut dij/ scientes bonū et malum. Ecce quomodo diabolus in promissione altitudinis et sciētie decipit simplices: vt dicit interli. Dicit ergo: Eritis sicut dij: non restricti aliq̃ inhibitione: nec alicui subiecti: scientes bonū et malum: id est scientes p vosmetipsos qđ expediat vobis agere: et qđ nõ et nõ ex instructione alterius. Ut autē dicit de Lyra: diabolus nõ dixit pmis parētibus: eritis dij absolute: sz sicut dij: qr nõ pmisit illis equalitatē diuinā: qđ erat manifeste impossibile: et per consequens nõ appetibile: sz promisit illis aliquam similitudinē dei: que cõsistit i nõ subijci obediētie alterius: et habere quādā excellentiam scientie in omnibus sibi expedientibus: sicut deus nulli penitus subiacet: et omnia dirigit per suā sapientiā. Diabolus ergo per serpentem vt dicit Petrus comestor: vilius est sic alloqui mulierē. Ne q̃q̃ moriemini. Immo deus nolens vos illi similari in sciētia et sciens q cū comederitis ex hoc fructu: eritis sicut dij sciētes bonū et malum: quasi vobis inuidens phibuit. Et clata mulier volens similari deo/ illi acqeuit. Hec Petrus. Timore ergo superbie inebriata mulier/ contēpsit dñm/ et presumpsit vetitū: vt dicit qdā. Ex predictis etiā verbis possumus perpēdere q̃ta sit diaboli nequitia: qui non solū hominem ad inobedientiam sui creatoris induxit/ suadens eū quasi sibi inuidere/ verū etiā pluralitatem deorum credendam illi proponit dicēs: Et eritis sicut dij. etc.

¶ Postq̃ ergo sanctus Moyses in spiritu prophetico pmisit triplex mēdaciū diaboli ad mulierē vt eam deciperet: et consequenter p eam virū: cõsequēter agit de precepti trāsgressione cum ait: Uidit ergo mulier q bonū esset lignū ad vescendum. Ecce bonum vtile. et pulchrum oculis: aspectuq̃ delectabile. Ecce bonū delectabile. tulit de fructu illius/ et comedit: deditq̃ viro suo: et comedit. Ecce transgressio vtriusq̃ miserabilis et dānabilis valde: quā hucusq̃ deflet totū genus humanum. Ecce quomõ inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Sapiē. ij. Et vt dicit Petrus i historia scholastica/ mulier cū dedit de dicto ligno viro suo/ pmonuit eū verbis psuasibilibus/ que transit Moyses breuitatis causa. At ille facile ei acquieuit: qr cū crederet mulierē statim moriturā

iuxta verbum domini/ et vidisset non fuisse mortuam/ predictum verbum estimauit quasi tantū ad terrorem pronūciatum/ et ideo vlterius nō timēs comedit. Hec vbi supra.

¶ Igitur descripta transgressione culpe primorū parentū/ et modo illi⁹ quo scilicet facta est: consequenter Moyses describit inflictionem pene illi⁹ cum ait: Et aperti sunt oculi amborū. Gregor. in moral. lib. xxiij. Oclos qs culpa claudit pena aperit. Ecce ergo qñmodo verbum serpentis in parte impletum est quo predixerat per eum diabolus primis parentibus. Quocunqz die comederitis de ligno scientie boni et mali/ aperientur oculi vestri. Non tamen impletū est ad intentionem eorū. Aperti sunt inqz oculi eorum duplices: interiores scilz et exteriores. Interiores quidem ad cognoscēdum malum scilicet practice. Prius enim nouerant speculatiue quid bonum/ et quid malum: quia cōtrariorū eadē est disciplina. Practice tamē vsqz tunc non cognouerant qd malum. Hoc autem tunc cognouerunt practice et experimentaliter: quando quidem in penam sue transgressionis viderunt se nudos. Et q̄uis prius vidissent se nudos / non tamē inde erubescebāt/ et hoc ratione status innocētie/ sicut neqz paruuli hodie erubescunt ex simili nuditate. Post peccatū autē ex dei volūtate et iustitia apprehenderunt huiusmodi nuditatem tanqz inhonestam et cōfusione dignam. Vel dic qꝫ oculi eorum interiores aperti sunt: scilicet ad considerandū in suis mēbris genitalibus inordinatū cōcupiscētie motū: qui ante peccatum in ipsis nō erat. Tunc enim plene cognouerunt oculis mentis se amisisse iustitiam originalē: que ea stāte impediebat talem inordinatum membrorum genitalium motum. Similiter oculi eorum exteriores apti sunt. Nam quemadmodum diuino nutu oculi illorum duorum discipulorum ambulātium cum Christo versus castellū emaus impediebantur ne eum agnoscerent/ vt legitur Luc. xxiiij. ita eodem nutu medio originalis iustitie in statu innocentie impediebantur primi parentes ne apprehenderēt suā nuditatem per modum confusionis et erubescentie. Unde quod facit in paruulis circa huiuscemodi defectus rationis: hoc faciebat in illis p̄mis parentibus abundantia iustitie originalis. Resolutorie ergo tenēdum secundum magistrum ī historia scholastica/ qꝫ in primis parētibus erant naturales mot⁹ ɔcupiscētie: sed repressi et clausi: vt sunt ī paruulis vsqz ad etatem pubertatis: et tunc tanqz riuuli aperti sunt/ et ceperunt moueri et diffundi. Cū itaqz prius eos non sensissent/ tunc primo eos experti sunt. Ad maiorem autē declarationem presentis materie et textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est circa materiam tētationis/ ī ordine ad hominem: vtrū sci

licet deus rationabiliter permittere debuerit hominē tentari a diabolo. Uidetur ꝙ nō. Nō enim rationabiliter debet rex permittere duellum inter fortem et debilem: et quos cognoscit esse tales. Sic est autē ꝙ diabolus est fortissimus, iuxta illud Job.ix. Si fortitudo queritur: robustissim⁹ est. Homo autē est naturaliter infirmus ꝛ debilis. Igitur. Insup deus tanꝙ prescius futurorū sciebat hominem per tentationem casurum in peccatum, ꝛ per consequens illi non expedire ꝙ tentaretur. Igitur.

¶ Ad hoc dubium respondet beatus Thomas secunda secū de.q.clxv.arti.j.dicens ꝙ huiusmodi permissio tētationis fuit conueniens diuine sapientie que disponit omnia suauiter: vt habet Sapieñ.viij. inquantum scilicet sua prouidentia singulis rebus tribuit que eis conueniunt secundū suā naturā, vt dicit Dio.iiij.c. de diui. no. Ad diuinam autem prouidentiam non pertinet naturā corrumpere, sed saluare. Hoc autem pertinet ad conditionem hūane nature vt ab alijs creaturis iuuari vel impediri possit. Ex q̄ cōcluditur ꝙ fuit conueniens vt deus hominem in statu innocentie et tentari permitteret per malos angelos, et iuuari eum faceret per bonos. Ex speciali autē beneficio gratie hoc erat ei collatū vt nulla creatura exterior posset ei nocere cōtra propriā voluntatem: per quā etiam tentationi demonis resistere poterat. ¶ Aliā rationem predicte permissionis possumus assignare ex verbis Aug. in Enchiridio. ca.x. dicētis ꝙ deus cū sit summe bonus, non sineret mala fieri, nisi esset adeo potēs vt de malis eliceret bona. Ipse igitur pmisit primū hominem peccare, vt de eius peccato secundū Adam faceret in mundo apparere. Unde Gregor. in benedictione cerei paschalis: Felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem.

¶ Ad argumentum igitur in oppositum dicendum ꝙ sicut deus tūc sciebat hominem in pctm̄ per tentationē deijciendū: ita etiā nouerat ꝙ ipse per bonū vsum liberi arbitrii resistere poterat tentatorī. Insuper requirebat cōditio libere nature ipsius vt proprie volūtati relinqueretur: iuxta illud Eccli.xv. Reliquit deus hoīez in manu consilij sui. Item ad aliam instantiam q̄ fit de duello inter debilem ꝛ fortem non permittendo: dicendū ꝙ etsi homo ex proprijs viribus non possit resistere tentationi diaboli: hoc tamē potest cum dei adiutorio: dicente Aposto. ad Philip.x. Omnia possum in eo qui me confortat. Insuper spiritussanctus adiuuat infirmitatem nostram: vt dr Ro. viij.

¶ Secundū dubium est de ordine predicte tentationis. Uidetur enim ꝙ diabolus primo debuerit aggredi ꝛ tētare Adam, ꝛ per eum Euam: ꝛ nō econtra sicut factū est. Nam sicut diabolus ꝙtum ad naturam est supior homine: ita vir est supior muliere. Sed pctm̄

venit ab āgelo ad hoīeз. Ergo etiam debuit venire a viro ad mulierē / vt scз mulier ꝑ virū̄ tentaretur / ⁊ non econtra.

¶ Respondet ad hoc dubium beatus Thom. vbi s. arti. ij. in sol. ad primū dicens ꝙ diabolus bene aduertebat mulierē debiliorē et infirmiorem viro / ⁊ per cōsequens facilius seducendam. Et ita primo tentare studuit mulierem: ⁊ per eā virum. Unde ad hoc ꝓpositum suadendū de Pal. adducit exemplum de vnicorni que non aggreditur elephantē ex parte dorsi / quod habet durum ⁊ forte: sed ex parte ventris quē habet tenerū ⁊ mollem. Ita in proposito diabolus non tentauit primo virum / quia sciebat eum firmiorem ⁊ prudētiorē: sed potius mulierem.

¶ Tertium dubium est quomodo mulier non horruit serpētem loquentem. Bene enim scire poterat ꝙ serpēti loqui / non ꝯgruebat sue nature. Ad hoc dubiū respōdet magister ij. senten. dicēs ꝙ Eua iō non horruit serpentē quia credebat ipsum accepisse a deo officium loquendi: maxime cū haberet vultū virgineū / et esset erectus ſm Bedam: prout dictum est supra. Nec tamē inde fuit decepta: quia non potuit esse error aut ꝺceptio in eius intellectu / nisi supposito defectu in volūtate. Non enim putabat ipsum serpentē accepisse officiū loquendi per aliquā superiorē virtutem: sed veraciter credidit angelū aliquē bonū vel malū mouētem ipm serpentē ad loquendū. Nec cogitauit seu iudicauit ꝙ esset in particulari talis vel talis. i. bonus vel mal⁹: quia nec ad hoc iudicandum tenebatur.

¶ Quartū dubiū. Cur diabolus tentauit mulierē separatā a viro magis ꝗ̄ in societate viri: ⁊ rn̄sio: eo ꝙ vir nō permisisset eā tentari: sed tāꝗ̄ prudētior statim repulisset serpentē dicens illi: Uade sathana. Itē hoc factū est ad insinuandū ꝙ habitantes in societate bona non facile tentātur / sicut solitarie habitantes. Propter qᵭ ait ps. Ecce ꝗ̄ bonū ⁊ ꝗ̄ iocūdū habitare fres ī vnū. Eccl's. x. Ue soli: qꝛ cū ceciderit nō hз subleuātē se. Et sedꝫ. Si quispiā ꝑualuerit ꝯ vnū / duo resistēt ei. Funiculus triplex difficile rūpiꝫ. i. ꝗ̄to plures boni fuerint societate bona ꝯiūcti: tanto status eorū melioraꝫ ⁊ securiores sunt a tētationibus demonis. Meli⁹ est ꝗ̄ duos eē ꝗ̄ vnū. Habēt eīm emolumētum societatis sue: de quo subdiꝫ: Si vnus ceciderit / ab altero fulcieꝫ. i. iuuabiꝫ tum bono cōsilio ⁊ consolatione / tum deuota oratione. Uel dic ꝙ emolumentū bone societatis est triplex. Primū xp̄i p̄ntia. Matt. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo: in medio eorū sum / inquit xp̄s. Secundum petitionum efficacia. Unde vbi supra: Si duo ex vobis cōsenserint sup terram de oī re quacūꝗ̄ petierit: fiet illis a patre meo / inquit idem xp̄s. Tertiū spiritussancti receptio digna. Act. ij. Dū ꝯplerentur dies pentecostes / erāt oēs pꝛiꝫ in eodē loco: et factus

est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domum vbi erant apostoli sedentes.

¶ Quintum dubium: et quod oritur ex solutione precedentis dubij: est tale. Ex quo enim Adam erat sapientior Eua: propter quam causam diabolus non presumpsit eum primo tentare: sed Euam tanquam fragiliorem: queritur nunc quare ad instantiam ipsius Eue comedit de fructu ligni vetiti. Respondet ad hoc Augusti. super Gen. ad literam lib. xi. dicens quod hoc fecit ne contristaret suas delicias / id est vxorem suam. Nam vt dicit apost. i. ad Timo ij. Adam non est seductus: scilicet eo modo quo mulier / vt dicit glosa interli. Non enim credidit verum esse serpentis verbum quod ait: Eritis sicut dij. Fuit tamen dupliciter seductus. Primo quidem in hoc quod ad exhortationem sue vxoris comedit de ligno vetito ne contristaret eam / vt dictum est. Secundo vero quia credidit illam transgressionem non tam rigide puniendam. Mulier autem seducta est quia dictum serpentis verum esse credidit / qui ait: Nequaquam moriemini / sed eritis etc. Adam ergo non fuit motus ad edendum de fructu ligni vite contra dei preceptum ex verbis serpentis sicut mulier: sed eum mouit nimius amor vxoris quam credebat a se alienatam tabescere / et sine solatio remanere. Quemadmodum ergo Salomon adorauit idola vxorum et concubinarum suarum: vt legit. iij. Reg. xj. non quidem sic quod crederet ea esse deos: sed ne contristaret eas: ita etiam in proposito egit Adam. Ecce igitur quid operatur excessiuus vxoris amor: et ideo summopere cauendus: et dei amor et timor preponendus.

¶ Sextum dubium est quod et quale fuerit peccatum primi patris. Circa hoc sunt varie opiniones quas hic tangere studui satis breuiter.

¶ Prima igitur opinio dicit quod huiusmodi primum peccatum fuit mendacium mulieris respondentis ad suggestionem serpentis circa esum fructus vetiti / et dicentis. De fructu ligni quod est in medio paradisi precepit nobis deus ne comederemus / et ne tangeremus illud. In quibus verbis Eua visa est duplici mendacio. Primum cum ait generaliter illis interdictum ne vescerentur fructu ligni quod erat in medio paradisi. Hoc enim falsum erat / quia licite poterant vti fructu ligni vite. Nam solum illis prohibitus fuerat esus fructus ligni scientie boni et mali. Secundum mendacium fuit cum addidit: Ne tangeremus illud. Cum tamen solum deus prohibuisset ipsam comestionem / vt patet Gen. ij.

¶ Secunda opinio dicit huiusmodi primum peccatum fuisse gulam. Allegat autem hec opinio pro se verbum Ambr. super Lucam dicentis quod eo ordine diabolus Christum tentauit quo primum hominem deiecit. Sed Christus primo tentatus est de gula: vt patet Mat. iiij. cum tentator dixit ei: Si filius dei es / dic vt lapides isti panes fiant.

Igitur.rc.

¶ Tertia opinio dicit tale p̄mum peccatū fuisse inobediētiam. Allegat autē hec opinio pro se verbum Apos. ad Ro.v. dicentis ꝙ per inobediētiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi. Iste autem homo secundum intentionem Apost. fuit Adam. Igitur primum eius peccatum fuit inobedientia.

¶ Quarta opinio dicit ꝙ huiusmodi primū peccatum fuit superbia. Et hec opinio innititur illi vbo Eccli. x. Initiū omnis peccati superbia. Quā etiam tenet beatus Tho. secunda secūde.q.clxiij.artic.j. vbi dicit ꝙ prima inordinatio volūtatis primi hominis fuit ex hoc ꝙ aliquod bonum spirituale inordinate appetijt: scȝ supra suam mensuram: qḋ ptinet ad superbiam. Unde Augusti. scribens ad Orosium dicit ꝙ homo elatus superbia, t suasioni serpētis obediēs precepta dei cōtempsit. Quod si queratur quod fuit illud bonū spirituale quod inordinate appetijt primus parēs: Respondet de Pal. ꝙ fuit diuina similitudo. Hoc aūt fuit quādo tētator dixit mulieri: Eritis sicut dij scientes bonum t malū: scilicet in supremo gradu pfectionis qui soli deo cōpetit. Alias appetere scientiā boni t mali moderate et scḋm facultatē suā, nō est vitiosum: dūmodo non fiat ex curiositate, t ordinetur ad debitū finē. Primus aūt parēs appetiuit in hoc similitudinē dei ꝗtum ad scientiā boni t mali, vt scilȝ per virtutem proprie nature determinaret sibi quid esset bonum t quid malum ad agēdum: vt scilȝ hoc perfectius sciret ꝗ pri⁹ sciebat. Uel etiā vt p seipsum precognosceret quid boni vel quid mali esset futuꝝ. Itē t secūdo idē peccauit appetēdo silitudinem dei ꝗtum ad potestatem operandi: vt scȝ per virtutem ꝓprie nature operaret ad beatitudinem consequendam. Uñ dicit Augu. super Geñ. ad literam libr.xj. ꝙ menti mulieris adhesit amor proprie potestatis. Diabolus autem peccauit appetendo similitudinem dei solū ꝗtū ad potestatem. Uerūtamē tam homo ꝗ angelus in hoc cōmunit peccauerūt ꝙ vterꝗ petijt ꝗtū ad aliqd deo equiparari: inꝗtū scȝ vterꝗ voluit aliquid adipisci contēpto ordine diuine regule. Et hec est decisio dñi Petri de palu. super Geñ. Et sic patet resolutorie ꝙ primum peccatum hominis fuit superbia.

¶ Queritur autem quando primum peccauit homo, id est Eua. Ad hoc dicēdū ꝯformiť ad mgr̄m Nicolaū de lyra: ꝙ necesse est dicere Euā peccasse priusquā comederet de fructu vetito. Man⁹ enim inquit nō mouetur ad opus exterius nisi per imperium voluntatis: t ideo mulier priusquam manum ad fructum accipiendum tenderet, iam deliberauerat t consenserat de illo māducare: t per consequēs transgredi preceptum: in quo solo consensu consistit peccatum. Peccatū ergo superbie

incepit in Eua: quando tentādo dixit ei serpens: Cur precepit vobis deus vt nō comederetis ex omni ligno paradisi? Quasi diceret: Cum sitis innocentes non deberetis tali precepto restrigi: maxime cū omnes fructus arborum tāq̄ inferiores debeant supponi vestre voluntati. Et tunc mulier prorupit in quadam elationē: et sibi displicuit restrictio precepti: ex qua displicentia secutus est error quo credidit serpenti vlterius dicēti: Nequaq̄ moriemi. etc. Et postea trāsgressa fuit preceptum comedendo de fructu vetito. Hoc ergo ordine peccauit mulier. Primo nēpe in mēte eius precessit elatio ad verba serpentis. Deinde secuta est dubitatio cum ait: Ne forte moriamur. Consequenter deceptio cum dixit ei serpens: Nequaquam moriemini. Cui credidit. Tandem subsecuta est actualis comestio.

¶ Restat ergo nunc respōdere ad argumenta aliarum opinionum.

¶ Ad primum igitur de mendacio/ dicendum q̄ mendaciū non potuit esse primum peccatum hominis. Et de mendacio quidem veniali facile pateṫ potest per hoc q̄ primū peccatum hominis nō potuit esse veniale peccatum secundum doctrinam beati Thome. Idem etiam probatur de mendacio mortali: q2 necesse fuit q̄ primum hominis peccatum consisteret circa inordinatum appetitum alicuius spiritualis boni: a quo longe differt mendacium mortale. Et cum in cōtrarium dupliciter, arguitur dicitur ad primum q̄ lignum scientie erat in medio paradisi: sicut et lignum vite. Et de illo intellexit mulier quando dixit ad serpentem deum interdixisse illis ne de huiusmodi ligno ederent. Et in signū huius dixit singulariter de ligno: et non de lignis. Ad secundum dicitur q̄ cum dixit mulier: Ne tangeremus illud: accepit ibi tangere large prout se extendit ad gustare: maxime cum secūdum philosophū gustus sit quidam tact⁹. Vel potest dici q̄ forsan Adā per quem diuinum preceptū deuenit ad mulierē: quasi diuina auctoritate interdixerat sibi ne tangeret huiusmodi lignum vetitū: ne scz facile per tactum perueniret ad gustū: sicut rei probauit euētus. insuper dato q̄ illa realiter mētita fuisset: nō sequitur ꝓpter ea q̄ primum illius peccatum fuerit mendacium: q2 iā precesserat quedam mortalis elatio in corde ipsius ad primum verbū serpentis dicētis: Cur precepit etc. vt dictum est.

¶ Ad secūdū de gu'a respondet beatus Tho. scd'a scd'e. q. clxiij. art. j. in sol. ad secūdū dicens q̄ in peccato primorū parentum etiam gula locum habuit: vt ptz ex illis verbis Gene. iij. Vidit mulier q̄ lignum esset bonum ad vescendum: et pulchrū oculis: aspectuq̄ delectabile: et tulit de fructu ei⁹ et comedit. Non tñ ipsa bonitas aut pulchritudo cibi fuit primum motiuum ad peccan-

dum: sed potius suasio serpē tis qui dixit. Aperientur ocu li vestri: et eritis sicut dij. Hoc autem appetendo mulier sup biam incurrit. Et ideo pecca tum gule deriuatum est in ip sa ex peccato superbie. Hec ille.

¶ Ad tertiū de inobedientia respondet idem beatus Tho. vbi supra in sol. ad primum q inobedientia primi parentis etiā causata fuit ex preceden ti superbia qua appetiuit p priam excellentiam. Et sic pa tet solutio ad sextū dubium. Possunt autē moueri alia du bia: vtpote vtrum peccatū p mi hominis fuerit ceterī gra uius. Item quis grauius pec cauit: Adā: an Eua. Itē quo modo homo primus appetie rit diuinam similitudinem. que plene deducit beatus Thomas vbi supra. ideo per transeo.

¶ Moraliter aduertēdum q sicut in peccato primorum pa rentum fuerunt tres persone: videlicet diabolus in specie ser pentis tētās: Eua que fuit se ducta: et seducere tentauit vi rum suum: et Adam qui come dit ad suggestionē Eue de fru ctu ligni vetiti: ita etiam in quolibet peccato inuenit mo dus et ordo prime tentationis inquātum videlicet in quoli bet peccato precedit peccati concupiscētia in sensualitate: que per serpentem designat. Sequitur autē delectatio in ratione inferiori: que per mu lierem designatur. Perficit vero consensus in ratione su periori: que per virum signifi catur: vt ponit Aug. xij. libro de trinitate: similiter et gre gorius in pastorali.

¶ Moraliter sicut diabolus p serpentem tētauit mulierem tanq fragiliorē: et per mulie rem virum: ita et nunc suo mo do agit et tentat: hoīes. Nam qn videt q non potest p se ali quem deijcere: tunc explorat qualiter per domesticos cum deijciat: qr inimici hoīs dome stici eius: vt habetur Michee vij. Hic clamat Hie. ix. dicēs. Unusquisq se a proximo suo custodiat: et i omni fratre suo nō habeat fiduciam: qr omnis frater supplātās supplātabit: et omnis amicus fraudulēter incedet: et vir fratrem suū de ridebit. Nec solū per fratres: verūetiā per vxores sepe deij cit diabolus viros. Historia est nedum in proposito: verum etiā de Dalila erga sampsonē vir suū, Judic. xvj. Hinc est q satha cū orbasset Job omnibus filijs suis et filiabus: reliquit tm ei vxorē suā: nō quidem ad eius cōsolationem: sed potius desolationem: vt ea mediante ipsum deciperet. Hoc autē il la attentare presumpsit quan do dixit ei irridendo. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic deo: et morere. Super quo Gregor. in moral. lib. ait. Diabolus prospiciens Adam in arce virtutum con stitutū, gradus per quos ad eū ascenderet excogitauit. Cor nempe mulieris tenuit: et eā quasi scalam muro adapta uit: vt ad eum ascenderet. Unde tales dantur versus. Fe mina sampsonem Dauid fre

git ꝛ Salomonem. Adam decepit: quis modo tutus erit? ¶ Moraliter ex presenti historia liquide apparet ꝙ periculosius est incautus aspectus Si enim Eua clausisset oculos suos: aut saltem diuertisset illos/ ꝛ non vidisset lignum vetitum qd erat pulchrum visu: vt dt historia: nõ fuisset capta amore illius. Refert enim plinius in naturali historia libr. vij. cap. ij. dicẽs ꝙ Treballis ꝛ Illyrijs sunt quidam viri pariter ꝛ mulieres qui solo visu effascinant atq interimunt illos quos diutius intuentur/ ꝛ signanter impuberes. ita in proposito per impudicum aspectũ qui est venenosus/ inficitur cor et anima spiritualit᷑. Propter quod clamat ps. tan ꝙ super hoc expertus dicens ad dñm. Auerte inquit oculos meos ne videant vanitatẽ .i. mulieris pulchritudinem que non est aliud ꝙ vanitas: ꝛ res cito peritura. Item sapiens Ecclesiasti. ix. ad idem nos admonet dicens. Ne respicias mulierem multiuolã: ne forte incidas in laqueos illi⁹. Et no. ꝙ mulier multiuola dicitur vel que multum volat discurrendo per vicos et plateas vt videatur ab hominibus: vel que multa vult propter animi incõstantiam. Pericula igitur procedentia ex incauto aspectu considerans sanct⁹ ille Job. xxxj. dicebat. Pepigi fedus cũ oculis meis: ne cogitarem de virgine. Referunt historiographi de democrito philosopho/ ꝙ eruerit sibi oculos: quia scilicet fe minas sine ↄcupiscẽtia videre non poterat. Cuius zelus laudandus est: quamuis non factum in se/ eo ꝙ indiscrete egerit. Cauendus est igitur summopere incautus aspect⁹ tanquam fomentum ꝛ incitamentum libidinis.

¶ Allegorice secundum domi num Petrũ de palu. Serpens qui per mulierem decepit virum/ significat malitiam maiorum inter iudeos: puta pontificum/ phariseorũ/ scribarũ/ ꝛ seniorum: quibus loquitur Christus Matth. xxiij. dicẽs. Ue vobis scribe ꝛ pharisei qui clauditis regnum celorum ante homines. Uos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Sicut enim diabol⁹ expulsus de paradiso non valens vlterius illuc redire: nititur hominem ab introitu illius impedire: in cuius rei signum persuasit prime mulieri/ et per illam viro/ preceptum dei transgredi: per qd sunt de paradiso terrestri deiecti: ꝛ a celi ingressu prohibiti: sic predicti persuaserunt turbis vt barrabam peterẽt ad vitam: Christum autem ad mortem: contra dei preceptũ qui dicit innocentem non occidendum. Exodi. xxiij. Insuper etiam vsq hodie persuadent dimittere lignum vite/ id est fidem Christi ꝛ ecclesie: et edere de ligno vetito/ id est vti cerimonijs legis Moysi/ carnaliter eas seruando: vna cum traditionibus suis ꝛ seniorum: etiam sepe contra dei mandatũ: vt habet᷑ Mat. xv. Tales etiam repulsi sunt

a paradiso terrestri / id est ab ecclesia militāte: quia nolunt illic intrare: ꝛ alios quantum in eis est impediūt ne illic intrent. Per tales autem primo mulier seducitur / id est turbe ꝛ simplices qui non nouerūt legem. Tandem etiam vir nō deceptus inducitur per eos ad idem: quia multi scientifici doctores eorū falsa ꝛ incredibilia mendacia docent: vt patet in talmut: ꝛ hoc ne perdāt eorum societatem a quib⁹ honorantur / habētes primas cathedras in synagogis: primos recubitus in cenis: salutationes in foro / id est in publico. Item diuitias et delicias ex vsuris / sine quibus nō possent viuere. Insuper videntes iudeos conuersos ad fidem communiter viles ꝛ pauperes existere: scienter remanēt in errore suo damnabiliter.

¶ Allegorice ꝛ secundo secundum eundem de palude serpens per mulierem decipiens virū significat heresiarchas: quorum lingua plena veneno mortifero inflammatq; a gehēna multos excludit a paradiso / i. a beata vita. Et notanter dicitur ꝙ serpens deceperit mulierem: quia tales decipiunt mulierculas: iter quas de sacris literis philosophantur similiter et homines simplices ꝛ laicos: quos docent sacra euangelia et epistolas in vulgari crude et grammaticaliter: dicentes glossas sacrorum doctorum resecandas: sicut patet de lutherianis modernis hereticis. In quorum secta damnabili sepe vxores decepté trahunt ad se viros suos in perfidiam. Sicut liquide patet de iustina arriana / que ad suam sectam traxit imperatorem. Item inter huiusmodi hereticos multi viri sunt qui timentes contristare delicias suas / id est vxores: per quas intelliguntur dignitates et principatus ꝗs timent perdere: similiter et gratiam magnatum nisi huiusmodi heresibus cōsentiāt: comedunt de ligno vetito / id est consentiunt talibus in perniciem animarum suarum. Et sic non seducti vt Eua / id est vt simplices / sed scientes vt Adam peccatum inobediētie et heresis perpetrant: ꝛ in eo perseuerant.

¶ Moraliter ꝛ sexto p serpentem qui in predicta effigie virginea decepit Euam: designātur hypocrite: qui sub specie sanctitatis ꝛ simplicitatis multos decipiunt: ꝛ tales serpentes erāt illi discipuli phariseorꝝ de quibꝰ legitur Mathei.xxij. ꝙ cū herodianis venerūt ad xp̄m: ꝛ interrogauerunt eū sub specie inquirende veritatis ab eo: an scilicz liceret dare cēsum cesari. Qui vt magis ac meliꝰ occultarēt malitiā suam/ premiserūt magnā commendationē de eo: dicētes. Magister scimus q2 verax es: et viā dei in veritate doces: ꝛ nō est tibi cura de aliquo. Nō em̄ respicis personā hominū. Hoc autē totū fecerūt vt aperiret eis cor suū: intēdētes ex responsione sua eum capere vel calūniari. ꝑpter qd̓ respōdit eis xp̄s dicens/ Quid me tētatis hypocrite? Hec oīa vbi supra. Et nota ꝙ hypocrita est dictio greca: que in latinā dictionē versa idē sonat ꝙ simulator seu deceptor: q2 cū hypocrita malus intus sit: bonū se palam ostēdit: vt dicit Augu. feria sexta post cineres. ser.j. Et sic patet de sextuplici sensu morali.

¶ Allegorice. Serpens q̄ decipit Euā: designat diabolum qui decepit synagogā iudeorꝝ que per Euā designatur: qñ quidē concitauit eā aduersus Christū. Adam vero pilatum figurat: apd̓ quē institit dicta eua vt comederet de ligno vetito: id est vt transgrederetur diuinū preceptū in cōdēnādo innocētissimū Christū ad mortem: contra illud verbū legis diuine: Exodi.xxiij. Insontem et iustum non occides.

¶ Anagogice: Per Adā possumus intelligere intellectū angelorꝝ ruentiū de celo: et p euam voluntatē eorꝝ. Queadmodū ergo Adā excusauit se sup mulierē: dicens ad dñm: Mulier quam dedisti mihi sociam/ dedit mihi de ligno/ et comedi: ita etiā itellectꝰ malorū angelorꝝ excusauit se sup volūtatē eorꝝ: quasi illi imputās errorē suum: seu veriꝰ inconsiderationē que fuit causa

primi pcti in angelo siue praue electionis. Nō tamē dicim⁹ hmōi inconsiderationē eorū que consideranda erant fuisse peccatū qdiu pcessit electionem malā. De hoc vide si vis capreolū.ij.sen. dist. iiij. Sed quomodo Adam.i. itellectus demonis imputauit incōsiderationē suam de beatitudine consequēda ex gratia dei ipsi Eue.i. voluntati? Profecto p hoc q in volūtate sua erat imperare intellectui vt plene et perfecte dictaret de modo appetendi huiusmodi beatitudinē: scilz ex gra dei: et nō ex pfectione naturaliū posse eā consequi. Et qz hoc nō fecit voluntas illius: ideo merito intellectus ipsius illi iputauit defectum suū. Ecce quid p Adam et Euam anagogice intelligi potest.

¶ Sed de serpēte qd dicēdū erit qui Euam ad peccatū traxit: et p eā virū? Profecto huiusmodi serpēs recte designare pōt illum angelū q fuit primus iter peccātes: q etiā fuit supremus simpliciter iter oēs cū primū creati sunt. Hoc enī dicit esse pbabili⁹ btūs Tho. i. pte.q.lxiij.arti.vij. Cui⁹ etiā peccatū fuit alijs causa peccādi nō quidē cogens: sz quadā quasi exhortatiōe inducēs: vt dicit idē doctor vbi supra arti.viij. Hic Apoc.xij. dr q draco traxit tertiā partē stellarū id est serpēs ille antiquus traxit ad suā chordulā etiā ptē angelorū. Possumus nēpe imaginari ruinā angelorū hoc modo processisse: vcz q supremus simpliciter inter eos pposuerit ceteris q bonū erat appetere beatitudinē etiā ardentissimo desiderio nihil cōsiderando de gra dei: etiā nō referendo desideriū suum in deū. cui multi: vtpote vsq ad tertiā partē cōsenserūt: nec i hoc facto causa pcessit tpe suū effectū: qz oēs simul peccauerūt: sm Dama. Nec vt dicit beat⁹ Tho. vbi supra in sol. ad pmū: angelus indiget mora tēporis ad eligēdū vel exhortādū seu etiā cōsentiendū. Secus autē de hoie: qui ex sui natura est ratiocinatiuus et discursiuus. Ecce ergo quomō pdict⁹ serpens antiquus fuit causa siue occasio peccādi Ade et Eue: id est alijs angelis q pariter cū eo corruerūt. Ex sic pz de sensu anagogico.

¶ Septima clausula.

¶ Et ait dñs ad serpētē. Quia fecisti hoc: maledictus es inter oia animātia et bestias terre. Sup pectus tuū gradieris: et terrā comedes cūctis dieb⁹ vite tue. Inimicitias ponā inter te et mulierē: et semē tuū et semē illius. Ipsa cōteret caput tuū: et tu insidiaberis calcaneo eius.

¶ Historialiter. Postq in precedentib⁹ egit Moyses de culpa primorum parentū: itē de reprehēsione eorum a dño: atq de friuola et temeraria eorūdem excusatione: Hic consequēter agit de punitione iusto dei iudicio inflicta serpenti qui eos ad peccatū traxit: licet differenter eos traxerit: qz primo et directe mulierē: secūdo autē et indirecte virū: qz per mu

lierē. Postea autē aget de pena tam mulieris q̄ viri: et hoc in duabus clausulis imediate sequentibus. Et nota q̄ dn̄s maledicens tribus predictis: vez serpenti Eue Ade: primo maledixit serpēti:id est diabolo: ordinē servās et congruum maledictionū numerū. Nā vt dicit Petrus cōestor: serpēs et prius et plus peccauit:q2 in tribus. Mulier post et minus eo: sed plus viro: quia in duob9. Uir postremo: et minus:quia in vno tantum.

¶ In primis igitur dicamus de serpente: siue de diabolo in serpēte. ipse em̄ inuidit: mētitus est: et decipit. Ecce tria in quibus peccauit: propter qd̄ a dn̄o illis tribus reddite sunt tres maledictiōes. Primo em̄ quia inuidit excellentie hominis:dictū est ei a dn̄o: Super pectus tuū gradieris. Secundo quia mentitus est: punitus est in ore: iuxta illud dn̄i verbum. Terram comedes oībus diebus vite tue. immo abstulit ei vocem dn̄s:et posuit ei venenum in ore. Tertio q2 decepit mulierē:punitus est in modum qui sequitur: Inimicitias inquit dn̄s: ponam inter te et mulierem. Ipsa cōteret caput tuum : quod naturaliter seruat serpens:quasi sedem vite. Et tu insidiaberis calcaneo eius:supple pre ceteris partibus corporis illius. Est autem calcaneum posterior pars pedis: quam talum appellamus. Unde sicut dicit Petrus in historia scholastica:quēadmodū est naturale odiū inter equos et griphes: lupos et canes: tu vero adde catos et mures: sic etiā inter serpentem et hominem. Nam sicut venenum serpentis hominē interimit: ita etiam sputum hominis ieiuni serpentem occidit. Hoc idem etiā dicit Ambrosi9 in hexaemeron libro. vj.c.iiij. Et quia adhuc nudi erant Eua et Adā quando inuasit eos serpens: hinc est q̄ vsq̄ hodie serpens timet hominē nudum: et fugit ab eo: qui tamē in vestitū insilit: vt dicit idem Petrus.

¶ Queritur circa hunc textū et primo iuxta illud verbū: q2 fecisti hoc:id est induxeris homines ad peccatū. Unde est q̄ tanto desiderio et solicitudine tētauerit diabol9 in specie serpentis Euā: et p eā Adā. Ipse em̄ bene nouerat q̄ ex tali tētatiōe et ruina Eue et Ade nullum bonū erat assecuturus: sz potius dānatio sua augmētāda:q2 sicut ex multiplicatione saluādorū crescit gloria accidentalis beatorū: ita p oppositum ex multiplicatiōe reproborum crescit pena dānatorū tam hominū q̄ demonū. Uerisimile est aūt q̄ diabolus inducēs p̄mos parētes ad peccatū hoc nō igrabat. Quare ergo fecit hoc? Profecto sola inuidia tāti mali fuit causa in eo. Cum enim cerneret homines ad illam supernā felicitatē ascēsuros mādato dei obediendo circa abstinentiā ligni vetiti: quā irreparabilit' amiserat superbiendo:cepit illorū felicitati inuidere:et toto conatu impedire: eos ad peccatum suis cautelis et astutijs trahendo:et hoc est quod di-

citur Sapien.ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Hinc Augustinus libro de disciplina Christiana. Inuidia inquit vitium diaboli est: cum quo solo ipse diabolus reus est. Non enim dicitur diabolo vt damnetur: adulterium cōmisisti / furtū fecisti / villam alienā rapuisti: sed homini stanti inuidisti. Hec ille. Item idem super Joā. tractatu.v. Quid inquit est inuidere? Profecto horrendū malū: quo diabolus deiectus est / et quo deiect⁹ etiā deiicit multos. Patet ergo ꝙ pura ꝛ simplex inuidia īcitauit diabolum ad seducēdum primos parentes: Quis bene cognosceret se inde magis torquendum. Hec enim est pessima cōditio inuidorū tam demonū ꝙ hominū ꝙ sunt contenti pati in aliquo vt alij patiantur. Nota historiam de rege habente in curia sua duos pessimos homines: quorum vnus erat summe inuidus: et alter sūme auarus. Volens ergo scīscitari ꝗs eorū esset deterior: proposuit illis ꝙ poterent quicquid vellent / et indubie illis conferret / tali tamen conditione ꝙ secundus haberet duplū. Cūꝗ longa satis inter eos facta fuisset concertatio / tādem inuidus petiuit primus: vt scilicet sibi erueretur vnus oculus / quatenus alteri duo eruerentur. Quod ꝛ factū est. Ita in proposito ꝛc.

¶ Queritur scdo. Cur dñs alloquitur serpentē increpās eū: et dicens. Qr tu fecisti. Cū enī serpens sit irrationalis creatura: nō videt congruū ꝙ dñs eū increpauerit modo predicto. Item ipse serpens nō peccauit: vt notum est. Non ergo debuit in se maledici. Respondetur ad hoc conformiter ad glo. ordi. ꝛ īterli. ꝙ dñs interrogauit serpentē quare hoc fecisset: nō ꝙ ipse ꝓpria volūtate ꝛ natura hoc fecisset: sed ꝑ illum ꝛ in illo īterrogauit diabolum. Ad ipsum ergo refertur qđ serpenti dicit: ꝛ qualis humano gñi futur⁹ sit ostēdit et sicut ꝑ serpētē diabolus loquebat: ita in serpente maledictus est. Et ideo vt dicit Augu. sup Geñ. ad literā: qđ serpēti dr ad diabolū totū refert qui ꝑ serpentē operabatur.

¶ Notandū tñ ꝙ sunt nōnulli qui referūt predictā increpationē pariter ꝛ maledictionē illā Maledict⁹ eris ꝛc. ad serpētē naturalē: eo ꝙ fuerit instrumentū ꝑsuasionis diabolice ꝛ pcti occasio. Unde sic exponūt presentē textū siue verba dñi ad serpentē naturalem Quia tu fecisti.i. instrumentū pcti fuisti. Sicut Deutero.xx. precipit ꝙ iumētū cū quo ꝗs coierit occidat cū eo. Maledictus.i. malus dictus eris sup oīa animantia ꝛ bestias terre: quia scdm istos serpens ille prius habebat formā ꝛ faciem virgineam ꝛ gratiosam super oēs bestias terre: qui post dei maledictionē fact⁹ est horribilior cunctis alijs bestijs terre. Sequitur: Sup pectus tuum gradieris. Quia secūdū hanc opinionē serpēs prius incedebat erectus. Habebat nempe prius pedes ꝛ staturā erectā,

sicq; incedebat super terram qd erat maioris nobilitatis signu. Sz postq; decepit mulierem pedes sunt ab eo amoti: ita vt modo reptando incedat Nam tunc visus est ei dixisse dns: Qr virum & mulierē deceisti: volo q tu deijciaris: & a modo prostratus incedas. Sequitur. Terram comedes omnibus diebus vite tue. Ac si aperte diceret ei dns. Quia pmos parentes fecisti comedere cibum vetitum: et eis sapidum: tu in penam semper comedes cibum vilissimu & insipidum: qui prius fructibus lignorum vescebaris. Sequitur: Inimicitias ponā inter te et mulierem: & semen tuum & semē illius. Ita vt hodie sit magnum odium inter hominē et serpentem. Nam vterq; horret & expauescit ad aduētū et aspectum alterius. Ipsa (supple mulier) pteret caput tuū: cum scz poterit. Nam ex q mo do serpens reptando incedit: qui prius pedib9 ambulabat: mulier potest facile caput ei9 calcare. et tu (supple serpens) insidiaberis calcaneo eius: vt sic possis eam mordere: & consequenter tuo veneno mortifero interficere. qr enī serpens modo non potest se erigere vt prius: vt possit mordere hominē in superiori parte: ideo sat agit reptando mordere eū in inferiori parte. Et sic patz de nonnullorum expositione quo ad maledictionē serpentis naturalis.

¶ Sed hanc expositionem reprobat dns pīarcha de pal. saltem qtū ad illud qd ponit vcz q ante peccatum serpens incedebat erect9 & sup pedes stans. Predicta nēpe inquit figura nō competit cuicūq; animali: sed tantū homini: Fm illud Ouid. lib. j. metamor. Pronaq; cū spectent animātia cetera terrā: Os homini sublime dedit: celūq; videre Iussit et erectos ad sydera tollere vultus. Et Boethius de cōso. libro. v. metro. v. Unica gens hominū celsum leuat alti9 cacumen. i. caput: atq; leuis recto stat corpore: despicitq; terras. Predicta ergo opinio videtur quo ad aliqua multū irratiōabilis: et ideo quicqd serpenti dixit dominus: totum referendum est ad diabolum: vt dictum est.

¶ Restat ergo nunc exponere precedētia verba dni ad literā de diabolo: in hūc modum. Quia tu fecisti hoc. i. primos parentes ad peccatū traxisti siue induxisti: maledict9 eris: quia ex hoc crescet pena tua in inferno: vt supra dictū est. Sz quomō maledict9? Profecto inter oīa animalia et bestias terre. In qb9 verbis preponit dns bruta animalia diabolo: nō quidē qtū ad cōditionem nature: sz qr seruauerūt statū suū: qd nō fecit diabol9. Hec aūt pena magna ē supbo: q scilicz inferiora etiā vilia ei preponant. Sequit in particulari de triplici maledictione serpentis antiqui.

¶ Primo quidē de prima cū dicitur. Sup pectus tuū gradieris. vbi per pectus diaboli intelligitur supbia a qua incepit qn primo hominē temptauit:

que etiã in oĩ peccato inclu-ditur: quia vt habetur Eccli. x. Initiũ oĩs peccati super-bia. Est ergo sensus: Sup pe-ctus tuũ gradieris. i. semp in superbia tua que dñatur ĩ pe-ctore/manebis et cresces. ps. Superbia eorũ qui te oderũt ascendit semper. vel sic: Sup pectus tuũ gradieris. i. super animum tue iniquitatis ⁊ ma leuolentie consortẽ ⁊ cõscium assidue gradier[i]s: ⁊ misera de-lectatione letaberis. Itẽ vt di cit Beda: Diabolus sup pect⁹ suum gradit: qꝛ oĩs gressus eius pleni sunt nequitia frau-de versutia ⁊ calliditate.

¶ Secundo sequit de alia ma ledictiõe serpẽtis antiqui cũ subdit dñs: Terrã comedes cunctis dieb⁹ vite tue. i. hoĩes qui terreni sunt ex parte cor-poris/deuorabis tuis tẽtatio-nibus q̃tũ in te erit. Hoc tñ fiendũ non precipit deus dia-bolo; quippe qui vult oẽs ho-mines saluos fieri. Sed hoc p̃-dicit futurum per eũ: cui etiã pmittit hoĩes tẽtare ad ipoꝝ salutem: dũmodo illi resistãt: quod vtiq3 facere possunt cũ gratia dei/ que etiã facit cum tentatione prouentũ: vt habe tur. i. Cor. x. Terra igit est ho mo: ⁊ signant peccator: quem etiam frequẽter sacra scriptu ra appellat terrã: vt ibi Esa. xxij. Terra/terra/terra: audi verbum dñi. Hanc autem ter-ram serpẽs ille antiquus ser-pendo. i. tentãdo comedit: qñ quidẽ miseros pctõres p cul-pam sibi quodãmodo incorpo rat/sicut ⁊ deus iustos p gra-tiam. Nec quidem ad tempus peccatores sibi ĩcorporat dia-bolus: sed omnibus diebus vi-te sue. i. in perpetuũ. In p̃sen-ti quidem per culpam/in futu ro autem per penam. Matth. xxv. Ibunt hi in supplicium e-ternum. Ecce igit q̃lio dictus serpẽs infernalis comedit ter ram omnibus dieb⁹ vite sue.

¶ Tertio sequitur de alia ma ledictione sepedicti serpentis infernalis et antiqui/ cũ dicit ei deus: Inimicitias ponã in-ter te ⁊ mulierẽ: ⁊ semẽ tuum ⁊ semen illius. vbi per mulierẽ intelligitur humana natura: cuius semẽ sunt filij ⁊ filie ei⁹. Posuit ergo deus permissiue inimicitias mortales ⁊ pestife ras inter diabolũ ⁊ humanam naturã. Itẽ inter semẽ vtriuſ q3. i. inter bonos ⁊ malos. In-super dicta mulier p humili-tatem cõterit caput serpẽtis/ id est euadit omnem supbiã/ q̃ dñatur in diabolo. Tandẽ au-tem dictus serpẽs insidiatur calcaneo p̃dicte mulieris: qñ quidẽ parti posteriori p quã designatur mors ⁊ finis cuiuſ-libet viuentiũ/ insidiatur dia bolus. Hoc eñ modo insidia-batur calcaneo beati Marti-ni/ qñ vir dei dixit illi. Quid hic astas cruenta bestia? Hic ps. Insidiatur quasi leo ĩ spe-lũca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem/ id est ab humanis decedentem animã. Et sic pꝫ de tripliçi maledictione infli-cta a dño serpẽti illi antiquo.

¶ Sed forsan dices has male dictiones conuerti in benedi-ctiones eidem serpenti: maxi-me cum sint illi gratissime. li-benter enim et prompto animo

graditur super pectus suum per superbiam. Item libēter deuorat terram.i.terrenos et auaros homines. Deniqȝ libēter aduersatur semi mulieбri: pariter ⁊ semini eius. Iocūde etiam insidiatur calcaneo tā mulierum ꝙ virorum in mortis articulo cōstitutorum. Quid ergo ad eum de maledictionibus domini contra eū supra positis? Nihil.

¶ Ad ista dicēdum in primis ꝙ diabolus nunꝙ letatur siue gaudet: put gaudium importat expulsionem siue carētiam tristitie et meroris: quia semper in tristitia ⁊ dolore manet: tum propter carētiam illius summe glorie ad quā peruenisset si stetisset/ sicut ⁊ ceteri boni āgeli. Tum propter penam ignis quā patitur. Habent enim demones vbicunqȝ sunt suū infernum secū: a quo nec etiam ad horam liberantur: sicut neqȝ dānati hoīes. Secūdo dicendū ꝙ diabolus interdum in corpore assumpto siue alias fingit se ridere cachinnari ⁊ gaudere/ vt sic decipiat homines q̄ ex talibus signis forsan credūt malignos spūs esse sine dolore ⁊ pena. Tertio dicēdū ꝙ etsi voluntarie supra pectus suū gradiatur diabolus/ atqȝ terrā cōedat modis prius expositis/ atqȝ inimicitias gerat aduersus omne hominum genus: nō propterea sequitur quin in talibus atqȝ ex talibus maledictionem reportet. Nonne magna maledictio est non posse superbiam deponere: aut a tentatione hominum non posse cessare ⁊ huiusmodi? Utiqȝ certe. Ex quibus omnibus patet tria in quibus peccauit diabolus per serpētem: quia inuidit: decepit: et mētitus est. Et ideo merito deus iustus iudex tribus predictis quasi in penā reddidit triplicē maledictionem/ vt ostensum est.

¶ Queritur tertio quis fuit ille serpēs īfernalis cui dixit dñs verba predicta: vtȝ: Maledictus eris super.⁊c. Item super pectus tuū gradieris ⁊c. Ad hoc potest in primis dici ꝙ ibi ponitur numerus singularis pro plurali: vt sepe fit ī sacra scriptura: vt ibi. Uenit locusta et bruchus: cuius non erat nūerus. Secundū hāc ꝓ opinionē predicta verba dñi ⁊ maledictiones nō dirigunt determinate ad aliquē diabolū: sed ad oēs. Scdo dicitur ꝙ si oporteat ea ad aliquē demonē in particulari dirigere: nō possunt melius dirigi ꝙ ad luciferū: qui fuit primus simpliciter inter omnes angelos ante pctm / vt dictū est supra. Hic etiam est ille demon qui credit postea tētasse Christum. Matt.iiij. Qui etiā soluetur in fine mūdi: vt patet Apoc.xx. vbi sic legitur: Cū consummati fuerint mille anni/ soluetur sathanas de carcere suo/ ⁊ exibit: et seducet gētes q̄ sunt super quatuor angulos terre. Motus aūt fuit ad tentandū hominē ex inuidia: vt dictum est supra: vt ptȝ ex illis verbis Sap.ij. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū. Cum enim ipse vidisset humanā naturā tam vilem sui cōparatione/ ordinari ad tantam gloriā quam tam miserabiliter per

viderat/ cepit illi inuidere: et deinde processit ad tentādum mulierem ⁊c.

¶ Moraliter quāuis de hoc sensu iam multa dicta sint: que sub sensu historiali perstrinximus: nihilominus adhuc plura dicēda forēt si modo talis interprēs adesset qui mel de petra sugere posset. Igitur quantum ad hunc sensum moralē per serpentem cui maledixit dn̄s/ designatur omnis detractor: ⁊ hoc ꝓpter tres ꝓprietates illius. Est enim serpēs deceptiuus/ venenosus/ tortuosus. Sic et detractores primo sunt deceptiui: iuxta illud psal. Linguis suis dolose agebāt. Deceptio autē serpentis in hoc deprehenditur ꝙ sibilando mordet/ ⁊ venenum infundit. Sic etiā detractor dū sibilat .i. blande et suauiter loquitur hoiem decipit: ⁊ venenū diffamationis sibi infundere procurat et satagit. Propter qđ dicebat quidā poeta. Qui mel in ore gerit/ ⁊ me retro pūgere querit: Eius amicitiam nolo mihi sociā. Unde simile est de eo sicut de illo serpente de quo in presenti textu est questio: qui scz seduxit Euam. Qđ vt melius faceret/ habebat faciem virgineam: corpus tamē serpentinū/ secundū Josephū in antiquitatibus. Unde mulieri quā decipiebat/ vultū virgineum ostēdebat: corpus tamē serpētinum sub folijs arboris abscōdebat. Sic similiter detractores volentes aliquē suis verbis decipere: corpus suum serpētinum/ id est suam prauā et venenosam intētionem solent abscondere sub folijs palliationum/ et vultū virgineū id est faciem blandientē ⁊ fallacem alijs ostendere. Secundo serpens est venenosus: ita ⁊ detractores. Unde ps. post verba predicta subiungit de talibus dicēs: Venenum aspidum sub labijs eorū. Est autem venenum aspidū insanabile. Sic ⁊ fama per detractionē semel ablata vix aut nūꝗ reparari potest: quia vt dicit Oratius in eplie: Semel emissū volat irreuocabile verbū. Tertio serpens est tortuosus. Nūꝗ enim recte incedit/ sed oblique. Sic neqꝫ detractores solent de aliquo recta intentione bene loqui: sed tātū vt post laudes effundāt suum venenum: vt sic abscondant cautius malitiam suam: atqꝫ ex pietate et cōpassione videantur alijs referre mala de absentibus. Hinc ps. In circuitu impij ambulant. Ecce ergo tria propter q̄ detractores designātur per serpentem.

¶ Premissa ergo predicta cōparatione serpentis ad detractorem: superest ostendere illius maledictionē. Ait ergo dn̄s ad detractorem: Quia tu fecisti hoc/ id est de proximo tuo detraxisti/ quod ē grauissimū peccatū inter omnia illa q̄ in proximum ꝯmitti possunt: iuxta illud Rom. j. Detractores sunt deo odibiles. Et .j. Joā. iij. Omnis qui detrahit fratri suo: homicida est. Item. xj. q. j. summa. dicitur ꝙ summa iniquitas est detrahere de ꝓximo suo. Sequitur. Maledictus es inter omnia animātia ⁊ bestias terre/ id est pre ceteris hominibus

in proximū peccantib⁹. Unde vbi supra. ca. deteriores/ dicit Anacletus papa q deteriores sunt hmōi detractores furib⁹. Triplex est autē maledictio cui iusto dei iudicio subiacet omis detractor: prout innuitur vbi supra. Prima dicit aggrauationis: q2 (super pectus tuū gradieris) supple aggrauando culpā preteritam. Secunda dicitur cōtinuationis: q2 terrā comedes. i. alios deuorabis tuis detractionibus: non quidem ad tēpus / sed oibus diebus vite tue. Ecce continuata detractio: a qua semel ei dedit⁹ vix vnq̄ se custodit. Tertia dicit perturbationis: quia inimicitias ponam inter te z mulierē. Hec enim est pessima detractorum conditio q turbant pacē habētes. Eccli. xxviij. Susurro. i. latenter discordias seminans et bilinguis maledictus. multos enim turbauit pacē habentes / vcz discordias seminando.

¶ Moraliter / iuxta illud: Inimicitias ponam zc. notādum q semen serpentis est primus motus ɔcupiscentie carnalis: de quo ad Galat. vj. Qui seminat in carne / de carne metet corruptionē. Semen vero mulieris est propositum bone volūtatis. Unde ibidē sequitur: Qui seminat in spiritu / de spiritu. zc. Caput vero serpētis est principium tētationis carnis: quod conterendū est ꝑ rationem. Iste autē serpens insidiat calcaneo p̄dicte mlieris .i. fini boni operis: iuxta illud ps. Ipsi (supple serpētes inferni) calcaneū meū obseruabūt.

¶ Allegorice. Iste serpēs designat antichristū futurum / q erit instar serpētis deceptiu⁹ per falsam doctrinā / venenosus per iniquitatis abūdātiā / tortuosus ꝑ hypocrisim z fallaciā. Erit autem talis a domino maledictus super omes homines aīales spiritū nō habentes q fuerunt / sunt z erūt aliqn̄ sup terram. Talis etiā serpens sup pectus suum gradietur per superbiā: et terrā comedet per auaritiā. Nam q ad primū erit adeo superbus predictus serpens q faciet se adorari et coli pro deo: prout testat Apo. ij. Thessa. ij. de eo loquēs z dicens. Homo peccati fili⁹ perditionis / qui aduersatur z extollit supra omne qd dr deus aut qd colitur: ita vt in tēplo dei sedeat: ostēdet se tanq̄ sit deus. Ecce qūo dict⁹ antichristus tanq̄ serpēs a deo maledictus gradiet super pectus suū per superbiā: etiā altius q̄ lucifer. Nā lucifero sufficiebat deo assimilari. Esaie xiiij. Antichrist⁹ vero laborabit supra deū extolli: vt dicit Apo. Itē quo ad secundū erit adeo auarus q arte et auxilio demonis cōgregabit sibi thesauros abscōditos tam in mari q̄ in terris / quos largietur auaris vt eos seducat / z ad chordulam suā trahat. Et quia pecunie obediūt omnia: ideo facile cōgregabit sibi multos discipulos. Tandem dn̄s ponet inimicitias inter dictū serpētem z mulierē. i. inter ātichristū z ecclesiam: z semē vtriusq̄ / id est inter electos z reprobos. Hoc erit qn̄ destinabit Enoch

⁊ bellā cū ceteris bonis chri stianis qui predicabūt contra antichristū ⁊ discipulos suos: quod nō fiet absq; maxima tri bulatione ipsorum electorum. Nam vt legitur Matth.xxiiij. erit tunc tāta tribulatio qua lis nō fuit ab initio mūdi: nec postea futura sit: ita vt si fieri possit moueantur ⁊ electi. Ni hilominus tandem mulier.i. ecclesia catholica cōteret ca put dicti serpentis / illi virili ter resistēdo. De eo etiam di cit Apo. vbi supra / q; dominus Jesus qui est sponsus ecclesie / interficiet eū spiritu oris sui. Notanter autem dictū est ser penti de muliere: Tu insidia beris calcaneo eius: quia reue ra diabolus q̄ habitabit in an tichristo: p ipsum mirabiliter insidiabit ecclesie in fine secu li: vt probatum est ex precedē tib⁹ verbis Christi. Mat.xxiiij. ¶ Mystice serpens vt sepe di ctum est / est diabolus. Mulier autē virgo Maria. Inter igi tur hunc serpentem ⁊ dictam mulierem posuit deus inimi citias / saltē permissiue: quia quod placet vni / displicet alte ri. Item sunt moribus contra rij. Ille em̄ immūdus est: hec autem pura ⁊ munda. Ille su perbus / ista humilis. Ille inui dus / ista charitatiua. Insup sunt actionibus dispares. Ille enim perdere querit: ista sal uare. Ille querit seducere: il la reducere. Ille procurat oc cidere: illa viuificare. Ecce q̄s les inimicitie inter serpētem ⁊ mulierem. Nihilominus in ter huiusmodi inimicitias di cta mulier victrix et trium phatrix euasit semper: quia scriptum est: ipsa conteret ca put tantū. Sed quale caput: maxime cū ⁊ ipse serpens spiri tus sit? Profecto sicut ipē spi ritus est: ita ⁊ caput eius spiri tuale est / et non carnale. Ca put itaq; huius serpentis sup bia est: que primo ⁊ principa liter in eo regnat. An non ser pens ille antiqu⁹ superbie at q; superborum caput est: cum de eo dicat scriptura Job.xlj. Ipse est rex super oēs filios su perbie? Huius ergo serpētis caput contriuit virgo Maria per insignem humilitatē que in ea floruit: de qua in canti co Luc.j. Respexit ait illa / hu militatem ancille sue: supple dominus deus. Item eadē in eodem. Ecce ancilla dn̄i. Ec ce eius ingens humilitas. Uel dic q; hec sancta mulier tunc ↄtriuit caput serpentis: quā doquidem impedit⁹ fuit per specialem dei grām ne in ani mam eius intraret per culpā originalē: que est caput ⁊ pri mus introitus sepedicti serpē tis in conscientiam humanā: siue animam rationalē. Seq tur. Tu supple serpens vene nose / insidiaberis calcaneo ei⁹ scʒ mulieris sancte ⁊ virginis integre. Ubi per calcaneum intelligitur finis ⁊ mors dicte mulieris: ad quam libēter ve nisset dict⁹ serpēs si nō diuit⁹ impeditus fuisset et prohibi tus. Sed vt pie creditur / ex speciali gratia ⁊ priuilegio p̄ seruata fuit ne ad eius obitū veniret serpens ille crudelissi mus: qui factus est vt nullum timeret.

¶Mystice secundū dñm Petrum de Pal. Serpens est diabolus: mulier autē virgo Maria: de qua Prouer. vlti. Mulierē fortē qs inueniet? qualis supple est Maria. De qua etiā figuratiue dr̄ Judith. xi. Non est talis mulier super terram. Posuit ergo dñs inimicitias inter hāc mulierē et predictū serpentem modo superius posito. Itē inter semen illius qđ est Christus: semen scilz illud sanctū de quo Esa. j. Nisi dñs exercituū reliquisset nobis semen: quasi Sodoma fuissem⁹. ⁊ semen serpētis: per quod intelliguntur alij demones: qui sunt semen luciferi per similitudinem malitie illi⁹. de quo Sapieñ. xij. Semē erat maledictum ab initio. Ipsa conteret caput tuū. i. originale peccatū: ipsum superando ⁊ vitādo: ⁊ tu insidiaberis calcaneo eius. i. filio qui fuit ea posterior secūdum humanitatem. ¶Anagogice. Predicta verba ꝙoptime cōgruūt lucifero cadenti de celo. Cū em̄ ex magna supbia dixisset illud Esa. xiiij. Ascendā sup astra celi: ⁊ ero silis altissimo: ait ei deus: Qr fecisti hoc. i. facere presumpsisti: maledictus es: maledictiōe culpe et pene eterne sup oīa aiantia et bestias terre. i. plusꝙ ceteri demones q̄ tecū corruerūt: vel plusꝙ reprobi hoīes q̄ bestiis n̄ri p̄senti virerūt. Vñ dixit illi dñs vbi š. Ve rūtn̄ ad infernū detraheris i pfūdū laci. Sed̄r: Sup pect⁹ tuū gradieris: sp in malo pseuerādo ⁊ crescēdo: nūr illōd ps. Supbia eorū q̄ te oderūt ascēdit semp. Terrā comedes. i. terrenos hoīes ꝗtū poteris sem per tibi per culpā incorpabis. Inimicitias ponā īter te ⁊ mulierem. i. ecclam triūphātē: et semen tuū ⁊ semē illi⁹. i. inter malos angelos qui semen tuū dicunt: eo ꝙ facti sūt mali tuo exemplo: ⁊ angelos bonos qui sunt semen bonū eccl'ie triumphātis. ipsa scz eccl'ia triumphās cōteret caput tuū. Hoc iā impletū est: qñ scz factū est preliū magnū i celo: Michael et angeli eius p̄liabāt cū dracone ⁊ angelis ei⁹: et nō valuerunt: supple resistere illis: neꝙ locus eorū ampli⁹ inuent⁹ est in celo. Apoc. xij. Sz quid est qđ sequit̄: Tu insidiaberis calcaneo eius: scz eccl'ie triūphātis? Profecto p calcaneū eccl'ie triūphātis intelligunt̄ iusti viatores: q̄ sunt posterio ps eccl'ie triūphantis post ipsam currēdo. Sz qr tales non sunt adhuc in termino: ideo illis insidiat̄ diabol⁹ volēs eos impedire ne illic ascendāt vñ ipse descendit turpissime. ¶Allegorice ⁊ scđo per serpētē vt sepenūero dictū est intelligit̄ diabol⁹ qui olī in celo deambulabat: ⁊ angelos sibi cōsentiētes incorpabat. Nūc ꝑo solū sup terrā gradit̄: et solos terrenos hoīes comedit. i. in vētrē iferni traijcit. Vñ Esa. xiiij. de eo dr̄. Corruisti in terrā lucifer qui vulnerabas gētes. Hoc etiā factum est p xp̄i mortē: q̄ serpētē antiquū religauit i inferno p annos mille. Ubi sup pect⁹ suū gradit̄ ⁊ serpit q̄ solebat volare p aera vt dracones faciunt. Vel dic ꝙ il

te nunc corpore serpit q̄ prius erect⁹ stetit: q2 idola in qbus oli diabol⁹ habitabat / erecta pri⁹ in mūdo pstrata sunt ex quo dñs regnauit a ligno.

¶ Octaua clausula.

¶ Mulieri quoq3 dixit de⁹: Multiplicabo erūnas tuas / t cōcept⁹ tuos. In dolore paries filios: et sub viri ptāte eris: t ipse dñabitur tui.

¶ Historialr' postq̄ scrūs moyses in pcedēti clausula egit de triplici pena iflicta diabolo i spē serpētis: hic psequēter agit de pena iflicta a deo mulieri q̄ est duplex. Nā vt dicit mgr Petr⁹ i hist.scho. mulier i duobus peccauit. Nā supbiuit: et vetitū cōedit. Qz ergo supbiuit: humiliauit eā dñs dicēs. Sub viri ptāte violēta eris: vt etiam vulnerib⁹ te affligat in defloratione. Post lapsum dpe pe subdita est mulier viro cōditione t timore: cui ante lapsum subiecta fuerat: sed amore. Itē qz in fructu peccauit: in fructu suo punita est. Unde dictū est ei. In dolore pies filios. Qđ ergo dictū est In dolore: ad maledictionē ptinet. Qđ vero subdit: paries filios: ad bñdictionem spectat: maxime cū sm legem sterilis sit maledicta. Ecce qūo i punien do nō est oblit⁹ misereri deus: qđ etiā in alijs maledictiōib⁹ holm notādū est. Hinc ps. clamat dicens. Uniuerse vie dñi mia t vitas. Et alibi. Miam t iudiciū cantabo tibi dñe. Hec Petr⁹ comestor. Dñs aūt pri: archa de pal. assignat triplicē penā mulieris pformit ad texctū: t sīlr conformiter ad triplex illius peccatū. Notandū ergo scdm eū q mulier peccauerat tripliciter. Primo quidē in cōceptione suggestionis diabolice. Scdo vero in effectu cōcessionis libidinose. Tertio autē in viri mala psuasione. Conformiter ergo ad tria pdicta punita est tripliciter.

¶ Primo quidē multiplici erūna in cōceptu / cū ait illi deus Multiplicabo erumnas tuas: t conceptus tuos.

¶ Contra hoc potest sic instari. Conceptio siue generatio naturalis nō fit absq3 venerea delectatione. Ergo per hmōi cōceptuū multiplicationē nō punitur mulier. Itē multiplicatio huiusmodi conceptuum non videtur pertinere ad maledictionem: sed potius ad benedictionem: iuxta illud Deutero. vj. Beatus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis.

¶ Ad hanc duplicem instantiam respondendū est. Ad primam ergo dicitur q etsi conceptio fetus in muliere sit delectabilis: nihilominus post peccatū habet quādam turpitudinem annexā: adeo q nō nisi i occulto fieri solet. Ad scdaz instantiā dicit de palud. q in conceptione fetus duo sunt. Primum est procreatio plis: que etiā fuisset ante peccatū. Secūdū est gestatio fetus cōcepti. Propter primum ergo multiplicatio cōceptuum non infligitur mulieri in penam: sed potius cedit ei ad quandam specialem dei benedictionem: pariter et viro suo:

iuxta illud ps. Beati omnes qui timent dominum: qui ambulāt in viis ei⁹. Sequit: Uxor tua sicut vitis abūdās (sup. in fetu) in laterib⁹ dom⁹ tue: filij sicut nouele oliuarꝫ i circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicef qui timet dñm. Propter vero 𝔭m multiplicatio conceptus ꝛ fetus infligitur mulieri in penam post peccatum. Experiū tur enim bene mulieres grauide ꝗtas angustias et dolores patiūtur propter tolerationem fet⁹. Unde ad hoc insinuandū erūnē ꝛ cōcept⁹ simul coniūguntur in presenti textu: cū ait dñs ad primam mulierem: et in persona illius ceteris dicens. Multiplicabo erūnas tuas: ꝛ cōceptus tuos .i. labores impregnatiōis. Nā tunc propter retētionem sanguinis menstrui multos dolores ꝛ angustias patit mulier.

¶ Secundo mulier punita est propter comestionē fruct⁹ vetiti maximo dolore in partu sui fetus ꝛ fructus: quia in dolore paries filios. Itē Jo. xvj. Mulier cum parit: tristitiam habet. Hic est ꝙ sacra scriptura volēs exp̄mere altquē dolorē cēvehemētē: ipsum qñqꝫ cōparat dolori pturiētis: vt ibi ps. Ibi doloresvt pturiētis.

¶ Contra hoc pōt instari sic. In statu innocentie passe fuissent mulieres in partu suo similes dolores sicut modo. Ergo doloꝛ partus nō infligitur mulieri ꝑpter peccatū a deo. Assumptum ptꝫ. Non em̄ videtur possibile vt proles tanta possit exire de vtero matris cum arctitudine sex⁹ feminei absqꝫ dolore. igitur.

¶ Ad hanc instantiam respondet idem petrus de palu. negando ꝙ in statu innocentie mulier pariendo passa fuisset qualemcūqꝫ dolorē. Unde ad cōfirmationē huius sententie adducit ꝟba Aug. lib. xiiij. de ci. dei dicentis ꝙ in predicto statu ad pariendum nō doloris gemitus: sed maturitatis impulsus feminea viscera relaxasset: sicut ad cōcipiēdū non libidinis appetit⁹ ꝫ volūtari⁹ vsus naturam vtrancꝫ cōiunxisset. Hec ille.

¶ Tertio mulier propter malam persuasionē quam fecit viro: punienda est ꝛ punitur vsqꝫ adhuc subiectione potestati viri: cum dixit Eue dominus. Sub viri potestate eris.

¶ Cōtra istud pōt sic instari. Subiectio vxoris respectu viri non videtur esse penalis: sed poti⁹ naturalis: vtpote sequens perfectionē sexus virilis: ꝛ imperfectionē sexus muliebris. Uñ etiā in statu innocentie fuisset predicta subiectio. Nō ergo in penā inflicta est mulieri hmōi subiectio.

¶ Ad hanc instantiam dicendū ꝙ potestas quā habet vir supra mulierē: est directiua ꝛ coercitiua. Directiua quidē in agendis. Coercitiua vero a malis ne fiāt. In statu ergo innocētie habuisset vir ptātem supra mulierē quo ad primum scꝫ quo ad regimē ꝛ directionem in agēdis per eā: qꝛ etiā in dicto statu vir pfuisset mulieri tanꝙ caput illi⁹ existēs. Nō aūt quo ad secūdū. In statu vero nature lapse vir habꝫ

vtroquoqꝫ ptātē supra mulierem: ita vt etiā necesse sit mulierem cōtra ꝓpriā voluntatem in multis viro suo parere De hoc vide beatū Thomā.ij.ij. q.xcvj.arti.iiij.

¶ Argui etiā ⁊ instari pōt cōtra predictam triplicē penā mulieri inflictā. Pena em̄ peccati Eue debet oēs mulieres cōprehendere sicut ⁊ culpa. Sꝫ non oēs mulieres subijciūtur predicte triplici pene: sed tm̄ ꝯiugate: et adhuc nō oēs coniugate illi subijciūtur / saltē ꝙtū ad illā partem: Multiplicabo cōceptus tuos. Item ꝙtū ad illā partē: In dolore paries. instantia em̄ est de cōiugatis sterilibꝰ: que sunt plures. Itē pōt dari instantia de beata ꝟgine que fuit sine grauamine grauida: ⁊ sine dolore puerpa: vt dicit Aug. Igiť

¶ Ad hanc instantiā dicitꝛ ꝙ pena triplex predicta mulieri inflicta pertinet ad oēs mulieres in se vel in equiualenti: excepta dei genitricē Maria. Omnis eni mulier aut est nupta aut inupta. Si nupta: aut habet prolē: aut non. Si habꝫ prolē: iam passa est erūnas in vtero: item dolores in partu: ⁊ siľr sub viri potestate est aut fuit. Et sic habeť intentū. Si aūt est nupta: sed sterilis ⁊ sine fructu matrimonij: tūc penale est ei ⁊ quodāmodo verecundū ꝙ prolē nō habeat. Nā vt dicit Amb. super Lucā lib. j. pudor est feminis nuptiarū premia non habere: quibꝰ hec sola causa est nubendi. Predictum ergo sterilitatis opprobrium prepōderāt multo mulieres omnibus doloribꝰ predictis. Si vero mulier est innupta: ⁊ in virginitate permanēs: adhuc nō caret erumnis multis et doloribus: ⁊ hoc signanter propter abūdantiam ⁊ retentionem mēstrui;: quod non eque bene euacuatur in virgine sicut in cōiugata prolem habente.

¶ Moraliter secūdum dominum Petr. de palude. Mulier cui dixit dominus / multiplicabo erūnas tuas: est fidelis anima: que in presenti debet repleri erūnis ⁊ doloribꝰ penitentie si cupit in celo perpetuo gaudere: qꝛ vt vulgo dicitur: dulcia non meruit qui nō gustauit amara. Uñ ps̄. de penitentibꝰ loquitur dicēs. Eūtes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua / id est bona opera penalia in presenti. Uenierites autem venient. supple in futuro / cum exultatione portātes manipulos suos / id est eternā retributionem. Hinc Eccľs. iij. dicitur. Omnia tēpus habēt. Tēpus flēdi: ⁊ tēpꝰ ridendi. In huius etiam figurā legitur Geñ. xxxv. ꝙ rachel mater Beniamin primo vocauit nomen eius Bēnoin. Jacob vero pater illius vocauit ipsum Beniamin. Ubi sciendū ꝙ hoc non est factū absqꝫ diuino mysterio. Bēnoin em̄ interpretatur filius sinistre: hoc est doloris ⁊ penitētie. Bēiamin vero filius dextre. i. glorie celestis. Per hoc ergo denotaťꝛ ꝙ nullus potest esse Bēiamin: id est filius dextre per adeptionem celestis glorie qui non fuerit priꝰ Bēnoin. i. filiꝰ sinistre per

tolerantiam doloris et penitentie. Ad salutem ergo predicte mulieris/ id est anime rationalis fit q in presenti multiplicetur erūne illius / id est q in presenti aduersa patiatur. Nam etiā post huiusmodi erūnas sequūtur communiter cōceptus bonorū operum: et hoc maxime in electis: quia teste Gre. Mala que nos hic premūt: ad deum ire compellunt: ire inquā per sancta desideria: et conceptus bonorum operum.

¶ Moraliter et secūdo mulier est sensualitas siue humana caro de qua vult dominus quasi in penam peccati primi parētus vt multiplices erūnas patiatur: puta famem sitim frigus calorē egritudinem fatigationem/ et tandem mortem. Ecce quomodo dñs multiplicat erūnas illius: atq conceptus. i. languores qui generantur in carne. Insuper hec mulier i dolore parit filios: quod fit qñ caro assueta voluptatibus trahitur ad imperium rationis ad debitum tēperātie modum: quod nimium fit absq dolore et difficultate. In cuius figuram agar nolebat obedire sare dñe sue: sed eā despiciebat. Gen. xvj. Silr neq asina dño suo Balaam Num. xxij Quia vt dicit glo. ordin. super hoc passu/ nullus a voluptate carnali abstinet qui nō patiatur in exordio dolores: donec cōsuetudo vertatur in melius.

¶ Sed qd est q dñs dixit mulieri: sub viri ptāte eris: et ipse dñabitur tui: nisi q ex dei ordinatione sensualitas subijciēda est quātū fieri pōt rōni tāq ancilla dñe sue? Unde ad hūc sensum pōt intelligi illud verbum apo. ad Ephe. v. Mulieres subdite sint viris. Alias dñam ancillari: et ancillā dñari magna est abusio: vt inquit Ber. Item Aug. ad fratres in eremo. ser. l. qui intitulatur de salute anime. Caro inqt debz seruire: et anima imperare. Ista debet exercere imperiū: et illa subiecta seruitium. In oībus bonis xpianis anima dñatur: et caro seruire cōpellitur. In peccatoribus vero et huius mūdi amatoribus inuerso imo puerso ordine caro erigitur: et anima humiliatur. Illa deliciis pascitur: et ista fame cruciatur et torquetur. Hec ille. Insuper idem Aug. super Jo. tractatu secundo exponēs illud Joā. j. Nō ex volūtate carnis: neq ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt: dicit q vbi caro imperat et spūs seruit: peruersa domus est. Quid peius domo vbi femina habet imperiū super virū? Recta autem domus est vbi vir imperat: et femina obtēperat. Rectus ergo ipse homo vbi spūs imperat: et caro seruit. Et hi non ex voluntate carnis neq ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Hec ibi. Unde Hiero. j. parte epl'arum suarū epistola. vj. c. xxxviij. predicta declarat per similitudinē de equis et auriga: ita dicens. Sēsus inquit corporis sunt quasi equi sine ratione currentes. Anima vero in aurige modū retinet frena currentium equorū. Et quomodo equi absq rectore precipites ruunt: ita corpus sine ratione et imp

perio anime in suū fertur in= teritum. Deinde subdit dicēs Alia quoqꝫ cōparatio anime ad corpus a philosophis poni= tur/corpus puerum: animam pedagogū dicentibus. igitur nisi virsa adolescētis et pueri prudentia pedagogi correxe= rit: omnis conatus eius et im= petus ad lasciuiam properāt. Hec Hiero.

¶ Mystice. Mulier ista est b= go Maria si tamen integri= tas carnis patiatur eam voca ri mulierem. De qua ad litte= rā potest dici illud quod olim dictū est Judith post habitā victoriā de Holoferne. Bene= dicta es tu filia a dño deo ex= celso pre oibus mulierib⁹ sup terrā. Prima eni mulier fuit a dño duplicit maledicta: vt supra patuit. Ista vero ab eo= dē duplr benedicta/ vcꝫ bene= dictiōe gratie et glorie. Male= dictio ꝗ Eue/ mutata est in be nedictionē Marie: qꝛ ꝗcquid maledictionis infusum est per Euā/ totū abstulit benedictio Marie/ vt dt Hiero. sup Luc. exponēs illō: Benedicta tu in mulieribus. De hac ꝗ muliere olim visus ē dixisse dns. Multi plicabo erūnas tuas: et ꝯcept⁹ tuos. Jn dolore paries filios. Erūnā vt dicit Augu. Maria sustinuit: cuius aīam gladius pertrāsiuit: sed erūnā portā= do dei filiū non sensit: quia il= le onus peccati nō habuit: qui ascēdit sup nubē leuē. i. carnē a pctō imunē. Cōcept⁹ mulier nr̄a nō multiplicauit: ꝗ solum dei et suū vnigēitū ꝯcepit. sine dolore pepit: ꝗ sine libidie cō= cepit Hec Aug. Sequit: Sub viri potestate eri. Jste vir fuit scrūs ille Joseph: sub cui⁹ ptā= te fuit virgo maria: qꝛ et hūilī ter obediuit. Nihilominꝰ post= ꝗ effecta fuit mat̄ dei: a subie= ctione oīs pure creature libe= ra fuit. et hoc insinuauit Joā. Apoc. xij. cū ait. Mulier amī= cta sole. i. Ego maria plena di= uinitate et hūanitate filij dei: et luna. i. oīlis pura creatura alia a se: sub pedib⁹ ei⁹. Et tūc ergo sub alteri⁹ viri potestate fuit: scꝫ filij dei ī forma hūani= tatis: de ꝗ Eccl's. vij. Uirū vnū de mille repi. Jtē Hier. xxxi. Mulier circūdabit virū. et hic vir plene et pfecte dñatus est huic mulieri: ita vt ipsa face= ret quecunqꝫ ille vellet. Pro= pter qō appellauit se illius an cillā. Luce. j. dicēs: Ecce ancil la dñi: Fiat mihi etc.

¶ Allegorice. Mulier est ec= clesia militās que formata est de latere Christi dormientis in cruce: sicut olim Eua de co sta Ade dormientis in paradi so terrestri. Huius antē mulie ris erumne multiplicantur in hac vita: vt ad vitā eternā ca= stigata perueniat: quia oēs qui pie volunt viuere in Chri sto/ persecutionem patiūtur: vt dicit Apost. ij. ad Tim. iij. Uel dic ꝙ erūne huius mulie ris principales sunt ꝗtuor pse cutiones principales ecclesie. Primā suscitauerunt tyranni principes: quales fuerūt Ne= ro/ Domitianus/ Decius/ Dio= cletianus/ Maximianus et si= miles. De quibus cōqueritur mater eccl'ia dicens: Sepe ex= pugnauerunt me a iuuentute mea. i. in exordio meo: dicat

nunc Israel: id est ecclia Christi: que videt nūc deū p fidem. Ecce Israel: qđ interpretatur videns. Sequit: Supra dorsum meū fabricauerūt pctōres: id est principes tyranni: qui inceperunt persecutionē suam a summis pōtificibus ⁊ ceteris precipuis ecclie prelatis. Prolongauerūt iniquitatē suam: quia ferme cōtinue vsq ad tēpora constātini: sub quo data est pax ⁊ requies vniuersali ecclesie. Secundā erūnam suscitauerūt heretici: qui aliter sacrā scripturā intellexerunt q̄ sensus spūssancti flagitat: vt dicit. xxiiij. q. iij. heresis. Itē disti. xxxviij. Quis. Et ista erūna valde nocuit ecclesie: etiā plusq precedens. Illa em solū nocuit corporib⁹: ista vero animabus. Tertiā erūnā suscitauerūt pseudoprophete. i. hypocrite q̄ sub specie sanctitatis multos seduxerūt. De quib⁹ loquitur dñs Matth. vij. dicēs Attendite a falsis ,ppheťis q̄ veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Quartā erūnā suscitabit in fine seculi antichristus: q̄ tāta ac talis erit q quasi mouebit electos a recta fide: vt habet Mat. xxiiij. Istas quatuor erūnas vidit in spū Daniel ,ppheta dñi: ⁊ hoc sub q̄druplici specie bestiarū. Prima erat similis leene: secūda vrso: tertia pardo: quarta ferreos dentes habebat: ⁊ hec erat terribilis / atq mirabilis / et fortis nimis / atq dissimilis ceteris bestijs. Danie. vij. Iste ergo sunt pricipales erumne quas deus permisit / siue ⁊ diabolus executiue mltiplicauit: iā pro parte / ⁊ p parte multiplicaturus est. Itē idē dñs de⁹ ac redemptor noster multiplicare non cessat conceptus sue sponse ecclesie / siue interius p bonas inspirationes / siue exterius p fructuosas predicationes filios atq filias gignēdo. Insup dicta mulier in dolore parit filios q̄ ad martyres: ita vt de ea merito dici possit illō Joā. xvj. Mulier cū parit tristitiā habet. Sequit in textu Sub viri potestate eris: ⁊ ipse dominabit tui. Iste vir est xp̄s qui est caput ecclesie militantis. Ephe. v. Uir caput est mulieris / sicut et xp̄us caput est ecclesie. Qđ si caput ecclesie: ergo habet plenū dominium super eam. Matth. xxviij. Data est mihi (inquit xp̄s) oīs potestas in celo ⁊ in terra.

¶ Anagogice: mulier est synagoga malignoꝝ spirituū que primo habitauit in celo. Parū tamē ibi māsit: qꝛ diabolus in veritate non stetit. Joan. viij. Huic ergo mulieri in penam sue transgressionis ait dñs. Multiplicabo erūnas tuas. Est autem erūna idem q inopia / calamitas / miseria / paupertas. Est ergo sensus verboꝝ dñi ad dictam synagogā. Multiplicabo erūnas tuas. i. miserias / calamitates / inopiā et hmōi. Hoc autē impletū fuit qñ idē deus et dñs eiecit predictā mulierem de celo in abyssum: et de loco voluptatis in locū calamitatis ⁊ totius miserie. Deo etiā permittente multiplicati sunt / et in dies non cessant

multiplicari conceptus dicte synagoge.i.iniquitates et peccata: quis dñs ex immēsa bonitate sua talia nō imputet eidem mulieri ad nouū reatū. Sed quid sibi vult qd sequit: In dolore paries filios? Profecto p hoc designat q dicta mulier magnā patitur penā in procuratione perditionis hominū: qui in eo q mali / filij sunt diaboli: iuxta illud Jo. viij. Uos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Sed nō obstāte huiusmodi pena / a tētatiōe tñ nō cessat / hoc agēte maxima illi⁹ inuidia. inuidus nempe libenter patit vt alios pati faciat aut videat. Et quid est q dñs mulieri dixit: Sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tui? nisi q in synagoga demonū aliqui subijciunt / et aliqui presunt: sz hoc totū in malum ordināt. Unde quedā glo. sup epl'as Pauli.i.ad cor.xv. dicit q q̄diu durat mūdus: angeli angelis / hoīes hoībus / et demones demonib⁹ presunt. De hoc vide btm̄ Tho.i. parte.q. cix. arti.i.et.ij. In dicta ergo synagoga maiores demones imperant minoribus: qui illis obtēperant atq exequūtur imperia mala.

Nona clausula.

Ade vo dixit de⁹: Qr audisti vocē vxoris tue: et cōedisti de ligno ex q̄ pceperā tibi ne comederes: maledicta tra in opere tuo. In laboribus cōedes ex ea cūctis dieb⁹ vite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terrā de qua sumpt⁹ es: quia puluis es: et in puluerem reuerteris.

Historialiter. Postq̄ Moyses pphēta dñi in precedenti clausula egit de duplici pena mulieris: hic cōsequēter agit de vnica pena viri. Nā vt dicit Petrus comestor: Adam qr in solo esu peccauit: i labore edulij sibi querēdi punitus est in hunc modū. Maledicta terra in opere tuo: scz p opere tuo: id est p peccato: p quo factū est vt terra que prius bonos et vberes fructus sponte faciebat: deinceps raros: nec sine hominis labore: qñq etiā p fructibus spinas et tribulos germinabit. Adam ergo in se non maledicitur / sed terra: cui⁹ tñ maledictio etiā in Adā redūdat. Et addidit Et cōedes herbas tre: quasi etiā in hoc par eris iumēto. Terre autē maledixit dñs / et non aquis: qr de fructu terre: et nō aquarū.i. piscium trāsgressio facta est. inde est q christ⁹ comedit post suā resurrectionem de pisce asso. Luc.xxiiij. Nō aūt legit comedisse carnem viuentiū de terra maledicta: nisi forte de agno paschali p pctō leg. Addit ergo de labore: In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec in terrā reuertaris: id est donec moriaris: qr terra es et in terrā ibis. Et bene dictū est (ibis) qr qui in eodē statu stetisses donec trāsires in melius si velles: modo de miseria in miseriam ibis: more fluētis aq. Hec ex historia scholastica

¶ Pulchro ergo ordine procedit dominus in infligendo penam viro. Nam primo resumit culpam illius: ne videatur inflictio pene iniusta: dicens: Qr audisti vocē vxoris tue: ne scilicet eam molestares: siue contristares: et comedisti de ligno ex quo etc. Ecce petm̄ qd̄ habuit Adam. Deinde subdit penam pro transgressione culpe dicens: Maledicta terra etc. Est autē huiusmodi pena vnica in generali: sed in speciali est triplex: prout innuitur in presenti textu.

¶ Prima igitur pena dicitur maledictionis: qr (maledicta terra) id est mala dicta: l opere tuo. glo. interli. post Piero. Opus hic nō ruris colendi: vt plerics putant: sed peccatū significat: ac si aperte diceretur qꝫ deus maledixit terre ꝑpter opꝰ peti qd̄ cōmisit hō. Maledicta ẽ terra ꝑpꝰ petm̄ ꝑpter qd̄ ipsa incurrit sterilitatem In laboribus: id est nō gratis sicut ante peccatū: sed in laboribus agriculture comedes ex ea: id est ex fructibus illius et hoc cunctis diebꝰ vite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi. Ac si aperte diceret dominꝰ. Terra nō respōdebit etiā laboribꝰ tuis in rebus vtilibꝰ: sꝫ in nociuis magis: qr spinas et tribulos germiabit tibi.

¶ Cōtra ista sic instatur. Germinatio enī spinarū et tribulorum pertinent ad naturā terre: cū sint quedā species plantarū. que autem pertinent ad naturam terre: fuissent etiam dato qꝫ nullus peccasset. Igitꝰ talis modꝰ ꝑductiōis ad maledictionē terre nō ꝑtinet. Et ita videtꝰ qꝫ ꝑdicta pena nulla sit.

¶ Respondetur ad hanc instantiam qꝫ ꝗuis ista et similia terra germiasset etiā dato qꝫ homo non peccasset: et hoc ad vsū siue cibum volatiliū et animalium: nō tamē ad penam et laborem hominū. Nam per eorꝫ exortum nullus labor aut punitio accidisset homini operanti terrā: sicut post peccatum. Da exēplum de serpentibus q̄ ante petm̄ erāt: sꝫ innoxij: q̄ post petm̄ facti sunt noxij. Et idē inductiue est de ceteris noxijs. Alij aūt dicūt qꝫ ante petm̄ terra nūq̄ ꝗ spinas aut tribulos germiasset. Sed pⁿmis opinio cōmunius tenetꝰ.

¶ Circa autē huiusmodi maledictionē mouet aliquas questiunculas dominꝰ Petrus de pal. in postilla sua.

¶ Prima igitur questiuncula est hec. Quare deus maledixit terrā cum nō peccauerit. Ad qd̄ respōdet qꝫ dn̄s nō maledixit terrā simpliciter: sed tantū secūdum quid: scilicꝫ in opere: in quātū ordinatꝰ ad hominē qui peccauit: vt sic adatur pena homini transgredienti legem domini.

¶ Secunda questiuncula est. Cur dn̄s magis maledixit terrā ꝗ aliud elemētum. Respondet idem doctor conformiter ad glos. qꝫ hoc ideo fecit deus quia homo contra ꝑhibitionē illius de fructu terre manducauerat. Nō autē habebat similem ꝑhibitionē circa fructum aquarū: vt sunt pisces: de quibus etiā nō legitꝰ manducasse. Unde in signū huius

in diebus ieiuniorum comedun-
tur pisces: et nō carnes. glossa
autē ordi. assignat specialem
rationē cur dñs nō maledixit
aquis: eo scilz q in aquis pec-
catum erat abluendū qđ erat
de fructu terre cōtractum.

¶ Tertia questiuncula talis
est. Cur vir maledicit in actio
nibus cū ei dicitur a domino.
Maledicta terra i opere tuo.
Mulier vero in passionibus: vt
ostensum est in precedēti clau
sula: cū ei dictū est a dño. In
dolore paries filios. Respōdet
predictus de pal. q huius ra-
tio est: q vir est sicut actiuus:
mulier vero sicut passiua. Aliā
rationē assignat glo. ordi. di-
cēs q ideo mulier punitur in
passionibus et penis intrinsecis:
vir autē tm̄ in actionibus et pe-
nis extrinsecis: q illa seducta
seduxit virū: et ideo grauius pu
niri debuit. ptz ergo de prima
pena Ade inflicta a deo ꝓ sua
transgressione: que dicit ma-
ledictionis.

¶ Secūda pena dr refectiōis:
q cōedes herbas terre. Ante
eīm peccatū ꝯcesserat dñs hoi
in cibū fructū ligni vite: itera-
dicens sibi lignū scientie boni
et mali. Et q peccauit ꝑ gulā
puta cōedens de fructu veti-
to: relicto fructu sibi cōcesso
multo meliori: ideo puniuit eū
deus ꝑ deteriorationē cibi, di
cēs: cōedes herbas terre. No-
mine tn̄ herbarū etiā fructus
intelligunt. Ecce mirabilis ci
bi mutatio: tanq̄ illi diceret
dñs: q ꝑ os peccasti: ideo in
ore punieris: iuxta illud Sap.
xi. Per que peccat qs: ꝑ hec et
torquet. Ecce q̄ vilem reddit
hoiem pctm̄ gule: q similē iu
mētis q pascunt herbis: ita vt
merito ipsa iumēta dicere pos
sent si itelligere et loq̄ illis cō-
cessum esset a dño. Ecce Adā
quasi vnus ex nobis herbas tre
cōedēs. Vn̄ dictū est regi Na-
buchodonosor. Fenum vt bos
cōedes. Dan̄. iiij. Et q̄uis pre
ciosus cibus sit hoi in vilē ꝓpt
pctm̄ gule mutatus: adhuc tn̄
hmōi vilē cibū hz sibi necessa-
rio acqrere multiplici labore:
ideo ꝑdicte pene addidit dñs
dicēs: In sudore vultus tui ve-
sceris pane tuo. Vbi ꝑ panem
intelligit q̄cūq3 corpalis refe-
ctio: sicut sepe fit in sacra scri
ptura. Et si dicat q multi no
biles et diuites cōedunt panē
in abūdātia etiā epulātes q̄ti
die splēdide instar diuitis illius
epulonis de q Luce. xvi. et hoc
plerūq3 absq3 sudore vultus sui:
Ad hoc respōdemus q ꝑ sudo
rē vultus in ꝓposito itelligit
ois labor: siue corporalis sit:
siue spūalis. Modo ois homo
ratione vtens subiicitur alte-
ri illorū laborum: et q̄nq3 vtriq3.
Et sic pz de scđa pena ade et fi
liorū eius q̄ dr refectionis.

¶ Tertia pena eiusdē dr cor-
ruptionis: de qua subdit. Do-
nec reuertaris in terrā de qua
sumptus es: q puluis es: et i pul
uerem reuerteris. Et huic si-
mile est qđ dr Eccli. xl. Oīa q̄
de tra sunt: in terrā ꝯuertēt.
Itē Eccles. iii. Tēpus nascēdi
et tempus moriendi. Et. ij. Re.
xiiij. Oēs morimur: et quasi
aque dilabimur in terrā: que
nō reuertunt. Et ps. Quis est
homo qui viuet: et nō videbit
mortem: Quasi diceret nullus.

Et vere sic est: qr teste Apos. ad Hebre.ix. statutum est hoibus semel mori. Et Joan.viij. Abraham mortuus est et prophete. Et breuit hec dni sententia non solum tangit Adā verum etiā inuoluit vniuersam posteritatē suā. Propter quod dicebat quidam poeta. Est cōmune mori: mors nulli parcit honori. Diues et fortis veniunt ad funera mortis. Et ideo simile est de morte sicut de falce bene acuta/ q̄ vniuersas herbas tam virides q̄ siccas: tā bonas q̄ malas/ tā magnas q̄ paruas ad terrā deijcit atq̧ prosternit. Ecce qualem hereditatē acquisiuit pariter et diuisit pauper Adam suis posteris: et hoc totū in vltione et vindictā transgressionis sue. Hec ergo dni sentētia cōtra Adam irreuocabiliter pronunciata in penā sui peccati/ debet quosq̧ terrere/ et a peccato retrahere. Patet ergo de triplici pena particulari viro inflicta a domino.

¶ Moraliter: terra que ī opere preuaricationis Ade maledicta esse perhibetur/ est caro hūana: que nobis spinas et tribulos germinat. i. carnales cōcupiscentias et incentiua libidinum. Has autē spinas patiūtur etiā viri sancti: put egregius ille doctor ecclesie Paulus de seipso loquens aiebat: Sentio aliā legem in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. Rom.vij. Itē Gal.v. Caro ɔcupiscit aduersus spiritū. Tūc autē comedit homo herbas terre qn̄ predictis spinis et tribulis carnaliū cōcupiscētiarū agitatus īcipit delectari. Qd si queratur q̄diu terra corporis nostri germinabit predictas spinas: certe respōdendum est q̄ nō cessabit donec reuertamur p mortem in terram de qua sumpti sumus. Hoc autē perpulchre ostendere possumus ī illo sanctissimo Hiero. qui q̄tūcūq̧ affligeret ieiunijs/ abstinētijs et disciplinis carnē suā: nō tn̄ potuit ex toto ab ea euellere hmōi spinas et tribulos: put ipsemet testat dicens. Quotiēs in eremo cōstitut⁹ ī illa vasta solitudine que exusta solis ardorib⁹ horridum monachis prestabat habitaculum: putabā me romanis interesse delicijs. Horrebant sacco mēbra deformia/ et squalida cutis situm ethiopice carnis obduxerat. Et si qn̄ repugnantē somnus imminēs oppssisset: nuda humo vix ossa herentia collidebā. De cibo et potu taceo: cū etiā languentes monachi aqua frigida vtātur/ et coctū aliquid accepisse luxurie sit. Sedebā solus: qr amaritudine replet⁹ erā: quotidie lachryme / quotidie gemitus. itaq̧ omi auxilio destitut⁹: ad Jesu iacebā pedes: rigabā illos lachrymis/ et crine tergebā. Memini me clamātē ad dnm diem crebro iunxisse cū nocte: nec prius a pectoris cessasse verberibus: q̄ dno increpante rediret tranquillitas. i. cessaret vehemens carnis tētatio: de q̄ ēt loquit dicens. Pallebāt ora ieiunijs: et mens desiderijs: supple carnalibus: estuabat. in frigido corpore sola libidinum incendia

bullicbant. Nā scorpionū tantum socius & ferarū: sepe choris interērā puellarū. Hec ille. Ecce ergo quomodo vsq ad mortē etiā in tēpatissimis viris caro humana spinas & tribulos germinare non cessat.

¶ Mystice. Panis ē sacramentū altaris: de quo Jo. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. (inquit ihs) Hunc panem sumere precipitur oibus christianis. Unde vbi supra ait idem Christus: Nisi manducaueritis carnem filij hois/ & biberitis eius sanguinē/ non habebitis vitā in vobis. Modus autem quo sumēdus est predictus panis: insinuat in predictis verbis sumptis ex Gen. cū quasi figuratiue dixit dñs Ade: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. i. cū dolore et lachrymarū inundatiōe vteris sacramēto altaris. In cui⁹ figuram legit Gen. xviij. q qñ Abraham voluit reficere tres angelos in specie trium peregrinorum: primo attulit paululum aque ad lauādū pedes eorū. Ad ppositū pedes sunt humane affectiones: que sunt lauāde aqua cōtritionis priusq̄ sumat refectio i mēsa altaris.

¶ Allegorice sm dñm Petrū de Pal. Sicut primus Adam fuit maledictus/ siue terra in detestationē pcti sui: ita p oppositum secūdus Adam qui est Christus/ fuit benedictus: per cui⁹ benedictionē maledictio secūdi Ade fuit sublata: de q dictū est Abrahe: In semine tuo benedicētur omes gētes. Gen. xij. Item Actu. iij. In opere nēpe primi Ade/ id est p peccato illius fuit omnis terra maledicta: sicut ppter peccatū principis interdum tota terra ei⁹ supponitur interdicto ecclesiastico. Sic enim per consensum primi Ade: inuidia diaboli intrauit in orbem terrarū. Sap. ij. At vero in ope secūdi Ade. i. in merito Christi oīs terra est benedicta: qm quidem operatus est salutē in medio terre. Abac. iij. Da exēplum de papa qui intrans aliquam ciuitatē interdicto suppositā solet soluere hmōi interdictum. Immo ciuitas Romana cū sit sedes summi pōtificis/ ab interdicto excipitur: etiā in casu vbi oēs alie interdicerentur. Sequitur: Spinas et tribulos germinabit tibi. Prosequēdo eundē sensum allegoricum dicimus q in pposito per terrā intelligitur synagoga iudeorū. Hec igit terra tunc spinas & tribulos germinauit: qñ sm Adam nostrū Jesum xpm flagellauit/ atq spinis coronauit. Insup & lancea quasi tribulo perforauit. Sequitur: In labore cōedes ex ea cūctis dieb⁹ vite tue. Hoc autē ad literā recte pōt verificari de secūdo Adā/ qui fuit in laboribus cūctis dieb⁹ vite sue. Nam labores manuū manducauit operādo non cibū q perit: sed qui pmanet in vitā eternā. Jo. vj. Ita vt merito dicere posset illud psal. Pauper ego sum/ & i laborib⁹ a iuuētute mea. In cui⁹ rei testimoniū dē eo dicitur Jo. iiij. q cum esset fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontem. Sequitur: In sudore vultus tui vesceris

pane tuo. Sed quis iste panis de quo in sudore vultus sui comedit Christus? Profecto ille de quo ipse met ubi supra ait: Meus cibus est: vt faciam voluntatem eius qui misit me. Pro quo cibo ipse non solum sudauit in vultu: verum etiam factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Lu. xxij. Primus Adam laborauit i aratro et vomere scindens terram. Secundus autem in vomere crucis ferro et ligno lanceato: quando pertransijt animam eius malitia dicentium illud Hiere. xj. Mittamus lignum in panem eius. Sequitur: Donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Primus homo de terra terrenus reuersus est in terram morientium. Secundus qui de celo venit: et qui super omnes est: tandem reuersus est in terram viuentium: quia a summo celo egressio ei9 et occursus ei9 vsque ad summum eius. Sequitur: Quia puluis es: et in puluerem reuerteris. Primus Adam puluis vel cinis fuit: qui tandem in puluerem et cinerem redijt per mortem: eo quod peccauit: pariter et quotquot ex eo descenderunt: et peccato subiacuerunt: pariter in puluerem redacti sunt: et hoc ex debito. Secundus autem Adam puluis quidem fuit sicut et primus: quia verus homo et mortalis extitit. Sed quia sine peccato fuit: in cinerem non redijt: quia caro eius cum esset balsamata diuinitate: corruptionem non vidit: dicente ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hoc autem priuilegium etiam benedicte matri sue contulit: que alias icinerata fuisset nisi cito filius eam per gratiam suscitasset. Hec Petrus de pal. et certe optime.

¶ Anagogice. Adam primus homo designat luciferum qui fuit primus in celo inter angelos priusquam peccarent. Unde et lucifer quasi lucem ferens dicitur: eo scilicet quod esset pre alijs clarior in naturalib9. Hic ergo Adam habuit cito vxorem peruersam: id est voluntatem nequam: per quam transgressus est domini preceptum comedendo de ligno vetito: id est superbiendo: et beatitudinem appetendo ex perfectione suorum naturalium nihil considerando de gratia dei: vt dictum est supra clausula sexta sub sensu anagogico. Quia ergo iste Adam audiuit vocem predicte vxoris sue. i. voluntatis peruerse: ideo illi maledixit deus: eijciendo eum de celo. Postmodum maledicta est terra in opere illi9. Dicta terra est mundus presens: qui dicitur quodammodo maledictus propter crebras temptationes et infestationes diaboli quas in eo exercet contra homines. Apo. xij. Ue terre et mari. i. habitantibus in terra: et in insulis maris: quia descendit diabol9 ad vos habens iram magnam: sciens quia modicum tempus habet: scilicet in quo possit vos temptare: quia solum hoc durat vsque ad mortem cuiuslibet: vel vsque ad iudicij diem: quantum ad multitudinem sine vniuersitatem temptatorum. Modo vtrumque tempus breue est respectu eternitatis. Quod autem

subditur: In laboribus come-
des ex ea cūctis dieb⁹ ꝛc. per
hoc designat ardens et conti-
nuum desideriū qđ hʒ ab ini-
tio diabolus suis tentationib⁹
incorporandi sibi hoīes p pec
catū. Job.xl. Ecce absorbebit
fluuiū / ꝛ non mirabitur: et hʒ
fiduciā ꝙ influat iordanis in
os eius. Quod vero subditur:
Spinas ꝛ tribulos germinabit
tibi: supple predicta terra .i.
hoīes in terra ambulātes: re-
ferēdū est ad eos qui viriliter
resistūt predictis tētationib⁹
diaboli. Nā quicunqȝ illi resi-
stunt / eū pungunt ꝛ cruciant
instar spinarū et tribulorum.
Quod autē sequitur: Comedes
herbas terre: eo modo exponen
dum est sicut predictū verbū:
In laborib⁹ cōedes ex ea ꝛc.
Siīr illud: In sudore vultus
tui vesceris pane tuo: referen
dū est ad illū cruciatū ꝛ labo
rem quē habet diabolus in tē
tando hoīes vt eos sibi incor-
poret in presenti quidē p cul-
pam: in futuro autē per penā
eternā. Quo nō obstante ma-
uult cum hmōi labore eos ten
tare: ꝙ illo carere / ꝛ a tenta-
tiōe cessare. Et hoc totum ex
maxima eius inuidia circa ho
minū salutē. Sed ꝙdiu dura-
bit hmōi tētatio demonis? Pro-
fecto vsqȝ ad iudicij diē. Ideo
subdit̄ ṽ eo: Donec reuertaris /
scʒ secundū tuā falsam estima
tionē: in terrā de qua sumpt⁹
es .i. in celū / in quod secūdum
aliquos nōnulli demones spe-
rāt se iterū reuersuros: ꝛ pre-
sertim i fine seculi. Sed vana
est spes eorū. Alij aūt non ap-
probāt hmōi dictū: quia sicut
de ratione perfecte beatitudi
nis est securitas nūꝙ eā per-
dēdi / iuxta illud dn̄i verbum
Jo.xvi. Gaudiū vestrum nemo
tollet a vobis: ita suo modo se-
curitas de nunꝙ euadēdo pe-
nas eternas est ṽ rōne pfecte
dānationis: ꝛ hec summe cru-
ciat ipsos reprobos. Qđ vero
finał̄r ꝯcludit̄: q̄ꝛ puluis es: et
in puluerē reuerteris: nō im-
portat ipsius diaboli finalē cō
sumptionē: maxie cū oīs sub-
stantia spūalis sit incorrupti-
bilis: puta nō habēs in se cor-
ruptionis principiū. Importat
ꝙ eiusdē diaboli miserā abie-
ctā conditionē in quā decidit
eum pctīn: q̄ꝛ cinis es .i. vilis
es ꝛ abiectus tāꝙ cinis. ꝛ i ci
nerē reuerteris .i. semp in ta-
li vilitate pmanebis. Uel dic
ꝙ naturalia diaboli sunt in eo
tanꝙ cinis respectu gratuitorū.
Priusꝙ ꝙ peccaret / ꝛ ꝓueniē-
do ꝑm intellectū collationem
gratuitorū: ꝙuis simul tēpore
fuerint naturalia et gratuita
maxie ꝑm eos q dicūt oēs an-
gelos in grā creatos: tunc de
eo verū erat dicere qdāmodo
ꝙ erat cinis .i. imperfectus: quē
postea pfecit grā dei. At ꝓ
ꝙ primū peccauit / in cinerem
reuersus est: q̄ꝛ ablatꝭ ab eo g-
tuitis donis sola naturalia in
eo remāserūt. Nec ērat adhuc i
illa eminētia in q̄ ꝓus erat: q̄ꝛ
vulnerata sunt per pctīn. Par
cat mihi lector si i hac expositi
tiōe pl⁹ aut min⁹ dixi ꝙ debui.

¶ Decima clausula.

¶ Et vocauit Adā nomē vroris sue Eua: eo ꝙ ma
ter esset cunctorū viuentium.

¶ Historialiter: Eua binomia fuit. Nam primo virago dicta est: scilicet per relationem ad suum principium vnde sumpta est: quod fuit vir. Unde virago: quasi de viro sumpta. Postea vero Eua est appellata: et hoc per relationem ad suam posteritatem: eo inquit Moyses: quod mater esset cunctorum viuentium. Nam Eua hebraice: vita latine interpretatur. Ut autem dicit glos. ordi. allegando Aug. verba primi hominis hec fuerunt: quoniam hec est mater omnium viuentium: tamquam reddat causam nominis a se impositi: cur scz mulierem primam vocauerit Euam. Eua ergo idem est quod vita: non qualiscunque: sed penalitatibus subiecta. Rationabiliter ergo prima mulier Eua dicta est: quia reuera multis penalitatibus tam in propria persona quam in posteritate sua subiecta fuit.

¶ Notandum ergo conformiter ad Isido. li. vij. Etymolog. quod istud nomen Eua habet triplicem interpretationem. Primo nomen pe interpretatur vita: eo quod Eua fuit origo nascendi. Nam per eam et Adam virum eius omnes erant accepturi vitam nature. Unde in presenti textu notanter additur: eo quod mater esset omnium viuentium. Secundo predictum nomen interpretatur calamitas: quia per eius preuaricationem incidimus in varias: multas: et graues calamitates atque miserias vite presentis: iuxta illud Job. xiiij. Homo natus de muliere: breui viuens tempore: repletur multis miserijs. Tertio idem nomen interpretatur ve: quia per ipsius Eue peccatum incurrimus ve culpe: et ve mortis nature. Unde Eccli. xxv. dicitur quod a muliere initium factum est peccati: et per illam omnes morimur. Patet ergo de triplici interpretatione ipsius nominis Eua: et quomodo quelibet interpretatio optime conuenit prime matri omnium nostrum que Eua dicitur. Unde de ea recte dicere possumus illud psal. Secundum nomen tuum: sic et laus tua: siue etiam vituperium: secundum aliam et aliam interpretationem.

¶ Queritur quare Adam mutauit nomen vxoris sue: vocando eam Euam. quam prius vocauerat virginem: vt patuit supra ij. ca. clausula. xij. Nonne sufficiebat alterum nomen? Dicendum hoc non factum fuisse absque causa. Cum enim ipse ei imposuit primum nomen: adhuc in statu innocentie vterque erant. Dum vero illi imposuit secundum nomen: iam vterque lapsus erat: vt satis patz intuenti textum. Ad designandum ergo mutationem factam a statu innocentie ad statum culpe: a statu immortalitatis ad statum mortalitatis: a statu felicitatis ad statum calamitatis: et de paradiso deliciarum ad desertum miseriarum: ipse Adam quodam diuino nutu quam prius vocauerat viraginem: postea vocauit Euam. Sciendum etiam quod mulier per secundi nominis impositionem non amisit nomen primum: sed ex tunc binomia fuit: id est duorum nominum: vt a principio huius clausule dictum est.

¶ Moraliter bone ⁊ ꝓbe ma=
trone et mulieres debent q̄=
tum possunt imitari auiā suā/
id est magnam matrē Euam:
vt sicut illa fuit mater natu=
ralis cūctorum viuentium: sic
⁊ ille debent esse matres spi=
rituales/etsi non omniū/saltē
multorum. Hoc autem maxi=
me fit per elemosyne datio=
nem. Nam sicut Job vocabat
se patrem pauperum: vt patz
eiusdem.xxix. et hoc propter
elemosynas quibus illos sustē
tabat: ita etiam bone et deuo
te matrone vacātes operibus
pietatis recte possunt dici E=
ue/id est matres taliū. Est cō
mune ꝓuerbium/q̄ ille pater
est qui nutrit. Sic etiam ⁊ ma
ter in consimili casu.

¶ Moraliter ⁊ aliter matres
spirituales sunt boni prelati:
quia sicut bona mater susten=
tat et nutrit filium: ita et illi
pascunt subditos triplici pa=
ne: videlicet doctrine saluta=
ris/communionis sacramēta=
lis/⁊ vite exemplaris. Quili=
bet ergo p̄latus taliter debet
se habere ad subditos suos vt
merito dicere possit illud Ec=
cli.xxiiij. Ego mater pulchre
dilectionis/⁊ timoris/⁊ agni=
tionis/et sancte spei. In quib⁹
verbis tangunt quatuor pul=
chre cōditiones q̄ cōiter sunt
in matre carnali/⁊ q̄ cōformit
debēt esse in matre spirituali
.i.in bono prelato. Prima igit
cōditio matris carnalis dicit
dilectionis. Cōmuniter enim
etiam intense mater diligit fi
lium. Sic ⁊ prelatus debet di=
ligere feruent subditos. Ideo
vocatur mater dilectiōis: ita
vt possit dicere de q̄libet sub=
ditorum suorum illud.ij. Reg.
j. Sicut mater vnicum diligit
filium: ita te diligo. Secunda
conditio dicitur timoris. Non
enim debet semper mater car
nalis ridere cū filio siue eum
osculari: sed interdū sibi timo
rem incutere. Sic ⁊ mater spi
ritualis.i. prelatus debet tem
pore ⁊ loco subditis timorem
incutere: q2 nimia familiari=
tas parit cōtēptū: ⁊ nimia re=
laxatio rigoris soluit discipli=
nam in subditis. Unde Augu.
in regula de cōmuni vita cle=
ricorū de prelato loquēs ait.
Et q̄uis vtrūq3 sit necessariū
plus tamen amari a vobis ap
petat q̄ timeri. Tertia con=
ditio dicitur agnitionis. Ubi
enī mater carnalis hz plures
filios: debz quēlibet cognosce
re practice: scilicet necessitati
cuiuslibet subueniendo Sic ⁊
mater spiritualis/id est bon⁹
prelatus debet diligenter in=
tendere necessitatibus et ma=
xime spiritualibus subditorū
suorum. Sic enim illi precipit
dn̄s Prouerb.xxvij. dicēs. A=
gnosce vultum pecoris tui di
ligenter/⁊ gregē tuum cōsi=
dera. Quarta cōditio matris
carnalis dicitur sancte spei.
Debet enim filios suos aīare
ad laborē/pollicens illis mer=
cedē. Sic ⁊ prelat⁹ debet aīa=
re subditos suos ad bonū vir=
tutis cum spe premij celestis.
Ecce igitur quid facere debz
bonus prelatus: qui est tanq̄
mater cunctorum subditorū.

¶ Allegorice. Sicut Eua ma=
ter fuit omniū viuentium vi=
ta nature: ita ⁊ ecclesia Chri=

sti sponsa mater est omniū vi- uētium vita gratie. Sed quō mat? Certe quia eos regene- rault vna cū sponso suo Chri- sto i sacro fōte baptismi. Tūc enim fuerunt primitus in vte- ro eius incorporati z formati/ atq3 filij eius appellati/ sicut z sponsi sui Christi/ iuxta illud Joan.j. Dedit eis potestatem filios dei fieri/ his qui credūt zc. vsq3 ibi/ ex deo nati sūt. Dif ferunt autem valde huiusmo di due matres/ Eua scilicet et ecclesia: etiam multipliciter. Primo quidem quia Eua incē piēs esse mater/ desijt esse vir- go: quia i nulla muliere simul se reperierūt virginitas z ma- ternitas preterq3 in christife- ra Maria. Ecclesia autem si- cut z p̄dicta Maria simul vir go et mater extitit. Quam e- tiam heretici violare nequiue rūt. Unde tota virgo dicitur distin. xxvij. q̄st.j. nuptiarum. Item de ea dicitur. xxiiij.q.j. loquitur. item capi. omnibus. q3 est pudica/ incorrupta/ et q̄ adulterari non potest. Secun do q2 Eua fuit peccatrix: vt notum est. Ecclesia autē sem- per sancta: vtpote non habēs maculā neq3 rugam: vt habet de pe. distinc.j. ecclesia. Unde etiam vocatur alma mater ec clesia: vt notatur de sententia excōmunicationis. cap. alma. lib.vj. Tertio quia Eua neq3- uit semper in vtero suo nutri- re filios suos: sed adueniente ptus tempore necessario illos edidit. Ecclesia autem semp filios suos claudit intra visce- ra sua / intantum q3 quicunq3 exit p heresim vel schisma ex eius vtero: quasi abortiuum non subsistit. Quarto q2 Eua fatis dure filios suos educasse creditur. Ecclesia autem va- de curialiter et delicate suos solet educare. in primis nēpe balneat eos in sacro fonte ba- ptismi. Deinde pascit eos lacte inverbi diuini oblatione z ad- ministratione: quod propon ē- dum est scd̄m capacitatē audi torum. Unde Apo.j. ad Cori. iij. Corinthijs nouiter ad fidē cōuersis scribebat dicēs. Ego fratres non potui vobis loquī quasi spiritualib9: s3 quasi car nalibus. Tanquā paruulis in xp̄o lac vobis potū dedi: nō e- scā. Nondū enī poteratis. Po- stremo nutrit eos carne: vino: z pane: in mense altaris refe- ctione. Joā.vj. Caro mea ve- re est cibus: inquit xp̄us. Ec- ce primū. Et sanguis meus ve re est potus. Ecce scd̄m. Hic est panis qui de celo descēdit. vbi supra. Ecce tertiū. Quīto q2 filij Eue semel mortui: dein ceps nō surrexerunt. Resur- gēt tamē in fine seculi. Sed fi- lij ecclesie semel aut plurics mortui per peccatum/ possunt pluries per penitētiā saluta- rē resurgere: q2 totiens quo- tiens egēt: z ad hanc resurre- ctionem spiritualē volūt se dis ponere. Patet ergo quintu- plex differentia inter predi- ctas duas matres: q̄ sunt Eua z ecclesia. Prima enim vocat mater naturalis. Secunda ve ro mater spiritualis.

¶ Mystice. Due fuerūt olim precipue mulieres: Eua sc3 et Maria. Prima mater omniū viuētiū vita nature/ z postmo

dum morientiũ. Scḋa mater omnium viuẽtiũ vita gratie: ⁊ pri⁹ mortuorũ morte culpe. Et hic canit ecclia dicẽs: Maria mater grẽ: mr mie. Pro: q̈ notãdũ prout aliqñ scripsi in pmo sermone aduẽt⁹ de secretis secretorũ: ꝙ hoc nomẽ mr ẽ nomẽ honoris: amoris: dulcoris. Pmo igit mr est nomẽ honoris. Nã deus ⁊ natura volũt ⁊ iubẽt matres a filijs honorari. Pre ceteris autẽ virgo Maria est honorãda a deuoto populo xpiano tanq̃ mater omniũ viuentiũ: vita scḋz gratie: qm̃ omnium bonoꝝ mater est. Sapien. vij. Quod vbi fecerit deuotus catholicus: indubie ipsa eum ab hoste proteget: et hora mortis suscipiet: et implebitur illḋ Eccli. xv. Obuiabit illi quasi mater honorificata. Scḋo mater est nomẽ amoris. Uirgo aũt Maria sup matres que nos genuerũt et lactauerũt diligit nos: ⁊ est illi summa cura de nobis: ita vt rationabilit possit dicere vnicuiq̃ sibi deuotoꝝ illḋ verbũ Dauid de Jonatha postq̃ fuerat in bello occisus. Sicut mr vnicũ diligit filium: ita te diligebam. ij. Re. j. Tertio mat est nomẽ dulcoris ⁊ pietatis. Mater aũt hec sctissima semp cõpatit miserijs nr̃is et indigẽtijs. Nec quidẽ mirũ: qꝛ est tota pietate plena. Et hoc bñ in effectu oñdit Joan. ij. qñ quidẽ deficiente vino cõpassa est ita vt diceret filio suo. Uinũ nõ habẽt. Ac si apte diceret: Succurre tãte necessitati tu qui oĩa potes. Ecce Marie ingẽs pietas: quã etiã gerit circa nos miseros pctõres apud filiũ suũ incessanter pro nobis in celis intercedendo.

¶ Anagogice Eua est ecclia triũphans: que est vxor ⁊ spõsa ade. i. Jesu xpi. Est autem hmõi Eua mater cũctorũ viuentiũ: viuẽtiũ inq̃ vita nature quo ad angelos: ⁊ hoĩes iã resuscitatos. Jtẽ vita grẽ pariter ⁊ glorie quo ad oẽs ibi regnãtes. Nõ aũt dicit mater morientiũ siue peccatorũ siue iam dãnatorum: qꝛ mater talium est synagoga sathane. Si ergo predicta Eua mater est cunctorũ viuentiũ: ergo mater est pr̃iarcharũ ac ꝓpheta rũ: aplorum atq̃ martyrũ: cõfessoꝝ ⁊ virginũ: necnõ ⁊ electorum omniũ. Et nota ꝙ huiusmodi filij cõcipiũtur ⁊ formantur inferi⁹. i. in ecclia militante. Nascũtur vero supi⁹: scz apud ipsam eccliam triũphãtẽ. in cui⁹ rei signũ i martyrologio describit introitus sanctorũ in celũ sub noĩe natiuitatis: puta dicẽdo. Eodẽ die natalis scti talis vel talis. Et huius ratio est: qꝛ tũc scti nascũtur ad gloriam, cũ de hoc mũdo p mortẽ ascẽdũt ad patrem ⁊ patriam celestem.

¶ Undecima clausula.

¶ Fecit q̊q̃ dñs de⁹ ade ⁊ vxori eius tunicas pelliceas: et induit eos.

¶ Historialr postq̃ sctũs moyses i pcedẽtib⁹ egit de pena pctis: Eue: ⁊ ade: itẽ de scḋo noĩe qḋ iposuit Adã vxori sue: qḋ est eua: de quo tractatũ est in pcedenti clausula: hic consequenter agit de dei pietate

et cōpassione erga primos parentes nostros. Nā cum eos vidisset nudos: volens cōsulere eorū infirmitati: pariter et cōfusioni: fecit eis tunicas pelliceas. Quādiu enim ī ipsis habitauit iustitia originalis: nō erubescebant nudi apparere mutuis cōspectibus: nec inde in ipsis insurgebant motus libidinis. Nec similiter inuadebat eorum corpora frigus aut calor: et hoc totum propter tēperamentū qd in ipsis faciebat dicta originalis iustitia. Ea igitur in penam peccati vtriusqz ab vtroqz ablata: ceperūt erubescere nuditatē suā: propter quod consuerunt folia ficus: et fecerunt sibi perizomata: vt supra patuit presenti capitulo clausula tertia Sed qz huiusmodi perizomata non sufficienter tegebāt nuditatem suam/nec sīr sufficiēter repellebant extrinseca aduersa: ideo ipse dñs deus illis cōpatiēs fecit eis tunicas pelliceas. i. de pellibus animaliū mortuorū: in signū sue mortalitatis. Circa hūc textū queruntur aliqua dubia.

¶ Queritur igitur pⁱo quando dominus fecit primis parētib⁹ dictas tunicas pelliceas Respondetur conformiter ad glos. interli. qz antequam eos eijceret de padiso. Hoc etiā satis innuit ordo lr̄e siue historie in qua pⁱo fit mētio de huiusmodi tunicis: et postmodū de eiectione a paradiso. Non ergo fecit illis dictas tunicas in paradiso ad tēperandū frigus aut calorem eiusdē loci: cū ipse locus esset tēperatissimus: et adhuc sit vsqz ī hodiernum diem: sed qz decreuerat dictos parentes eijcere inde: ideo voluit dictam eiectionē preueniendo forte modicissimo tēpore: illis de indumētis non que essent ad fastum: sed ad corporis tegumētum: prouidere. O qz bonus deus qui non deficit suis in necessariis.

¶ Queritur secūdo de qb⁹ animalibus fuerunt extracte huiusmodi pelles. In principio enim fecit deus in qualibet specie masculū et femellā: vt ex illis multiplicarētur species per plura indiuidua. Ex hoc ergo sequitur qz ipse dñs occidit masculum aut femellam: aut simul vtrunqz in aliqua natura animalium cuius pelles sunt propitie ad tegendum humanum corpus/vt inde faceret dictas tunicas pelliceas. Qd si sic: sequit̄ qz illa species non fuerit in se multiplicata: aut qz deus loco animalis occisi aliud eiusdem speciei formauerit. Ad hoc dubium breuiter rn̄det glos. ordinar. dicens qz fatua questio est querere qualiter vel quo operante pelles ab animalib⁹ deducte sint. Qui enim de nihilo omnia condidit: quomodo et qualiter voluit hec fecit. Hec ibi. De palu. autem dicit in postilla sua qz q̄uis de⁹ de nihilo sua sola voluntate eas potuerit facere: rōnabile tn̄ inquit fuit qz eas fecerit ministerio angelorum de aliquib⁹ animalibus interfectis: vt sic magis cōuenirent repn̄tatiōi incurse mortalitatis.

¶ Queritur tertio quare de⁹

potius fecit primis parētibus tunicas pelliceas ꝙ insignes ꝛ preciosas. Nam vtrūqȝ equa liter subiacebat sue ptāti. Ad hoc dubiū possunt dari multe rationes: quarum aliquas hic tangemus. Alias vero postea sub sensu morali perstrigem⁹. Prima igitur ratio fuit ad re frenandū fatuitatē illorū ꝙs iam puidebat gloriaturos in curiositate ꝛ preciositate vestium. Nā vt dicit Greg. hom. vj. nemo debet existimare in luxu atqȝ studio preciosarum vestiū peccatum deesse: qꝛ si hoc culpa nō eēt: nullo modo dn̄s Joānem de vestimēti sui asperitate laudasset. Itē idē homil. xl. Si inquit cult⁹ preciosarum vestiū peccatū nō esset: nequaꝙ sermo diuin⁹ tam vigilāter exprimeret ꝙ diues purpura ꝛ bysso indut⁹ in pn̄ti: nunc apud inferos torqueretur. Scd̄a ratio fuit ad imprimendū illis et oībus nobis mortis memoriā. Recte enim pellis ab aīali mortuo extracta mortis memoriā indicat ꝛ repn̄tat: que ꝙtū prosit apte insinuat scriptura Eccli. vij. dicēs. Memorare nouissima tua: ꝛ in eternū nō peccabis. Tertia ratio fuit vt inde pulchriores redderet eorū aīas. Utilitas enim exterioris habitus decorat aīaȝ. Et ꝑ opposi tum preciositas illi⁹ dedecorat ꝛ deformat eādem: vt ptȝ ex verbis Augu. qui ser. xviij. de verbis apl̄i dicit sic. Corporis hui⁹. i. exterioris hoīs ornamēta ꝙto magis appetunt tanto sunt interioris maiora detrimēta. Quāto aūt minus appetuntur ornamenta exterioris hoīs: tanto magis pulchrioub⁹ homo interior adornatur. Propter quod dicitur j. Petri. iij. Ornantes se nō in tortis crinib⁹. Hec ille. Et sic patet ad quesitum.

¶ Moraliter ꝛ primo tunice pellicee que fiunt ex pellibus animalium mortuorum: designant egregia illa sancte vite exēpla: pariter ꝛ fructuosa documenta que nobis post mortem reliquerunt sancti illi patres pariter et doctores qui nos precesserunt verbo ꝛ exēplo: ex quibus debemus ornare et induere animas nostras pariter ꝛ conuersationē. Propter quod dicebat beat⁹ Hiero. ꝙ multo magis eligeret tunicam Pauli primi eremite cū meritis eius: ꝙ regū purpuras cum regnis suis. Et nota ꝙ vt refert idem Hiero. in vitas patrū: postꝙ beat⁹ Anto. sepulture tradidisset corpus predicti Pauli: vendicauit sibi tunicam ipsi⁹ tanquā heres bonorū suorū: quam in modum sporte idē Paulus de folijs palme sibiipsi contexerat. Eā aūt adeo charā habebat ipse Anto. ꝙ in pecipuis festiuitatibus ea induebat: vt pote pasche: pētecostes ꝛ natiuitatis dn̄i. Et nota ꝙ sicut predict⁹ beatus Anto. induebat se exterius loco ꝛ tpe tunica ipsi⁹ btissimi Pauli: ita ēt interius satagebat se induere virtutib⁹ ꝛ sancta cōuersatione eiusdē per ipsius imitationem ꝙtū facere poterat. ita ꝛ nos pro modulo nostro debemus induere aīas nostras vir

uirtutibus et sanctis opib⁹ instar priscorū patrum: per verā imitationem eorū: qz vt dicit Augu. lib. viij. de ci. c. xvij. summa religio est imitari quē colis. Hinc etiam canit ecclia de eodē Augu. Quod lingua foris personat: int⁹ affectus sentiat: nec imitari pigeat: quod laudare mens approbat.

¶ Precipue autem debemus induere animas nr̄as sanctis virtutibus ad exemplū saluatoris nostri dei: prout nos admonet Apo. Rom. xiij. dicēs. Induimini dn̄z Jesum xp̄m. Quod quidem verbum fuit initium cōuersionis August.

¶ Moraliter et scd̄o sicut homines cōiter induūt corpora sua triplici genere vestiū: vcz camisia alba: subtunicali: qd̄ cōiter humile vestimentū est: et principali tunica: que cōiter est honesta: et alicuius boni coloris: ita etiam debemus spūaliter illo triplici modo vestire animas nr̄as. Primo quidem camisia alba per munditiam cordis: attēdētes qꝫ cum tali camisia oportet nos intrare regnū celorū. Mat. v. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Hec em̄ est stola alba: quā qui nō habuerit: regnum celorū intrare nō poterit. In cuius rei signū cū ps. interrogasset dn̄m dicēs. Dn̄e qs habitabit i tabernaculo tuo: aut qs requiescet in mōte scō tuo? mox r̄ndit ei spūssctūs dicēs. Qui ingreditur sine macula. Et alibi: innocens manibus. i. malis operib⁹: et mūdo corde. In cui⁹ etiā rei signū oēs illi q̄ erāt in illa turba quā vidit Joā. Apo. vij. et quā dinumerare nemo poterat p̄ sui multitudine: erāt amicti stolis albis: vt ibidē dicit. Scd̄o debemus vestire aīas nr̄as subtunicali griseo sancte humilitatis: qz iuxta xp̄i testimoniū Mat. xviij. nisi efficiamur sicut paruuli: scz p humilitatē: non intrabimus i regnū celorū. Tertio debem⁹ eas vestire desup veste rubea sctē charitatis: q̄ dr̄ vestis nuptialis: sine q̄ nēo intrabit nuptias celestes et eternas: vt ostendit Christus sub parabola Mat. xxij.

¶ Moralr̄ et tertio tunice pellicee q̄ viles sunt, rōne materie: qñtūcūqꝫ i eis et de eis īterdū mūdani hoīes gl̄iēt: designāt illas miserias et turpitudines quib⁹ hodie instar vestis inuoluit et induit corp⁹ hūanū qñtūcūqꝫ de ei⁹ formositate gl̄iētur mūdani hoīes. Vñ de hoc indumēto loquēs Job. vij. aiebat: induta est caro mea putredine. Qz reuera nihil vili⁹ carne hūana q̄ putrescit. Nā vndiqꝫ circundat putredine: sicut hō circūdat vestimēto. Merito ḡ debēt ɔfundi et erubescere illi mūdani hoīes qui tātū gl̄iāt de corpor̄ suor̄ pl̄chritudīe. Quib⁹ dicim⁹ qꝫ sil̄e est de corpib⁹ cor̄ sicut de luto plateaꝝ: qd̄ inťdū ꝑpť horrorē et fetorē illi⁹ coopit modicis herbis virētib⁹: ne ide offēdāt trāseūtes. Sicut plerūqꝫ pisi⁹ fieri solet in festo corpis xp̄i qñ ꝓcessionalit̄ deferēdū est xp̄i corpus. Nā dicta ciuitas modica pluuia de celo cadēte: facile redditur lutosa. Vñ hac reor ex causa olim lutecia ap-

pellabatur. Bene ergo locutus est Job cum ait. Caro mea induta est putredine. Et quemadmodum dicte tunice pellicee nõ fuerunt naturales primis parentibus: sed aduentitie: ita etiam dicendum de morte et de corruptione humani corporis. Unde Sap. j. Deus mortẽ non fecit: scilicet primo condendo humanam naturã. Sed impij. i. Adam et Eua: manibus. i. operibus malis: vt potè transgrediẽdo diuinũ preceptũ: et vbis: scilicet seipsos excusantes: et alios accusãtes: accersierunt eam.

¶ Allegorice et primo secũdũ dominum Petrũ de pal. Quẽadmodum deus pater fecit nostris primis pentibus tunicas pelliceas ad repellendũ frigus et calefaciendũ eorum corpora: ita et Christus voluit pro nobis in passione sua propria pelle excoriari: id est corpore suo exui: vt contra frigus et calorem nimiũ gehẽne faceret nobis pelliceum.

¶ Allegorice et secũdo notandum vt narrat euãgelij parabola: q pius pater reuertenti ad se filio prodigo per pñiam: inter alia munera etiam stolam primã pferri et eum indui precepit: mystice insinuans q electi habitũ immortalitatis quẽ in Adã in exordio seculi pdiderãt: in fine seculi sũt recepturi: et quidẽ ampliori grã. Nã adã ita imortalis fact9 est vt posset nõ mori si nõ peccaret. Filij aũt resurrectiõis ita erũt immortales: vt nec mori vnq̃: nec metu mortis possint affici. de cuius etiã stole receptione dicit Apost. j. ad Cor. xv. q oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ: et mortale hoc induere immortalitatem.

¶ Anagogice: tunice pellicee quibus induit domin9 Adam et Euam: recte designant illam stolam glorie qua induentur electi in celesti gloria: de qua Eccli. xv. Stola glorie vestiet illum: scz dominus quẽlibet electum: et hoc in ascensu in celum: iuxta illud eiusdem Eccli. l. In accipiendo ipsum stolam glorie et vestiri eum in cõsummatiõe virtutis in ascẽsu altaris sancti gloriã dedit sctitatis amictũ. Et est sensus q cũ qlibet elect9 ascẽdit i celum: tunc accipit a domino stolam glorie. Tunc etiã vestitur virtute consummata: quia vlterius nõ proficit per vite meritũ. Insuper in ascensu altaris sancti: id est celi: dat deus tali gloriã: id est amictũ sanctitatis: quia a deo ornatur omnimoda sanctitate: vt vlterius non possit peccare. Ecce igitur optima tunica pelicea quam nobis largiatur ille qui olim fecit Ade et Eue tunicas pelliceas.

¶ Duodecima clausula.

¶ Et ait dominus. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est: sciens bonum et malum. Nunc ergo videte ne forte mittat manum suam: et sumat etiam de ligno vite: et comedat: et viuat in eternũ.

¶ Historialiter. In predictis verbis dñs nõ insultando locut9 est de Adam: sed magis vt

deterreret a supbia alios vi-dentes hominē non esse factū qualem voluit: sed amisisse qd factꝰ sit: vt dicit glo. ordi. post Augu. Idē etiā dicit glos. in-terli. Et nota scdm eūdē Au-gusti. ꝙ in verbis predictis po-nitur pluralis numerꝰ ad ex-primendū trinitatis mysteriū sicut superius vbi dictum est. Faciamus hominē ꝛc. De lyra autē dicit ꝙ deus in predictis verbis loquit ironice: ac si di-ceret. O Adā nō es assecutus qd serpens promiserat: sed cō-trariū: scz illd qd deꝰ cōmina-tus fuerat. ille eñ promiserat imortalitatē dicens: Nequaꝗ̄ moriemini: sed ecce iam audi-sti vocē dñi dicentis tibi. Pul-uis es: ꝛ in puluerem reuerte-ris. Ecce ergo quomō deus in predictis verbis locutꝰ est iro-nice. i. irrisorie innuens stultā credulitatē Eue verbis serpē-tis dicentis: Eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malū. Possunt etiā predicta verba legi incre-patiue: q̄si dicat dñs. Ad hoc factus fuerat Adā: vt benefi-cio dei esset sicut deus ꝑ ado-ptionē: sed hoc beneficiū ꝑdi-dit ꝑ precepti trāsgressionē. Petrus autem comestor dicit ꝙ ibi est vox quasi plangētis: ac si diceret dñs: Adā factus fuerat vt esset sicut deus vel angelus. Nunc autē factus est quasi brutū: vt in sequēti sen-su ostendetur.

¶ Sequitur in textu. Nūc er-go videre ꝛc. Secūdum postil-latores ly (videte) nō habeť in libris hebraicis: tñ subintel-ligit. Habetur tamē in libris latinis. Et est notandū confor-miter ad de Lyra et de pal. ꝙ predicta verba sunt verba dei ad angelos: per quorū ministe-riū primꝰ homo eiectus est de paradiso: quibus ipse ait: Ui-dete ne forte Adā mittat ma-num suā ꝛ sumat ꝛc. Cum eñ iam homo incurrisset necessi-tatem moriendi: lignū vite nō poterat amodo vitā eius ꝑpe-tuare. Poterat tamen ex sua bonitate ipsam notabiliter ꝓ-longare: et ista prolōgatio no-mine eterni significať: sicut in psalmo montes eterni di-cuntur ꝓpter longitudinē du-rationis. Unde in hebreo dici-tur: viuat in seculū: qd signat tempus longum.

¶ Queritur circa hoc vtrum post peccatū posset homo pro-longare vitam suam ꝑ esum li-gni vite: si illius haberet co-piam ad nutū. Ad hoc dubiū respōdet Augu. libro de ques-tionibus veteris ꝛ noui testa-menti: dicens ꝙ esus ligni vi-te prohibebat seu impediebat corruptionē corpis āte pctm: vt satis notū est: post pctm̄ nō potuit hō plus solito viuere si ꝑmissū illi fuisset de ligno vite edere. exēpla aūt ad h̄ māndu-cētia ponit Petrus cōestor: di-cēs: Nec est mirū si post pctm̄ ꝑ esum ligni vite diutiꝰ vixis-sent homines: cum adhuc sint quedā insule viuētiū in ꝗbus nullus moritur: vt in trinalli. Sic etiā lanugo fit in folijs ar-borū apud seres. i. locū sic ap-pellatū: cuius esu vita prolon-gatur. Et nota secūdū catho-licon ꝙ lanugo a lana dicitur: eo ꝙ habeat colorē lane: et est lanugo quidā flos: qui postꝗ̄

bene exsiccat⁹ fuerit/ leui flatu effertur in aerem. Refert etiã idem Petrus comestor ꝙ Alexander scripserit Aristoteli de sacerdotibus arboꝝ solis ⁊ lune ꝙ esu pomoꝝ longissimã agant vitam. Et sic patet ad dubium.

¶ Moraliter/ vt dicit Bern. Iumẽta si loqui possent/ merito dicerẽt. Ecce adã/ id est homo quasi vnus ex nobis est. vñ psal. Homo cũ in honore esset: scilꝫ durante statu innocẽtie: nõ intellexit supple tantũ honorẽ sibi datũ a deo: sed peccãdo cõparat⁹ est iumẽtis, insipientibus: ⁊ similis factus est illis. Et alibi. Mutauerũt gloriam suã in similitudinẽ vituli comedẽtis fenũ. In cuius figurã dictũ est Nabuchodonosor regi. Fenũ vt bos comedes et cũ feris erit habitatio tua. Dañ. iiij. Unde practicãdo de multis: In primis leones natura superbissimi possunt dicere de quolibet superbo. Ecce adã quasi vnus ex nobis est. Item lupi rapaces ⁊ oues deuorantes merito dicere possunt de q̃libꝫ auaro: Ecce adã q̃si vn⁹ ex nobis ẽ. Insup porci luto se inuoluentes recte dicere possunt de quolibet luxurioso. Ecce Adam quasi ⁊c. Hinc Boethius de cõsol. lib. iiij. psa. iij. Euenit inquit vt quẽ transformatũ vitijs videas: hoĩem esti mare nõ possis. Auaritia feruet alienarũ opum violentus ereptor: similem lupi dixeris. Ferox atq3 inquietus linguã litigijs exercet: cani cõparabis. Insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet: vulpeculis exequet. Ire intẽperans fremit: leonis animũ gestare credatur. Pauidus ac fugax nõ metuẽda formidat: ceruis similis habeat. Segnis ac stupidus torpet: asinum viuit. Leuis ac inconstans pmutat nil ab auib⁹ differt. Fedis immũdisq3 libidinib⁹ immergit: sordide suis voluptate detinet. Demũ cõcludit idẽ Boethius dicens. Ita fit vt qui probitate deserta homo esse desierit/ cũ in diuinã cõditionẽ transire non possit: vertat in beluã. Hec Boethius vbi supra.

¶ Allegorice ⁊ p̃mo Adã p̃ncipiũ oĩm hoĩm/ est dei fili⁹ q̃ cũ patre ⁊ spũ sancto ab eterno existẽs est principiũ omniũ creaturaꝝ: qui tandẽ ex tẽpore natus de virgine factus est tanq̃ vnus ex nobis in duobus videlꝫ in nature cõformitate: et in penarum tolerabilitate: differẽs tamẽ in tertio signo: videlicet in culpe vitiositate. De p̃mo Philippeñ. ij. Habitu inuẽtus vt homo. Itẽ Hebre. ij. Semen abrahe apprehẽdit. De scdo Esa. liij. Uere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. In cuius figurã legitur Dañ. iij. ꝙ Nabuchodonosor vidit itra fornacem quartũ similẽ filio dei. Ubi per fornacẽ intelligit mundus presens plenus ardoribus tribulationũ ⁊ aduersitatum. Intra huiusmodi ergo fornacem visus est filius dei in forma humana. In his g̃ duobus secundus noster Adam factus est quasi vnus ex nobis. Uñ illi debemus magnas gratias ꝓ tãtis beneficijs. De ter

tio autē in quo differt a nobis scribit.j.pet.ij. Pctm nō fecit vllum:nec inuētus est dolus in ore ei⁹. Propterea dicebat iudeis Jo.viij. Quis et vobis arguet me de pctō?q.d.nullus. Item in psal. Quereretur peccatum illius:7 nō inuenietur. Iste igitur noster Adam sciuit bonum 7 malū:vnū eligendo/scz bonū/alterū vero reprobando vcz malū. Sic eñ de eo pphã tū fuerat Esaie.vij. Sciet reprobare malum/ et eligere bonū. Tādē misit manum suam in cruce sumēs ibi de ligno vite:sua morte nobis vitā gratie in presenti/et glorie in futuro acquirendo. Postmodū autē comedit de ipso ligno vite qñ tertia die resurrexit a mortuis. Nunc vero sedens ad dextrā dei patris viuit ibi in eternum. Et hoc est qd loquitur apo. ad Ro.vj.dicēs: Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dominabitur.

¶ Allegorice et secūdo scdm Petrū de pal. Adā quasi vn⁹ ex nobis factus est qñ dei filius equalis patri et spiritui sancto in diuinitate: postmodum factus est filius dei adoptiuus scdm humanitatē:secūdum quā adoptionē est similis deo:non tñ per equalitatē sicut secūdum diuinitatē: sed longe inferior. Unde Athanasius in symbolo. Equalis patri secūdum diuinitatē:minor patre secūdū humanitatē. Dañ. iij. Species quarti similis filio dei:id est Christi hūanitas quarto modo gñationis pducta: scz de femina sine viro: cū primus modus pductiōis fuerit sine viro 7 femina:vt adā. secūdus de viro sine femina:vt eua. tertius de viro 7 femina: vt cain 7 sequētes. quart⁹ aūt mod⁹ fuit de femina sine viro qualis fuit pductio hūanitatis xpi q̄ cōiuncta fuit filio dei in vnitate suppositi. Ecce q̄re dictū ē φ species quarti erat similis filio dei. Postq̄ ergo dei filius assumpsit humanitatē:potuerūt recte dicere pat et spūsctūs. Ecce adā.i.filius qui est nobis equalis ī diuinitate: quasi vnus nobis similis fact⁹ est scdm hūanitatē:7 hoc per gratiā adoptiōis:vt dictū est. Sequit:Sciens bonū 7 malū. Quāuis eñ prim⁹ Adā supauerat Salomonē et oēs phos sapiētia infusa: nihilomin⁹ secundus Adā qui 7 xps/ multo plus abūdauit sapiētia 7 sciētia:cui etiā cōicata est oīsciētia. Jo.j. Uidim⁹ eū plenū gře quo ad aīam:7 ỽitat3.i.sciētie q̄ semꝑ est verox/quo ad intellectū. Sequit: Ne forte sumat de ligno vite/7 viuat in etnū. Prim⁹ Adā phibit⁹ est a ligno vite ne viueret in eternū. Sz secūdus Adā sumpsit de ligno vite qñ pepēdit in cruce:vt viueret et alios viuere faceret in eternū:qz crux est vitale lignū vitā ferēs oīm. Hoc aūt lignū sūpsit nr̄ Adā xps qñ exiuit baiulās sibi crucē:7 qñ cōnua eiusdē ligni fuerūt in manib⁹ ei⁹;ꝑ qd viuit in etnū dicēs illō Apoc.j. Fui mortuus et ecce sum viuēs in scła scłox. Per hoc idem etiā lignū vite ipse tribuit vitā eternā his q̄ credūt in ipsum fide formata,

Joã.iij. Exaltari oportet filiũ hoĩs: vt oĩs q̃ credit in ipsum nõ peat: sꝫ habeat vitã eťnã.
¶ Anagogice. Scti dei angeli vidẽtes homines iustos post hanc vitã exaltari in celũ: pre admiratiõe dicũt: Ecce Adã quasi vn⁹ ex nobis fact⁹ ẽ: scꝫ p pticipationẽ celestis glie: iuxta illd Mat. xxij. In resurrectiõe nõ nubẽt neq̃ nubenť: supple hoĩes iusti ⁊ electi: sed erũt sicut angeli dei in celo. i. sine labe corruptiõis sicut angeli: et silr̃ visiõe dei fruenť hoĩes q̃ ibi erũt: sicut ⁊ angeli eadẽ fruuntur: vt dicit glo. interli. Nã angeli vidẽtes aliquẽ iustũ hoĩem assumi post hãc vitã ad eorũ ordinem dicunt. Ecce adã quasi vnus ex nobis fact⁹ est. Silr̃ archãgeli vidẽtes hominẽ altioris meriti a pcedẽti assumi ad eoꝝ ordinẽ dicũt Ecce Adam quasi ⁊c. ⁊ sic de alijs ordinibus suo modo dicẽdum est quo ad hoĩesq̃ ad eosdem ordines assumunt ꝑ varietate meritoꝝ. Qḋ ãt hoĩes assumenť ad ordines angeloꝝ testať Greg. homi. xxxiiij. Hoc idẽ etiã testať Isido. de sũmo bono. lib. j. ca. xij. ita dicẽs: Bonorũ angeloꝝ numerus q̃ post ruinã maloꝝ angeloꝝ est diminut⁹ ex numero electoꝝ hoĩm supplebiť: q̃ numerus soli deo est cognit⁹. Hec ille. Quilibet etiã talis adã cũ fuerit ĩ celo sumet de illo ligno vite de quo Apoc. ij. loquiť xp̃s dicẽs: Uincẽti: supple carnẽ mũdũ ⁊ diabolũ: dabo edere de ligno vite qḋ est in padiso dei mei. Et nota ꝙ loquiť xp̃s de seipõ quasi de alio. Est g̃ sensus ꝙ q̃cunq̃ virtuose et laudabiliter vicerit predictũ triplicẽ hostẽ in presenti: ipse xp̃s reficiet eũ in celo cõicando sibi aptã visionem sue diuinitatis pariter ⁊ hũanitatis. Luce. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ: vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meã in regno meo. Sic quoq̃ talis viuet in dicto regno nõ ad tẽpus: sed in eternum.

¶ Decimatertia clausula.

¶ Emisit dñs deus Adam de paradiso voluptatis vt operaretur terram de qua sumptus est.

¶ Historialiter. Postq̃ in precedentibus egit sanctus ⁊ magnus ille ꝓpheta dñi Moyses de formatiõe pmoꝝ parentũ: itẽ de culpa ⁊ offensione eoꝝ: atq̃ de maledictiõe cui subiecit eos dñs: insup ⁊ de pia subuẽtiõe misericordis dei erga eosq̃ in necessitate eoꝝ ꝓuidit illis de indumẽto corporali: hic ꝯsequẽter agit de flebili eiectiõe eorũdẽ de paradiso voluptatis. Jñ g̃ electi sunt vltra illuc nõ reuersuri: qḋ erat valde dolendũ: maxime ꝯsiderata loci cõditiõe q̃ erat aere tẽperatissim⁹: ⁊ per cõsequẽs amenissim⁹: cũctis bonis abundantissim⁹: auiũ cõcẽtu ⁊ aspectu iucũdissim⁹. O q̃ felix ıgıtur paradisus: sed multo felicior celestis paradisus. Emisit ergo inde Adã dñs sicut emitti solent excõmunicati de ecclesia: vt dicit glossa interliñ. Sed pro ampliori declaratiõe sensus huius historialis mouẽtur aliqua dubia.

¶ Primo igitur querit utrum inde eiecta fuerit Eua. Uidetur quod non: sed tantum Adam quia in presenti textu solum de eo fit mentio. Dicendum quod vtereque inde eiectus est. Nam sub eiectione ade intelligenda est eiectio Eue. Si enim id quod videtur minus inesse inest: et id quod magis: vt dicit maxima topicalis. Minus autem videtur quod inde debuerit eijci adam quam Eua: eo quod minus peccauit: et tamen inde eiectus est: vt hic dicitur. igitur etc. Hoc etiam sufficienter possumus probare ex forma textus. Tum quia vtrique deus fecit tunicas pelliceas: scilicet ad temperandum frigus quod passuri erant extra paradisum. Tum quia Adam post suam eiectionem de paradiso cognouit vxorem suam: vt patet in principio capituli sequentis: et non aliam quam Euam. Igitur iam eiecta fuerat de paradiso.

¶ Secundo queritur ad quid nunc deseruit paradisus voluptatis. Uidetur enim esse frustra et ad nullum vsum vtilis. Nam ex quo factus fuerat propter hominem: videtur quod eo inde eiecto sit omnino inutilis. Ad hoc respondet de pal. quod non est omnino frustra. In primis enim illic habitant Enoch et Helias ibi translati: vt sacra tradit historia. Insuper dato quod predicti illic non essent translati: et per consequens non seruiret homini quantum ad corporalem vsum: ei tamen seruiret et adhuc hodie seruit quantum ad documentum, dum scilicet homo cognoscit se propter peccatum tanto loco priuari: similiter et multo meliori: scilicet paradiso celesti. insuper eidem seruit ad aliud documentum: dum scilicet per ea que in illa paradiso sunt corporaliter: instruitur de his que pertinent ad paradisum celestem: cuius aditus per christum homini preparatus est. ibi etiam habitat Enoch et Helias vt dictum est: et hoc vsque ad tempora antichristi: viuentes de fructu paradisi. Nam a tempore translationis Enoch reincepit seruire homini quo ad habitationem et vsum.

¶ Tertio queritur quo emissus est Adam. Respondet Moyses in presenti textu quod in terram de qua sumptus fuerat .i. formatus: et hoc vt illam operaretur. Ista autem terra est campus damascenus: vt tradit Petrus comestor: in quo etiam Cain fratrem suum Abel interfecit: iuxta quem postmodum Adam et Eua sepulti sunt in spelunca duplici: id est in sepulchro duplici. Postea autem vt dicit de pal. forte inde translatus est Adam marie cum dicatur Josue. xiiij. de Hebron quod ibi Adam maximus conditus latet. Sicut enim Moyses in exitu de Egypto tulit secum ossa Joseph sepelienda in hebron: sic forte Abraham dedicauit in Hebron duplicem speluncam in sepulchrum, scilicet sibi et successoribus suis. In quod quidem sepulchrum transtulit patrem humani generis Adam: vt tandem iaceret cum eo, et alijs patriarchis filijs suis. Hec de Pal.

¶ Moraliter vt legitur in additionibus historie scholastice: ecclesia in capite ieiunij quadragesimalis representat eie

ctionem primorum parentum de paradiso voluptatis: dũ cõformiter ad.c.in capite q̃dragesime.dist.l.eijcit a se penitẽtes: quib⁹ dat ciliciũ/in signũ tunicarũ pellicearũ: pariter & cinerẽ sub his verbis: Cinis es/& in cinerẽ reuerteris. Itẽ in memoriã maledictionis primorũ parẽtum: dicti penitentes dũ eijciunt extra eccl'iam ardentes candelas ferunt: tũ etiã quia pro opere quo dicti parentes porrexerũt man⁹ ad pomum vetitum: apposita est ignea romphea padiso. Trãseũt quoq; dicti penitẽtes ad aliam ecclesiam: et claudũtur corã eis fores in signũ aditus paradisi quondam clausi. Nõ ad mensam: sed super terrã comedunt: in signũ q maledicta est terra in opere hoĩs. Nemo dicit eis aue: q: nondum mutatum erat nomen Eue: quod postmodũ in salutatiõe angelica beate virginis factũ est.

¶ Moraliter & aliter per eiectionem hoĩs de paradiso terrestri/denotatur q quilibz peccator eijcitur merito etsi non semp numero de ecclesia militante: ita vt tunc non sit particeps timẽtium dñm.i.bonorum spiritualium que faciunt boni & iusti. Et sicut tunc Adam deduct⁹ est ad terrã spinis & tribulis plenã: ita & pauper peccator sic decedens trahitur & ducitur per mille demones ad terram illam miserie et tenebrarum/ vbi vmbra mortis/& nullus ordo: sz sempitern⁹ horror inhabitat. Job.x.

¶ Allegorice secundum dñm Petrũ de pal. Primus Adam in penam suã et totius posteritatis sue emissus est de loco voluptatis ad locũ penalitatis/ vt operaretur nõ terram que non est opus hominis sed dei/sz illud ps. Initio tu dñe terram fundasti: et opera manuum tuarũ sunt celi. Sed vt operaretur opera terrena ad vitam terrenã. Sed secundus Adam missus est a celo in terram vt operaretur terram/id est ecclesiã: & vt faceret terrã nouam/et celũ nouũ: imo vt faceret oĩa noua. Primus Adã fuit primo formatus extra paradisum: secũdo fuit translatus in paradisum: vbi de latere eius dormientis formata est Eua: tertio ipse eiectus est de paradiso cũ Eua & tota posteritate sua futura. At xp̃s secundus Adam formatus fuit in paradiso q̃tũ ad animã/ad hunc sensum q eius anima in primo instãti sue creatiõis vidit deum. de qua paradiso dicitur Lu.xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Et dormiens in cruce quãdo de eius latere formata est ecclesia: remansit in paradiso nũq; postea de eo eiectus: quia anima eius semper fruebatur deo. Tandẽ resurgẽs ex mortuis trãslat⁹ est in paradisum sz corpus/quod tunc cepit esse gloriosum. Et tunc primo operatus est terrã de q̃ sumptus est: q̃n fecit gloriosum corpus suum qđ prius fuerat de terra i Adã formatum. Tũc vero operabit̃ totã terrã de qua sumptus est: q̃n suscitabit mortua corpora nostra. Sic aũt in paradisũ trãslat⁹ nõ solũ nõ est inde eiect⁹:

q̃ xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit: immo illic introducit Euam τ prolem suã.i.ecclesiam τ oẽs sanctos quos generat ex ea τ per eam.
¶ Mystice padisus voluptatis fuit vterus vgis Marie totus purus τ mũdus. De tali paradiso emissus est secũdus Adã xp̃s in sua gl'iosa natiuitate. Sed ad qd? Profecto vt operaret terrã de q̃ sumpt⁹ est.i. vt operaret salutẽ hũane nature q̃ terra est rõne corporis: de q̃ idẽ xp̃s rõne corporis sui sumpt⁹ fuerat qñ icarnat⁹ est.
¶ Anagogice. Prim⁹ Adã figura fuit secũdi Adã xp̃i. Nã sicut pm⁹ emissus est a deo de paradiso voluptatis vt opareť terrã: ita τ secũdus in fine scli emitteť a tota trinitate d pa radiso celesti vt opereť terrã: tũ resuscitando hũana corpa: tũ vt purget ipm elemẽtũ ꝑ ignẽ cõflagrationis: tum vt noua faciat oĩa. Vñ Apoc. xxi. Uidi (inqt Jo.) celũ nouũ et terrã nouã. Et post pauca. Ecce (inquit Christ⁹) noua facio omnia.
¶ Decimaquarta clausula.

¶ Eiecitqȝ Adam: supple dñs: de loco voluptatis: τ collocauit ante paradisũ voluptatis cherubim: et flãmeũ gladiũ atqȝ versatilẽ ad custodiendam viam ligni vite.
¶ Historiałr. Postq̃ in precedẽti clausula egit Moyses de emissione et egressu primorũ parẽtum de loco voluptatis: hic cõsequenter agit de impedimẽto regressus eorũdem in predictũ locũ. Cũ enim hoies naturaliter appetãt locum amenissimũ, fertilissimũ, τ sanissimum: que tria erant in paradiso voluptatis: cuius ꝯparatione totus mundus nõ est nisi desertũ: hinc verisilr credendũ est ꝙ primi nostri parẽtes memores felicitatis dicti loci, libẽter illic rediissent nisi prohibiti fuissent. Sed q̃ nõ erat voluntas dñi vt illic aliquãdo redirent: nec etiã filii eorum: ideo hic agit Moyses de hmõi impedimẽto diuinit⁹ apposito dicẽs: Eiecit Adam dñs de loco voluptatis, quasi excõicatũ: vt dicit glo. interli. τ collocauit ante paradisũ voluptatis cherubim.i. angelos bonos scientia plenos. Cherubim em̃ interptatur plenitudo sciẽtie. Jtẽ collocauit illic flammeũ gladiũ.i. flammã ad modũ gladij: atqȝ versatilẽ.i. ex vtraqȝ parte scindẽtem: ad custodiendã viã ligni vite, ne scilicet illic aliqs redeat. Circa hũc textum possunt moueri alique questiones.
¶ Prima igiť questio est: cur dñs apposuerit duplex impedimentum regressus in paradisum terrestrem, siue duplicem custodiã, angelicã scilicet τ igneam. Dicendũ conformiter ad dñm Petrũ de Pal. ꝙ propter peccatũ diaboli τ hominis. Uterqȝ enĩ in paradiso peccauerat. Diabol⁹ quidem suggerendo: τ deo inuidiã imponendo: vt in precedẽtib⁹ dictum est: Homo vero diabolo acquiescendo. Cõtra vtrunqȝ igiť apposuit dñs custodiã et impedimẽtũ. Cherubim qdẽ vt diabolum impediat ne illic

redeat. Itē flammeū gladium vt hoiem silr impediat / atq; illi viā precludat. Et sic pz q; tā homini q̄; diabolo in penā sue trāsgressionis nō vltra patuit aditus paradisi. Signanter aūt ponitur cherubim cōtra diabolum: qz ipse suggesserat sciētie cōplementū / cū dixerat primis parētib⁹: Eritis sicut dij / sciētes bonū & malū. Ignis vero cōtra hoiem: quia peccauerat p cupiditatis sciētie & cibi amorem. Augus. aūt videtur aliter sentire: dicens q; locus ille videt inaccessibilis precipue propter vehemētiā pungētis estus in locis intermedijs ex propinquitate solis: & hoc significatur per flāmeū gladiū: qui versatilis dicitur propter precedētē proprietatē motus celi circularis hunc ardētem estum causantis. Et quia motus corporalis creature disponitur ministerio angelorum / secundū August. iij. li. de trinitate: ideo cōuenienter cū gladio versatili Cherubim adiunguntur ad custodiendā viam ligni vite. Dicit etiā idē Augusti. xj. super Geñ. ad literam: q; credēdū est vt per angelicum ministerium esset in aditu paradisi terrestris q̄dā ignea custodia.

¶ Secūda questio est. Utrum hmōi duplex impedimentum arcēs ingressum paradisi terrestris / scilicet cherubim: & flammeus gladius versatilis .i. ex vtraq; parte scidēs: sit adhuc ibi. Respondet ad hoc Petrus in histo. scholast. q; q̄tū ad vetus testamētum semp ibi fuit ordinarie & regulariter. Ablatum tamē fuit ad tēpus: vcz silic intrātib⁹ Enoch et Helia. In morte tamen xp̄i fuit ablatū: et dictus ignis extinctus. Dicit tñ de Pal. q; dictus gladius flammeus nō fuit simplr ablatus per xp̄i passionē: sed pro q̄to non cedit in hois impedimentū. Non eñ a xp̄i passione est q̄stio de ingressu paradisi terrestris: sed tantū celestis: a q̄ nullo modo pōt impedimentum dare dictus gladi⁹. Remanebit ḡ illic vsq; ad iudicij diē / & hoc ex dei ordinatione. Ex quo tamen Christus passus est / deficit a sua significatione / q̄ erat exclusio a paradiso celesti. Nam illic hodie introducuntur per mortē oēs qui sunt illius capaces.

¶ Tertia questio est de illo igne qui erat ante paradisum terrestrē in forma gladij flāmei & versatilis / id est ex vtraq; parte scindentis. Est ergo questio quid consumebat huiusmodi ignis. Ad hoc respondet Petrus Comestor q; nullā materiam consumebat. Dicit enim esse quandā speciē ignis cui si manum adhibes / ardorē sentis: sed tamen adustionem non pateris: nec eget materia quam consumat: & taliter vrit spiritum. Et de tali igne legitur in legenda beati Nicolai. Hec Petrus. Potest etiam dici de huiusmodi igne q; erat ibi in propria natura: & non in materia aliena. Modo ignis in propria natura nō requirit materiam alienam quam consumat / sicut patet de illo qui est in propria sphera. Item de igne infernali.

¶ Aduertendum tamen q̄ p̄ter ea que dicta sunt de huiusmodi igne/est alia duplex opinio quā recitat de lyra super hoc passu. Prima est illoꝝ qui ponētes paradisum terrestrē situari sub equinoctiali circulo: dicunt q̄ per gladium flāmeum intelligitur zona torrida inter habitationē nostram et paradisum. Et dicitur talis zona versatilis: q̄ sol per quē causatur ibi caliditas impertrāsibilis/ appropinq̄t ad nos in estate: et in hyeme elongat. Per cherubim autē intelligitur āgelica custodia: per quā tota natura corporea administratur/ et maxime motus orbium. Secūda opinio est illorum qui ponentes paradisum terrestrē circa tropicum cancri / dicunt q̄ per huiusmodi flammeum gladium intelligitur ignis materialis ibi fact⁹ a deo: et oriens de terra/ sicut dicitur de monte Ethne q̄ cōtinue ardet. Significatur autem huiusmodi ignis nomine gladij: eo q̄ ignis ascēdēs sursum acuitur ad modū gladij/ vt facilius diuidat aerem per quem transitū facit. Per cherubim autē intelligitur natura angelica/ vt dictum est.

¶ Moral'r et primo s̄m magr̄ Nicolaū de lyra: per eiectionē Ade de padiso terrestri/ desig̃nat eiectio pctōris de ecclīa militante: a qua eijcit semper merito: q̄uis nō semper nūero / vt dictum est in precedēti clausula sub secundo sensu morali. Per gladiū autē flāmeū q̄ ponitur ante paradisum impedientē regressum illi⁹: designatur q̄ manēte pctō mortali nō est reuersio ad dictā ecclesiam militantē/ saltem scdꝫ meritū. Dicitur tamen predictus gladi⁹ versatilis: quia si vera penitentia sequatur/ tūc homo secūdū meritum ad eā reuocatur: iuxta illud domini verbū Ezech. xviij. Nolo mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur et viuat.

¶ Moraliter et secūdo: paradisus voluptatis est dom⁹ claustralis quo ad bene viuere volentes. Sed quo ad malos et inuite ferētes onera religionis/ est tāq̄ carcer. Qui ergo ibi non proficiunt: sed ꝯtinue deficiunt: nec penas ferre volunt: sunt inde tanq̄ incorrigibiles eijciēdi: velut oues morbide: ne suo malo exemplo inficiant om̄e pecus. In quorum eiectiōe dꝫ statim poni gladi⁹ flammeus ante portas monasterij. Per quē intelligit declaratio illis fienda et innotescenpa: ne sclꝫ vlterius sperent se recipiendos in illa congregatione de qua suis exigentibus demeritis eijciūtur: et q̄ prouideant sue saluti melius quo facere poterūt: maxime cum sint semper astricti votis religionis. Sic em̄ esse agendum circa incorrigibiles fr̄es olim statuerunt primi patres et fundatores sanctarū religionum.

¶ Moral'r et tertio: per cherubim qui interp̄tatur plenitudo sciētie/ signatur charitas: q̄ vt habet Ro. xiij. plenitudo sciētie est charitas. Per flammeum vero gladiū/ aduersitates/ tribulationes/ miserie et dolores p̄sentis vite designan

tur. Per que duo oportet trāsire si cupimus paradisum celestem intrare. De primo dicitur scribit.i.Jo.iiij. Qui manet in charitate/in deo manet/supple in presenti per gratiā/et in futuro per gloriā. Item Apo.j.Cor.xiij. probat q nihil prodest ad vitā eternā absq charitate. De secūdo vero dicit Act.xiiij. q per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

¶ Moralr et quarto: per flammeū gladiū versatilem intelligitur sententia iuste dānationis/que fertur cōtra quēlibet petōrē secundum presentē dei iustitiā. Hmōi tamen gladius potest tolli: propter qd dr versatilis: quia nouit deus mutare sentētiā si tu noueris emēdare delictū: vt dt Ambro. et recitat de pe.di.j. nouit. Ipse etiam est q dicit Ezech.xviij. In quacūq hora ingemuerit peccator/ omniū iniquitatum eius non et c. Itē de hmōi gladio loquitur ps. dicēs: Nisi cōuersi fueritis/gladiū suum vibrauit: scz ille qui est deus/ iudex iust/ fortis/ et patiēs. Que quidem verba idē sonāt sicut illa dñi verba: Nisi pñiam habueritis/oēs pibitis. Lu.xiij. In quib verbis per hoc q dicitur cōditionaliter: nisi: ostēditur q versatilis sit gladius iustitie dei pro presenti statu.

¶ Moralr et quinto locus voluptatis est ecclia q est velut paradisus terrestris. Ab hmōi paradiso eijciunt Adā et Eua.i.oēs inobedientes ipsi ecclesie/et per ōns deo: iuxt id qd scriptum est ex ore dñi Lu.x. Qui vos audit: me audit: et q vos spernit: me spernit. Collocatur aūt ante paradisum flāme gladi versatilis: qñ pronunciatur auctoritate eccle sentētia excōicationis cōtra aliquē/per quā impeditur ab ingressu eccle militantis. iste enim est effect sentent'e excōicationis iuste late: vt iura decernūt.xj.q.iij.nihil. Itē ca.canonica. Itē.c.omnis.et c. sequenti. Silr.xxvij.que.j.viduas. Itē.xxiiij.q.iij.tā sacerdotes. Sed quid est q dñs nō solū collocauit ante padisum ad impediēdum illius regressum gladiū versatilem: verum etiā cherubim? Profecto per hoc denotatur q excōicatio iuste lata ligat quo ad vtrāq ecclesiā/militātem scz et triūphātem: siue tā iure fori q iure poli: iuxta illud dñi verbū Matt.xvj. itē.xviij. Quecūq ligaueritis super terrā/erunt ligata et in celo: scz per dei approbationē et cōfirmationem. Sed nota q predict gladius est versatilis: q pōt auferri excōicationis sententia ab eo qui eam tulit: vel a superiore: qñ scilicet causa cessat.

¶ Moralr et sexto. Per adam qui eiect est de paradiso terrestri: cui appositū est duplex īpedimētū ne illic reuertere tur: denotātur multi clerici et religiosi habētes bonū ius ad ecclesiasticū bñficiū regulare vel nō regulare: siue iure electionis: siue legitime pñtationis: aut collationis ordinarij. Quib non obstātib frequenter inde eijciunt/et optimo iure suo iniustissime priuantur

p viros dyscolos / morib⁹ corruptos: et omniũ bonarũ artiũ ignaros. Et ne veri pastores intrẽt paradisum.i.ecclesiasticum beneficiũ / opponitur eis gladius versatilis.i. man⁹ armata / regia auctoritate fulcita: non obstantib⁹ sacrorũ conciliorum et summorũ pontificũ decisionib⁹ in cõtrariũ faciẽtibus. O vtinã pncipes christiani non ponerẽt in dãnationem animarũ suarũ falcem in messem alienã: et redderent q̃ sunt Cesaris Cesari: et que dei deo. Matth.xxii.

¶ Allegorice. Adam est xp̃s. Locus autẽ voluptatis est ciuitas Hierusalem / q̃ olim fuit valde voluptuosa per abundãtiam bonorũ et honorũ. De hac igitur paradiso eiectus tunc fuit noster secũdus Adam qñ baiulãs sibi crucẽ exiuit in eũ qui dicitur Caluarie locum. Joan.xix. In cuius figurã dicitur Mat.xxi. q agricole apprehenderũt filiũ patrisfamilias quẽ ad eos miserat: et eijcientes eũ extra vineam occiderunt. Per cherubim autẽ q̃ interpretatur plenitudo sciẽtie: intelligũtur scribe et legis doctores: de quorum numero erãt Annas et Caiphas. Per gladium vero versatilem desi gnatur Pilatus / qui erat iudex criminalis. Hec sunt duo genera aduersariorum Christi / scilicet doctores legis et Pilatus: custodientes viam ligni vite.i. impedientes ne Christus viueret. Primi quidẽ consilio et procuratione. Secundus vero facto et executione.

¶ Allegorice et aliter secundũ Grego.xij.moral. Per hoc q dñs collocauit ante paradisũ voluptatis cherubim et flammeũ gladiũ atq versatilẽ: designatur q ante aduentũ mediatoris dei et hominum Jesu xp̃i omnis homo q̃tũuis munde pbateq vite fuerit ad inferni claustra descẽdebat. Nec aliquis potuit ad padisi requiẽ redire: nisi primũ veniret ille qui sue incarnationis et passionis mysterio eiusdem paradisi nobis ianuã aperiret. Vñ et post culpã hois ad padisi aditũ rõphea flãmea posita esse memorat / que et versatilis dicitur pro eo q qñq tẽpus veniret vt etiã remoueri potuisset. Hec Grego.

¶ Anagogice locus voluptatis est celũ: de quo eiecit dñs diabolũ pter suam superbiã dicens illud psal. Non habitabit in medio domus mee q̃ facit superbiam. Quo deiecto a summo celi fastigio i pfundũ abyssi ifernalis: clausit sibi viã ne reuerteretur illic vñ descẽderat: et hoc duplici ipedimẽto. Primum fuit cherubim: et non solũ cherubim: verũ etiã omnes sancti angeli: de quo impedimento legitur Apoca. xij. q factum est prelium magnum in celo. Michael et angeli eius / id est sibi adherentes preliabantur cum dracone et angelis eius / id est sibi adherentibus: et non valuerunt: neq locus eorum amplius inuẽtus est in celo. Ecce primũ impedimentum precludens viã diabolo ne vlterius redeat in paradisum celestẽ vnde a deo deiectus est. Secundum im-

pedimentum dicitur gladius flammeus / id est dei ordinatio irrefragabilis: de qua in psal. Que (inquit domin9) procedunt de labijs meis: non faciam irrita. Ipse autē statuit nullum superbum admittendum in celum: iuxta illud qđ supra allegatum est ex ps̄. Nō habitabit in medio dom9 mee qui facit superbiam. iste tamē gladius nō potest congrue appellari versatilis in ordine ad diabolū ruētem de celo: sicut in ordine ad Adam exeūtem de voluptatis loco: qz iste capax penitētie fuit post peccatū: non autē ille: eo φ cuicūqȝ rei post plenam deliberationē adheret: imobiliter adheret. Non sic autem de homine pro statu presenti.

¶Gen̄.iiij.clausula.j.

¶Adam vero cognouit vxorem suā Euā: que cōcepit et et peperit Cain: dicens. Possedi hominē per deū. Rursumque peperit fratrem eius Abel.

¶Historialiter postq̄ in precedentibus sanctus Moyses determinauit de lapsu primorum parentū: hic consequenter icipit determinare de successione lapsorum / et precipue Cain et Abel: postea autem de alijs. De loco tamen et temporꝭ generationis duorū predictorum primorū filiorum adee aliter sentiunt hebrei: et aliter christiani. Hebrei enim / vt refert de lyra sup hoc passu: dicūt φ ista, q̄ hic ponunt dicūt per modum recapitulatiōis: et φ Adam genuit istos duos pueros antea: scilicet cū adhuc esset in paradiso voluptatis. Hoc autem confirmāt per illa verba que dicta sunt homini cum adhuc esset in paradiso. Crescite et multiplicamini: que intelliguntur de actu generationis. Et ideo dicunt φ formata muliere: et adducta ad Adam cum dixisset / et adherebit vxori sue: statim cognouit eam carnaliter: alioquin fuisset transgressor dicti precepti sibi facti a deo. At vero doctores catholici dicūt contrarium: videlicet φ primi parentes egressi sunt virgines de paradiso. Hoc enim expresse dicit Aug. super Gene. ad literā lib. ix. Dicit etiā Hiero. j. parte epistolarū suaꝝ epistola. v. φ nuptie replent mundum: virginitas autē paradisum. Item dicit glos. int. super hoc passu: φ in paradiso virginitas: extra nuptie. Insuper. glos. ordina. allegans Augꝰst. idem dicit / addens tamē φ in paradiso fuisset coniugium honestum: nisi prius inobedientia meruisset exilium q̄ deus indurisset carnale cōsortium. Consequenter respōdet idem lyra ad argumentū hebreorum siue iudeorum dicens φ non militat / tum quia licet datum esset preceptum primis parentibus in generali de multiplicatione: expectabant tamen determinationem illius in speciali a deo: quia preceptum affirmatiuū intelligendum est secūdū determinationē debiti tēporis

atque circunstantiarum. Cum quia formata muliere paruni steterunt in paradiso: quia tantum septem horis secundum magistrum in historia scholastica super Gene.c.xxiiij. Et ideo dicendum cum doctoribus catholicis quod ista generatio filiorum ade de quibus agitur in presenti: fuit post eiectionem de paradiso: quia eiecti de illis deliciis paradisi: recurrerunt ad delicias carnis. Hec de lyra.

¶ Notandum est autem circa presentem textum quod ut dicit predictus auctor historie scholastice qui et Petrus comestor appellatur: legislator Moyses generationes ade transit: festinans ad tempora Abrahe patris hebreorum: et plures subticet ade filios et filias. Sed methodius martyr orauit dominum dum esset in carcere propter fidem: cui multa reuelata sunt per spiritumsanctum de principio et fine mundi: que scripto reliquit: inter que dicit quod Adam et Eua de paradiso virgines egressi sunt. Postmodum anno creationis vite Adam.xv. natus est ei Cain: et soror eius calmana. Et quamuis Adam factus fuerit quasi in etate.xxx. annorum: tamen fuit vnius diei: et vnius anni: et post duorum annorum: et trium: et sic de ceteris. Et potuit ante Cain multos genuisse: qui tacentur hic. vnde dominus Petrus de pal. dicit quod Adam multos genuit ante Cain: insuper multos genuit inter Cain et Abel. Alias cotinuisset per.xv. annos contra illud domini preceptum Crescite et multiplicamini: quod tunc ligabat eum. Ceterum aliqui dicunt quod Eua in quolibet partu habebat filium et filiam vt sic multiplicaretur facilius atque citius humanum. Quo etiam in tempore propter paucitatem frater ducebat sororem in vxorem. Deinde post alios.xv. annos natus est ei Abel: et soror eius Delbora. Consequenter anno vite Adam.cxxx. Cain occidit Abel fratrem suum: et luxerunt eum Adam et Eua centum annis. Quibus expletis natus est ei Seth.xxx. anno prime chiliadis.i. prime etatis. Chiliadem autem dicimus vnum seculum: scilicet spatium mille annorum. Unde chilias chiliadis mille interpretatur. Et vbi nos.vi. etates dicimus: greci dicunt.vj. chiliades. Non tamen sic quod omnis etas mille complexa fuerit annos. Nam quedam plures: et quedam pauciores habuit. Inchoat autem dictus Methodius secula post ducentos annos ade: et vocat seculum vnam chiliadem. Consonant autem in hoc.lxx. interpretes: qui dicunt Adam ccxxx. annorum fuisse quando genuit Seth. Sed tamen in hebreo tantum ponitur.cxxx. anni. Omittunt enim hebrei centum annos vite Adam in quibus luxit mortem filij sui Abel interfecti a Cain fratre suo. Hoc enim homicidium intantum displicuit ade quod deliberauerat amodo non cognoscere vxorem suam. Aliter tamen fecit ex dei dispositione et reuelatione.

¶ His ergo premissis redeamus ad breuitatem textus genesis in qua dicitur quod Adam cognouit vxorem suam euam. Et nota modum loquendi prophete domini Moysi. loquitur enim de

actu matrimoniali sub nomine trāsūptiuo cū dicit cognouit: & hoc propter honestatē: ne scꝫ nimis expressio nōis actum generationis insinuantis esset incitatiua libidinis. Ponit aūt nominationē Cain qui interpretat possessio. ideo ait mater. Possedi hominē p deū. i. acquisiui filium deo operante. Uel possedi hominē per deū: qui scꝫ prius dixit mihi: Multiplicabo ꝯcept⁹ tuos. Uel sic. Possedi hominem per deū. Quasi diceret: que prius eram possessa a viro tanq̄ illi subiecta: nunc primo possedi hominē per deum cū viro: qui quidem de⁹ precepit filiū subesse vtriq̧ parēti: ꝗuis prima & principalis ptās approprietur patri: & mater nō habeat filios i sua potestate. Sequitur: Rursūq̧ peperit fratrem eius Abel: qui interpretatur luctus: ab euentu: q2 scꝫ parētes lōgo tēpore luxerunt ei⁹ mortē vt dictū ē. Itē iterp̄tatur vapor: scꝫ q2 cito p mortem disparuit. Uel interp̄tatur scōm Josephū nihil: eo scꝫ q semen non reliquit sup terram. Itē interpretat vanitas: q2 iā humana natura erat subiecta vanitati mortalitatis.

¶ Querit circa predicta/ quare sacra scriptura tm̄ facit mētionem de tribus filijs Adam: scꝫ Cain: Abel: Seth: maxie cū plures alios genuerit vt patet ex dictis. Rn̄det ad hoc de palu. q spāliter loquit de Cain & Abel Moyses in sacra scriptura: propter notabile factū qd accidit iter eos. De Seth autē: q2 per illū peruenit ad Noe & ad Abrahā: & ad illā generationem de qua principaliter loquitur scriptura sacra. Et ideo Moyses oēs alios pretermisit preter generationem Cain Abel & Seth.

¶ Moraliter per hoc q Adā ꝗdiu mansit in paradiso/ continēter vixit: & inde eiect⁹ vxorem suā cognouit: designat q ecclīastici & religiosi qui habitant intra ecclesiā que est tāq̄ paradisus deliciarū: debēt continenter viuere. Et de religiosis quidē certū est q ad hoc obligātur ratione voti castitatis solēniter emissi p eos: intantū q summus pontifex non pōt cū eis dispēsare: vt patet extra de statu monachoꝝ ca. cū ad monasteriū. De clericis autem occidētalibus dicitur silr̄ q ad eādē cōtinentiā obligantur/ vt p3 extra de cohabitatione clericorū et mulierū: per plura capitula. Ecce quid designat continentia ade ītra paradisum deliciaꝝ. Per hoc vero q extra hm̄oi paradisum positus cognouit vxorem suā: designatur q laici qui sunt extra ecclīā ꝗtū ad statum: possunt licite contrahere/ & matrimonio vti.

¶ Moralr̄ & scdo padisus deliciarū est studiū sacre scripture: qd valde delectat huic intētos. Quicūq̧ ergo habitāt per amorē ītra hm̄oi padisū: facile cōtinētiā seruāt. Vnde Hiero. iij. pte eplarū suarū epl̄a. xxix. ad rusticum monachū scribēs ait. Ama scientiā scripturarū: & carnis vitia nō amabis. Uñ de hm̄oi paradiso loquēs Chry. homi. j. d. cit sic.

In sacra scriptura velut i pra to multos et varios video flores lectionis: et amplum rosarium: multas vero violas: nec pauciora lilia: et multam odoris suauitatem. Et non tantummodo pratum: verum et paradisus est diuinarum lectio scripturarum. Nec tantum fragrantiam nudam habent eius flores: sed et fructum qui animam enutrire possit. Hec Chryso. Patet ergo quantam delectationem affert studium sacre scripture. Qui autem illud spernunt: de facili trahuntur ad delicias carnales. in cuius rei signum Adam extra paradisum positus: stati cognouit vxorem suam. Unde de talibus merito conqueri posset si loqui valeret ipsum sanctum studium: et dicere illud Hiere. ij. Me dereliquerunt fontem aque viue: et foderunt sibi cisternas dissipatas. i. mundanas scientias.

¶ Moraliter et tertio Adam est ratio: vxor vero eius voluntas Tunc ergo Adam cognoscit euam vxorem suam: quando recta ratio proponit voluntati que sunt ab ea desideranda et volenda. Postmodum ipsa Eua concipit ade filium pariter et parturit nomine Abel: quando conformiter ad rationis iudicium recta sequitur opus bonum a voluntate imperatum. Tunc vero dicta Eua parit filium malum nomine Cain: quando ipsa voluntas discordans a recta ratione elicit aut imperat actum malum: siue interiorem: siue etiam exteriorem.

¶ Moraliter et quarto Cain pessimus: et qui interpretatur possessio vel acquisitio: designat diuites huius seculi: qui possident diuitias multas: nec tamen cessant acquirere vsque ad mortem: quis etiam interdum sint absque liberis. de quorum quolibet loquitur Salomon Eccle. iiij. dicens. Considerans reperi aliam vanitatem sub sole. Unus est: et secundum non habet: non filium: non fratrem: et tamen laborare non cessat: nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens. Cui laboro: et fraudo animam meam bonis: supple spiritualibus et eternalibus. in hoc quoque vanitas est: et afflictio pessima. Ecce igitur Cain. i. diuites huius seculi: qui sunt instar Cain: communiter pessimi: et hoc per abusum diuitiarum. Unde ps. Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Econtra autem Abel qui interpretatur luctus: siue vapor: aut vanitas: aut etiam nihil: vt dictum est: significat bonos et iustos: qui continue lugent peccata sua vel aliena: siue etiam miserias vite presentis: qui etiam reputant ipsam vitam cum suis prosperitatibus vaporem et puram vanitatem: iuxta illud Salomonis verbum Eccle. j. Uidi cuncta que fiunt sub sole: et ecce vniuersa vanitas. Unde Jac. iiij. Que est vita nostra? vapor ad modicum parens. Et breuiter tales iusti reputant hanc vitam tanquam nihil. Ecce igitur Abel iustus. Quid autem significet quod Cain persecutus est abel fratrem suum: dicetur in sequentibus.

¶ Allegorice secundum petrum de palu. Adam qui primus factus est a deo pater orbis terrarum: vt habetur Sapien. x. signat deum: a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur. Eua vero que inter-

pretatur mater omnium viuētiū/synagogam significat: ex qua prodierūt oēs precordinati ad vitam eternam: aut immediate vt patriarche: apl'i ꝛ discipuli: aut mediate: vt sequentes christiani. Cain primogenitus: est populus iudaicus: qui fuit primogenitꝰ: maior in donis: ꝛ prior in imperio. Abel vero ipse est xp̄us: et populus christianus.

¶ Allegorice et secundo per Adā secundū de lyra intelligitur xp̄s: qui .j. ad Corin. xv. dr̄ Adā nouissimus. Per Euā autē eccl'ia signat̄/ eo ꝙ sicut Eua est ꝛ dr̄ mater oīm viuentiū vita nature: ita etiā eccl'ia mater est omniū viuētiū vita gratie. Ex predictis ḡ Adā ꝛ Eua generant̄ filij boni ꝛ mali: qꝛ licet oēs xp̄iani p baptismū generēt̄ boni: multi tamē postmodū sua puersitate efficiūt̄ mali: ita vt sint multo plures mali ꝙ̄ boni. Pꝫ eñ eccl'ia plus de zizania ꝙ̄ de tritico.

¶ Anagogice. Adā ē deꝰ pat̄/ Eua eccl'a triūphās: Duo filij due sunt dr̄ie angelorum: scꝫ bonorū ꝛ malorum. Nā etsi oēs fuerint creati boni ꝛ in grā: postea tñ multi effecti sunt mali: q̄ p Cain designāt̄. Ceteri vo pmanserūt in grā in qua cōditi fuerāt: in qua etiā postmodū fuerūt ꝯfirmati. Et tales designant̄ p inocētē ꝛ iustū Abel.

¶ Secunda clausula.

¶ Fuit autem Abel pastor ouiū: cain aūt agricola.

¶ Historialr̄. Postꝙ̄ scđs moyses egit de natiuitate Cain ꝛ Abel filiorū Ade et Eue: hic cōsequēter tangit variā eorū vacationem ꝛ occupationē/ dicens Abel fuisse pastorē ouiū: id est simplicitatis et innocētie cultorem: vt dicit interli. Cain vero vacasse agriculture. Ex quo pꝫ ꝙ nō vacabant ocio: sed laudabili exercitio: ꝛ hoc cōformiter ad illud domini preceptū: In sudore vultus tui vesceris ꝛc. Gen. iij. Et ꝙ̄uis agricultura in se sit laudabilis post lapsum: tū vt vitetur ocium: tum vt sic puideat homo sue necessitati: tum vt impleat̄ dñi p̄ceptū: ipsi tñ arti ꝛ negocio magis se occupabat Cain ex mera auaritia: ꝙ̄ ex alia legitima causa. Nā vt dicit Petrꝰ cōestor: cū esset malignissimꝰ: vt etiā auaritie sue cōsuleret: primus terrā incoluit. Abel vero vt etiā vitaret ociū/ factꝰ est pastor ouiū. In quo quidē facto cōmēdat̄ ipse Abel: q̄ in p̄nti noluit nisi mobilia possidere. Econtra autē Cain possedit terrā tāꝙ̄ auarus. Circa hāc ḡ breuē clausulam querunt̄ aliqua dubia.

¶ Primū igit̄ dubium est: cur Abel i litera p̄fert̄ fratri suo Cain maxīe cū ip̄e eēt iunior: propt̄ qđ vr̄ ꝙ Cain tāꝙ̄ senior debuerit primꝰ noiari. Rñsio. Istđ nō fecit moyses absꝗ causa ꝛ rōne. Huiꝰ ḡ causa est triplex. Prima vt iam videret̄ impleri in illis illud xp̄i verbū Mat. xx. i quo ait: Erūt primi nouissimi/ ꝛ nouissimi p̄mi. Secūda vt iā videret īpleri aliđ eiusdē xp̄i verbū q̄ erat dicturus: Ois qui se humiliat/ exaltabitur. Luce. xiiij. Et eiusdē xviij. Sic est aūt ꝙ Abel erat

valde humilis: ideo nõ mirum si prefertur fratri superbo in precedẽti clausula. Tertia ratio est allegoricalis. ipse enim Abel prefiguravit christũ: tũ propter vite innocentiã: tum ꝑpter munerũ oblationẽ. Ille eñ obtulit deo de melioribus pecoribus: ⁊ xp̃s seipsum obtulit in holocaustũ deo patri ꝑ nobis: tum ꝑpter fraternam iram ⁊ inuidiã: tum ꝑpter iniuste mortis illationem. Qz ergo christus fuit primogenitus in multis fratribus: vt dicitur ad Roma. viij. Primogenitus inq̃ non tẽpore: sed dignitate: hinc iustum fuit et rationabile vt in figurã huius Abel fratri suo preferretur in precedenti textu.

¶ Secundum dubiũ est tale. Cur Abel fact⁹ ẽ pastor ouiũ? non eñ videtur ꝙ oportuerit homines tũc tẽporis nutrire oues: tum qz valde pauci erãt vt constat: ⁊ ꝑ consequẽs multitudo ouium illis necessaria non erat. Tum qz esus carniũ illis tũc concessus nõ erat: sed tantũ post diluuium. Ad hoc dubiũ respondet Augusti. ꝙ ⁊ si oues hominib⁹ illius tẽporis nõ essent necessarie ad escam: erant tamẽ illis necessarie ad alios vsus: puta ꝑpter lanam / terre impinguationẽ / ⁊ sacrificiorum oblationẽ. Et nota ꝙ istud officiũ retinuerũt sancti antiqui sancti patres: vt patz in decursu sacre scripture. Hoc autẽ fecerunt ꝑpter ipsius officij simplicitatẽ: hominũ sequestrationẽ: ⁊ pascuorũ abundantiã. Unde Gen. xlvij. dixerunt filij Jacob regi Egypti. Uiri pastores ouiũ sumus. Item de Dauid dicit in psal. ꝙ de post fetãntes accepit eũ dominus.

¶ Tertiũ dubiũ versatur circa illud verbũ. Cain autẽ agricola erat. Queritur ergo vtrũ agricultura esset illi licita: sicut ⁊ cura ouium Abel fratri suo. Pro respõsione notãdum ꝙ aliqua ars potest esse scd̃m se licita: que tamẽ ratione finis potest esse illicita. Licitũ eñ est fabricare gladios: sꝫ nõ intẽtione interficiendi hoies: nisi forsan auctoritate publica: vt in bello. Ad ꝑpositũ licet agros colere ꝑ necessitate humane vite: nõ tamẽ ex cupiditate et auaritia. Talis autẽ agricola fuit ille gallãd⁹ cain de quo dicit iterũ. ꝙ incubabat terrenis: scilicz ꝑ nimium amorẽ: cuius rei duplex est signũ. Primũ qz primus imobilia sibi vẽdicauit. Scd̃z qz primus ciuitatem edificauit quã appellauit noĩe filij sui Enoch vt hr̃ versus finẽ presentis capituli. Nõ ergo ꝑpter occupationem Cain reprobatur agricultura: quinimo scd̃m se tãq̃ licita approbatur tã in statu innocẽtie / q̃ nature lapse. De primo quidẽ legitur Gen. ij. ꝙ deus posuit hoiem in paradiso vt operaret. De scd̃o vero Gen. iij. dicit ꝙ emisit dñs de paradiso hominẽ vt operaret terrã de qua sumptus est. Uñ etiã Eccli. vij. dicit: Non oderis laboriosa opera: ⁊ rusticationẽ ab altissimo creatã. Et istud est cõtra multos delicatos homines qui volunt optime epulari: et nihil operari:

vt vulgo dicitur.

¶ Moraliter per Abel q̄ fuit pastor ouium designātur ecclesie prelati q̄ deputati sunt in pastores ouium christi: exēplo Petri cui dixit ter christus: Pasce oues meas siue agnos meos. Jo. vlti. Hoc autē fecit ad insinuandū q̄ pastores ecclesie debent pascere oues suas triplici pabulo: vcʒ doctrine salutaris/ cōmunionis sacramentalis/ et vite exēplaris. Et nota q̄ Abel qui fuit pastor ouium: interpretatur luctus: et hoc in signū q̄ pastores ouiū christi debēt lugere nō solum sua: verū etiā subditarū ouiū peccata. Talis nempe pastor erat sanctus ille Moyses qui pluries cū lachrymis orauit dominū p̄ populo sibi cōmisso/ ita vt semel ex vehemēti desiderio orando diceret ad dominū: Dimitte eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Exo. xxxij. Talis etiā pastor fuit Samuel: qui lugebat Saul: ita vt diceret ei deus Vsq̄quo tu luges Saul: cum ego proiecerim eū ne regnet sup Jsrael? j. Regum. xvj. Talis denicq̄ pastor fuit Esdras sacerdos: de quo legitur. j. eiusdem. x. q̄ flebat vberrime preuaricationē popli. Tales deniq̄ erāt illi sacerdotes de q̄bus legitur Johelis. ij. q̄ inter vestibulū et altare plorabāt sacerdotes ministri dñi dicentes: Parce dñe parce populo tuo. Beati ergo illi pastores q̄ lugent nō solum peccata propria: verū etiā aliena: scʒ subditorū suorū: vt scʒ mereantur vocari Abel. i. luctus.

¶ Consequēter per Cain qui fuit vir agricola: designantur auari: q̄ q̄uis sepe multa possideant: adhuc tamē vt plus possideant/ arare et fodere terrā nō cessant. Nec mirū: maxime cum dicat Salomon. Eccls. v. q̄ auarus nō implebitur pecunia: id est bonis terrenis. Vel dic q̄ p̄ Cain q̄ primus edificauit ciuitatē quā vocauit nomine filij sui Enoch: vt dictū ē: significantur multi mūdani hoīes multa possidēres: q̄ ad fastum et pompam seculi erigunt sibi domos insignes tanq̄ regalia palatia: ac si nūq̄ deberēt relinquere presentē vitā: sed in talibus semp habitare: et dicere domus semp stare: cum tamen dicat psal. Oīs cōsummationis vidi finē. Unde talis curiositas seu verius dixerim fatuitas retrahit multos infideles ne cōuertantur ad fidē: prout deducit Chryso. sup Mat. homil. xij. Gētiles inquit cum videant a nobis edificari splendidas domos: atq̄ ortorum amenitates parari: nolūt credere q̄ alterius vrbis nos p̄fectionem paremus. Si enim inquiūt verū esset istud quod dicunt christiani de futura vita: profecto vendentes cuncta que possidēt: illuc prorsus premitterent. Hec ille. Jtem idē Chrysosto. homil. lv. sup Joā. volens retrahere hoīes mūdanos a predicta curiositate et fatuitate/ vtitur tali exēplo dicens: Si quis te in persidē visurum regionē illam et mox reuersurum duceret / iuberetq̄ vt illic domū construeres: nōne cum tanq̄ amentem

reprehenderes: ac si inutilem tibi suaderet impensam? Cur ergo nō idem in hoc mundo facis quē paulopost velis nolis relinques? Sed filijs inquies relinquā domū meā. Nōne et illi te paulopost sequentur? et forte precedent. Itidē et eorū posteri. Hec ille. Patet ergo quantum ad sensum moralem qd per Abel pastorem ouium / et Cain agricolā designetur.

¶ Moraliter notādum iuxta historiam q nō absq causa dictū est q Abel et Cain fuerūt fratres. Nam per hoc denotatur q luctus cōmuniter sequitur magnā possessionem: que duo per Abel et Cain significantur: vt dictū est. Qui enim habent magnas diuitias: habent et magnas atq frequentes angustias. Propter quod christus Luce. viij. cōparat diuitias spinis / et hoc ppter mirabiles sollicitudines quas ingerunt. Unde Grego. homil. xv. exponēs predicta christi cōparationē dicit sic: Quis mihi vnq crederet si spinas diuitias interpretari voluissem? Maxime cū ille pungant: iste delectent: et tamē spine sunt quia cogitationū suarum punctionibus mētē lacerāt. Ecce luct' siue tristitia sequēs terrenas possessiones.

¶ Allegorice scdm Augu. homil. ij. sup veteri testameto de Cain et Abel. Abel pastor ouiū prefigurauit xpm: q de seipso loquens Jo. x. ait: Ego sum pastor ouium. Item in eodē. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor dat animā suam pro ouibus suis. Ille pastor de terra: iste pastor de celo. Ille ex Adam et Eua genit': iste ex maria virgine natus: sz prius de spiritu sancto conceptus. Ille pastor pecudum: iste pastor fidelium. Ille pastor ouium irrationabilium: iste rationabilium. Sed aduertam' magnū mysterium. Licet em saluator noster dicatur pastor / nuncupatur tamen agnus: dicente Joanne Baptista cum ipsum digito ostēderet: Ecce inquit agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Joan. j.

¶ Allegorice. Nō inconuenit dicere Christū prefiguratum fuisse per Cain: quis in se fuerit malus: sicut neq inconuenit q genealogia eiusdē Christi deducatur per aliquos magnos peccatores: vt ptz Matthei. j. Cain ergo qui fuit vir agricola / recte prefigurauit Christū: qui coluit agrum huius mundi in suo primo aduētu: cum scilz circuibat per castella Judee et Galilee euāgelizans vbiq regnū dei: id est qualiter ad illud perueniturr quia per veram fidem et perfectam penitentiā: clamās et dicens illud Matth. iiij. Penitētiā agite: appropinquabit regnū celorum. Nōne tibi videt ut hui' mūdi? qn ddē ab eo eiecit diabolū: tū ab obsessis corporibus multis: tū ab humanis cōsciencijs. Propter qd dicebat Joā. xij. Nunc pricēps mūdi huius eijcietur foras. Iste etiā Cain edificauit ciuitatē magnā: qn quidē precio sui sanguinis acquisiuit credentib' in eū celestem Hierusalē: de qua in psal

mo. Hierusalē que edificatur vt ciuitas: cuius participatio in idipsum.i. in visione diuine essentie. Jo.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te verum deū: ⁊ quē misisti Jesuȝ xp̄m. Ecce idipsum. Sūmarie ergo xp̄s p̄ Abel prefiguratus fuit pastor ouium: cū scilȝ venit in hunc mundū querere oues q̄ perierant dom⁹ Jsrael. Mat. xv. Similiter ipse idē p̄ Cain preostensus fuit agricola: tum verbū dei vbiq̧ seminādo: tū vniuersam pene Judeā ⁊ Galileam miraculis replendo: tū salutē omniū in cruce ꝙtū in se fuit operando.

❡ Anagogice. Jpse idem christus in fine seculorum se geret velut agricola/ necnō ⁊ pastor ouium. Nā tanq̄ agricola reparabit tunc agros humanoꝝ corporū instar ꝓprii corporis: iuxta illō Philip.iij. Reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue. Tanq̄ ṽo pastor tria opabit in fine seculorū circa oues suas.i.electos: q̄ solēt pastores ouium facere aduesperascēte iam die. Nā oues suas separāt ab hedis: sepratas vocāt seorsum in stabulū ꝓpriū. Quibus introductis pabulū prebēt: et precipue vbi nō inuenerunt p̄ diem pascua bona. sic ⁊ pater noster xp̄s operabit circa electos in die iudicij. Primo nēpe separabit eos tūc a reprobis: vt habet Mat.xxv. Scḋo vocabit eos dicēs: Uenite bn̄dicti ⁊c̄.vt.s̄. Tertio ipsis ingressis stabulū celi dabit illis optimū pabulū: de q̄ Luc.xxij. Ego dispono vobis sicut dispo fuit mihi pater meus regnū: vt edatis ⁊ bibatis sup̄ mēsam meā in regno meo.

❡ Tertia clausula.

❡ Factū est aūt post multos dies vt offerret Cain de fructib⁹ terre munera dn̄o Abel quoq̧ obtulit de primogenitis gregis sui/ ⁊ de adipibus eorū. Et respexit dn̄s ad Abel et ad munera eius. Ad Cain autē et ad munera eius non respexit.

❡ Historialiter. Postq̄ in precedenti clausula descripta est distinctio ꝙtum ad officia amborū filiorū Adam: Abel scilȝ et Cain/ p̄ ipsum Moysen ꝓphetā dn̄i: hic cōsequenter p̄ eundē describit distinctio eorūdem ꝙtū ad mores. Et primo describit mores ipsi⁹ Cain tanq̄ ātiquioris/ dicēs: Factū est aūt post multos dies: cū scȝ iam ad etatē cōpletā peruenissent ambo: vt offerret Cain de fructibus terre munera dn̄o: tanq̄ oīm bonorū largitori/ et in recognitionē summi dominij. Et nota ꝙ Moyses dicit munera/ ⁊ nō dona: quia munus datur ei qui meruit: donū autē gratis datur. Unde versus. Dat meritum munus: sed confert gratia donum. Et nota secūdum antiquos ꝙ Cain offerebat spicas corrosas. Fecit etiā suam oblationē Abel domino: sed longe alteram ab oblatione fratris sui: de qua subditur. Abel quoq̧ obtulit de primogenitis gregis sui quem custodiebat/ ⁊ de adipi=

bus eorum.i.de melioribus et pinguioribus vt decebat: iuxta illud Eccli.xiiij. Deo dignas oblationes offer. Et respexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eius scz oculo beneuolentie: quo ostendit offerentē ⁊ oblata sibi grata. Ad Cain vero ⁊ ad munera eius non respexit: qr vt habet Eccli.xxx. Dona impiorum non probat.i. non approbat altissimus. Circa hunc tertū mouentur aliqua dubia

¶ Primum igitur dubiū. Unde moti sunt isti duo fratres offerre domino munera de bonis suis? Responsio: ad hoc sufficienter eos mouit doctor intrinsecus, loquēs ipsis p legē naturalem: quā omnibus indidit deus: iuxta illud psal. Signatū est super nos lumē vultus tui dñe. Hec enim lex sufficiēter indicat ⁊ iudicat vnū deum esse summe colēdū: qui omnia fecit de nihilo: et ideo in recognitionem tanti dominij aliquid esse sibi offerendū. Si enim vassali in recognitionem supremi dominij offerūt dominis suis aliquem cēsum: quia vt habetur extra de censibus.c. omnis. census solutio est subiectionis pbatio: quāto magis census soluēdus est oīpotenti deo, a quo oīa, p quē omnia, in quo oīa. Ecce igit vñ moti sunt Cain ⁊ Abel offerre oblationē dño. Insuper eos ad hoc mouit doctor extrinsecus. Nā vt dicit Petrus comestor: credendum est q pater eorū Adam eos docuerit vt offerrēt deo decimas ⁊ primitias: id est primos fructus terrenascentium.

¶ Secundum dubiū. Quomodo ⁊ qualiter respexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eius? Responsio. de hoc nihil dicit scriptura sacra secūdum translationē qua vtimur. Dicitur tamē cōmuniter q iste respectus factus est p immissionē ignis de celo a deo. Unde Hiero. dicit q in translatiōe Theodotiōis vbi habemus respexit: habetur inflāmauit. Hoc idem etiā dicit Petrus cōestor. Ignis inquit descendens de celo incēdit oblationem Abel. Similia etiam legimus postea in sacra scriptura cōtigisse cū oblatio offerretur dño: vt ptz expresse in oblatione Aaron. Leuit. ix. vbi dicit q ignis egressus a dño deuorauit holocaustū. Itē idē ɔtigit in oblatiōe Gedeonis. Iudi.vj. Itē i oblatōe Māne ⁊ vxoris eius. Eiusdē. xiij. Itē in oblatiōe Abrahe. Gen. xv. Itē in oblatiōe Salomonis cōpleto edificio tēpli, cū scilz ageretur dies dedicationis illius.ij. Paralipo.vij. Item in oblatione seu sacrificio qd obtulit Helias dño super altare qd cōstruxerat in carmelo.iij. Reg.xviij. Patet ergo quomō respexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eius. Non autē illo modo respexit ad fratrē suum Cain et ad munera eius: quia nec ipse nec oblatio eius accepta fuerunt corā dño. Sed vnde hoc? Profecto quia nō equali mente vota sua obtulerunt: vt dicit Beda. Non enī inquit arbitror Cain peccasse q vel opus exercuit agriculture: vel munera dño de fructibus terre obtulerit: sed quia minus pfecta

deuotiõe ad offerẽda deo munera accesserit. Deniq3 ⁊ Noe vir agricola exercuit terram/ plãtauitq3 vineã: ⁊ Melchisedech sacerdos dei altissimi offerebat de fructibus terre panem ⁊ vinum. Non ergo Cain ob genus oblationis reprobatus est. Inde enim offerebat deo: vnde ⁊ ipse viuere cõsueuerat. Sed ob mentẽ impiam offerentis ipse vna cũ muneribus suis ab eo qui corda inspicit abiectus est. Et hoc idem sequẽtis verba indicant cum dicitur: Ad Cain ⁊ ad munera eius nõ respexit dominus.

¶ Tertiũ dubium. Quare dicti duo fratres obtulerũt munera dño? Respõsio. preter ea que dicta sunt iux͂ primum dubium de recognitione summi dominij: suberat alia ratio/ scilicet ad expiationem peccati originalis. Deus enim q̃ nũq̃ deficit i necessarijs ad salutẽ: ex quo homo peccauit: semp illi de remedio prouidit tam contra actuale per penitẽtiã: que est remediũ generale contra omne actuale: q̃ cõtra originale: ⁊ hoc tripl'r secundum triplicẽ legẽ. Nam in lege nature prouidit per oblationes ⁊ sacrificia: que inceperunt in predictis duobus fratrib⁹. In lege scripta per circũcisionẽ. In lege autem gratie per baptismũ. Et q̃uis originale iã esset in Abel ⁊ Cain remissum maxime cum iam essent adulti: adhuc tamẽ tenebãtur ad dictã oblationem/ tanq̃ agentes deo ingentes gratias pro hmõi remissione prius facta.

¶ Quartũ dubium. Quare dicti fratres obtulerũt munera dño de fructib⁹ terre: saltem alter eorũ sc3 Cain: ⁊ simil'r multi post eũ fecerũt sil'r: vt p3 in oblatione primitiuorũ in lege veteri. Alter vero obtulit de adipib⁹ gregis sui/ vc3 Abel. Respondetur quo ad primam partem hoc factũ fuisse eo q̃ pctm̃ primũ fuerat cõmissum per esum fructus vetiti. Ut ergo tyriaca.i. salubris medicina fieret ex eo fructu ex quo venenũ mortiferũ peccati pdierat: conueniẽs fuit vt antiquitus oblatio fieret domino ex fructibus/ siue nomine primitiarũ/ siue alias. Modo autem non dãtur primitie in ecclesia Christi: sed loco earum fiunt oblationes siue de argẽto/ siue de pane aut vino/ siue etiam de luminaribus seu candelis. Decime vero adhuc in noua lege obligant. Nã vt dicit de Pal. dantur hmõi decime in memoriam obligatiõis ad decẽ precepta decalogi. Et quia illa semper obligãt: ideo etiam decime semper manere debẽt. Quãtũ autem ad oblatiõnẽ Abel que consistebat in animalib⁹ pinguib⁹: si queratur cur talia obtulerit: dicendum q̃ pter tria. Primo q̃dem ad remissionẽ peccati qd inchoatum fuerat per diabolũ in specie aĩalis.i. serpentis. Secũdo vero pter copiam. Erat enim pastor ouiũ: ⁊ ideo habuit bonã opportũitatẽ offrendi aĩalia. Tertio autẽ propter figurã. Nam sicut in propria persona pfigurauit Christum: ita ⁊ in oblationibus et sacrificijs suis: vt dicetur sub

sensu allegorico.
¶Moraliter qui vult oblationem gratam et acceptã offerre dño: debet tria obseruare. Primo debet esse in se bonus instar Abel: ad quẽ primo respexit dñs: deinde ad munera eius. Nam vt dicit glos. interli. dominus mentẽ offerentis nõ oblationẽ attendit: que illi nõ placet nisi ex mundicia mentis. Secũdo debet offerre primogenita .i. referre in deũ primam conceptionẽ et propositum bene agẽdi: quia sufficiẽtia nostra ex deo est: vt habet ii. Cor. iii. Et per cõns in ipsum referenda. Tertio debet talis offerre deo pinguiora .i. meliora opera: qualia sunt opera supererogationis/ et abundantis charitatis. Et ista duo notant per hoc qꝫ legitur Abel obtulisse dño de primogenitis gregis sui: et de adipibus eorum. Econtra autem illorũ oblatio minime placet deo q̃ habẽt totum cõtrariũ his que diximꝰ. Sunt enim in se mali/ et p cõns non nisi difficult exaudiri possunt/ ac eorũ oblationes a deo acceptari. Esa. j. Quo mihi mltitudinẽ victimarũ vestrarũ? dicit dñs. Plenus sum. Holocausta arietũ/ et adipẽ pinguiũ/ et sanguinẽ vitulorũ/ et agnorũ/ et hircorũ nolui. Cuius rationem postea assignat dñs cum subdit dicens: Manus vestre sanguine plene sunt. Talis erat Cain/ qui a deo reprobatus erat. Item tales offerũt deo cõmuniter de peiori: reseruantes melius sibi. In hoc imitãtes Cain/ qui obtulit domino munera de fructibꝰ terre: reseruans sibi animalia. Ratione ergo munera Abel/ per quem significantur iusti/ placent deo. Econtra vero munera Cain per quem mali designantur/ eidem displicent. Et hoc est qđ Prouerb. xv. dicit: Victime impiorum abominabiles domino: vota autem iustorum .i. oblationes eorũ/ placabilia domino.
¶Uel dic in eodẽ sensu moralı qꝫ sicut Cain obtulit domino spicas corrosas secundũ Aug. Abel vero de primogenitis et melioribus animalibꝰ gregis sui: ita hodie aliqui offerunt deo senectutem suam: quando scilicet nõ possunt vlteriꝰ peccare. De q̃bus cõqueritur dominus dicẽs in psal. Dederũt in escam meã fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Alij vero offerunt dño primogenita sua/ id est initium vite sue: et tales melius agũt: quia vt habetur Threno. iij. Bonum erit viro. etc.
¶Allegorice. Per abel q̃ obtulit dño de melioribus pecoribꝰ: fuit Christi passio pfigurata: in qua ipse obtulit optimum sacrificiũ: scilicet corpꝰ suum et sanguinem in ara crucis pro nobis peccatoribꝰ. Et sicut respexit dñs ad Abel/ et ad eius munera/ immittendo ignem de celo super hmõi munera in signũ acceptationis: ita etiã sacerdos in missa orat ipsum dñm vt dignetur inuisibiliter respicere hmõi diuinũ sacrificium: et ipsum ad remissionem peccatorũ acceptare/ dicẽs: Supra que propitio ac sereno vultu respicere digne-

ris, et accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel. Uel dic q tūc respexit dñs ad Abel, et ad munera eius: quādo facta sunt inaudita signa et prius inuisa sup Christū dū penderet in cruce. Nam vt legitur Matth. xxvij. cū emisisset spiritū: mox velum templi scissum est i duas ptes a summo vsq deorsum. Terra mota est, et petre scisse, atq monumenta aperta. Sol etiā obscuratus est, et huiusmodi.

¶ Allegorice. Per cain q obtulit de fructib9 terre munera dño, signatur idē xps: qui obtulit optimū fructū deo patri: et munus valde patri accēptū. Pmōi autē fructus fuit preciū nostre redēptionis: de quo Gabriel ad Uirginē: Benedictus fructus ventris tui. Luc. j. Sed sequēs clausula in qua dicit: Ad Cain et ad munera eius non respexit dominus: non videt bene coherere precedēti. Quis enim sane mētis diceret deum patrem non respexisse ad filium suū patiētem in cruce? Maxime cum ille clamans in ipsa cruce diceret illud psal. Deus de9 meus respice in me. Et alibi. Respice in faciem Christi tui. Dicēdum ergo q hec secūda clausula allegorice sūpta: accipiēda est non secundū rectū iudiciū: sed potius secundū iudiciū erroneū iudeorum, q fal so reputabāt Christum purū hominē etiā peccatorem, et a deo patre derelictū: ita vt diceret q ad Cain. i. ad xpm, et ad mūera eius. i. bona opera, non respexit dominus. Quod vtiq falsū est et errore plenū.

¶ Anagogice. Oblatio Abel est oblatio illa sanctissima altaris quam offert sacerdos in missa toti trinitati dicēs: Suscipe sancta trinitas hanc oblationem quam tibi offero in memoriā passionis domini nostri Jesu Christi, et presta vt in conspectu tuo placens ascendat, et meam. etc. De hac etiam oblatiōe loquitur sacerdos siue diaconus ad populū in die festo in fine misse dicens: Ite missa est, supple sacra hostia i celum, vt appareat vultui dei pro vobis. Heb. ix.

¶ Quarta clausula.

¶ Iratus est Cain vehementer: et cōcidit vultus eius. Dixitq dominus ad eū. Quare iratus es, et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Sin autē male: statim peccatū tuum in foribus aderit? Sed subter te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.

¶ Historialiter. Postq in pcedēti clausula descripsit Moyses distinctionē Abel et Cain qtum ad mores eorū: hic consequenter describit eorūdem distinctionē quo ad fraternam cōuersationē, cū subdit: Iratusq est Cain vehement(supple cōtra dominum) eo q respexisset ad Abel, et ad munera eius: immittēdo ignem de celo qui cōsumpsit totā oblationē suā, in signū q esset illi acceptus vna cum oblatione sua. Nō autem sic respexerat ad eum, nec ad munera eius.

Nō enim viderat simile signū de celo super oblationē suam: quale viderat sup oblationem fratris sui. Unde ex hac occasione secuta sunt duo peccata in ipso Cain / sed totū ex malitia sua. Primū fuit ira aduersus deū: eo q non tantū fecisset pro se sicut pro fratre suo. Secundum inuidia aduersus fratrē suū / in cui⁹ rei signum concidit facies illius: prout ei improperauit dñs. Tristitia nēpe q̄uis sit interior passio: facile tamē apparet exterius ex deiectione vult⁹. Unde dominus qui scrutatur corda: et pbat renes: certissime cognoscēs vtrūq malū esse in Cain: de vtroq eū redarguit: ꝛ primo de ira tanq̄ de grauiori delicto / ꝛ dixit ei: Quare iratus es? scilicet tam irrationabiliter contra me? cum tamen potius deberes recognoscere restum tuum quē aduersum me cōmisisti offerēdo mihi deteriora de quib⁹ parū aut nullo mō curabas: tibi meliora reseruando. Aduertat tamē lector q null⁹ irascitur proprie contra deū secundū se: sed bene in effectibus suis. Secūdo redarguit eū de inuidia: cum subdit: Et cur concidit facies tua? Nā vt dicit Petrus in historia schola. Concidit vultus Cain pre verecūdia: vidēs minorē sibi prelatū: et a deo magis dilectum. Nam hec est pessima inuidi conditio q nō potest recte respicere illum cui inuidet. Unde de Saul legit j. Reg. xviij. q nō rectꝭ oculis aspiciebat dauid. Ualde enim illi inuidebat propter ingentē laudem quā acquisierat ex occisione ꝛ victoria Goliath. Patet ergo q̄ benigne locut⁹ est dñs ad Cain: eo more quo cū primis parentibus loq̄batur / scꝫ p subiectā creaturā / velut eorum socius / vt dicit Beda. Que autem esset illa subiecta creatura per quam loq̄batur dñs ad Cain ꝛ alios: hoc beda non declarat. Et reuera fuit magna ingratitudo ꝛ malitia in ipso Cain / qui cū videret se tā benigne exteri⁹ admoneri a domino / nihilominus deliberatū scelus in necando fratrē impleuit.

¶ Dixit q̄ ei dñs / quasi eū admonendo vt desisteret a cōcepta ira et inuidia: Quare iratus es? Ac si aperte diceret illi dñs: Certe de hoc nō habes causam. Et cur cōcidit vultus tu⁹? cū potius deberes esse hilaris congratulando bono fratris tui. Et subdit causa cū dicitur: Nōne si bene egeris / fratrem tuū diligēdo: recipies? supple a me mercedē / qui hoc precipio. Sin autem male / scilicet dictū fratrem odiendo ꝛ persequēdo: statim in foribus peccatū tuum erit / siue aderit. i. ita patēs erit id sicut ea que ponūtur in ostio. Unde et secundo Metap. philosophus loquens de notitia primorum principiorū que sunt omnibus nota: dicit: in forib⁹ quis delinquit? vel sic: In foribus peccatum tuum erit: scilicet per cōdemnationem. Olim enim iudices in forib⁹ sedere solebāt. Unde Ruth. iiij. dicit: Abiit booz ad portā / ꝛ sedit ibi. Uel sic: in foribus aderit peccatū

tuum .i. pena peccati que est re: morsus conscientie / virtutem sanitoris obtinebit: quia intrantem ad meditandum / et exeuntem ad operandum occupabit / secundum quod dicitur in ps. Custodiat introitum tuum et exitum tuum. Vel sic: In foribus .i. in intellectu per cognitionem / et in voluntate per desiderium exeundi ad actum quasi per ianuas nisi coerceat: erit peccatum tuum. Istos quatuor sensus ponit dominus Petrus de Pal. in postilla sua. Veruntamen potest quilibet peccatum suum coercere si voluerit ad hoc penam apponere. Unde sequitur: Subter te (inquit dominus ad Cain) erit appetitus eius / scilicet peccati / ne procedat in consensum: et tu dominaberis illius (ne scilicet procedat in actum. Dominaberis inquam per liberum arbitrium a me tibi datum / et per meum adiutorium siue auxilium quod numquam tibi negabitur nisi prestiteris impedimentum. vel sic: Subter te / id est sub ratione et voluntate erit appetitus tuus / sensitiuus: vt scilicet reguletur per rectam rationem: et tu dominaberis illius / vt ipsum cohibeas si vis: quia nullus peccat nisi volens.

¶ Dubitatur de sensu illius vltimi dicti dei ad Cain: Subter te erit appetitus tuus / et tu dominaberis illius. Huic enim dicto videtur contrauenire illud verbum apostoli Ro. vii. dicentis: Non quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum hoc facio. Super quo dicit quedam glo. quod hoc contingit propter motum sensualitatis. Sed reuera nulla est inter predicta contrarietas. Absit enim vt seruus contradicat domino suo. maneat ergo verbum domini verum in se: et modificetur verbum discipuli. Pro quo notandum quod in statu nature corrupte propter illius corruptionem non potest homo omnes motus inordinatos sensualitatis impedire: potest tamen singulos: scilicet hunc et illum: sed non omnes collectiue. Et est simile in hoc sicut de venialibus: ad que tam proni sumus in statu nature destitute: quod non possumus omnia vitare. Nam frequenter accidit quod dum vni resistimus / in aliud labamur. Et in hoc experimur magnam fragilitatem nostram atque miseriam.

¶ Moraliter quam primum quis peccauit: peccatum eius debet in foribus et signanter in porta oris adesse per venie imploratione. Sic ei egit Dauid post commissum a se adulterium cum ad vocem Nathan eum reprehendentis ait: Peccaui domino. Propter quod dixit ad eum propheta ex parte domini. Dominus inquit transtulit peccatum tuum a te. ii. Reg. xii. Ecce quam prope ianuam erat peccatum Dauid vt cito expelli posset. Item debet in porta adesse per oris confessionem: vt scilicet per confessionem expellatur quantocius de secreto cordis. Talis tamen festinatio non est de necessitate salutis: sed tantum de bene esse: nisi in certis casibus. Vel etiam dic quod quam primum quis contumeliam siue opprobrium aut simile dixit proximo suo: statim peccatum illius debet

in foribus adesse per reconciliationem cum primo quem lesit. Et vt dicit Augustinus in regula de cōmuni vita clericorum: Nō pigeat ex ipso ore proferre medicamenta vnde facta sunt vulnera.

¶ Moraliter etiam notādum quod peccatū tunc in foribus adest quando quis tentatur ab extrinseco / siue a diabolo / siue a mūdo / siue ab aspectu incauto. Nulla enim talis tentatio polluit mentem / nisi aliud ponatur: quia teste Grego. tētatio nō est peccatum: sed materia exercende virtutis. Itē Bernard. in quodam sermone quadragesimali. Potest inquit inimicus excitare tētationis motum: sed in te est si volueris dare vel negare cōsensum. Unde ps. Si mei non fuerint dominati / supple demones ad peccatum me trahendo: tunc immaculatus ero. Tunc vero peccatū de foribus intrat domū cōsciētie: cū illi cōsentit. Et tunc verificat illō Hiere. ix. Ascendit mors per fenestras vras: ingressa est domos vras.

¶ Allegorice. Multorum peccata hodie occultātur: quae tandem in foribus aderunt: quando scilicet deus cuncta que fiunt adducet in iudiciū: vt habetur Eccles. xij. Et Luc. xij. Nihil opertum quod nō reueletur / neque absconditum quod non sciatur. Quoniam (inquit Christus) que in tenebris dixistis / in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Nam vt habetur Apocal. xx. In ipso iudicij die libri aperientur coram iudice Christo / id conscientie singulorum / et iudicabuntur mortui ex iis que scripta erunt in libris secundum opera ipsorū. Et tūc qui bona egerint / recipiēt: supple mercedē eternā. Sin aūt male: statim peccata eorum in foribus aderit.

¶ Anagogice. Peccatum est tante grauitatis quod ipsum in principio non potuit sustinere celum / sicut patuit in primo angelo: quo per superbiā peccante / mox eius peccatum in foribus paradisi affuit: vt ipsum inde perpetuo extraheret: et in abyssum pertraheret. Quinimmo si etiam hodie aliquis beatorum spirituum seu etiam aliquis sanctorum patriarcharū: prophetarū: aut apostolorum: per impossibile mortalit peccaret: stati peccatum illius in foribus paradisi adesset: vt auctorem suū inde extraheret: quia vt scriptum est Apocalyp. xxj. Nihil coinquinatum aut abominationem faciens potest illic intrare aut habitare. Unde ps. ad dominum loquens ait. Nō habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos / id est ante claritatē tue essentie visionē. Scriptū nēpe est Esai. xxvj. Tollatur impius: ne videat gloriā dei.

¶ Quinta clausula.

¶ Dixitque Cain ad

Abel fratrē suū. Egrediamur foras. cūque essent in agro / cōsurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel: et interfecit eum.

¶ Historialiter post quam in precedenti clausula descripsit Moy=

fes affectum malum. Cain adversus fratrē suū Abel / tū qr iratus: tū qr ei inuidit: descripsit etiā reprehensionē illi⁹ iustissimā dño: hic cōsequēter tāgit effectum malum qui secutus est ex precedenti malo affectu: quia effectus malus nō potest sequi nisi ex affectu malo: eo φ actus exterior denominatur mal⁹ a malitia actus interioris. Unde Matt. vij. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Nec econtra arbor bona fructus malos facere. Peccauit aūt iste Cain tripliciter: vcʒ cōtra primū: contra deū: contra seipsum.

¶ Primo igitur peccauit contra proximum: quia cōtra fratrem suum: ꝛ hoc iterum tripliciter. Primo quidem per dolosam inuitationem dicens ei. Egrediamur foras. Uoluit enim eum trahere foras: scilicet ab aspectu hominum vt opportunius ipsum interficeret: ita vt non esset qui succurreret siue obuiaret fratricidio. Dicunt tamen doctores φ predictum verbum egrediamur foras / non habetur in hebreo. habetur tamen in trāslatione nostra nobis a Hieron. tradita: vt patet intuenti textum. Secundo peccauit per iniuriosam locutionē: de qua etsi non fiat mentio in textu: dicit tamē Hiero. de hebreis questionib⁹: φ subintelligēda est. Verisile ergo est φ dixerit fratri suo cū essent soli / aliqua verba iniuriosa. vñ scdm Petrū comestorē dixit ei verba dñi increpātis: querēs occasiōes occidēdi eū: sicut cōiter facere solēt viri malitiosi ꝛ brigosi aduersus simplices ꝛ innocētes. ps. Cum his qui oderunt pacē / erā pacificus. Tertio peccauit per violentā oppssionē: qr cū essent in agro cōsurrexit aduersus fratrem suū abel: ꝛ interfecit eū. In qb⁹ verbis notanſ tria q̄ aggrauauerūt culpā Cai. Pmū fuit: sed⁹ nature: qr fratrē. Scdm sed⁹ pietatis: qr suū. Tertiū fedus gře: qr abel: qui supple iustus erat: ꝛ p cōsequēs nō occidēdus. Sed hui⁹ triplicis federis in hoc solo verbo interfecit eū / notaſ violatio. Ptʒ ꝙ quō ꝛ ꝙ grauiſ peccauit Caī ꝯtra primū suū. Circa hūc autem textū possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primū igiſ dubiū. Ubi interfecit cain abel fratrē suū? Ad hoc rñdet petr⁹ comestor φ i cāpo damasceno: voi trāslat⁹ fuerat adā cū eiect⁹ fuerat de paradiso: iuxta quē etiā postea ipse cū vxore sua eua sepultus est i spelūca duplici: vt dictū est supra. ibi etiā sepultus fuisse crediſ ipse abel: ꝓpter quē prio terra apta fuit. Uñ ꝺ eo dici solet φ violauit auiā suā. i. magnā matrē: scʒ terrā.

¶ Scdm dubiū. Qñ īterfecit Cain fratrē suū? Rñsio. De hᷦ nihil certū hēm⁹: nisi diuinare velim⁹. Uerisile tñ satis est φ tale scelus ꝑpetratū fuit feria sexta: ꝛ hora circiter nona: vt sic ꝑitas cōsideraret figure. Satis em̄ cōstat φ i morte Abel prio ꝑfigurata fuit xp̄i passio. Cū ꝙ ipe xp̄s passus sit morte feria sexta: ꝛ hora circiter nona / vt hᷓ Matt. xxvij.

conſequens eſt dicere ſaltem probabiliter ſimili die ⁊ hora ipſum Abel fuiſſe occiſū a fratre ſuo Cain.

¶ Tertium dubium: cuiꝰ etatis erat Abel quando interfectus eſt a fratre ſuo? Circa hoc eſt duplex opinio. Pria eſt methodij martyris: quam recitat magiſter hiſtorie ſcholaſtice ſuper Gene.c.xxv. quam etiam iam ſuperius recitauimus: que ponit ꝙ anno Adam cxxx. Cain occidit Abel: put idem Methodius aſſerit ſibi diuinitꝰ fuiſſe reuelatum cū eſſet in carcere. Addit etiam idem Methodius ꝙ Adam ⁊ Eua fleuerunt mortē Abel cētum annis. Locus autē in quo luxerunt eum, dictꝰ eſt vallis lachrymarum: que eſt iuxta hebron. Secūda opinio tenet probabiliter Abel fuiſſe occiſum a fratre ſuo anno etatis ſue.xv. mox ſcʒ puberē factum quādo ſcʒ primo potuit generare. Uirgo tamen mortuꝰ eſſe creditur. Nec eſt veriſimile vt dicit hec opinio reprobando primam: ꝙ tandiu vixiſſet Abel ſcʒ centum annis nō implēdo illud diuinum preceptū Creſcite ⁊ multiplicamini. Gene.j. Poſſet tamen dici defendēdo priorē opinionem ꝙ ipſe ex ſpeciali inſtinctu ſpūſancti tanto tēpore continuerit: ſicut leguntur feciſſe aliqui ſancti patres in veteri teſtamento: vt helias: hieremias: Daniel: ⁊ ſocij eius. Et ſic ptʒ de etate Abel quam habebat quando interfectus eſt. De forma aūt dicte occiſionis nihil inuenitur.

¶ Quartum dubiū. Utrū Abel colendus ſit ab eccleſia tā ꝗ̄ martyr? Uidetur ꝙ non: qr non fuit pro fide occiſus. Rñdet ꝙ realiter fuit martyr: qḋ etiā approbat xp̄s Mat.xxiij. vbi loquēs iudeis ait. Ecce ego mitto ad vos prophetas et ſapientes ⁊ ſcribas, ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: ⁊ perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſuper vos oīs ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram a ſanguine Abel iuſti vſqʒ ad ſanguinem Zacharie ⁊c̄.

¶ Pro quo notandū ꝙ martyres ſunt in multiplici differētia. Primi ſunt illi ꝗ ꝓ fide xp̄i ſuſtinenda ſubeunt mortē: vt Petrus. Paulus. Uincentius ⁊ ſimiles. Et tales merito poſſunt dicere ad dñm illud pſal. Propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus: ſupple a tyrannis ⁊ hoſtibus vere fideū: ſicut oues occiſionis .i. non plus eſtimauerunt mortē noſtrā ꝗ̄ carnifex mortē ouiū. Secundi ſunt qui ſubeūt mortem pro defenſione legis diuine: vt Maccabei: qui ne violarent legem dei, potiꝰ elegerunt mortē crudelem ꝗ̄ comedere carnes porcinas.ij. Maccabeorū.vij. Uñ de vnoquoqʒ tali canit eccl̄ia. Iſte eſt ꝗ ꝓ lege dei ſui certauit vſqʒ ad mortem. Tertij ſunt qui ſubeunt mortem pro defenſione iuſtitie ⁊ equitatis: prout admonet ſcriptura eſſe faciendum Eccli.iiij. dicēs. Uſqʒ ad mortem certa pro iuſtitia. Et talis martyr fuit beatus Io.

baptista: qui eo qꝫ reprehēdisset herodē de incestu/ dicēs: Non licet tibi habere vxorem fratris tui philippi: capite truncatus est. Marci. vj. Quarti sunt qui subeunt mortem pro defensione iurium ꝛ libertatum ecclesie. Et talis martyr fuit beatus Thomas cantuariensis archiepiscopus.: de quo canit ecclesia in collecta de eodem. Deus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit. Quinti sunt qui subeunt mortem pro operibus pietatis exequendis. Et tales martyres fuerunt Sixtus papa: ꝛ Laurentius eius archidiaconus: qui thesauros ab imperatore Philippo iuniore fidei sue commissos pauperibus erogantes/ comprehensi sunt a decio qui imperium inuaserat: ꝛ crudeli morte ab eodem interempti. Sexti sunt qui subeunt mortem ex mera inuidia: scilꝫ propter testimonium sanctitatis sue diuinitus ostensum. Et talis martyr fuit Abel: cui inuidēs frater eius Cain eo qꝫ munera sua placuissent dño: vt p ignē desursum sup ea descēdētē manifeste ostēsum fuerat: occidit illū. Patent ergo sex differentie martyrum: sub quarum sexta continetur martyrium Abel. Patet ergo resolutorie qꝫ est ab ecclesia tanquam verus ꝛ indubitatus martyr venerādus. Et sic patet de sensu historico presentis clausule.

¶ Moraliter ꝛ primo Cain qui monet fratrem suū egredi foras/ vt eum interficiat: significat diabolum: cui non sufficit qꝫ homo peccet in conclaui cordis sui: verum etiam illum quantū potest extra ꝛ in publico trahit: ꝛ illum ibi peccare facit: tum vt grauius peccet: tum vt plures suo damnabili exēplo ad peccandum prouocet. Dicit ergo diabolus peccanti occulte/ ꝛ in secreto cordis sui Egrediamur foras: id est: quod conceptū est in mente: extra prodeat ꝛ ostendatur in opere. Uel egrediamur foras. i. ab aspectu hominum: ne scilicet effectus mali propositi impediatur propter humanū timorem siue verecundiam: quia vt dicit Sen. ad lucilium scribēs epistola. ix. Magna pars peccatorum tollitur si peccaturis testis assistit.

¶ Moraliter ꝛ secundo Cain est mundus seu homines mundani/ qui alios inuitāt ad mūdana solatia: puta ad choreas et spectacula omni spurcitia plena. Et de huiusmodi inuitationibus habes plene Sapiē. ij. Ab illis autem summe cauēdum est: prout bene admonet Salomon Prouer. j. dicēs. Fili mi si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Si dixerint tibi: Ueni nobiscum/ insidiemur sanguini. i. morti alterius: abscondamus tendiculas contra insontem ꝛc. Sequitur. Fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuū a semitis eorum. Pedes enim illorū ad malum currunt: et festinant vt effundant sanguinem. Hec Salomon vbi supra.

¶ Moraliter et tertio. Ager est mundus presens: Abel iu-

stus ⁊ innocens: Cain vero ho
mo peccator et imbutus mul-
tis malis: cui non sufficit pro-
pria malitia, et damnatio fi-
nalis: nisi etiam secum tra-
hat iustum et innocentem: di-
cens ei. Egrediamur foras,
scilicet relinquendo vitam bo
nam: ⁊ sequendo malam. Cū-
q̄ iustus ⁊ innocens secutus
fuerit eum: statim interficit
ipsum spiritualiter: quia vt di
cit Augustin⁹, ⁊ recitatur de
penitē. dist. j. ca. noli putare.
si fratri tuo mala persuades:
occidis eum. Hinc etiam Ber
nard. ser. iij. in epiphania do-
mini. Herodiana inquit mali
tia: ⁊ Babylonica crudelitas
est: nascentem velle extingue
re religionem: ⁊ allidere par-
uulos Israelis ad petram scā-
dali.
¶ Moraliter ⁊ quarto multi
peccatores sunt similes Cain
qui vel non credunt deū om-
nia scire: omnia videre: aut cū
ctos gressus hominis dinume
rare. Aut si ita credunt: plus
tamen reuerentur aspectum
⁊ presentiam hominū q̄ dei.
ppt q̄d secretiora loca ad pec
candum sibi querunt ⁊ eligūt
dicentes cum Cain: Egredia-
mur foras. Hinc Beda super
hoc passu. Hic inquit perfi-
dia Cain demonstratur: eo ꝙ
occisur⁹ fratrem, ipsum foras
ducit, quasi in loco secretiore
diuinam possit declinare pre-
sentiam: non recogitans nec
intelligens quoniam occulta
cordis sui que redarguit no-
uerat.
¶ Allegorice. Per hanc histo
riā recte prefigurata fuit chri
sti passio. Pro quo notandum
ꝙ Cain est populus iudeorum
q̄r vterq̄ malus et crudelis.
Abel vero Christus: quia vter
q̄ simplex: iustus: ⁊ rectus. A-
bel obtulit domino de primo-
genitis et pinguioribus ani-
malibus in sacrificiū. Et Chri
stus qui est primogenitus in
multis fratribus: vt habetur
ad Ro. viij. obtulit se totū pa-
tri in cruce pro nobis in salu-
tem. Abel foras occisus est a
fratre: et Christus extra por-
tam passus est. Hebre. xiij. itē
Joan. xix. Baiulans sibi crucē
exiuit in eum qui dicitur cal-
uarie locum. Abel durum et
crudele genus mortis perpes
sus est. Christ⁹ autem clamat
dicens illud Threnorum. j.
Attendite ⁊ videre si est do-
lor sicut dolor meus. Abel a
fratre occiditur: et xp̄s a di-
scipulo traditur, atq̄ a iudeis
fratribus suis secundū carnē
crucifigitur: saltē a ministris
pilati ad ipsorum instantiam.
Modo satis facit qui per al-
terum facit. Nec minus exco-
riat qui pedē tenet q̄ qui pel
lem tollit.
¶ Mystice Cain ⁊ abel signi-
ficāt duo gn̄a populorū: sc3 iu
deos ⁊ christianos: ⁊ hoc quo
ad multa. Primo nēpe in obla-
tione. Cain enim obtulit obla
tionem domino de peioribus
bonis que habuit. Abel autē
econtra de melioribus. ita iu-
dei offerunt deo sanguinem
animalium: puta vitulorum:
agnorum: arietum: hircorum:
taurorum: ⁊ huiusmodi. chri-
stiani vero, saltem sacerdotes
pro toto populo offerunt deo

patri corpus et sanguinē agni immaculati in sacramēto altaris. De quo in ps. Sacrificiū laudis honorificabit me. Secūdo in psecutione. Cain enī psecut⁹ ē Abel fratrē suū: ita et populus iudeorum persecutus est valde acriter in primitius ecclesia populum fidelē: prout acta apostolorū aperte declarāt. Nec profecto cessaret eorum rabies si opportunitas eis daret. Propter qd de hoc cōqueritur pia mater ecclesia dicēs. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Tertio in exclamatione. Sanguis enim Abel clamauit de terra vindictam ad dominum contra Cain fratrem suū. Sic et sanguis siue persecutio populi Christiani quam patitur interdum a iudeis: vbi scilicet illi sunt fortiores: clamat vindictam ad dominū contra eosdem saltem obstinatos. Et hoc est quod loquitur ad dominū ps. dicēs. Ultio sanguinis seruorū tuorū qui effusus est: introeat in conspectu tuo.

¶ Mystice et secundo secundū dominū Petrum de Pal. per Abel designat sacramētū altaris: p Cain vero ille q eo sumpto in die scto pasche egredit in agrū.i. ad voluptatē mūdi: vt ingurgitet se ipso die cibis et potibus: vel etiā ducat choreas et vacet saltib⁹ et plurimis vanitatib⁹ significāter post cenā: ita vt merito illi improperari possit id qd improperauit dns Cain: Ubi est Abel frater tu⁹ id est xps: q vocat nos fres suos: vt patz Jo.xx. vbi apparēs marie Magdalene post suā resurrectionē: dixit ei. Uade ad fratres meos: scilz aplos. Dicit etiā Aposto. Hebreo.ij. q nō cōfunditur eos vocare fratres dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.

¶ Anagogice. Cain sceleratissimus hominū designat luciferum nequissimū spiritū: qui egressus foras celum: descendit i agrū paradisi terrestris. Ibiqz surrexit aduersus fratrē suū Abel.i. hominē primū qui recte pōt appellari frater eius: qz ab eodē pre deo pductus. Sed quō cōsurrexit aduers⁹ dictū fratrē: Profecto medio vxoris sue. Nā cū illam decepisset statim p eā tēptauit innocētissimū Abel.i. hominē primū q prius erat tot⁹ innocens. Eū autem finaliter in dicto agro spūaliter occidit qñ ipsum ad peccatū p Euā traxit. Anima inquit dns Ezechi. xviij. que peccauerit ipsa morietur. Hec est vera mors quā parum timent homines.

¶ Sexta clausula.

¶ Ait autē dñs ad Cain. Ubi ē Abel frater tu⁹? Qui ait: Nescio. Nūqd custos fratris mei sum ego?

¶ Historialiter. Postqz in precedenti clausula Moyses egit de proditiōe nequissimi Cain aduersus fratrē suū abel: atqz de crudelitate eiusdē aduersus eūdē: hic cōsequēter agit de gratiosa dei interrogatiōe et eiusdem Cain mēdosa atqz proterua responsione. Primū ibi. Ubi est Abel etc. Secundū ibi. Nescio. Tertium ibi. Nunquid custos etc.

¶ Primo igitur agit Moyses de gratiosa dei interrogatiōe qui postq̄ Cain occidit fratrē suū: interrogauit eū per subiectam creaturā gratiose ⁊ benigne dicēs: Ubi est Abel frater tuus? Hec tamē interrogatio nō erat ignorātis: sed ad penitentiā inuitātis: sicut ⁊ illa de qua supra Adā vbi es? De multis etiā dn̄s interrogat: nō qr ignorat: sꝫ vt aliqd scire faciat sicut patuit de lazaro mortuo de quo iterrogauit iudeos dicens: Ubi posuistis eū? Jo.xi. Nā per hoc voluit dare intelligere ꝙ ipse nescit sciētia approbatiōis statū peccatoris q̄ est spūaliter mortuus: iuxta illud Matthei.xxv. Nescio vos. Ipse em̄ tantū nouit: scꝫ notitia approbationis: q̄ sunt eius saltem scdm̄ presentē iustitiā. Multi enim sunt eius secūdū finalē illi⁹ ordinationē: quorū vitam non approbat semp: qr possunt interdū esse in peccato mortali: sicut patuit de Dauid / Petro / Paulo / ⁊ similib⁹.

¶ Scdo agit Moyses de mendosa Cain respōsiōe: cū ait ad dn̄m. Nescio: scꝫ vbi sit frater meus: cū tamē nulla aut breuissima interuenisset tēporis mora inter fratris occisionem et dei interrogationem: et ita bene nouerat vbi Abel frater suus mortuus iacebat. Sꝫ forsan possent aliq̄ excusare Cain a mendacio: quia cum frater suus esset mortuus / nesciebat vbi habitaret illius aīa: Quis bene nosset vbi cadauer illius mortuū iaceret. Prope autē hunc dicēdi modum voluerūt nōnulli palliare negationē petri dicentis de Christo ancille eū interrogāti. Nō noui hominem: supple purū: sed bene noui deum ⁊ hoīem: de quo etiā testatus sum prius dicens: Tu es Christus fili⁹ dei viui. Matthei.xvj. Sed talibus respondendum est ꝙ terminis vtendū est vt plures. Precipue autem ipse Cain tenebat respondere dn̄o ad intentionē illius: de qua eidem satis cōstare poterat ex forma iterrogatiōis. Interrogabat nēpe eum non quasi ignarus vt ab eo aliqd disceret: sed vt tanq̄ reum puniret: vt dicit interli. Debuit ergo illi humiliter respondere fatendo veritatē / ⁊ implorādo mīam et gratiā. Ipse vero ecōtra mendose respondit dicens: Nescio: addens mēdaciū fratricidio. insup satis rusticaliter respondit cū ait (nescio) nil plus addens: cū tamē iustissime debuisset addere (dn̄e) quod tamen nō addidit: sicut neq̄ in correctis libris habet.

¶ Tertio agit Moyses de presumptuosa ⁊ temeraria eiusdē Cain responsione cū addidit. Nunqd custos fratris mei sum ego? Ac si aperte diceret iuxta vulgarē sermonē: iniuste q̄ris a me vbi sit frater me⁹: cuius me custodē nō fecisti: tāq̄ esset mihi inferior: cum ipsum mihi pretuleris quasi maiorē. In hac etiā respōsione sicut ⁊ in precedenti mēdose locutus est Cain ad dn̄m: quia a parte rei custos fratris sui esse debuerat vt eū a periculo mortis seu quouis graui periculo vbi immineret liberare teneretur toto posse suo etiā scdm

legem nature/conformiter ad id qd scribit Eccli.xvij. vbi dr Unicuiqz mãdauit deus de pximo suo. Itẽ conformiter ad illud. j.Tim.v. Si quis suorũ et maxime domesticorum curam nõ habet/fidẽ negauit: et est in fideli deterior. Insup vsitat9 modus in domestica politia est qz frater maior sit tutor et custos iunioris: vt ipsum preserues ab ingruentib9 malis. Erat ergo optimo iure Cain custos fratris sui: qd tñ supbe et arroganter dño negauit dicens: Nunqd custos rc. Ceterum Cain ex pbis suis fallebat seipsum: cũ estimaret se posse fallere deum occultando ei suum fratricidium: quasi non credens deum occultorũ esse cognitorem.

¶ Moraliter notãdum cõformiter ad petrũ de pal. iuxta illud verbũ: Nunquid custos fratris rc. qz qlibet debet esse solicitus de salute fratris sui tam spũali qz corporali. Alioquin habet vocem Cain in ore et dicit: Nunqd custos fratris mei sum ego? Unde Andreas a Christo vocatus: secutus est eum: vt sciret vbi habitaret. Postea autem reuersus est: et adduxit Petrũ ad dñm. Jo.j. Item Philippus ab eodẽ xpo vocatus/vocauit Nathanaelẽ vbi supra. Hic Apoc. vlti. Qui audit dicat/ veni. In cuius figurã legitur Exo. xxvi. item xxxvj. qz cortina cortinã trahebat. Propterea etiã Mat.x. loquit xps aplis suis dicens: Ecce ego mitto vos sicut oues in quibus scilz est mutua dilectio et cõpassio. Nam vt refert quidã/ouis videns aliã nõ valentẽ surgere ad pastum: stat inter eam et solem: vt obũbrãs eam refrigeret ipsam: et sic cõmodi9 illa ad pastum surgat. Uade et tu fac similiter: vt cũ ouib9 xpi ad dexterã illius statuaris ad obtinẽda pascua eterne viriditatis. Alia silitudo est de ceruis qui cũ habẽt transire fluuium magnũ/ mutuo se iuuant/in hunc modũ. Nã cũ quodã ordine incedunt: taliter qz secundus ponit cornua sua supra dorsum primi: et tertius similit sua supra dorsum secũdi: et sic deinceps. Cumqz primus sentit se nimiũ grauatum: relicto ordine suo descendit et efficitur vltimus: vt sic iuuet ab eo qui posterior erat Ecce quomõ bruta instruunt nos debere solicitari de nobis mutuo. Hinc Aposto. Gal.vj. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legẽ xpi.

¶ Allegorice. Christus secundum carnẽ frater est iudeorũ: eo qz inde descendit. secũdum corpulentã substãtiã: nõ tamẽ secũdum seminalẽ rationem. Sed ve illis/quia hunc fratrẽ suum occiderunt in agro.i.in monte caluarie. Hodie igitur si interrogetur Cain: id est iudaicus populus: vbinã sit frater eius Abel: id est Christus: rñdet se nescire dicens. Nunqd custos fratris mei sum ego?

¶ Mystice. Si interrogetur populus christian9 statim post pascha vbi est frat suus christus quẽ suscepit in sacramẽto altaris: profecto magna multitudo respõdere posset saltẽ facto et dicere cũ Cain. Nũqd

custos fratris mei sum ego? Quasi diceret nõ. Sed uidetur. Nã ipsum receptũ in mẽsa altaris debuit diligẽter custodire. Alias de omnib9 talibus merito poterit verificari illd.j. Regũ. xxv. Filij mortis estis:qui nõ custodistis dominum vestrũ regem.

❡ Anagogice. Cain est malus prelat9: Abel quilibet subditus. Cain ergo occidit fratrem suum Abel quando malus prelatus occidit malo exẽplo siue per negligentiam doctrine salutaris subditũ suũ:qz teste Grego. ⁊ recitat. xj.q.iij. ꝑcipue.prelati scire debent ꝙ si puersa vnꝗ perpetranti tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exẽpla transmittunt. In die ergo iudicij ipse dñs interrogabit Cain.i.malum ⁊ negligentem prelatũ dicẽs. Ubi ẽ Abel frater tuus?i.vbi est subdit9 tuus qui ⁊ frater tuus erat ꝓfessione xp̃iane religionis? Cui ille respõdere poterit ⁊ dicere cũ Cain. (Nescio) qz reuera multi prelati ignorãt vitam ⁊ mores subditorum suorũ:quia nõ fuerunt eorum custodes de facto:ꝗuis de iure tales eẽ debuissent. Ad hoc enĩ ordinati sunt sup populum:dicente domino cuilibet eorum illud.iij. Reg.xx. Custodi virũ istum:ꝗ si lapsus fuerit:erit aĩa tua ꝓ anima illius. Grauis ergo et periculosa sarcina animaꝝ est pro qua rigorosa admodũ exigetur ratio ab illo districto iudice xp̃o in extremo iudicio.

❡ Septima clausula.

❡ Dixitꝗ dominus ad Cain. Quid fecisti? Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

❡ Historialiter. Postꝗ in precedenti clausula descripta est mendosa ⁊ temeraria responsio Cain ad dñi interrogationem:hic consequenter cõuincitur a domino de mẽdacio et fratricidio cũ ait illi. Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ac si diceret. Factum tuũ est notorium:nec potest tergiuersatione celari:qz effusio sanguinis hoc indicat et prodit manifeste. Nec eget accusatore quod in euidẽti est Inde est/ vt dicit Petrus cõestor: ꝙ in ecclesia quorũdam mos est: etiã si nemo accuset pro sanguinis effusione suspecti in loco sacro trahuntur in causam: quia sanguis clamat. Qui si negauerint/ iudicio dei examinentur: et iuramento. Hec ille.

❡ Dominus autẽ de Pal. exponit hãc clausulam scdm̃ sensum literalẽ tripliciter. Primo sic. Uox sanguinis fratris ⁊c̃. quasi diceret. Licz tu cain nõ confitearis reatum tuum: tamẽ sanguis fratris tui effusus vicẽ clamantis habet:ideo non est opus confessione vel accusatione vt condemneris. Secũdo sic. Adeo euidens est factum tuum ac si clamaret. Unde glos. interli. Euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Tertio sic. Uox sanguinis. id est vox eorum de quorũ sanguine est Abel:scilz Adam ⁊ Eue lugẽ

tium crudelem mortem innocētis filij sui: clamat ad me de terra: in qua adhuc degunt. Nec certe solum vox predictorum clamat ad dominū: verū etiā vox angelorū. Refert eñ idem de Pal. de Aristotele q scripsit semel Alexandro imperatori in hunc modū. Caue imperator humanū effundere sanguinem: quia hoc soli deo conuenit. Ait enim Hermogenes philosophus q quādo creatura interficit creaturā sibi similem: tunc virtutes celorū clamant ad diuinam maiestatem dicentes: Domine seruus tuus vult tibi esse similis. Hec Aristote. Grāde igitur peccatum est et valde deo odiosum atq displicitiuum effundere absq causa rationabili humanum sanguinem: qd etiā inter peccata clamantia vindictam in celum cōnumeratur. Unde sepe cōpertum est ex corpore humano mortuo prodire sanguinē ad solam presentiā occisoris. Et quis huius rei nōnulli medici siue naturales phi laborauerint assignare causam naturalem: dicētes q sanguis hominis occisi qui forsan pro aliqua parte adhuc adiacet gladio occisoris aut vestimētis illius: naturaliter nititur attrahere ad se et sibi vnire sanguinē reliquum adhuc existentem in corpore mortuo: hec tamen ratio nullius videtur efficacie aut momēti: quonimo per eam magis deberet concludi q sanguis adhuc existens intra corpus mortuum deberet ad se trahere reliquū sanguinem effusum sup vestes occisoris et ecōuerso: eo q huiusmodi sanguinis communiter est in maiori quantitate. Oportet ergo ad hoc alias assignare ratiōes. Quod vt clarius ostēdatur: mouetur questio talis.

¶ Unde est q quādoq plage corporis occisi cruentant ad presentiā occisoris. Ad hāc questionē respōdet Egidius de roma quodlibeto. v. q̄sti. xxv. assignans post multa tres ratiōes. Prima dicit diuine puidētie. Forsan eñ dñs vult talē occisorē in penā sui scelers puniri etiā in pñti. Propter qd vt alijs innotescat: facit eū sanguinē fluere ad pñtiā occisoris: ita vt de tali homicida possit dicere qd olim dixit de Cain. Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Secunda ratio dr fallacie diabolice. Antiquitus eñ regnauit error aliquorum dicētiū aīas defunctorum habitare iuxta sua corpora. vt ergo ipse diabolus fallat hoies et inducat eos i pdictū errorē: facit fluere sanguinē a corpore occiso et mortuo: vt credāt hoc vidētes animā siue intra corpus adhuc existere: siue iuxta stare q moueat ipsum cruorē; et fluere faciat. Tertia ratio dr casualitatis. Nā spūs vitales corporis occisi qui forsan nō erāt adhuc omnino extincti: poterāt eque bñ producere sanguinē et huiusmodi corpore mortuo in absentia occisoris sicut in presentia illius. Qd ergo hoc fecerint ad illius presentiam: hoc casuale fuit. Et sic patz ad questionem.

¶ Moraliter dominus interrogans Cain quid fecisset/ designat confessorem: qui debet interrogare peccatorē sibi cōfitentē quid fecerit: et precipue si talis fuerit verecūdus Sunt enim multi qui pre verecundia non audent aperte clare et nude loqui i confessione: forsan hoc procurante diaboli malitia: qui per talē modum nititur impedire confessionem ne integre fiat. Nā vt dicit Amb. lib. ij. de penitētia c. j. Pudor est vt vnusquisq; crimina sua prodat. Contra quē pudorem debet discretus confessor dicere cōfitenti. Fili qd fecisti? Narra mihi audacter quicqd intus habes in cōsciētia. Nam et ego homo peccator sum sicut et tu/ et forsan peior. Considera q egrotus nō debet erubescere ostēdere perito medico vulnus suū/ dicēte Boethio de cons. li. j. psa. iiij. Si indigs operā medicantis expectas: oportet vt vulnus detegas tuū. In huius etiam figuram dixit Josue/ per quem designatur confessor/ ad achan: Fili mi da gloriā dn̄o deo isrl: et confitere atq; indica mihi quid feceris: ne abscōdas. Josue. vij. Ista confirmantur per illud verbū sapiētis Eccli. iiij. dicentis: Fili pro anima tua nō confundaris dicere verū. Est enim confusio adducens peccatum: cū scilicz quis erubescit aperte cōfiteri. Et est cōfusio adducēs gratiā et gloriā: qualis supple est illa que cōcomitatur cōfessionem. Ecce ergo quomodo interrogandus est confitēs quid fecerit maxime si fuerit erubescēs/ aut etiam nimiū simplex. Sed proh dolor nemo est qui sup peccato suo agat penitentiam: et dicat quid feci? Hiere. viij.

¶ Moraliter iuxta illō quod sequit: Vox sanguinis fratris etc. Notādum q sunt nōnulla peccata adeo horrenda et grauia q querunt vltionē a dn̄o et celerē punitionē de ipsis peccatorib⁹: prout testatur sacra scriptura. Illa autē sunt quatuor. Primū est iniusta effusio humani sanguinis: vt hic legitur. Et hinc est q cōmuniter mūdani principes q delectantur in rebus bellicis/ male moriūtur: sicut multe historie tā sacre q nō sacre aperte declarāt. Unde cū dn̄s ait ad Cain: Ecce vox etc. voluit ei dicere. Quid clamat dictus sanguis nisi vt tantū scelus debeā punire cito? qd et factū est. Nam statim factus est vagus et profugus et tremul⁹ in mēbris suis. Secūdum est iniusta pauperū oppressio: vt ptz Exo. iij. vbi legitur q dn̄s locut⁹ est ad moysem dicens: Uidi afflictionem populi mei qui est in Egypto: et clamorē eius audiui propter duritiā eorū qui presunt operibus. Sed quid clamabat dicta oppressio nisi subitā vindictam? que cōpleta est tum per varias plagas: tū per submersionem pharaōis et sui exercitus in mari rubro. Et iterum post pauca. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me. Tertiū est peccatū contra naturā. Unde Geñ. xviij. ait dn̄s ad Abrahā Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est: et pctm

eorum aggrauatum est nimis. Descendam et videbo verum clamorem qui venit ad me / opere compleuerint: an non est ita: vt sciam. Sic autem loquebatur dominus vt perāplius declararet ipsius peccati grauitatem et enormitatē. Sed quod clamabat clamor Sodomorum et Gomorreorum nisi celerē atque subitā vindictam? Que quidem citius secuta est: quādo quidē predicte due ciuitates vna cū adiacentibus non multo post predictum clamorē igne et sulphure perierūt. Quartū peccatum clamans vindictam et celerem punitionem de peccatoribus est iniusta retentio mercedis operariorū: de quo Jaco. v. Ecce merces operariorum qui messuerūt regiones vestras: que fraudata est a vobis/ clamat: et clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Istud tamen quartū multi cōprehendunt sub secundo: in quo fit mētio de iniusta oppressione pauperū. Et ita non assignant nisi tria peccata clamantia in celum vindictā / supple a domino.

¶ Allegorice / vt in precedentibus dictum est / Abel prefigurauit Christum: tum propter vite innocētiam: tum propter munerum acceptionem. Nam ille obtulit oues domino / que illi placuerunt. Iste vero propriam carnem: que etiam multo plus illi placuit. tū propter iniustam mortis inflictionem. Utriusque ergo sanguis clamat in celum: sed diuersimode. Nā sanguis abel clamat vindictā ad dominum. Sanguis vero Christi clamat veniam ad patrem pro suis crucifixoribus / dicens illud Luc. xxiij. Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt. Cain autem designat Judam qui ꝓdidit magistrum suum Christū / et ideo reus est mortis illius. Itē designat Pilatum / qui eundem Christum adiudicauit morti / quem tamen sciebat per inuidiam sibi a Judeis traditum: et totum innocētem. Cui etiā similiter mors Christi imputāda est. Utrique ergo potest dici id quod dixit dominus ad Cain: videlicet: Quid fecisti? nisi supple grande peccatum. Tu quidem Juda tradendo magistrum tuum in manus inimicorum suorum. Tu vero Pilate eundem condemnando iniuste ad mortē crucis. Et ideo ecce vox sanguinis innocentissimi Christi clamat vidictam in celum contra vos / id est celerem vltionē. Quod tunc impletum est quādo quidem Judas abiens laqueo se suspendit. Matthei. xxvij. Pilatus vero tandem etiam miserabiliter interijt: vt historiographi referunt.

¶ Uel dic in eodem sensu allegorico quod vox sanguinis Abel denotat efficaciam sanguinis Christi effusi ī ara crucis pro illis qui credituri erāt in eū: iuxta illud Hebre. xij. Accessistis ad sanguinis aspersionē melius loquentē quam Abel. Nam sanguis Abel clamat vindictam contra fratrē suum. Sanguis vero Christi misericordiam et veniam pro fratribus fidelibus. Multo ergo melius

clamat sanguis Christi quam sanguis Abel.
¶ Anagogice. Uox sanguinis Abel significat voces sanctorum martyrum expetentium vindictam de tyrannis: conformiter tamen ad diuinam voluntatem et iustitiam. Hinc psal. loquitur ad dominum dicens: Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est, introeat in conspectu tuo. Illic etiam introeat gemitus compeditorum scilicet propter te. Ad idem etiam propositum loquitur Joannes Apocalyps. vi. dicens. Uidi sub altari dei, id est sub protectione Christi, animas interfectorum, id est sanctorum martyrum, qui occisi sunt propter verbum dei, id est propter fidem Christi, qui est verbum patris. Uel propter verbum dei, id est propter verbum predicationis: et propter testimonium quod habebant, id est quod reddebant de veritate fidei catholice: et clamabant voce magna dicentes: Usquequo domine iustus et verax non vindicas sanguinem nostrum, id est mortem iniuste illatam? De illis supple tyrannis qui habitant in terra. Et date sunt illis singule stole albe, id est gloria anime: que consistit in visione diuine essentie: et dictum est illis vt requiescerent adhuc modicum tempus, id est vsque ad diem resurrectionis generalis: quod quidem tempus est modicum respectu eternitatis: donec compleantur conserui eorum et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi. Hec Joannes vbi supra. Nunc ergo potest recte dicere iustus iudex Christus cuilibet tyranno: Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, vt scilicet faciam de te iudicium et iustitiam: scilicet te in abyssum inferni detrudendo in corpore et anima. Sed quod differtur, non aufertur.

¶ Octaua clausula.

¶ Nunc igitur maledictus eris super terram, que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam non dabit fructus suos. Uagus et profugus eris super terram.

¶ Historialiter: postquam in precedentibus clausulis dei amicus Moyses egit de culpa Cain, que fuit etiam multiplex: hic consequenter agit de illius pena diuinitus inflicta: de qua dominus ad eum: Nunc igitur maledictus eris super terram, id est plusquam terra: de cuius maledictione prius dictum est patri tuo Adam sub illis verbis: Maledicta terra in opere tuo. Spinas et tribulos germinabit tibi. Genes. iij. At vero homo maledictus est plusquam terra: tum quia non nisi propter eum maledicta est terra. Modo vt dicit maxima topica: Propter quod vnumquodque tale, et illud magis. tum quia pene corporali subiacet velit nolit: non autem terra, sed solum quibusdam indecentijs. Uel maledictus eris super terram id est ab ijs qui sunt super terram, quia omnes homines qui perpetuo futuri sunt, impre-

cabūtur tibi mala pro tuo fratricidio. Uel maledictus eris super terrā: id est maledictioni pene addictus quādiu eris super terram: et signāter illi pene que consistit circa agriculturam. Ideo sequitur: Que (supple terra) aperuit os suum: et suscepit sanguinē fratris tui de manu tua. ac si illi diceret dominus. O Cain maledictus eris super terram precipue in agricultura: eo quod elegisti agrum ad occidēdum fratrem tuum Abel/ et postea abscōdisti eum in fossa quam fecisti in terra. vnde subdit primā maledictionē particularē ipsius Cain describendo dicēs: Cum operatus fueris eam / scilicet diligenter ipsam excolendo: non dabit fructus suos/ quos alias post tantam culturā datura esset/ vel dare posset. Et hoc quidem iuste: tum primo quia fructus illius meliores tibi reseruasti/ et deteriores mihi obtulisti. Et ideo iustum est vt per que peccasti/ per hec et torquearis. Sapieñ.xj. Tum secūdo quia in agro peccasti. Iustū est ergo vt etiam in agricultura puniaris. Quanuis ergo iā maledicta fuerit terra ppter peccatum patris tui Adam: peramplius tamē maledicta erit propter peccatum tuum: eo quod grauius illud sit peccato patris tui: quia paucos aut nullos fructus etiam cum multiplici et graui labore ex ea percipies. Et sic patet de prima pena speciali ipsius Cain illi inflicta propter fratricidium. Consequenter describit dominus secundam eiusdem Cain penam specialem cum ait: Uagus et profugus eris super terrā. Uagus inquā ppter timorem hominū: quos fugiēs huc atque illuc discurrēs errabis. Profugus vero eris: quia procul de terra habitationis tue fugaberis: et tremēs atque gemens viues de cetero super terram. Quantū ergo displicuerit domino homicidium Cain per quod ipse destruxit opus suū scilicet Abel: duplex supra descripta indicat pena. Et ideo summope homicidium vitandum est: et precipue fratricidium.

¶ Queritur primo circa predicta. Unde est quod cain in persona maledicit a domino propter peccatum suum: vbi tamē pater eius Adam propter peccatum suum non fuit a domino maledictus: nec similiter Eua/ sed solum terra. Responsio. Hoc ideo factū est secundum Rabanum in glos. ordinaria: quia cum sciret damnationem pene preuaricationis patris sui: pariter et matris: nihilominus tāquam de hoc non curans: sed potius contēnens dei iudicium et iustitiā: prosilijt in fratricidium/ peccatum peccato addens: etiam grauius peccato patris: vt dictum est. Possumus et aliam reddere rationem cur ita factum sit. Prius enim benedixerat dominus Ade et Eue: postquam scilicet primum formati sunt: vt patet Genes.j. Et ideo non decuit vt postea illis malediceret / saltem

in particulari: Quis peccādo in generali fuerit maledicti: maxime cū dicat Psal. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Non sic autem benedixerat dominus ipi Cain. Et ideo nō erat simile de vtroq;.
¶ Queritur secundo. Utrum Cain maledictus ex ore domini potuerit postea esse bonus/ et fieri salu⁹? Uidetur ꝙ non: maxime cum ipse dominus nemini maledicat qui nō meruerit maledici. Quinimmo illius maledictio videtur esse hominis maledicti reprobatio. Responsio: Dupliciter contingit dominū maledicere alicui homini. Primo quidem simpliciter ꝛ absolute/ sicut maledicturus est reprobis in die iudicij/ quando dicturus est illis: Jte maledicti in ignem eternum. Matth. xxv. Et qui taliter maledicit a domino/ non potest vlterius salu⁹ fieri: maxime cū illa finalis maledictio et sententia sit vltimum illius arrestum: dicatq; per os psal. Que procedūt de labijs meis/ non faciā irrita. Secundo cōtigit deum maledicere alicui homini non quidem absolute/ sed cum additione et modificatione/ vt in proposito. Non enim absolute ait dominus ad Cain: Maledictus eris. Nec addidit in iferno/ siue subtus terram: sed super terrā. Per quod voluit innuere ꝙ nō obligabat neq; deputabat ipsum damnationi eterne: sed pot⁹ temporali pene. Et hoc etiam indicabant eius verba/ sicut patet intuenti textum. Concluditur ergo ex his omnibus ꝙ ipse Cain post predictā maledictionem potuit saluus fieri: quāuis credatur esse damnatus.
¶ Queritur tertio. Cur dominus maledixit Cain super terram de futuro dicens: Maledictus eris: et non potius sub hac forma de presenti: Maledictus es. Responsio secundū dominum Petrum de Pal. vt per hoc denotaret ꝙ non inerat illi necessitas icurrēdi cōminatum malū si voluisset vere penitere: quia etsi de p̄sentibus atq; preteritis sit determinata veritas: non tamen de futuris contingentibus.
¶ Queritur quarto de veritate illius verbi domini ad Cain: Uagus et profugus eris super terram. Jstud enim verbū non videtur bene coherere huic quod postea sequitur in hoc capitulo/ vbi dicit: Edificauit Cain ciuitatē: quā vocauit nomie filij sui Enoch. Dicendum ꝙ vtrunq; verum est: sed pro diuersis temporibus. Occiso nempe fratre suo/ multo tempore hicinde vagatus est/ id est vane agitatus. Postea autem tāq̄ lassus edificauit ciuitatē/ in qua et ipse quieuit.
¶ Moraliter. Cain q̄ occidit fratrē suū/ est q̄l3 recidiuans in peccato: q̄ occidit spiritualiter fratrem suū Christū intus in cōscientia sua: prout improperat quibusdam Apo. ad Heb. vj. dicens: Rursum crucifigētes sibimetipsis filiū dei. Et tales sunt maledicti a do-

mino super terrā: id est in presenti per culpā. In futuro autem maledicentur per pene eterne deputationem. Qui si tales in presenti fecerint opera de genere bonorum, non propterea dabunt fructus suos: quia non acceptabūtur ad vitam eternā, nisi totaliter resipiscant a peccato. Insuper tales manent vagi et profugi super terram, id est instabiles: et in oībus vijs suis incōstantes. ¶ Moraliter etiā notādum iuxta illud: Uagus et profugus etc. quod omnis peccator est vagus et instabilis, iuxta illud Threñ. j. Peccatū peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Practica istud de clericis causa auaritie permutantibus sua beneficia, vt sūt curati, prebendati, priores, abbates, episcopi, et similes. Item de auaris mercatoribus. Item de lusoribus, ebriosis, et similibus. Item de meretricibus.

¶ Allegorice Cain cui maledixit dominus, populum iudaicum designat, qui fratrē suū Christum, fratrem inquam secundum carnem, occidit. Propter quod maledictus est a domino super terram, id est in mundo isto. vel ista terra est ecclesia: de qua in ps. Benedixisti domine terram tuam. Hmōi ergo terra aperuit tunc os suū: quādo ecclesia suscepit fidem catholicam. Tūc etiam suscepit sanguinem fratris Judeorum de manu eorum: quando credidit quod per effusionem sanguinis Christi fit remissio peccatorum: iuxta illud Apostoli verbum ad Heb. ix. Sine sanguinis supple Christi effusione non fit remissio peccatorū. Propterea idem Christus instituēs altaris sacramentum: cum venit ad formam consecrationis sāguinis, ait. Hic est calix sāguinis mei noui et eterni testamenti: qui pro vobis et pro multis effundetur ī remissionem peccatorū. Et nota quod addidit in remissionem peccatorum. Predictā autem terrā ecclesie tunc operatus est Cain quando quidem iudaicus populus persecutus est primitiuam ecclesiam. Nec profecto in tali opere ipsa dedit fructū suum: supple in ordine ad populum iudaicum non credentē: sicut nec decebat. Ipsum tamen abundantissime et copiosissime dedit ī ordie ad populum gentilem credentem. Quod autē subditur in textu: Uagus et profugus eris super terram: optime cōgruit presenti mysterio. Quis enim nesciat populum iudaicum in vltionē mortis Christi per Titū et Uespasianū dispersum vbique terrarum? Sic enim longe ante prophetauerat sanctus ille Dauid dicens in persona populi fidelis. Deus ostendit mihi super inimicos meos: supple iudeos: ostendit inquā mihi voluntatem suā dicens, ne occidas eos: nequando obliuiscātur populi mei. i. fideles xpiani passionis et mortis mee sed potius reminiscantur illius intuentes coram oculis suis semen eorum qui me occiderūt. Sed ne omnino maneant impuniti etiam in presenti: ecce quid facies. Disperge illos in

virtute tua: id est in diuersas partes & regiones sparge eos & depone eos/supple de ppriis habitationibus. Sed qz predicta victoria de iudeis habita per predictos imperatores facta est auxiliante deo qui semper defendit sponsam suam ecclesiam: ideo subditur: protector meus dñe. Item ad idem propositũ loquitur idem psal. dicens. Nutantes transferantur filij ei⁹/supple iudaici populi/& mendicent/& eijciãtur de habitationibus suis. Patet ergo quomodo vagus & profugus factus est Cain/id est populus iudaicus in vltionẽ mortis fratris sui Abel.i.Christi. ¶ Anagogice: Cain q̃ interpretatur possessio vel lamẽtatio: recte designat diabolum/ vt sepe dictum est supra: q̃ ab initio creationis sue fuit possessio dei: ita vt merito dicere possit illud Prouerbio.viij. Dominus possedit me ab initio viarum suarum. Item ex quo peccauit & in abyssum detrusus est: merito potest dici Cain.i.lamentatio: eo q̃ assidue in lamentatione tristitia et dolore manet. Huic ẽ Cain maledixit dominus super terram/ supple viuẽtium: que est celum: quãdo quidem eo peccante ait illi deus. Ad inferna detraheris cũ sup̃bia tua. Esa.xiiij. Nunc vero est maledictus in terra morientium/ id est in presenti seculo: et signanter a iustis: ita vt merito dicere possit illõ Hie.xv. Oẽs maledicũt mihi. Post hec aũt aperuit terra os suum: & suscepit sanguinem fratris sui de manu sua: quando sepulture traditũ fuit corpus Abel: qui frater fuerat creatione ipsi⁹ diaboli: qz ambo filij dei. Sed q̃modo suscepit terra sanguinẽ Abel de manu diaboli? Nõ enim ipsum occidit. Dicendũ q̃ etsi immediate eũ non occiderit: hoc tamẽ egit mediãte Cain: quem ad hoc induxit. Nã qui per alterũ facit: est p̃inde ac si faciat per seipsum: vt habet de regulis iuris lib. vj. Propterea Jo.viij. dicitur de ipso diabolo q̃ homicida erat ab initio. Quod autem sequitur: Cumq̃ operatus fueris eã / scilicet terram: nõ dabit fructus suos: designat q̃ diabolo auctore nulla res fit melior: sed poti⁹ deterior. Qd vero finaliter dicitur: Uagus & profugus eris super terram recte congruit eidem diabolo. Uag⁹ nempe dicitur hincinde circuiens: & querens more leonis quẽ deuoret: vt habetur.j.Pet.v. Unde Job.ij. legitur q̃ cũ iterrogasset dominus sathã vnde veniret: ait illi. Circuiui terram: & perãbulaui eã. Dicitur etiam Lu. xj. q̃ cum immundus spiritus exierit ab hoĩe: ãbulat p̃ loca inaquosa q̃rens requiem. Ecce quomodo vagus dicitur spiritus ille malignus. Prouer.v. Uagi sunt gressus eius. Similiter profugus recte dicitur/ id est procul fugatus a celo: adeo q̃ illic redire postea nunquam poterit. Et sic patet de sensu anagogico.

Nona clausula.

¶ Dixitq̃ Cain ad

dominū. Maior est iniquitas mea ꝙ̄ vt veniam merear.

¶ Historialiter postꝙ̄ in precedenti clausula habitum est de maledictione Cain: hic cōsequenter Moyses tangit illius desperationem. Nā cum audisset dominum in penā sui fratricidii terribiliter intonantem cōtra eum ꝛ dicentē: Maledict⁹ eris super terrā: que aperuit ꝛc. in desperationē ductus cepit clamare ꝛ dicere ad dn̄m. Nunc bene video supple ꝙ maior est iniquitas mea ꝙ̄ ꝛc. In quibus verbis seipsum condēnat: vt dicit glos. interli. Insuper vt dicit eadē glo. ipse culpā aggerat sicut aggrauat. superbe cōfitetur nec veniā rogat. Itē vt dicit glo. or. allegās Isid. ipse Cain peccata peccatis adijcēs desperat: nec credit se posse veniam adipisci: que est blasphemia ī spiritūsanctū: que non remittit in presenti seculo: neqꝫ ī futuro: qꝛ putat deū aut nolle dimittere: aut nō posse: tāꝙ̄ oīa nō possit: aut inuideat saluti.

¶ Notandum tamē ꝙ predictum verbum aliter exponunt catholici: ꝛ aliter hebrei: vt dicit magister Nicola⁹ de lyra. Nā catholici doctores dictum verbū exponūt affirmatiue ꝛ desperatiue, dicētes ꝙ Cain desperatus dixit ꝙ tantum erat pctm̄ suū ꝙ nō cadebat sub dei misericordia. Vn̄ Aug. dicit. Mētiris Cain: maior eīn est dei mīa: ꝙ̄ oīm peccatorum miseria. Hebrei vero doctores exponunt idem verbū interrogatiue ꝛ negatiue: tāꝙ̄ Cain diceret. Est ne peccatum meum tantū ꝙ non possim veniam mereri? ac si diceret: non. Per hoc indicans ꝙ deus puniebat eum vltra cōdignum. Prosequendo ergo expositionem primā que est catholicorū doctorum: possum⁹ cōcludere ꝙ Cain ideo desperabat: quia culpam suam irremediabilem credebat, dicēs. Maior est iniquitas mea ꝙ̄ vt veniam merear, id est ꝙ̄ sit id quo veniam merear: hoc est meritū satisfactionis. Uel est tam magna ꝙ non possum veniam mereri.

¶ Moraliter sciendū ꝙ Cain credens peccatum suū excedere in malitia dei misericordiam, turpiter errauit: ꝛ sic oēs sibi similes. Pro quo notādū ꝙ tria sunt que possūt aggrauare peccatū: videlicꝫ frequētia: diuturnitas: profunditas. Sed ꝙ̄tūcūqꝫ magnū sit ꝛ graue ex parte horū triū: adhuc tamen maior est dei misericordia. Qd si quis scire cupit: ponat peccata sua in statera crucis: in qua maxime apparuit dei misericordia: ꝛ tūc quod dico cognoscet. Nā bene hoc nouerat sanctus ille Job cum dicebat: Utinam appenderētur peccata mea quibus iram merui: ꝛ calamitas quā patior, in statera. q̄si arena maris hec grauior appareret. Eiusdem. vj. Nam peccata trahūt ad infernum: sed calamitas penitentie prepon derans eo ꝙ agit in virtute meriti passionis xp̄i: eleuat ad celū. Possum⁹ autē p̄dicta tria inductiue ꝓbare hoc mō Primo eīn pctm̄ pōt aggrauari

ex parte diuturnitatis: qꝛ vt habetur extra de consuetu. cū tanto. tāto peccata sunt grauiora q̄to diutiꝰ infelicē animam detinēt alligatam. Sed ex hac parte dei misericordia ipsum excedit: maxime cū sit eterna: iuxta illud psal. Misericordia eius ab eterno ⁊ vsq in eternū super timentes eū. Nullum aūt peccatum potest esse eternum. Scdo peccatū potest aggrauari ex parte frequentationis: qꝛ vt dicit Augu. lib. soliloquiorū: et recitat de pe. distin. iij. inanis. frequēter peccans et lugens vix veniam meret. Nihil prosunt lamēta si replicant pctā. Nihil valet veniā a malis poscere: ⁊ mala denuo iterare. Vulnꝰ iteratū sanat tardiꝰ. Hec ibi. Sz ex hac pte adhuc dei misericordia excedit peccatū q̄tūcunq frequentatum: ita vt dicat dn̄s aīe peccatrici illud Hiere. iiij. Fornicata es cū amatoribus multis: tn̄ reuerte re ad me, ⁊ ego suscipiam te. Tertio pctm̄ pōt aggrauari ex pte ꝓfunditatis. Prou. xviij. Peccator cū in ꝓfundū peccatorum venerit: contēnit: supple omnia remedia salutis. Sz similiter ex hac parte dei mīa ipsum excedit. Unde ps. Si ascendero in celū, tu illic es: si descēdero i infernū, ades. Ecce q̄ q̄ta est dei mīa. Et p ꝯn̄s ptz q stulte egit miser Cain cum de ea desperauit dicens. Maior est iniq̄tas mea q̄ ⁊c.

¶ Allegorice Cain i figura p̄cessit iudam: tū qꝛ sicut ille occidit fratrem suū: sic ⁊ iste magistrum suū tradidit in manus impiorum querentiū occidere eū. Tū qꝛ vterq maledictꝰ a dn̄o: ille q̄dē per illa verba dn̄i ad eū: Maledictꝰ eris sup terrā. iste vero p illa v̄ba xp̄i in cena: Ve hoī illi p quē filiꝰ hoīs tradet. Matt. xxvi. Tū qꝛ vterq de dei mīa desperauit. Ille quidem dicens maior est iniquitas ⁊c. Iste vero abeundo a xp̄i consortio: et laqueo se suspendendo: vt tradunt sacri euāgeliste. Cum tn̄ de eo dicat Amb. de penitētia libr. ij. c. v. q si penitētiā egisset non apud iudeos: sed apud xp̄m: potuisset dei miseratione a venia non excludi.

¶ Uel dic q Cain populū iudaicum designat, qui grauem admodum iniquitatē cōmisit quando optione sibi a pilato data de dimissione Christi aut barrabe propter reuerētiam diei paschalis: petijt barrabā dimitti: Christum vero crucifigi. Propter quod hodie merito dicere potest dictus populus cū Cain. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Et ideo quicunq ex illa hora de populo predicto salui facti sunt: debent specialissime suam salutem attribuere diuine gr̄e. Da exēplū de malefactore qui interfecit manꝰ violentas in regem suū: propter quod adiudicatur morti crudeli. Cumq ducit ad locum supplicij: occurrit rex ex aduerso. Qui itellecto cause merito pietate ductus donat sibi vitam. Applicatio est facilis. Unde illa verba. Maior est iniquitas mea q̄ ⁊c. non important absolutam impossibi-

litatem remissionis iniquitatis iudeorum aduersus Christum: sed grauissimã difficultatem. Propter quod dicitur Hieremi.xvij. ꝙ peccatum iuda scriptum est stilo ferreo: eo ꝙ sicut id quod scribit stilo ferreo nõ nisi difficillime delet: ita nec peccatum iudeorũ qd gesserunt aduersus christum: tum propter grauitatem delicti: tum propter obstinationem cordis eorum. Unde subditur vbi supra ꝙ dictum peccatum iuda exaratum est sup latitudinem cordis eorũ. Unde grauitatem dicte iniquitatis indicat grauitas pene captiuitatis qua astricti sunt hodie etiam grauius ꝛ diutius multo ꝙ̃ in alijs captiuitatibus prioribus: vt facile ostendi posset. Propter quod iudei moderni coguntur (sicut rei veritas habet) dicere ꝙ patres eorũ olim aliquod grande peccatum commiserunt. Sed obstante eorum obstinatione nolunt fateri huiusmodi peccatum fuisse mortem xp̄i: quia excecauit eos malitia eorum. Sapien.ij. Dicit etiam Apo. ad Ro.xj. ꝙ cecitas ex parte cõtigit i israel. Et notanter dicit ex parte: tum qꝛ confitent penam suam: sed non meritum pene: tum qꝛ cõfitentur Christum fuisse hominem: sed negant ei⁹ diuinitatem: tum qꝛ confitentur illius mortem: sed negant eiusdem resurrectionem. Ecce quomodo sunt ceci non in toto: sed ex parte.

¶ Anagogice. Omnis reprobus tam diabolus ꝙ̃ homo iã in alio seculo existens merito dicere potest cum Cain. Maior est iniquitas mea ꝙ̃ vt veniam merear. Nõ quidem sic quin deus de potentia sua absoluta possit vtrunqꝫ a penis inferni liberare / et saluare: sed qꝛ nõ superest ibi locus neqꝫ tempus penitentie. Nã vtrũqꝫ aufertur ab homine p mortem: ab angelo autem per casum de celo: qꝛ vt dicit Damascen⁹: qd in angelis est casus: i hominib⁹ est mors. Preter hec autem vnum speciale est de angelo malo: ipse nempe peccauit ex certa malitia: ꝛ non ex passione: cum passio in eo locum non habeat. neqꝫ similiter ex ignorantia: maxime cum haberet intellectum deiformem. Peccatum autẽ ex certa malitia cõmissum: dicitur peccatum in spiritũsanctum: eo ꝙ cõtrariatur bonitati illius que est facere declinare a malo: ꝛ facere tendere ad bonũ. Qui autem peccat in spm̄sanctũ / non remittetur ei neqꝫ in presenti: neqꝫ in futuro: vt habetur Mat.xij. Merito ergo dicere potest spũs nequã cũ Cain. Maior est iniquitas mea ꝙ̃ vt veniam merear .i. tãta est ꝛ tã grauis ꝙ nullã cõgruitatẽ hꝫ vt remittatur.

¶ Decima clausula.

¶ Ecce eijcis me hodie a facie terre: ꝛ a facie tua abscõdar. Et ero vagus ꝛ pfugus in terra. Omnis igitur q̃ inuenerit me: occidet me.

¶ Historialiter postꝙ̃ in precedẽti clausula habitũ est de desperatiõe Cain ex parte remissionis culpe sue: hic confe-

quarter sanct⁹ dei amicus moy ses agit de desperatiõe eiusdē ex pte diuturnitatis pene/cū ait ad dñm. Ecce eijcis me ho die a facie terre.i.a consortio hominū tā p̄sentiū q̄ futuro rum:ita q̄ non licebit me esse stabilē alicubi ꝛ a facie tua abs condar.interli. tanq̄ indign⁹ conspectu tuo.

¶ Sed cōtra hūc textum fa cit illō ps. Quo a facie tua fu giam? Et dicēdum q̄ Moyses hic appellat faciē dñi p̄sen tiā illius qua pri⁹ apparebat eidem Cain per subiectā crea turā:scȝ per angelū. Quasi di ceret. Ecce pdo nūc hūanā so cietatem : et diuinā locutio nem. Nā ex tūc ipse non potuit sustinere fratris societatem: nec diuinam admonitionem. Vel sic. A facie tua abscōdar .i.a mīa tua postulāda me sub trahā:insuper a cetero vel nō inueniar ab alijs hoib⁹ : ꝛ tūc ero vagus ꝛ profugus: ꝛ tunc facile potero a feris deuorari. vel inueniar: ꝛ tūc omnis qui inuenerit me/ occidet me.

¶ Querit̄ quomō facta multi plicatione hoīm sup terrā po tuit discerni Cain ab alijs hoi bus. Adhoc rn̄det glo.ordi.q̄ per tremorē corporis:ꝛ agita tionem furiate mētis/quibus ex dei volūtate subiacuit q̄ diu postea vixit: ꝛ hoc I vltio nē sui fratricidij. Itē ex insta bilitate:qꝛ vagus ꝛ pfugus e rat sup terrā. Dicit etiā de lyra aliq̄s referre q̄ gerebat signū i facie per qd̄ cognosci poterat. Quicūq̄ ergo ipsum postea vidit potuit p predicta signa iudicare ꝛ dicere. Ille est Cain qui fratrem suum in agro pditorie occidit:ꝛ ideo est a me occidendus in penam sui sceleris. Timuit ergo Cain ne inueniretur scȝ a fratrib⁹ Abel occisi : qui scdm̄ de pal. poterant tunc esse plures q̄ cētum: vt puta. xxx. ante Ca in. Alij.xxx. intermedij. Alij xxx. postea nati : ꝛ omnes de Eua : que cum esset fertilis omni āno creditur peperisse. Unde ante mortē Abel:dūmo do quilibet filius incepisset in xv. anno generare:magn⁹ fuit popul⁹ propinquorū Abel: ad quos iure naturali spectabat vindicta fratris iniuste ꝛ inno center occisi. Uñ etiā in lege moysi ista vindicta ꝯceditur e tiam in homicidio inuolunta rio:nisi qui homicidium fecit ad aliquam ciuitatum refugij fugiat. Non minus ergo tunc. Hec de palud.insuper timuit ipse Cain ne a bestijs cū qui bus erat habitatio sua/ eo q̄ esset vagus ꝛ profugus/ deuo raretur/ vt dictum est.

¶ Queritur circa hoc vltimū dictū quomodo ipse Cain po tuit timere ne occideret̄ a be stijs.ipse enim facile scire po terat q̄ eas subiecerat domi nus hominibus cum dixerat Dn̄amini bestijs terre. Gene. j. Dicendum q̄ multitudo hu mani generis iam perdiderat pro magna parte dictum do minium ꝓpter peccatum pri mi parentis. Nā eo rebellante contra creatorem suum: in pe nam huius etiam multe infe riores creature eidē rebella runt. Quinimmo ex tunc ipm occidere ꝛ deuorare querūt

sicut patet de leonibus. Unde legitur. ii. Reg. xviij. q bestie saltus occiderūt populum cōtra David rebellantē. Itē leo occidit prophetā inobedientem. iij. Reg. xiij. Similiter et leones samaritanos. iiij. Reg. xvij. Iam ergo lex naturalis revelaverat eidē Cain illud verbum Sapien. xj. Per que peccat quis, p hec t torquet. Qr ergo propria manu occiderat fratrem suū Abel: timuit similiter t ipse occidi.

¶ Moraliter cōtingit hoiem mori tripliciter: vcz corporaliter, spiritualiter, eternaliter. Qui ergo moritur corporalit recte pōt dicere ad dominum cum Cain: Ecce eijcis me hodie a facie terre, eo q nō sum eam ulterius visur⁹ aut inhabitatur⁹. Job. xiiij. Putas ne mortu⁹ homo rursum vivat? Quasi dicat: non. Qui em mortuus est, nūq̄ deinceps vivet vita priori. Vivet tamen vita meliori: dūmodo bene t feliciter mortuus fuerit. Qui vero moritur spiritualiter, scilicet per peccatū mortale, merito potest dicere cum eodē Cain id quod sequitur: A facie tua abscondar. peccatū em abscōdit faciem gratie t mīe dei a peccatore: iuxta illud Esa. lix. Iniqtates vestre diviserūt inter vos t deū vestrū: t peccata vestra absconderūt faciem eius a vobis. Qui autē moritur eternaliter, simul eijcitur a facie terre: t abscondit a facie dñi. Nō quidem ad tēpus: sed perpetuo: quia vr habetur Proverbio. xj. Mortuo hoie impio nulla erit ultra spes: scilicet neq̄ ad vitam nature similem priori: neq̄ ad vitā gratie. Quinimo omnis talis est vagus et profugus: id est procul fugatus a vita nature gre pariter t glorie: intantū q nō pōt ad eas aliquando redire. Quod autē sequitur: Oie qui invenerit me, occidet me: designat q talis qui moritur morte eterna, derelinquitur a tota curia celesti: iuxta illud psal. Non sit illi adiutor.

¶ Allegorice. Predicta vba iustissime atq̄ rectissime exponi possūt de pplo iudaico designato p Cain: q ppter necem fratris sui Abel. i. xpi, q et iudeus fuit natiōe ex pte mfis: fuit p Titū t Vespasianū eiectus a facie terre pmissionis quā prius inhabitabat: et ad quā post longam captivitatē tū in Egypto: tū in Babylōia in manu forti et brachio extēto necnō cū mirabilib⁹ signis reduct⁹ fuerat. Quis ergo hodie non videat figurā Cain in populo illo Iudaico impletā? Qñ quidē dictus populus hodie tāq̄ instabilis vagat p universum orbem. Itē quō instar Cain gemat t defleat amissionē regni sui tā nobilis: tā gloriosi: tamq̄ opulenti? Gemat deniq̄ tā longā: tāq̄ duram captivitatē atq̄ servitutem suā? Que oīa t singl'a ptēplās atq̄ in spū pphetico olim previdens sanct⁹ ille Hieremias librū qui Threnorū prenotat edidit: q t lamentationū latine dicit. Et sic pt3 de eiectiōe populi Iudaici a facie terre sue. Item quomō vagus t pfugus hodie misabilit incedat.

super terrã. Sic em̃ lõge ante prophetauerat Oseas.iij.c.di cens: Abiecit eos dñs deus qr nõ audierũt eum / ⁊ vagi erũt in nationibus. Nec certe hoc totũ est: verũ etiã absconditur a facie dñi: tum in presenti ꝑ carentiã vere fidei: tum etiã in futuro ꝑ carẽtiã visionis il lius beatifice. Et hec duo pre tendebat velatio faciei dñi in hora passionis sue facta ad in stantiã populi predicti.

¶ Anagogice. Predicta ver ba merito exponi possunt de quolibet reprobo. Nã quicũqꝫ talis inuentus fuerit in die iu dicij: turpiter eijcief a socie tate dei et angelorũ atqꝫ san ctorum omniũ. Apes em̃ viue sentientes in alueari aliquas mortuas: eas inde eijciũt: nec ipsas secum esse permittunt. ita ⁊ deus peccatorẽ q̃ est spi ritualiter mortu⁹ / de alueari id est de celo ⁊ congregatione electoꝝ finaliter eiiciet: ne scʒ illuc intret. Nã inde iam eie cit diabolum ⁊ omnes angelos eius: iuxta illď Ezechi. xxviij. Peccasti / et eieci te de monte sancto dei / ⁊ perdidi te cheru bim. In cui⁹ etiã figurã postqꝫ Adam peccauit / statim de pa radiso terrestri eiectus est. Si enim aliquis vilis rusticus et sordide vestitus velit intrare aulam regiã: statim reijcitur: vt habet Jaco. ij. Unde homi ni intrãti ad nuptias: ⁊ nõ ha benti vestẽ nuptialem: cũ im proprio dictũ est a rege. Ami ce quomodo huc intrasti non habẽs vestẽ nuptialẽ? Postea rex precepit ministris dicens: Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ eius / mittite eum in tenebras exte riores. Ibi erit fletus ⁊c. In predicto ergo iudicij die meri to poterit dicere qlibet repro bus ad dñm illud verbũ Cain: Ecce eijcis me hodie a facie terre. i. a presenti seculo me ꝑ petue bãnizãdo: atqꝫ in infer num detrudendo: ibiqꝫ a facie tua abscondar: vt scilʒ de me verificetur illď Esaie. xxvj. In terra sanctoꝝ iniqua gessit: et nõ videbit gloriã dñi. Ubi se cũdum glo. ordi. septuaginta interpretes habẽt. Auferetur impius: vt nõ videat claritatẽ dei. Unde cõmuniter solet al legari predicta auctoritas sub his verbis. Tollatur impi⁹ ne videat gloriã dei. Que tamen in proprio originali nusqꝫ sub tali forma reperit. Deniqꝫ oĩs talis reprobus in ipso iudicij die audita illa dñi terribili sen tentia / Ite maledicti ⁊c. meri to dicere poterit cũ ipso Cai. Ero supple amodo vagus ⁊ ꝓ fugus in terra. i. procul fuga tus a terra viuẽtium in celo: et morientiũ in mũdo: ad ter rã miserie ⁊ tenebrarũ: vbi vm bra mortis / et nullus ordo / sed sempitern⁹ horror inhabitat. Job. x. Oĩs igif qui inuenerit me / occidet me. Qď non est sic accipiẽdum tanqꝫ ipsi reprobi post iudicij diem sint iterum morituri: sed ꝓpter diros cru ciat⁹ quos tunc ministerio tor torum infernaliũ passuri sunt: intantũ ꝙ desiderabũt tunc mori: et mors fugiet ab eis. Apocalypsis. ix.

¶ Undecima clausula.

¶ Dixitq́ʒ ad Cain dñs. Nequaq̄ ita fiet: sed oīs qui occiderit Cain: septuplum punietur. Posuitq́ʒ dñs signū in Cain vt nō interficeret eū omnis qui inuenisset eum.

¶ Historialiter. Postq̄ Moyses in precedenti clausula egit de desperatiōe Cain ex parte pene: hic consequēter agit de dei benignitate eū consolante contra huiusmodi desperationē. Prius em̄ dixerat ad dñm Oīs qui inuenerit me / occidet me: supple impune tanq̄ ꝓfugum et eiectū a cōmuni habitatione ceterorū hoim. Quem quidē euētum valde timebat. ideo consolatur eū dñs dicēs: Nequaq̄ ita fiet vt dicis: adijciēs grauem penam cōtrariū facienti: ꝛ dicens. Sed omnis qui occiderit Cain / septuplū punietur.

¶ Circa quod notādum ꝙ est duplex modus exponendi predicta verba ipsius Cain. Primus est eorū qui dicunt ꝙ cū Cain audisset se a dño maledictum: ꝛ a cōmuni habitatione hominū separatū: ꝑelegit cito mori q̄ diu taliter in miseria tāta viuere. Unde optans mortem ait ad dominū: vt in precedenti clausula dictū est. Oīs qui īuenerit me: occidet me. i. cupio vt me occidat: vt cito de medio tollar. Ad quē dñs. Nequaq̄ ita fiet. Sed oīs qui occiderit Cain ꝛc̄. Ac si aperte illi diceret dñs. Nō vt optas cito morerꝭ. Sed viues multo tēpore ad exēplum ceterorum: ne sic peccare alios occidendo audeant vt tu. Unde Strabo ī glo. or. Nō morierꝭ cito sicut vis ꝓ remedio tui cruciatꝰ: sʒ punitio fiet de te septuplum: quia viues in cruciatu vsq́ʒ ad septimā generationem: in qua a Lamech occideris. Quinimo oīs q̄ interfecerit ꝛc̄. i. grauissima pena punietur: vt postea dicetur. Secūdus modus exponendi predicta verba est eoꝝ qui dicūt totū cōtrariū: videlicet ꝙ ipse Cain optabat diu viuere. Uerūtamē quia timebat ꝓfugus factus cito occidi: siue ab hoīne: siue a bestia siluestri: iō quasi de h̄ se plangēs ad dñm simulq́ʒ petens ab ipso contra huiusmodi periculū protegi ꝛ conseruari: ait illi. Omnis qui inuenerit me: supple vage ꝑ siluas ꝛ vias incedentē: interficiet me: nisi supple fueris mihi adiutor ꝛ ꝓtector. Propter qđ illi pollicetur dñs ꝓtectionē dicens: Nequaq̄ ita fiet: vt tu supple times: scilʒ ꝙ nō sim tibi adiutor ꝛ ꝓtector. Sʒ oīs qui occiderit Cain / septuplū punietur. in quo scilʒ facto si ad illud deuentū fuerit vt ab alio occidaris: ostēdam in effectu me esse defensorē tuū. Et ne a quoq̄ casualit ꝛ inaduertēter occidaris: ecce qđ faciā tibi. Ponā em̄ signū in te: scilʒ tremorē cōtinuū mēbroꝝ: quo ab alijs cognosceris: vt te non interficiant. Sed ꝓ ampliori declaratiōe presentis textꝰ mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū est tale. Quare dñs vsus est illis verbis. Omnis qui occiderit Cain / et nō potius istis. Oīs qui interfecerit te: maxie cū loqua=

tur ad eum. Dicẽdum secũdũ dñm Pe. de pal. ꝙ hoc ideo qꝛ Cain est nomẽ particuları̃ nature. Le ꝟo est ꝓnomẽ demonstratiuũ. Per hũc itaqꝫ loquẽdi modũ voluit ostendere dñs ꝙ nõ licet interficere innocẽtem:quò esset insurgere ĩ naturam: q̃uis liceat insurgere in peccantẽ: scilꝫ ei qui habet in eum iurisdictionem.

¶ Secũdum dubiũ est de sensu illoꝝ verboꝝ dñi. Oĩs qui interfecerit Cain:septuplum punietur. Et dicendũ scdm̃ de Lyra. ⁊ de pal. ꝙ ly (septuplũ puniet̃) põt referri ad duo: scꝫ ad ĩterfectorẽ Cain q̃ fuit Lamech: vel ad ipm̃ Cain interfectũ. si ergo referatur ad ĩterfectorẽ:adhuc hoc potest dupliciter ĩtelligi. Primo modo sic ꝙ ipse lamech debeat ex dei sententia septupliciter grauiꝰ puniri q̃ ipse Cain. Et iste sensus nõ videt̃ verꝰ:qꝛ nõ erat ratiõabile ita fieri maxime cũ Lamech interficiẽdo Cain minus grauit̃ peccauerit q̃ ipse Cain interficiẽdo fratrẽ suum Abel. Modo iuxta dñi sententiã Deut̃. xxv. pro mẽsura pctĩ erit et plagarũ modus. Dicit̃ etiã in Decre. xxiiij. q. j. nõ afferamꝰ. ꝙ pene aggrauãt̃ secũdũ qualitatẽ delicti. Scdo nõ põt sic intelligi (septuplũ puniet̃). i. grauissima vltiõe punietur: qꝛ nõ debuit Lamech illũ occidere:cui peccãti vitã donauerat deꝰ vel ad cumulũ pene ipsius:vel ad exẽplũ cautele ⁊ alioꝝ correctionẽ:vt dictũ est. Et iste sensus est verꝰ.

¶ Pro quo sciendũ ꝙ scriptura sacra nõnũq̃ solet significare ꝑ septenariũ numeꝝ plenitudinẽ illius rei de qua loquimur:sicut ibi Leuit̃. xxvj. Si ambulaueritis mihi ĩ ꝯ̃ ⁊ dñs ex aduerso:nec volueritis audire me: addã plagas vestras vsqꝫ in septuplũ ꝓpter peccata vestra. Et paulopost. Et ꝑcutiã vos septies ꝓpter peccata vestra. i. grauissime vlciscar de vobis. Patet ergo q̃d sit dicẽdum si ly septuplũ punietur : ad interfectorẽ referatur. Nec valet ꝙ aliqui dicũt Lamech septuplum fuisse punitũ:eo ꝙ submersus fuerit per aquas diluuij cum multis alijs qui ab eo descẽderãt. Nã cum talis pena fuerit equalis oĩbus quos inuenit: sequit̃ ꝙ Lamech occisor Cain nõ ;fuisset plus punitus q̃ alij: ⁊ q̃ si nõ occidisset eũ. Insuper Lamech descẽdit de Cain: ⁊ per consequẽs filij eius erant filij Cain. In tali ergo punitione eque bene fuisset punitꝰ Cain sicut Lamech.

¶ Si autẽ ly (septuplum punietur) referat̃ ad ipm̃ Cain interfectũ: tunc iste sensus potest reddi verus secũdum Hebreos:quos in hoc insequitur Hierony. in hunc modũ exponendo presentẽ literã. Omnis quicunqꝫ occiderit Cain. Ibi est pũctus ⁊ finis sentẽtie: vbi subintelligẽdum est:grauiter punietur:sed modus punitionis nõ exprimitur. Ipse nẽpe Cain post multas miserias:vt pote tremores mẽbroꝝ:vagationes terrarũ:exclusionẽ conuersationis hominũ:et huiusmodi: tandem interfectus est a Lamech: et hoc in vltio-

nē sanguinis fratris sui Abel. Qđ autem tunc essent cōplete septem generatiōes: patꝫ sic. Nā ab Adam vsqꝫ ad Lamech sunt sex generationes. Lamech autē quando interfecit Cain: iam pre senectute erat cecus: et ante genuerat filios. Ex quo patet ꝙ iam currebat septima generatio. Sꝫ aliquibus nō placet dicta expositio et signāter propter predictā diuisionē litere. Ideo aliam ponūt/ que est septuagita interpretum: quā etiā videtur approbare Hierony. que talis est. Oīs qui occiderit Cain/ septem vindictas exoluet: et est sensus. Quicunqꝫ occiderit te Cain: absoluet te ꝑ mortē a penis quas per septem generationes passurus es. Et sic patet diffuse de sensu predictorum verborum domini dicentis: Omnis qui interfecerit Cain/ septuplum ꝛc.

¶ Tertium dubium versatur circa illud verbum: Posuit ergo dominus signum in Cain. Queritur ergo quale fuerit huiusmodi signum. Ad quod dicendum ꝙ fuit tremor capitis secundum Petrū comesto. Uel secundum alios fuit tremor singulorum mēbrorū. De quo quidem signo fuit publica fama apud homines ꝙ ideo fuerat sibi diuinitus impressum/ ne a quoqꝫ interficeretur. Da exemplum de illis qui cauterizantur in fronte: vel mutilantur aure/ vt fures quando iudex pro malefacto parcit eis a morte.

¶ Moralr notandū iuxta illđ Oīs q̄ occiderit Cain ꝛc. ꝙ homicidiū valde grāde peccatū censetur/ prout pena illi debita indicat. Nam septuplum punitur. Primo quidē pena corporali/ que est supplicium mortis. Sic enim vult lex diuina: prout scribitur Leuiti. xxiiij. Qui occiderit hominē/ morte moriatur. Qđ intelligitur de occidente alium scienter ꝛ priuata auctoritate. Dicitur etiā Gen. ix. Qui effuderit hūanū sanguinē: fūdet sanguis ipsi⁹. Intellige vt pri⁹. Ad idē etiā propositū dixit Christus Petro. Matth. xxvj. Omnis qui gladio percusserit: gladio peribit: scilicet de iure. Hanc igitur diuinam legem imitantes leges ciuiles: similiter supplicium mortis inferunt ꝓ homicidio voluntario: vt patet. ff. ad legem corneliam de sicarijs. l. eiusdem legis. in fine. Et est lex tertia eiusdem rubrice. Secundo homicidiū punitur pena irregularitatis: nisi forsan cōmittatur seipsum defendendo. tunc eīm nō incurritur irregularitas: vt patet in clemen. de homicidio. c. vnico qđ incipit. Si furiosus. Est autē irregularitas scdm doctores impedimētū canonicū ex aliquo facto vel defectu proueniens/ qua quis ꝓhibetur accedere seu ꝓmoueri ad sacros ordines: atqꝫ in eisdē ministrare. Tertio homicidiū punitur bonorū omniū publicatione. Qui eīm perdit vitā: cōmune est ꝛ vsitatum vt eius bona publicētur: et cōfiscent̄ principi. Quarto punitur deportatione supple in exilium. Presertim/ si fuerit persona nobilis.

Quito punitur bestiarum deuoratione: presertim si fuerit psona hūilis status. Antiqtus enim tales tradebant bestijs: scilicet leonibus q̄ ad hoc nutriebantur. Et de istis tribus penis loqtur lex predicta que incipit. Eiusdē legis. in fine. Sexto punitur infamia. Nam quicunq̧ cōmittit homicidiū volūtariū / infamis redditur: et per consequēs inhabilis ad omnem actū legitimum et solēnem. Ql autem omnis talis reddatur infamis: saltē secundum leges ecclesiasticas: ptz iij.q.v. constituimus. item. vj. q̄.j. infames. Septio punitur excōmunicatione: et presertim si fuerit cōmissum in personam ecclesiasticam: siue in clericum. Cuius quidē excōmunicationis absolutio reseruatur sedi apostolice. Ptz ergo qūo homicidium nō solū Cain vez etiā cuiuscūq̧ alterius hodie septupliciter punitur. Sūt et alie pene iuris ecclastici que in foro interiori imponūtur p homicidio: quas pertrāseo breuitatis causa.

¶ Notandū etiam q ipsemet Cain qui fuit primus homicida / in ppria persona punit9 est septupliciter p homicidio fratris sui Abel: prout ppulchre declarat beatus Anto. florēti. in. ij. pte sum. sue tit. vij. c. viij. §. iij. ex his que habenf in dicto. c. Geñ. iiij. Prima igif punitio ipsius Cain fuit infamia quā insinuauit domin9 cū ait illi. Maledictus eris sup terrā: scilicz ab hoibus. Homines eñ cōmuniter summe odiunt homicidas / atq̧ illis maledicunt. Et hoc satis rationabiliter: maxime cum sint destructores humanī generis: vt pote exterminātes et eijcientes hominē a facie terre / quē tñ fecit deus ad imaginē et similitudinē suā. Secūda punitio est iopia. ideo subdif. Cū operatus fueris terrā / illa nō dabit fruct9 suos: nisi forsan paucos: et cū labore plurimo. Tertia est maleuolētia. ideo seqf: Uagus et pfugus eris sup terrā: scilz ab alijs hoibus sequestratus tanq̧ illis odio habit9. Nam quilibet timebit cōuersari tecū: ne simile facias cū eo sicut iam fecisti cū fratre tuo. Quarta est venie diffidētia: de qua ipse Cain ait: Maior ē iniquitas mea q̄ rē. i. tantum est peccatum meū q nō cadit sub dei mia. Quinta est damnatio eterna. Unde sequif: Ecce inquit ad dominū: eijcis me hodie a facie tua. Sic autem loquitur: quia sibi apparuerat angelus in forma humana representās deū: et cū eo loquēs ex parte illi9. Sexta est mors misera. Ideo sequif: Oīs inqt Cain: q̄ inuenerit me / occidet me: siue homo / siue bestia fuerit. Uel hoc dixit quasi mortē appetēs pter fugiendā miseriā quā patiebatur: vt dictū est. Septima est infirmitas corporea: q̄ tangitur cū dr Posuit dñs signū in Cain: scz horribilē omniū mēbroz suorum tremorē: vt prius dictum fuit. Et qz homo nō debet occidi a priuata persona etiā nō obstāte q bene meruerit mortem: ideo dñs dixit ad Cain. Nequaq̧: scilz licite et impune

interficiet te omnis qui inuenerit te. Sed omnis qui occiderit te / grauiter supple punietur tanꝗ rem illicitam faciens. Et nota ꝙ est ibi punctus: vt dictum est. Deinde sequitur: Septuplū punietur: scilicet ipse cain: id est in septima generatione. Nā Lamech iam habēs filios occidit cain: existente septima generatione ab Adam.

¶ Insuper notādum ꝙ etiam Cain septupliciter punit⁹ est / id est per septē etates quibus vixit in hoc mundo: ⁊ hoc propter septem grauia peccata q̄ commisit in presenti vita: que enumerat Pet. de Pal. in postilla sua: quorum p̄mum fuit ꝙ non recte diuiserit / scilicet inter se et deum. Fecit nempe sortes de pecoribus suis. Quibus factis pīguiora sibi reseruauit / et deteriora deo obtulit. Secundū fuit ꝙ fratri suo inuiderit / quando quidem vidit oblationē illius fuisse domino acceptā / non autem suā. Tertium ꝙ dolose egit / dicēs fratri suo Abel: Egrediamur foras. Quartum ꝙ homicidiū perpetrauit / occidēdo fratrē suum. Quintum ꝙ procaciter ipsum homicidiū negauit domino. Sextū ꝙ desperauit dicens: Maior. ⁊c. Septimū ꝙ nec dānatus penitentiam egerit. Propter quod dicunt nōnulli ꝙ dilat⁹ est vsqꝫ ad septimam generationē / vt saltē sic malis compulsus penitētiam ageret super tot ⁊ tātis malis suis. Quod tamen minime fecit: et ideo non mirum si dampnatus est.

¶ Allegorice. Cain q̄ interpretatur possessio vel lamētatio / recte designat Judeos / q̄ sunt diuites in possessione auri et argenti propter vsuras quas publice et impune exercent vbicunqꝫ locorum cōtingat ipsos habitare: ⁊ hoc propter tributa que inde soluunt principibus sub quibus habitant. Item sunt in cōtinua lamentatione dum considerant longissimum tempus captiuitatis sue: atqꝫ profugationis a terra sua atqꝫ regno / ⁊ templo Hierusalem. Hi ergo sunt qui malitiose et inuidia ducti occiderūt fratrem suū Abel / id est Christū / mortem illi⁹ apud pilatū ꝓcurādo dicētes: Crucifige / crucifige eū. Propter quod extunc vsqꝫ hodie subiacēt maledictioni diuine ⁊ captiuitati. In qua quidem captiuitate degētes / ⁊ signāter inter christianos timēt ab eis occidi in odiū mortis xp̄i. Quos super hoc ꝯsolatur domin⁹ dicēs: Nequaqꝫ ita fiet. Sed vbi de hac prohibitiōe? Certe ibi in psal. Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos. Itē in decretis disti. xlv. de iudeis. vbi sic legitur. De iudeis p̄cepit sancta synodus ad credendū nemini vim īferri. Cui em̄ vult deus miseretur / et quem vult indurat. Nā vt habetur. xxiij. questi. vj. vides. Nullus inuitus fit bonus. Sed omnis qui occiderit cain / (id est Judaicum populū / scilicet in odium mortis Christi) septuplum punietur: siue vt. lxx. interp̄tes trāstulerūt. vij. vindictas ex

soluet: id est auferet ab eis septem vindictas / quibus alligati sunt propter mortē Christi hoc toto tempore quod septenario dierum numero voluitur. Quod autem subditur: Posuitq; dominus signum in Cain vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum: referendum est ad signum circūcisionis: q̄d in corpore suo defert dicta gens iudaica / siue sub Christianis siue paganis principibus viuat. Per quod quidem signum aperte et sensibiliter distiguitur a ceteris nationibus ⁊ populis. Sed omnis domin⁹ / siue imperator / siue rex / aut quicunque alius p̄ceps qui in terris dn̄io suo subiectis inuenit ipsos cū predicto signo: eos tolerat / nec occidit.

¶ Anagogice. In die iudicij discernentur reprobi ab electis per signa sua: sicut discernuntur milites diuersoꝝ principum per signa sua siue scuta. Nam signum reproborum: galt. leur liuree / erit signum siue scutum diaboli: quod vocat signum siue character bestie. Apoc. xiiij. Signum vero electorum erit character baptismalis: ⁊ istud signum erit generale: quod erit scriptū in frōtibus suis: vt habet eiusdē Apoc. vij. Sed quia multi habentes predictum signū damnabuntur / vt mali Christiani: ideo preter illud dicti electi habebūt aliud signum speciale / scilicet gratie dei: quod vocat Joānes vbi supra signum dei viui. Et quicunq; habuerit in die iudicij istud signum supra se / indubie nō occidetur a morte secunda / que est perditio eterna corporis et anime: sed cum vtroq; deducetur in celum.

¶ Anagogice circa illam primam partem predicte clausule in qua dicitur: Omnis qui occiderit Cain / septuplum punietur: notādum q̄ non solum om̄is homicida: verumetiam omnis peccator post diē iudicij septupliciter puniet / id est septem penis affligetur. Prima ⁊ principalis erit carentia visionis diuine / que importat in illis verbis Christi q̄ dicturus est in iudicio cōtra reprobos: Ite maledicti. Mat. xxv. Item Esa. xxvj. In terra sctōrum iniqua gessit / scilz reprobus: ⁊ ideo non videbit gloriā dn̄i. Notāter autē dictum est carētiam diuine visionis esse precipuam penā dānatorum: quia vt dicit August. nulla pena maior q̄ carētia diuine visionis. Et Chryso. lib. de compūctione cordis. Potius indt eligerem mille gehēnas / id est ignes inferni / q̄ p̄uari tali visione. Secūda erit pena ignis de qua subditur in Mattheo vbi supra: in ignem. Cuius ardor excedet omnē penā quam vnq̄ aliquis martyrū passus est in hac vita. Si enim hoc asserit Augustinus de igne purgatorij: vt patet de peni. dist. vij. c. nullus. q̄to magis idem credēdum est de igne inferni. Esa. xxxiij. Quis de vobis habitabit cum igne deuorante? Tertia pena erit desperatio euadēdi huiusmodi ignē tam crudelem / eo q̄ erit eternus.

Unde subditur in Mattheo: eternum. Et Esa. vbi s. Quis ex vobis habitare poterit cũ ardoribus sempiternis? Quarta pena erit crudelis societas: que notatur cum subditur in Mattheo: Qui paratus est diabolo / et angelis eius. Simul ergo intra illum ignem cruciabuntur homines et demones: sic tamen ꝙ demones erunt hominũ tortores: quia vt dicit Gregor. quos reprobi habuerunt incentores in culpa: habebũt tortores in pena: iuxta illud hieremi. xvj. Seruietis dijs alienis / id est demonibus alienis ab oĩ misericordia: qui non dabunt vobis requiẽ. Quinta pena erit inuandi se impossibilitas / que denotatur in illis verbis domini Matth. xxij. ligatis manib⁹ et pedibus. Certe si quis diu maneret in lecto satis molli et plumoso: nec posset in illo se mouere: cito angustiaretur et attediaretur. Quanto magis in proposito. Sexta pena erit tenebrarum obscuritas. De quibus vbi supra subdit: mittite eum / scilicet reprobũ qui in fine vite inuentus est nõ habens vestem nuptialem: in tenebras exteriores / qui supple iam est in tenebris interiorib⁹ culpe: quia vt habetur Sapieñ. ij. excecauit eos / scilicet reprobos / malitia eorum. Septima pena erit remorsus conscientie tum de bono omisso / tũ de malo commisso / tum de irreparabilitate temporis perditi: et opportunitate penitentiam agendi: atꝫ penas eternas euadendi. Et iste remorsus vocatur in sacra scriptura vermis cõscientie: de quo Esaie vltimo: Uermis eorũ non morietur / et ignis eorum non extinguetur. Et Judith. xvj. Dabis (tu supple domine de⁹) ignem et vermem in carnem eorum / vt vrantur semp. Quãuis ergo communiter iste vermis exponatur de cõscientia remordente continue in dam natis: nihilominꝰ beatus Augustinus non negat quin possit intelligi de verme materiali: qui post generale iudicium corrodet corpora reproborum: absque tamen eorum atqꝫ eiusdem vermis consumptione. Nam sicut ignis in inferno ardet sine materia nobis nota: nec tamen deficit: ita fieri poterit de verme corporali. Et hoc videtur approbare scriptura Esaie decimoquarto: dicẽs de quolibet dãnato: Subter te sternetur tinea: et operimentum tuum erunt vermes. Item Abacuch secundo: Nunquid consurgẽt repente qui mordeant te / et suscitabunt lacerãtes te? Itẽ Ecclesiasti. xxxix. Hec parata sunt impijs / ignis / grando / fames / mors. Insuper scorpij et serpentes. Patet ergo quomodo post iudicij diem nõ solum Cain cum sibi similibus homicidis: verumetiam omnis reprobus septempliciter punietur. Auertat pijssimus deus ne simus de numero talium.

¶ Duodecima clausula.

¶ Egressusqꝫ Cain a facie domini: habitauit pro-

fugus in terra, ad orientalem plagam eden.

¶ Historialiter. Postquam in precedentibus multa dixit Moyses de Cain ad illius opprobrium et confusionem pertinentia: hic tandem agit de adimpletione diuine sententie erga ipsum. Prius nempe dixerat illi deus. Uagus et profugus eris super terram. hic autem dicit quod egressus a facie domini. i. a presentia angeli in persona domini apparentis illi et loquentis: habitauit profugus in terra ad orientalem plagam eden. i. deliciarum. Non quidem ad hunc sensum quod a cetero in delicijs esset aut viueret: vt dicit dominus de pal. Sed quia habitauit versus terram deliciarum. i. paradisum terrestrem. Nam per eden intelligitur paradisus terrestris. In penam quidem ipsius Cain factum est vt expelleretur versus illam regionem delectabilem et felicem: quam per peccatum patris amiserat: vt inde haberet materiam doloris, cum videbat se non posse ad illam accedere. Est ergo sensus: Habitauit Cain profugus in terra ad orientalem plagam eden, id est versus plagam orientalem que respicit situm paradisi terrestris, et que proxima est eidem paradiso terrestri: quamuis locus ad eum sit inaccessibilis atque mortalibus ignotus. Hec Petrus de palude.

¶ Moraliter. Eiectio Cain a facie domini, et habitatio eius in eden, designat homines sententia excommunicationis illaqueatos: quos eijcit ecclesia a communi habitatione hominum cum candelis ardentibus, que in detestationem dictorum excommunicatorum proijciuntur in terram, simulque extinguuntur in signum quod in talibus extinctus est ignis charitatis diuine propter suam inobedientiam et rebellionem contra ecclesiam. Hinc est quod ecclesia solet premittere triplicem monitionem priusquam ferat excommunicationis sententiam. Post hanc autem si viderit hominem contumacem, profert in eum excommunicationis sententiam: maxime cum omnis contumax veniat excommunicandus, vt patet. xvij. q. iiij. si quis deinceps. Contumax autem dicitur et reputatur secundum iura ille qui post vnam vel trinam peremptoriam vocationem contemnit coram suo iudice comparere: vt patet. xxiiij. q. iij. de illicita.

¶ Allegorice: eden que interpretatur voluptas siue delicie: merito designat regnum celorum, in quo est maxima voluptas et deliciarum plenitudo: ita vt dicat psalmista ad dominum de habitatoribus in dicto regno: Torrente voluptatis tue potabis eos. Cain autem qui vno modo interpretatur lamentatio: designat Christum: qui quamdiu vixit in hac mortali vita, lamentatione et tristitia plenus fuit. Unde et in orto dicebat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Matthei. xxvj. Iste ergo Cain noster Christus in ascensione sua egressus est de hoc seculo nequaquam: non tamen a facie domini, quam etiam ab instanti creationis sue vidit clare et nude anima illius. Habitauitque

ad orientalem plagam eden: et hoc quando assumptus est in celum: sedetque nunc ad dexteram dei patris/ id est in potioribus et maximis bonis glorie.

¶ Anagogice. Cain qui vt dictum est interpretatur lamentatio/ significat quemlibet electum: qui in presenti lamentatur salubriter sua aliorumque peccata: atque miserias vite presentis: necnō et dilationē glorie celestis: qui pro tanto dicitur beatus/ saltem in spe: iuxta illud Matth. v. Beati qui lugent / quoniam ipsi consolabuntur. Tandem ergo iste Cain in die iudicij percepta Christi benedictione/ egredietur letus de terra miserie et tenebrarum/ vbi etiam nullus ordo: et ascendet ad orientalem plagā eden/ id est ad terram celestem / plenam perfecta voluptate. Terram inquam felicitatis perpetue et claritatis eterne/ in qua etiam est mirabilis atque multiplex ordo angelice nature. Deniqz egredietur dictus Cain a facie domini / id est a visione illius enigmatica et obscura que habetur in presenti a fidelibus per fidem: et ascendet ad orientalem plagam eden/ id est ad voluptatem clare visionis diuine essentie in patria. Et hoc est quod loquitur Apostolus. j. ad Corinth. xiij. dicens. Videmus nunc per speculum in enigmate: tūc autem videbimus supple facie ad faciem.

¶ Decimatertia clausula.

¶ Cognouit autem Cain vxorem suam: que concepit et peperit Enoch. Et edificauit ciuitatē: et vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch.

¶ Historialiter postquam Moyses famulus domini egit in precedēti clausula de egressu Cain a cōmuni consortio aliorū hominum: et de loco habitationis sue: quia habitauit ad orientalem plagā eden: hic consequēter agit de multiplicatione generis humani per eum. Agit etiam de constructione ciuitatis per eum. Sed primā partem missam facientes vsque ad sequentem clausulam: secūdam prosequamur in qua agitur de cōstructione ciuitatis/ quam ipse Cain post illius cōsūmationē appellauit Enoch iuxta nomen filij sui. Ubi aduertendum quod iste Cain implicatus fuit multis peccatis: vt dictū est supra. Precipue aūt ijs que sequuntur: et primo inuidia: quando scilicet vidit per signum de celo missum oblationem fratris sui deo acceptam: non autem sic de sua. Secundo homicidio fratrem suum occidendo. Tertio proditione: scz trahendo eum in agrum: vt cōmodius eū occideret. Quarto mēdacio: respondēdo dño se nescire quid factū esset de Abel fratre suo. Quinto arrogantia et proteruia: dicendo ad dñm. Nūquid custos fratris zc. Sexto desperatione: dicendo ad dominū: Maior est iniquitas. zc. Septimo. Superbia/ curiositate/ et a

uaritia: que omnia tangūtur
in constructione ciuitatis. Nō
mirū ergo si est reprobatus.
¶ Circa cōstructionem dicte
ciuitatis/ que appellata est e-
noch/ possunt moueri alique
questiuncule.
¶ Prima igitur questiuncula
talis est. Quid mouit cain edi
ficare p̄mo ciuitatē? Ad hoc
respondetur ꝙ illud fuit eo ꝙ
videbat se odio habitum apd̓
omnes ꝓpter fratricidiū suū.
Timebant enim eū ⁊ formida-
bant oēs dicentes. Ex quo iste
occidit fratrē suū/ facile occi
dere poterit alios. Insuꝑ ra-
pinis ⁊ violentia opes congre
gans timuit illos quos graua
bat. Da exēplū de aue que di-
cit bubo. Hec igit̄ apud se con
siderās aiebat. Multos ille ti
mere debet/ quē multi timēt.
Quid igitur faciā vt tutus es-
se possim? Certe edificabo mi-
hi ciuitatē munitam/ vt vita-
re possim isidias aduersario-
rum meorum.
¶ Secūda q̄stiūcula est talis.
Cū tūc tp̄is adhuc pauculus
esset popul⁹ super terrā: quō
fieri potuit ꝙ ip̄e cain edifica-
re potuerit ciuitatē: etiā da-
to ꝙ illū iuuissent oēs hoies q̄
erāt super terrā/ qd̓ tamē nō
est verū/ sed tantū illi q̄ erant
de secta sua ⁊ ꝑte. Ad hoc re-
spondetur s̄m Aug. ꝙ iā plu-
res erant hoies super terram
q̄̄ scriptura sacra exprimat.
Certissimū enim est ꝙ nō oim
filioꝝ aut filiarū Adā/ siue ēt
filioꝝ filiorum suorū: ⁊ sic sem
per descēdendo noia sunt scri-
pta in sacra scriptura: sed val
de paucoꝝ. Nā tūc tp̄is hoies
diu viuebant: vt pꝫ Gen̄.v. ⁊
ita per hūc modū facile pote-
rat breui quidē tēpore valde
crescere numer⁹ hoim. Si eñ
ex illis septuaginta qui de Is-
rael descenderunt in egyptū.
infra quadringētos annos nu
merus adeo auct⁹ fuerit: vt in
exercitu eorū in exitu de egy
pto inuenirētur sexcēta milia
virorum bellatorum a viginti
annis ⁊ supra: quid in proposi
to dicendū de Adā qui vixit
nongentis trigita annis? Vñ
de eo dicit quidā postillator
vt refert dn̄s Petrus de pal.
ꝙ potuit videre ex se ꝓducta
tā immediate q̄̄ mediate plus
q̄̄ quingēta milia virorū. Ip̄e
enim immediate ⁊ ex se i nōgē
tis triginta annis quibus vi-
xit potuit gignere totidem fi-
lios ⁊ similiter totidē filias:
maxime secundū illos qui di-
cūt ꝙ Eua ⁊ cetere prime mu
lieres vno ꝑtu edebāt mascu-
lum ⁊ feminam. Cū ergo filij
eius ⁊ filij filiorū eius possent
generare l.xv. anno: facile ⁊c̄.
¶ Tertia questiuncula talis
est. Cur cain potius imposuit
ciuitati Enoch per eū condi-
te nomen filij sui qui eodem
vocabulo appellabatur/ q̄̄ no-
men suum proprium: maxime
cum de hominibus mundanis
dicat psalm̄. ꝙ vocauerunt no
mina sua in terris suis. Ad hoc
respondet de palude ꝙ ꝓpter
duo: primū quia ip̄e erat odio
sus ab omni populo propter
maledictionem diuinam: et
rapinas quas exercebat: tum
vt ostenderet illam esse pro se
et pro tota sua posteritate.
¶ Moraliter Cain edificans

ciuitatem designat homines mundanos / et signanter diuites et nobiles huius seculi: qui plus soliciti de presenti seculo quam de futuro / edificant sibi magna palatia: et domos insignes: siue de patrimonio crucifixi quo ad ecclesiasticos prelatos: quod tamen pauperibus erogandum est: et hoc post sufficientem et decentem sustentationem eorum: siue de sanguine pauperum quo ad nobiles et principes: qui excoriant pauperes subditos tallijs exactionibus et tributis vt adimpleant vanitates et magnificentias siue prodigalitates suas: aut certe fatuitates. Quas quidem fatuitates perpulchre ostendit Chryso. super Jo. homilia lv. tali similitudine: dicens. Si quis inquit te in persidem vi surum illam regionem: et mox reuersurum duceret: iuberetque vt illic domum construeres: nonne velut amentem eum reprehenderes: ac si inutilem suaderet impensam? Cur ergo non idem in hoc mundo facis: quem paulo post velis nolis relinques? Sed filijs inquit relinquam. Nonne et illi paulo post te sequentur: aut forte te precedent? Iti dem et eorum posteri. Hec ille. Insuper talis vanitas siue fatuitas sumptuosorum edificiorum apud christianos quantum est ex se: saltem occasionaliter retrahit infideles ne conuertantur ad fidem catholicam. Unde idem Chrysosto. super Matth. homilia. xij. Gentiles inquit: cum videant a nobis edificari splendidas domos: atque ortorum amenitates parari: nolunt credere quod alterius vrbis nobis perfectionem paremus. Si enim inquiunt verum esset istud quod dicunt christiani de futura vita: profecto vendentes cuncta que possident: illuc prorsus premitterent. Hec ille. O quam longe ab hac vanitate erat ille philosophus diogenes: de quo referunt historiographi quod habebat dolium pro domo: quod voluebat semper in contrarium et impetum venti. Mundani ergo homines volentes celebrare suum nomen in terris: edificant domos insignes. Boni vero animaduertentes quod non habent hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirunt: item quod sunt peregrini et hospites: sunt contenti casellis expectantes futuram ciuitatem supernam.

¶ Moraliter et aliter Cain edificans ciuitatem enoch designat quemlibet hominem qui debet per singulos dies incipiendo a iuuentute / et continuando vsque in finem vite edificare ciuitatem conscientie sue / de qua quidem ciuitate loquitur ps. dicens: Nisi dominus custodierit ciuitatem. i. humanam conscientiam: frustra vigilat qui custodit eam. Unde Jo. xv. dicebat christus: sine me nihil potestis facere. Modus autem edificandi hanc interiorem ciuitatem talis est. Nam fundamentum precipuum primum et principale et sine quo non potest surgere edificium est fides / que est prima omnium virtutum. Et de hoc fundamento loquitur apo. heb. xj. dicens. Fides est substantia. i. fundamentum rerum sperandarum. Nam sicut fundamentum edificij communiter non videtur / sed occultatur sub terra: ita fides est de ijs que non viden-

tur. Propterea de ea subdit Apost. vbi supra dicens q est argumentum non apparentiũ. Hoc autem fundamentũ construitur ex.xij. lapidibus: qui sunt. xij. articuli fidei. i. xij. partes symboli apostolici. Deinde super huiusmodi fundamentum firmũ et solidũ edificãtur quatuor parietes q quadrũ. i. quatuor virtutes cardinales: que sũt prudẽtia: iustitia: temperantia: fortitudo. Prudentia in hoc spirituali edificio ponitur a parte anteriori: eo q futura puidet. Iustitia in parte posteriori: eo q preterita corrigit. Temperantia a dextris: ne prosperis effluamus. Fortitudo a sinistris: ne aduersis deijciamur. Deinde super istos quatuor parietes cõstituitur spes: que est expectatio futurorum bonorum ex gratia et meritis puenïens. Tectũ predictorũ murorum est charitas: que operit multitudinem pctõrũ vt habetur. j. Pet. iiij. itẽ Prouerb. x. Uniuersa delicta operit charitas. Nam sicut tectũ est eminẽtior pars toti9 edificij murorũ alicui9 ciuitatis vt in aliquibus ciuitatib9 obseruari solet: ita et charitas pcellit ceteras virtutes: iuxta illud verbũ apostoli. j. ad Cor. xiij. Maior horũ est charitas.

¶ Notandũ est autẽ q hec ciuitas humane cõsciẽtie debz esse vallata his trib9: vcz muris: fossis: aqs. Muri sunt ambitus mãdatorũ dei: quib9 debet mẽs humana circũdari et includi. Fosse siue fossata sunt profunda humilitas. Aq sunt abũdãtie lachrymarũ. Habet etiã hec ciuitas custodes sues die ac nocte eã custodientes de quibus loquitur dñs Esa. lxij. dicẽs. Super muros tuos hierusalem cõstitui custodes tota die: et tota nocte. Huiusmodi aũt custodes sunt angelici spũs: qui a deo cõstituunt custodes animarũ deuotarũ iuxta illud ps. Angelis suis de9 mandauit de te: vt custodiãt te etc. Et nota q deus principaliter edificauit hanc ciuitatem humane pscẽtie siue anime rationalis in creatione: su peredificauit eã in baptismi inundatione: deide lapsam reparauit in sacramentali recõciliatione. Demũ eãdem perficiet in celesti glorificatione: dicẽs illud Apoc. xxi. Ecce noua facio omnia.

¶ Allegorice. Ciuitas quam edificauit Cain / olim fuit synagoga iudeorum: quã post deũ edificauit Moyses. Nũc vo est ecclesia xpianorum: quã i nouissimus tẽporibus edificauit optimus ille plasmator xps. ipse nempe edificauit eã proprio sanguine. Deinde irrigauit eã sanguine martyrũ. insuper illuminauit eam sua salubri doctrina: quã ad perpetuã eiusdem illuminationẽ nobis reliquit sub chirographis sacrorum euãgelistarũ. Deniqz eiusdẽ ciuitatis cuius extiterat fundator ipse xps / fuit etiam pastor primus: qui de seipso loquens Joã. x. ait. Ego sum pastor bonus. Bonitas autẽ hui9 ac tãti pastoris in hoc maxime apparuit: qr animã suã posuit p ouibus suis. Hec est igitur ciuitas illa de qua Eccls. ix. Ci-

uitas parua: et viri pauci in ea. Est nempe ciuitas ecclesie xpiane per dei gratiã magna in se sed parua respectiue: scz in ordine ad populum infidelem siue ad synagogam sathane. insuper intra eam sunt nonnulli. nũero quidẽ: quãuis lõge ab ea merito qui nitũtur eam dissipare: vt sunt heretici et falsi xpiani: de quib9 Prouer. xxix. Pestilentes homies dissipant ciuitatem.

¶ Anagogice predicta ciuitas designat ciuitatẽ celestẽ: de qua in psal. Gloriosa dicta sũt de te ciuitas dei. Et notãter ciuitas hec celestis vocat ciuitas dei: tũ qz ipse deus ibi residet gloriose: tũ qz in ea illi in oibus obeditur: tũ qz aduersarius ibi nihil hz: neqz ei ex quo semel inde cõfusibiliter eiect9 est, redire pmittit. Illa autẽ gloriosa q̃ de hmõi ciuitate supna dicũtur, sunt multa. primum qp nõ eget sole aut luna vt luceãt in ea: eo qp claritas dei illuminat eam: et lucerna eius est agnus. i. xps: cuius humanitas gloriosa dat ibi claritatem: multo tñ nunc rem q̃ diuinitas illi9. Scdm est qp oẽs illic habitãtes viuũt in continua letitia semota oi tristitia. Unñ in ps. Sicut letãtiũ omniũ habitatio est in te. Et Esa. lj. Gaudiũ et letitia inuenietur in ea: gratiarũ actio: et vox laudis. Itẽ in hymno dedicatonis ecclesie. Ois illa deo g̃ta et dilecta ciuitas plena in laude et canoro iubilo. Tertiũ est qp structura illi9 est mirabilis: de q̃ canit eccl'ia in festo dedicationis dicẽs. Urbs beata hierlm dicta pacis visio q̃ cõstruit viuis ex lapidib9. i. ex electis hoib9: et angelis coornata vt sponsata comite. Itẽ post pauca. Platee et muri eius ex auro purissimo. Hoc dicit ecclesia propter ingẽtẽ charitatem ibi relucentẽ: que per aurũ purissimuũ designatur. Porte nitẽt margaritis. Hoc dicit propter illas virtutes sine quibus nemo intrat celũ: nec sit in eo absqz illis habitare permittit cuicũqz: vt sũt humilitas iustitia: tẽperãtia: prudẽtia: fortitudo: et hmõi. Modus aũt quo in illã ciuitatẽ sanctã hierusalẽ intratur, declarat cũ subditur. Uirtute meritorũ illuc introducitur ois qui pro xpi noie hic in mundo premitur. Et iterũ. Tunsionib9 pressuris expoliti lapides. i. aduersitatib9 pñtis vite purgati electi: postmodũ in illa sancta ciuitate suis coaptantur locis p manus artificis, id est xpi, disponuntur pmãsuri sacris edificijs. Item in altero hymno eiusdem dedicatiõis. Ois illa deo grata et dilecta ciuitas: plena modulis in laude et canoro iubilo. i. cãtu dulci et suaui: trinũ deũ vnicũqz cum fauore predicat.

¶ Decimaquarta calusula.

Porro enoch genuit Irad: et Irad genuit Maniael etc. vsqz ibi exclusiue. Dixitqz Lamech etc.

¶ Historialiter postq̃ in precedenti clausula egit sanctus Moyses de cõstructione predicte ciuitatis totius mũdi que dicta est Enoch, ex noie prioge-

niti Cain: et de auctore illi⁹ q̄ fuit Cain: hic consequēter agit de multiplicatione generis humani per ipsum Cain. Circa quod repetendū est qđ dictum fuerat in prima parte precedentis clausule: vcꝫ ꝙ Cain genuit Enoch. Deinde sequitur i presenti clausula ꝙ Enoch genuit Irad: et sic de aliis vsqꝫ ibi exclusiue. Dixitqꝫ Lamech vxoribus suis. Et est hic notandū ꝙ fuerunt duo viri dicti Enoch. Primus fuit filius Cain: de quo hic loquit Moyses. Secūdus fuit filius Jared: de quo legitur i sequēti capitulo. Primus mal⁹. Secundus bon⁹. Sed pro ampliori declaratiōe presentis clausule mouentur quedam dubia ¶ Primū igitur dubium tale est. Ex q̄ muliere genuit Cain Enoch. Non enī nomē illi⁹ in presenti textu exprimitur. Respondet ꝙ nomen illius nobis est hucusqꝫ ignotū. Non enim sanct⁹ Moyses curauit cōmuniter noīa mulierū exp̄mere: nisi forsan illarū que aliquid insigne opate sunt: vt sara: rebecca: Rachel: et similes: aut q̄s sacra scriptura reprobat: vt dicit Hieron. in expositiōe illius euangelii: liber generationis. Secus autē de viris: qꝛ per eos generationū series texitur. Unum tamē pro certo scimus ꝙ predicta mulier simul fuit vxor et soror Cain: aut saltem cognata eius. i. filia fratris sui. Primum sic ptꝫ. deus enim pri⁹ statuerat matrimonium cū adduxerat Euam ad Adam: de qua idem Adam diuinitus inspiratus ait Relinq̄t homo patrem suū et matrem suam: et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna Genesis. ii. Scđm vero sic patet. in principio enim productionis humani generis deus dispensauit propter necessitatē vt frater duceret sororē i vxorem. in cuius etiam rei signū Eua sub vno partu pariebat filiū et filiā: vt supra dictū est: qui postq̄ ad etatem nubilem perueniebant: simul cōtrahebāt. Post hec relicto illo gradu germanus siue cognatus ducebat cognatā in vxorem: et sic consequēter quousqꝫ facta est sufficiēs multiplicatio generis humani: et tunc statuti sunt certi gradus infra quos non licebat contrahere: quos pro presenti pertrāseo. Patri autem nunq̄ licuit ducere filiam in vxorē: neqꝫ filio matrē. Ad propositū ergo redeūdo supposito ꝙ Eua in p̄io partu suo genuerit Cain: necesse ē dicere ꝙ ille acceperit sororē suā in spōsam: que dicta est calmana. Nec potest dici ꝙ dictus Cain cū altera sororꝫ suarū posteriorū cōtraxerit: aut ꝙ expectauerit contrahere cū aliqua filiarū fratrū suorꝫ qꝛ tenebatur cōtrahere q̄ p̄imum potuit generare: et inuenit filiam que esset viri capax: et hoc ꝓpter preceptū generaliter datū a deo de multiplicatiōe gn̄is hūani. Si aūt ponat vt supradictū est: vcꝫ in prima clausula pn̄tꝫ capituli ꝙ adā genuerit Cain. xv. anno a productione sua: simulqꝫ genuit dictam calmanam: ante quos etiam genuit filios et filias:

vt dicit Petrus comestor: tūc fieri potuit vt contraxerit cū filia fratris sui / quicunq̧ fuerit ille. Et hoc totū absq̧ culpa: vt prius dictum est.

¶ Secundū dubium. Cur dominus auxit semē cain? Videtur eni꞉ ꝙ ipsum debuerit omnino semine priuare: maxime cū sciret semen ex eo descēsurum fore malum: sicut rei ꝓbauit euent⁹: ⁊ maxime de lamech qui primo introduxit bigamiā. Insuper interfecit ipsum Cain: ꝗuis crederet interficere ferā. Sꝫ de hoc postea. Eadē autem questio fieri potest de omni generatione ⁊ ꝓgenie maloꝝ. Et ideo vtrūq̧ simul soluemus. Dicendum ergo ꝙ dominus dedit semen ipsi Cain: quod ꝗuis sciret futurum malum / nō tamen hoc intendebat: quinimmo cuilibet tali dedit sufficientia media salutis operāde: ꝗtum ex ipso et in ipso est: ita vt dicat Osee. xiij. Perditio tua israel ex te: tantūmodo in me auxilium tuum. vbi glo. interl. Tu ipse es causa tue perditionis. Nam ex quo Cain ⁊ Abel geniti sunt / semper in hoc mundo mali ꝯmixti sunt bonis: et econtra: et hoc ad vtilitatem vtroꝝq̧. Nam mali ex commixtione bonorum inde trahere possunt exēplum virtutis. Boni vero inde corrigūtur ex leuibus suis culpis: cum scilicet ab ipsis malis opprimuntur varijs modis. Possum⁹ ergo dicere cum beato Thoma super epistolas Pauli: prout recitat beat⁹ Anto. florē. iiij. parte sūme sue tit. xiiij. c. xij. §. iiij. ꝙ sicut in edificio materiali necesse est ad illius perfectionē aliquos lapides ex quibus cōstruitur / poni inferius in fundamēto sub terra: ⁊ aliquos sup terrā in parietibus: sed ꝙ tales lapides eiusdem aptitudinis ponātur infra: et tales supra: nō est necessariū: sed hoc tantū depēdet ex mera voluntate edificantis: ita etiā ad perfectionē vniuersi ⁊ pulchritudinē illi⁹ necesse est aliquos hoīes esse infra: scꝫ in in inferno: vt sunt damnati: in quorū punitione reluceat dei iustitia. ⁊ aliquos supra: scꝫ in celo: vt sunt beati: in quoꝝ glorificatione reluceat dei mīa ⁊ bonitas. Sed ꝙ iste dānetur: ⁊ ille saluetur hoc simpliciter dependet ex bñplacito dei: ꝗtum scꝫ ad dei ꝓdestinationē vel prescientiā: que duo precedūt merita hoīm ⁊ demerita: sicut dicit Apo. Ro. ix. de Iacob ⁊ Esau. Cū nōdum inquit essent nati: nec aliq̄d boni vel mali egissēt: dictū est scꝫ a deo p Malachiā ꝓphetā. j. ca. Iacob dilexi: Esau autē odio habui. Nullū tñ dānat deus nisi culpa sua ꝓcedēte ꝓpria volūtate: nec aliquem saluat / nisi gr̄a ꝓncipalit̄ operāte cū operib⁹ bonis: ⁊ hoc quo ad adultos. Pꝫ ergo quare dñs auxit semē Cain: q̄ꝺ sciebat futurū malū. De quo potest dici illud Sapien. xij. Semen erat maledictum ab initio. Et est sensus in proposito ꝙ semen Cain fuit maledictū ab initio / supple mundi: scilicet in ipsomet patre Cain. Hoc autem fuit quādo dominus dixit ad eum

postq̃ occidit fratrē suū abel. Nunc maledictus eris sup ter ram que aperuit os suum ꝛc. Uagus ꝛ ꝓfugus ꝛc. Unde ciuitas diaboli fuit inchoata in ipso Cain: ꝛ continuata in generationē ꝛ generationē p semen illius. i. p filios filioꝝ ei⁹: ita vt tota eius posteritas mala fuerit. Ciuitas aūt dei fuit inchoata in Abel/ ꝛ continuata per Seth: quē genuit Adā post mortē Abel: cuius filius dictus Enos incepit inuocare nomen dn̄i: vt postea dicetur.

¶ Tertiū dubiū versatur circa illos qui descenderūt ex semine Cain p Enoch: de q̃bus dicitur in textu ꝙ fuerunt inuentores multarū artium: puta vnus inuenit artē cōponēdi citharas ꝛ organa/ pariter ludendi cū talibus instrumētis: propter qd̓ dictus est pater ludentiū siue canentiū cithara ꝛ organo. Alius adinuenit artem fabricandi es ꝛ ferrū et hmōi. In p̄mis huic textui opponitur dictū historiographorū dicentiū: prout ponit Isidorus lib. iij. etymo. ꝙ cithara ꝛ organū sunt musica instrumēta que longe post diluuium inuenta sunt. Insuper vniuersum semen Cain: qd̓ cōtinuatum est p decem generationes/ totaliter deletum fuit q̃tum ad eos qui superant/ p aquas diluuij. Solūq; semē bonorū vnū verū deū colentium qd̓ continuatū fuerat p Seth filium Ade ꝛ descēdentes ab eo vsq; ad Noe ꝛ filios eius: saluatum est in dicto diluuio: vt sacra historia docet Gen̄. vij. Si ergo descendentes a Cain fuerunt inuentores dictarum artium: vt dicitur in presenti textu de thubal: oportet dicere ꝙ eo mortuo/ ꝛ vniuerso semine suo qd̓ supererat in dicto diluuio deleto/ penit⁹ ars canendi cū dictis instrumentis deleta fuerit. Et idem iudicium est de illis qui descenderunt de Thubalcain fratre p̄dicti Thubal: qui fuit inuentor artis fabricandi es ꝛ ferrū atq; cuncta que ex huiusmodi materijs fiunt. Cū ergo videamus predictas artes adhuc superesse: necesse est dicere ꝙ fuerint inuēte post diluuium et nō ante. Cuius tamen contrariū hic dicitur.

¶ Ad hoc breuit̓ dicēdū ꝙ p̄dictas artes icepisse a p̄dictis negare non possumus: cū hoc testetur Moyses in p̄senti textu. Sed de modo videam⁹. Dicunt ergo postillatores in primis de Thubal ꝙ adiuenit cōsonantias musicas scd̓m quas decurrūt consonantie sonorū in instrumētis musicalib⁹: per hūc modū. Nā cū audisset fratrem suum Thubalcain: fratrem inq̃ ex parte patris: fabricātē in ere ꝛ ferro: delectatus sono malleorū ex ponderibus eoꝝ: inde excogitauit ꝓportiones ꝛ consonantias que inde nascebant̓ ꝛ resonabant. Inuenit etiam quedam rudia instrumēta: sicut fieri solet in inuentione cuiuslibet noue artis. At vero post diluuiū fuerunt multo plura inuenta instrumenta: sicut ꝛ musica magis ac magis explicata: vt dicit idem Isido. vbi supra. Non ergo a pythagora philosopho

primo et simpliciter inuēta est predicta ars citharizādi et cantādi in organo: atq3 instrumēta ad hoc requisita operandi: vt greci fabulātur. Potuit tamē fieri vt p eū aucta atq3 subtiliata fuerit. Erat aūt pdictus Tubal pastor ouium: qui vt laborem pastoralē in solatium et delicias verteret/canebat in cithara et organo. Ne autem periret hmōi ars: scripsit eā in duabus colūnis. Nam vt de eo refert auctor historie scho. audierat Adam pphetasse de duobus iudicijs venturis: vnū per aquā: alterū p ignē. Propter qđ ne periret ars predicta et p eū inuēta/scripsit eam in duabus tabulis: et in qualibet totā fm Josephū. Quarū vna erat marmorea: altera lateritia: quaꝝ altera nō deleretur diluuio: altera nō solueret incendio. Marmoreā dicit Josephus adhuc esse in tra Syrie. Hec Petrus cōestor. Ad propositū ergo redeuntes dicim⁹ q predicta ars post diluuium facile potuit ad hoīm notitiā peruenire: saltem medio predicte tabule marmoree. Qđ si in contrariū obijciat Moysem q longe fuit post diluuium/inuenisse primū literas hebraicas que prime simpliciter fuerūt: vt Isido. asserit lib. iij. etymo. Et ita nō videt predict⁹ Tubal scripsisse predictā artē mō quo dictum est: Ad hoc rñdet de pal. hoc verū esse qđ dictū est de Moyse qrtū ad aliquos nouos characteres quos addidit: sicut et Esdras egit qui bibliā reparauit. Et sic patz de inuentiōe artis musice p predictū Tubal filium Lamech: quē genuit ex vna vxoꝝ suarū que dicta est adda.

¶ Cōsequēter vidēdum est de Thubalcain quem genuit Lamech ex altera vxore q dicta est Sella. Hic ei Thubalcain vt dicit Petrus cōest. primus inuenit artē ferreā. i. fabricādi ferrū: siue i ferro operādi: res bellicas prudenter exercuit: sculpturas operū in metallis in libidinē oculoꝝ. i. ad delectandū oculos fabricauit. Ex quibus oībus colligit triplex vtilitas pdicte artis metallarie: vcz necessitas ex arte ferraria: securitas ex reb⁹ bellicis: voluptas ex sculpturis. De isto autem Thubalcain hebrei dicūt q inuenit arma ad occidēdū: imitator fact⁹ Cain qui occidit fratrē suū Abel.

¶ Insup aduertēdū q dictus Lamech ex adda genuit pter Tubal alium filiū: cui nomen Iabel: q fuit pater habitantiū in tētorijs atq3 pastorū: vt habetur in presenti textu. Nō est tamē intelligēdū q dicat pater pastoꝝ quasi primus inter eos: qr ille fuit Abel. S3 qr primus inuenit tentoria pastorū portatilia: q sc3 portari possēt ad mutāda pascua et greges. Insup greges ordinauit et characterib⁹ distixit: separauitq3 scdm genera greges ouium a gregib⁹ hedoꝝ: etiā scdm generalitates eoꝝ: puta vnicolores a grege sparsi velleris. Itē scdm etatē: vtpote anniculos a maturioribus: insup cōmixturas inter eas certis tēporibus faciendas intellexit. Hec Petrus cōest. Patet ergo de

tribus filijs Lamech: et de varijs officijs eorum.

¶ Quartū dubiū est de mulierib⁹. Cū eīm tres filij Lamech fuerint inuētores variarū artium: necnō et multi alij: vt in diuersis historijs legitur: nūc dubiū est de mulierib⁹: an scz alique earū fuerint similiter inuentrices aliquarū artium. Si dicatur ꝙ nō: cōsequēs est dicere ꝙ parū honorauerunt sexum earū deus et natura: cū tamē tm̄ honorauerint sexum virilem. Dicēdum est ergo ꝙ sic. Unde legit͛ in p̄senti textu ꝙ predicti tres fratres habuerunt sororē noīe noēma: q̄ erat soror Thubalcain ex vtroq; parente: aliorum autē duorum videlz Tubal et Jahel tātū ex parte p̄ris. de qua refert magr̄ histo. schola. ꝙ inuenerit artē varie texture. Et forte ꝓpter hanc causam sola noīatur inter fratres suos artiū inuentores. Et de hac muliere dicit dn̄s Petrus de pal. ꝙ adinuenit lanificiū ad faciendū vestes: cum prius hoīes solis pellib⁹ aīaliū induerent: sicut fecit dn̄s ade et vxori ei⁹ tunicas pelliceas. Et si querat͛ quomō hec mulier potuit tam subtilē artem inuenire: R̄ndet idē de pal. ꝙ ex inspectiōe texture aranearū: que cū mirabili subtilitate operant͛. Sicut in alio ꝓposito ex mirabili officio apum potuerunt instrui architecti ad domificandū. Pōt etiā ꝓbabiliter dici ꝙ cū predicti tres filij Lamech vna cū sorore eorū essent idolatre: sicut et pat͛ eorū: diabol⁹ docuit eos p̄dictas artes: vt sic magis alliceret eos ad sui culturā. Unde et de Jahel dicit de Lyra ꝙ faciebat tētoria ad ponendū idola. Thubal etiā canebat īstrumētis musicis corā idolis ea venerādo. Et breuit͛ tota posteritas Cain fuit mala: vt prius dictum est.

¶ Quintū dubiū oritur ex isto vltimo verbo in quo dictū est totā generationē Cain fuisse malā. Ex quo eīm talis genealogia fuit mala: cur ergo tātā mētionē de ea facit Moyses? videt͛ eīm ꝙ debuerit eam oīno pertransire tanq̄ indignā narratione: iuxta illud Psal. Deleant͛ de libro viuētium: et cū iustis nō scribantur. Dicendū ꝙ de dicta genealogia debuit sanctus Moyses loqui: vt sic pueniret vsq; ad Lamech qui occidit Cain. Itē ad maius opprobriū tam ipsi⁹ q̄ sequacium illius hoc factū est. Potest etiam ad hoc assignari alia ratio et moralis. Nā genealogia Cain q̄ ab Adā vsq; ad Lamech cōplectitur septē generationes: et postea quatuor: vcz tres ḡnatiōes filiorum eiusdem Lamech: et ḡnationē filie sue: q̄ in toto faciūt. xj. ḡnationes: vt dicit glos. ordi. quibus discursis omnino deleta est de medio dicta genealogia: hec oīa designant nomē famā gloriā et honorē q̄ oīa recipiunt plerūq; reprobi in presenti seculo / tandē finitura et trāsitura: iuxta illud psal. Perijt memoria eorum cū sonitu. Et alibi. Dispereat de t͛ra mēoria eorū. Ecōtra aūt de iusto dr̄ in ps. In mēoria eterna erit iustus. Et Sapiē. iiij. Jnmortalis est

eam memoria illius: quia apud deum nota est: id est approbata: et apud homines similiter approbata: sive divulgata.

¶ Moraliter et primo possumus ex presenti textu satis ppendere quod communissime ex malis parentibus sequitur mala proles: quia iuxta commune puerbium. Patrem sequitur sua ples. Da exemplum de fructu qui sequitur conditionem arboris a qua orit. Hinc salvator Mat. vii. Arbor mala fruct' malos facit. Et Chrysos. sup Matth. in ope incomplето homil. xlvij. Testimonia inquit de filijs mores sunt parentum. Quod si pater fuerit bonus et mater mala: aut econtra mater fuerit bona: et pater mal': interdum filij patrem sequuntur: interdum matrem. Tamen frequentius est ut filij patrem sequant. Si autem ambo fuerit equales: aliquando fit ut de bonis parentibus mali filij ereant: et econtra de malis parentibus boni filij: sed raro. Ecce enim regula humane nature est ut ois homo nascatur duos oculos habens: et quinos digitos. Nihilominus aliquando ut manifestent opa dei nascit homo aut sex digitos habens: aut oculos omnino non habens. Sicut ergo extra regulam nature raro euenit ut deformis nascatur ita et extra nature regulam raro procedit ut filius nascatur suis parentibus dissimilis. Hec ille.

¶ Notandum ergo quod humane generationes quatuor modis variantur quo ad bonum et malum. Prim' modus est quo ex bonis parentibus nascuntur boni filij. Secundus est quo ex malis nascuntur mali. Et isti duo modi sunt satis usitati. Primus tamen pricipaliter est a deo: secundus autem a diabolo: cum propria voluntate puersa malorum filiorum. Et hoc est quod communiter dicitur: Patrem sequitur sua proles. Tertius modus est quo ex bonis parentibus nascuntur mali filij. Et talis modus est valde peruersus: et ad maximam iniquitatem pertinens. Quartus modus et oppositus est quo ex malis parentibus nascuntur boni filij. Et iste ad magnum dei beneficium pertinet. De quolibet autem predictorum modorum possunt sumi facile exempla ex sacra scriptura: que pertranseo.

¶ Moraliter et secundo per tres filios Lamech / quos genuit ex duabus uxoribus: videlicet Jabel et Thubal et adda / et Thubalcain ex sella / et qui fuerunt inuentores variarum artium: designantur tria genera hominum peccatorum.

¶ Primo igit p Jabel qui fuit pater id est inuentor habitantium in tentorijs: significant homines superbi et mundani: qui si fuerint diuites et potentes: edificant sibi magna palatia / aut domos insignes et regales / et forsan de sanguine pauperum: intus miro et exquisito modo ornatas: extra vero id est desuper deauratas: in quibus habitantes dicunt cum illo rege mundano et superbo Nabuchodonosor illud Danielis. iiij. Nonne hec est domus magna quam edificaui in robore fortitudinis mee: et in glo-

ria decoris mei? Sz sicut Nabuchodonosor: stati punit⁹ est propter superbiam suã: ita vt cum feris esset habitatio illi⁹: ita ꝛ tales plerunqꝫ iusto dei iudicio aut cito per mortem tollũtur de medio: aut huiusmodi exquisita edificia ruunt ꝛ pereunt: siue fulgure: siue igne: aut quouis alio modo. Propter quod dicit ps. Ois consummationis vidi finem.

¶ Secundo per tubal siue iubal vt alij libri habẽt: qui fuit pater. i. inuentor canentium cithara ꝛ organo: significantur homines luxuriosi ꝛ lubrici: qui amãt sonitũ instrumentorum musicaliũ / vacãtes choreis ꝛ corporalibus solatijs ad inflammandã et concitandam peramplius suã libidinem. De quibus Job. xxj. Tenent tympanum ꝛ citharã: et gaudent ad sonitũ organi. Ducũt in bonis dies suos: sed terribile et valde illis tremendũ est quod sequitur. Et in pũcto ad inferna descendunt. Itẽ Esa. v. Cithara / ꝛ lyra / ꝛ tympanũ / ꝛ tibia / ꝛ vinũ in cõuiuijs vestris / qui supple sequimini delicias et voluptates vr̃as in p̃senti.

¶ Tertio per Tubalcain qui fuit pater siue inuentor artis ferrarie. i. oĩm metallorũ etiã auri ꝛ argẽti: significant̃ cupidi ꝛ auari: quoꝝ totũ studium est laborare circa inuẽtionem auri ꝛ argẽti. In principio eñ mundi aurũ ꝛ argẽtũ nõ erãt in vsu: sed ex quo iste Tubalcain cupiditate ductus fodit terrã vt minerias metallorũ intra venas illius inueniret: postq̃ eas inuenit / hoĩes valde exarserunt in cõcupiscẽtiã auri ꝛ argenti: et pre ceteris auari. Nam hac de causa tales plerũqꝫ se exponunt grauissimis periculis: prout ostendit Plinius in naturali historia libro. vij. c. ij. dicẽs esse aliquos hoĩes vnicũ oculum habentes quẽ gerunt in media fronte: quibus est assiduum bellũ cũ griphib⁹ ꝓpter hmõi metalla Nã illi nitunt̃ extrhere ipsa metalla de locis in q̃b⁹ gignunt̃: vcꝫ de viscerib⁹ terre: quos toto posse impedire satagũt huiusmodi griphes. Dicit ẽt idẽ plinius in eadem naturali historia lib. xxxiij. c. j. q̃ ad perniciem vite hoĩm reperta sunt metalla auri ꝛ argẽti. Illa inquit nos premunt: illa nos ad inferos agunt que occultauit atqꝫ demersit natura. Et post pauca. Quã innocẽs inquit et q̃ beata atqꝫ delicata esset vita si nihil aliud de ea nisi q̃d supra terras est cõcupisceret: haberetqꝫ nõ nisi q̃d secũ est. Hec ille. Patet ergo q̃d significent tres filij Lamech.

¶ Allegorice: Septẽ generationes q̃ fluxerunt a Cain vsqꝫ ad Lamech: septẽ sunt peccata mortalia. Q̃d si p̃dictis septem generationibus addantur tres alie generatiões que important̃ p tres filios ipsius Lamech: tunc faciũt denariũ numerũ generationũ: q̃ tunc in toto designãt transgressiones decem preceptoꝝ decalogi: que oĩa delẽtur p sanguinem xp̃i: qui ad modũ diluuij fluxit abundantissime in eius passione ex suo sanctissimo corpore. Apoc. j. Lauit nos a pec

catis nostris in sanguine suo. Uel dic q huiusmodi diluuiū est sacramentum baptismi/ in quo similiter delentur vniuersa peccata: eo maxime q operatur ī virtute passionis Christi. In cuius figurā deleti sunt in mari rubro omnes Egyptij insequētes hebreos. Exo.xiiij.

¶ Anagogice. Generationes descendentes a Cain que aliquo tēpore floruerunt in terra: et que tandē omnino delete sunt de supficie terre: que autem descenderūt ex Seth/ benedicte fūt a dño: sicut patuit de Noe et filijs suis post aquas diluuij: designāt generationē reproborum: qui etsi interdū floreant in presenti inter prosperа/ tandem tamen delebūtur tam a facie terre per mortem tēporalem/ q̄ de libro vite per eternā reprobationem: iuxta illud psal. Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribātur. Econtrario autem nomina electorum nō delebit dominus de libro vite: vt habetur Apocal.iij. Insuper talibus benedictur⁹ est Christus/ cum dicet eis illd Matt. xxv. Uenite benedicti patris mei. vnde ī ps. Generatio rectorum benedicetur. Et vt dicit venerabilis Beda sup hoc passu: preterea ūdum negligenter non est q cū homines plus iusto in pascendis pecoribus insisterent: atq musicalibus instrumentis canētibus dissoluerentur/ necnon et fabrilibus artibus nimis ardenter operam darent: tunc diluuio superueniente sunt ex toto delet. ita etiam vltimus dies superdicij miseros peccatores simlibus dissolutionibus ac vanitatib⁹ irretitos inueniet: put iam longe ante predixit dominus ac saluator noster Christus/ ad cautelā nos instruēs et dicens. Matthei.xxiiij. Sicut autem in diebus Noe: ita erit et aduentus filij hominis. Sicut eīn erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes/ nubētes et nuptui tradentes vsq ad eum diem quo intrauit Noe in arcam/ et non cognouerunt donec venit diluuium/ et tulit omnes: ita erit et aduētus filij hominis. Tūc erūt duo in agro/ id est in hoc mundo/ siue in vallis iosaphat medio: vnus assumetur/ et alt⁹ relinquetur. Et per hos designātur generationes electorum atq reproborum. Nā generatio electorum assumetur ad gaudia celorum. Generatio vero reproborum detrudetur in profundum tartarorū.

¶ Decimaquinta clausula.

¶ Lamech accepit duas vxores: nomē vni Adda/ et nomen alteri Sella.

¶ Historialiter. Postquam in precedenti clausula ostensum est quomodo egit sanctus dei famulus Moyses de multiplicatione generis humani per Cain qui genuit Enoch / qui genuit Irad et c. hic consequēter resumitur siue repetitur quedam clausula inter predictas generatiōes inclusa/ que dicit q Lamech qui septim⁹ fuit a Cain/ accepit duas vxo

res. Hic autē repetitur predicta clausula de duabus vxoribus Lamech preter ordinem textus: propter ordinem & cōnexionem ad sequentem clausulam in qua agitur de verbo eiusdem lamech ad predictas duas vxores: quibus manifestum fecit suum homicidium circa Cain/et alium adolescētulum/vt postea dicetur.

¶Queritur ergo primo circa hanc clausulā. Utrum lamech peccauerit accipiendo duas vxores? Dicēdum ꝙ sic. Tum quia egit cōtra dei ordinationem: q̄ iam statuerat vt vnica esset vnius dicens: Erunt duo in carne vna. Gen̄.ij. Et q̄uis illa fuerint verba Ade: illa tamen protulit tāq̄ a domino inspiratus siue in persona domini. In cui⁹ etiam rei signum ipse dominus vnicam formauit mulierē de costa Ade/et non duas. Item ipse introduxit bigamiam/que pena quedam est. Quod si in cōtrarium obijciatur de aliquibus sanctis patrib⁹ qui habuerūt plures vxores: qui tamen de hoc facto non reprehendunt/ ergo nec de hoc rep̄hendi debet Lamech. Respondetur ꝙ non est simile: vt ostēdetur in sequentibus/vez ca.xvj.

¶Queritur secundo. Utrum liceat ducere plures vxores. Respondetur ꝙ non: et hoc simul/nisi ex diuina dispēsatione: sicut patet de Abraham & Jacob. Unde Lamech de hoc facto inculpatur. Mortua tamen prima licet ducere secundam/& sic consequenter: & maxime propter periculum incōtinentie. Propter quod apost. j.ad Ti.v.consulit iunioribus viduis vt nubant: quia inquit melius est nubere q̄ vri. Hinc Hiero.j.parte epistolarū suarum: epist.viij.dixit: Non dā no bigāos/ nec trigamos/ nec octogamos.

¶Querit̄ tertio/ & quasi incidētaliter: cur bigamia importat secum penā scilicet irregularitatis/vt patet disti.xxxiij. maritum. Item distin.sequenti.c.cognoscamus. Item.c.sequēti. Pro solutione notādum ꝙ bigamus dicitur a bis/ & gamos quod est nuptie/vel vxor/ vel mulier. Dicitur ergo bigamus qui duabus nupsit. Et similiter bigama/ que duobus nupsit. His igit̄ suppositis dicendū ꝙ bigamia habet irregularitatis penā sibi annexā propt̄ significationis defectū. Sacramentū enim matrimonij significat cōiunctionē xp̄i cum ecclesia: que quidem cōiūctio est vnius ad vnam. Ab hac ergo significatiōe deficit secūdum matrimonium: quia iam homo siue mulier secūdo contrahēs diuidit carnē suā. Unde ꝑpter defectum predicte significationis statuit ecclesia vt qui secundo contrahūt/ penā irregularitatis incurrant: vt pat3.xxxj.q.j.aperiant. Hoc tamen intelligendum est quando primū matrimonium fuit cōsummatū. Unde si quis nō cognouit primā vxorem/ eo forte ꝙ mors eam preuenit/ contrahēdo cum secūda post mortem illius bigamus nō efficitur: prout tenet beatus Thom̄.quarto senten.

distin.xxvij.q.iij. arti.1.q.1.ad tertiũ: licet magister senteñ. contrarium dicat. Sed in hoc non tenetur opinio eius: vt dicit beatus Anto. Florenti.iij. parte summe sue.titul.xxviij. ca.iij. Et sicut q̃ cognouit primam vxorem/ ꝛ postea ea mortua contrahit cũ secunda/ efficitur bigamus/ ꝛ per ꝯsequẽs irregularis: sic etiam qui cõtrahit cum vna de iure: et cũ alia de facto: vel cum duabus de facto: eandem penã incurrit: dummodo vtranq; cognouerit. Et quia Lamech cum duabus cõtraxit: quas etiam carnaliter cognouit: ideo bigamus extitit/ atq; bigamie inuentor primus. Non tamen irregularitatẽ incurrit: eo ꝙ ius canonicum q̃d induxit huiusmodi penã/ nõdum creatũ erat. Unde irregularitas sic diffinitur ꝙ est impedimentũ canonicũ ex aliquo facto vel defectu prouenens: qua quis prohibetur ad sacros ordines promoueri: atq; in eisdem ministrare. Potest tamen summꝰ pontifex cum bigamo dispensare vt ad sacros ordines promoueri possit/ et solus ipse hoc potest/ vt tenet beatus Tho. quarto senteñ.dist.xxvij.

¶ Sed potest obijci ꝯtra predicta. Dictum est enim ꝙ Lamech cõtrahendo cũ duabus nõ incurrit penam irregularitatis/ eo ꝙ ius ecclesiasticũ quod statuit huiusmodi penã nõdum erat decretum. Ergo nec a simili incurrit bigamie notam: maxime cum nondum dei filius vniuisset sibi humanitatem: a cuius significatione recedit bigamꝰ/ vt dictũ.ẽ.

¶ Ad hoc dicendum ꝙ nõ est simile: quia etsi tempore Lamech nondum completa esset filij dei incarnatio: erat tamẽ iam in mente diuina preuisa etiam ante mũdi constitutionem/ iuxta illud Prouer.viij. Nõdum erant abyssi/ ꝛ ego iã concepta eram: supple in mente diuĩa. Insuper/ iã erat prefigurata/ videlicet in formatione mulieris ex costa viri.geñ. ij. Deniq; iam erat ꝓphetata/ scilicet in illis verbis Ade dicentis: Hoc nũc os ex ossibus meis: et caro de carne mea. Que etsi ad literam intelligãtur de Eua/ possunt tamen ꝓphetice ĩtelligi de Christi incarnatione. Et sic patet ꝙ nõ est simile de pena bigamie et irregularitatis in ordine ad Lamech contrahentem cum duabus.

¶ Moraliter secũdum dominum Hugonẽ cardi. Lamech q̃ interꝑtatur doctrina/ significat doctores vel prelatos ecclesie/ q̃ debẽt docere populũ sibi subditũ. Sed ꝑfecto multi taliũ accipiũt duas vxores. Prima est legitima: et hec dr̃ Ada: q̃ interꝑtatꝛ testimoniũ: ꝛ ideo recte designat sapiẽtiã verã: de qua dꝫ sumi testimoniũ a viris euãgelicis: de qua q̃libet eorũ merito dꝫ dicere illud sap.viij. Hãc amaui ꝛ exq̃siui a iuuẽtute mea: ꝛ quesiui eã sponsam mihi assumere/ et amator factus sum forme illiꝰ. Secũda vxor subintroducta: ꝛ que nõ est vera vxor/ dicitur sella/ que interpretatꝛ vmbra: ꝛ ideo recte significat tẽpora=

lia que obumbrant mētes mul torum hominū. Cū hac itaq̄ sella volunt hodie contrahere connubia multi prelati / multiq̄ diuini verbi p̄dicatores: quia vt habetur Hiere. vi. A maiore vsq̄ ad minorē: a sacerdote vsq̄ ad leuitā oēs auaritie student. Quotquot ḡ tales sunt / bigami cū Lamech existunt / q2 duas vxores habent.

¶ Moralr̄ ꝛ alr̄ f̄m eundē hugonem prima vxor: ꝛ quā quilibet pctōr debet sibi assumere: dicit̄ p̄nia: quā quilibet talis debet īseparabiliter sibi assumere seu desponsare: etiam vsq̄ ad mortē. At vero multi stati volūt huic pulcherrime vxori dare libellum repudij. Quib⁹ dicitur per angelū illō Matth. j. Noli timere accipere Mariam. i. amarā penitentiam coniugem tuā. Qō enim in ea natū est / de spiritusctō est. Secunda vero vxor: ꝛ quā nō licet ducere in presenti / est gloria. Hāc enim dei filius sibi soli reseruauit in vxorē: iuxta illud Esa. xlij. Gloriā meam alteri non dabo. Caueat ḡ mortalis homo ne contrahat cum hac sella: q2 alias bigamus cū lamech efficiet̄. Sed dicat cū ps̄. ad dn̄m: Nō nobis dn̄e non nobis: sed noī tuo da gloriam.

¶ Moralr̄ et tertio. Per Lamech q̄ alio modo iterpretat̄ humilis siue humiliatus / designatur spiritus human⁹ / qui debet esse hūilis: q2 valde cū humiliauit dn̄s cū ipsum humano corpori alligauit. Habet autem noster iste Lamech duas vxores / id est duas potētias sibi inseparabilit̄ vnitas: que sunt ratio / ꝛ volūtas. Accidit autem q̄nq̄ vt hmōi due vxores sint vnanimes in fcēs: quod fit quādo ratio recte iudicat de agēdis aut fugiēdis: ꝛ voluntas cōformiter vult ad hmōi rectam rationem: ꝛ tūc reputāt̄ quasi vna vxor. Q̄nq̄ vero dicte vxores discordant / vt cū ratio iudicat vnū / et voluntas vult cōtrariū: ꝛ tūc reputātur tanq̄ due vxores humani spiritus / in quo casu efficitur quasi bigam⁹. S3 quale tunc remediū? Profecto vxor legitima retinenda est / et illegitima longe abijcienda. Hoc est dicere. Si ratio recte iudicet / et voluntas praue eligat / abijcienda est hmōi praua electio. Et similiter vbi ratio erronee iudicat / voluntas nō d3 eam sequi / sed poti⁹ illi imperare vt diligentius et rectius iudicet: vt quasi vna vxor producant fetū boni operis.

¶ Moralr̄ ꝛ quarto. Lamech qui vt dictū est interpretatur humiliatus / significat quemlibet peccatorē / quem humiliat peccatū / faciens eū descendere a sublimitate dignitatꝭ sue / iuxta illud psal. Homo cum in honore esset / nō intellexit / cōparatus est iumētis insipientib⁹: ꝛ silis factus est illis. Iste autē Lamech per recidiuum sepe efficitur bigam⁹: vtpote primo cōtrahendo sp̄uale matrimonium cū gratia dei / siue in baptismo / siue in penitētie sacramento: et postmodū cum iniquitate in peccatū recidiuādo. Nec certe solū efficitur bigamus: verumetiā plerūq̄ octogamus ꝛ vltra: puta cum

pluribus & variis iniquitatib⁹ contrahēdo. Et hoc est qđ im properat dn̄s anime peccatrici dicēs illud Hier.iij. Tu fornicata es cū amatoribus multis. Et queadmodū bigamus efficit irregularis: ita vt non possit promoueri ad sacros ordines: vt patz.xxxi.q.j.quomodo. Item disti.xxxij.seriatim. Item distin.xxxiij.& xxxiiij.p totum. Itē extra de bigamis. ca.vt bigami. Nō quidem solū propter defectū significationis, vt dictū est s̄.verumetiā propter prerogatiuā dignitatis sacerdotalis: vt ptz distin. xxvj.cap.vna.§.bigamus. Ita etiā bigamus p culpam efficit irregularis & ihabilis ad ordines sanctorum angelorū in celis, ad quos nūq̄ promouebit si non prius cū eo dispensauerit summus ille pontifex de q̄ Apost. Hebre.ix. Christus assistens pontifex futurorū bonorum.&c. Quā quidem dispēsationem dictus pontifex largitur omnib⁹ vere penitentibus et confessis.

¶ Allegorice: lamech est xp̄s, qui iuxta eiusdem noīs interpretationem secūdā, fuit in se summe humilis: iuxta id quod ait. Matth.xj. Discite (inquit) a me: q2 mitis sū, & hūilis corde. Itē fuit hūiliatus tā a iudeis p opprobriorū & iniuriarū illationē, q̄ a pilato et ministris illius p flagellationis coronationis & durissime crucifixionis impositionē: ita vt merito dicere posset illđ ps̄. Ego aūt hūiliatus sum nimis .i. valde. Iste ḡ noster Lamech priusq̄ carnē sumeret hūanā, despon sauerat iudeorum synagogā: que ait illi. Spōsus sanguinū tu mihi es: ob circūcisionem. Exodi.iiij. Quod ideo dictum est: q2 iste sponsus iubebat tūc tēporis filios quos de synagoga generabat, circuncidi. In quo quidem opere sanguis ex eorū virga aliquātisper fluebat. Postmodū autem dictus Lamech dato libello repudij priori sponse: tanq̄ sponsus p̄cedēs de thalamo suo, id ē de summo celi fastigio: descēdit in aulā vteri virginalis: & illic de nouo contraxit cum altera sponsa.i. cū natura humana siue cū ecclesia: de qua potest intelligi illud Apoc.xxj. Veni ostendā tibi sponsam vxorem agni. Et cum hac vxore scz ecclesia permāsurus est xp̄s indissolubiliter vsq̄ in finē seculi: iuxta illđ Mat.xxviij. Ecce ego vobiscū sum vsq̄ ad consummationem seculi. Similiter cū natura hūana pmāsur⁹ est dei fili⁹ in secula seculorū.

¶ Anagogice Lamech est de⁹ qui in celo primo cōtraxit cū natura angelica quādo eā totam primo cōdidit cū esse nature i esse gratie: vt sic perfecta essent illi⁹ opera. Uerum dicta vxor pro parte scliz malignorū spirituum adulterata est p iniquitatē. Propter quā causam dedit illi sponsus suus libellū repudij: quando quidē deposuit potētes de sede.i. demones qui sunt potentes quo ad dona naturalia: deposuit i. q̄ de celo: & exaltauit supple illic humiles, scz homines. Et hec est secūda vxor Lamech: quā ordinauit de⁹ siue elegit

vt suppleret absentiã pme. In cuius figurã legit' Hester.j. q imperator assuerus eiecit reginam Vasthi cũ qua prius contraxerat: et loco illi⁹ assumpsit in sponsam pulcherrimã puellam Judeam nomine Hester. Applicatio est facilis.

¶ Decimasexta clausula.

¶ Dixit Lamech vxorib⁹ suis ade et selle. Audite vocẽ meã vxores lamech/ auscultate sermonẽ meũ. Qm occidi virũ in vulnus meũ/ et adolescẽtem in liuorẽ meum. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagiessepties.

¶ Historialr. Postq̃ in precedenti clausula noster legifer sanctus Moyses egit de bigamia lamech siue de adulterio illius: qz preter propriã vxorẽ/ aliã cognoscebat/ qd ad adulteriũ ptinet: hic ɔsequẽter agit de alio pctõ eiusdẽ: vcz de homicidio etiã duplici/ et consequenter de pena illius.

¶ Primo igit' agit de pctõ homicidij ipsius lamech/ de quo ipsemet loquẽs vxorib⁹ suis fatetur occidisse virũ in vulnus suũ: et adolescẽtẽ in liuorẽ suũ. Qđ exponẽs dñs pñarcha de pal. et allegãs rabanũ/ dt q scz hebreos in pñti textu/ vir et adolescẽs stãt p diuersis personis. Dicunt ẽ dicti hebrei q lamech diu viuendo incurrit caliginem oculorum. Propter quã causam habebat semp secũ in via quendã adolescentẽ ducem itineris sui. Exercẽs ẽ venationẽ/ suã sagittã direxit illic qua dictus adolescens ei indicauit. Quo factum est vt Cain latitãtẽ inter frutecta quẽ feram estimabat/ casu occiderit. Perpẽdẽs ergo se interfecisse Cain/ siue ex clamore illi⁹ siue alio modo: statim valde doluit. Iratusq̃ aduersus predictũ adolescẽtẽ/ intantum eũ verberauit cum arcu suo q ipsum interfecit. Ecce ergo quõ lamech cõformiter ad confessionẽ suã: prout patz in textu: interfecit virũ/ id est cain: in vulnus suũ .i. in vuln⁹ a se inflictũ mediãte sagitta: et similiter adolescentem in liuore suo. i. a se inflicto/ scilicet mediante arcu suo. Aliter vulnus et liuor possunt referri ad ipm: Lamech: et hoc respectu eiusdem: et tunc est sensus. Occidi virum in vulnus meũ: et adolescentem in liuorẽ meum .i. vtrũq̃ interfeci in meã dãnationem. Alio modo vulnus et liuor possunt referri ad eundem Lamech: sed hoc respectu diuersorum: et tunc est sensus. Occidi virum in vulnus meum/ id est remordente me conscientia ex hoc facto: grauiter me interius vulneraui. Item occidi adolescentem in liuore meo/ id est in zelo furoris mei. Hec de palude.

¶ Venerabilis autem Beda exponens hunc textum dicit sic. Vir et adolescens ad idem referuntur: scz ad Cain: quẽ Lamech sed nõ sponte interfecit: sicut Hiero. in quodã hebreo volumine scriptũ esse testatur. Occidit autem eum in vulnus et in liuorem suum: quia et ipse sibi in hoc mortem atq̃ damnationem sciuit im=

minere: q̄ peremit eum quē deus vite donauerat. Nec ille. Sed circa hanc primā partē hui⁹ clausule querunt tria.

¶ Queritur: igitur primo. Utrū Lamech peccauerit occidendo Cain: Uidetur q̄ nō tum qz erat cecutiens / id est parum videns / ita vt non posset plene discernere viso Cain inter frutecta / an eēt fera vel homo. Magisq̄ opinari poterat ipsum esse feram q̄ hominem: ꝛ hoc propter loci circūstantiam. Sūt frutecta densitates spinarum aut paruaꝝ arboꝛū / secūdum catholicon. Nusq̄ enī audierat inter frutecta homines latere. Nec tenebatur de hoc multum inquirere. Insuper dabat operam rei licite: maxime cū ius venādi feras sit homini cōnaturale: ꝛ dn̄o concessum: vt patet Gen̄.j. vbi primis parentibus atque in illis omnibus ab eis descensuris ait. Dn̄amini vniuersis animantibus que mouentur sup terram. Pro solutione hui⁹ dubij notanda sunt verba beati Tho. scda scde. q. lxiiij. articuli. viij. vbi querit. Utrum aliquis casualit̄ occidens hominē incurrat homicidij reatum. Dicit ergo ibidē q̄ casualia inq̄tū hmōi non imputantur ad pctm̄: eo q̄ nō sunt volūtaria neq̄ intenta. Cōtingit tn̄ indt id qđ nō est p se ꝛ actu volitū siue intētū: esse p accidēs volitū vel intētū: fm̄ q̄ causa p accidens dr̄ remouēs phibēs. Un̄ ille q̄ nō remouet ea ex qb⁹ sequit̄ homicidiū si debeat illa remouere: homicidiū illi⁹ erit q̄dā modo volūtariū. Hoc aūt contingit dupliciter. Prio modo qn̄ dans opam reb⁹ illicitis q̄s vitare debebat / homicidiū incurrit. Scdo mō qn̄ non adhibet debitā solicitudinē siue diligētiā. Et ideo fm̄ iura si aliqs det operā rei licite adhibēs debitā diligētiā: ꝛ ex h̄ homicidiū sequat̄: nō icurrit homicidij reatū. Si xo det opaꝫ rei illicite: vl̄ etiā dat opā rei licite: sꝫ nō adhibet debitā diligētiā: tūc nō euadit homicidij reatū si ex ei⁹ ope mors hominis sequat̄. Da exēplū de co opiente domū in via publica q̄ nō aduertit si aliq̄ p eā trāseūt: talī dimittēs sciēt̄ cadere tegulā ex q̄ sedt̄ mors alicui⁹ trāseūtis: incurrit reatū homicidij ppt̄ cāui p̄dictā. Sic aūt fuit de lamech: de q̄ dicit btūs Tho. vbi. s. in solut. ad p̄mū: q̄ nō adhibuit sufficiētē diligētiā ad homicidiū vitandū qn̄ occidit cain credēs occidere ferā: ꝛ ideo iđt nō euasit reatū homicidij. Et hic est q̄ in decretis dist. l. inducunt̄ plēs canones qb⁹ homicidia casualia puniunt̄ / q̄ sane intelligēdi sunt: sclꝫ de illis q̄ occidūt casualr̄ dātes opam rei illicite: vel nō adhibēres debitā diligētiā. Et si dicat̄ q̄ Lamech nō tenebat̄ scire an iter frutecta lateret Cain: Dicēdū q̄ de hoc saltē debebat dubitare: ꝛ p consequēs inquirere an qđ apparebat esſꝫ fera aut Cain. Nouerat eñ ipsum Cain vagū ꝛ pfugū esse super terram: quē etiā phibuerat dn̄s interfici: adiūgens penam interfectori illius.

¶ Queritur secundo cur Lamech venationi operam dabat: maxime cum tunc tēporis homines carnib⁹ nō pascerent. Non enim fuerūt in escam hominibus nisi post diluuiū. Nā ante diluuiū solis herbis ꝛ fructibus pascebātur hoīes: que deteriorate sunt ꝓpter ꝛ fructus arborum per aquas diluuij que emanauerunt pro magna parte ex mari oceano: qḋ salsum est: ꝛ per cōsequens inducens sterilitatē. Propter quam causam vsus carniū concessus est mortalib⁹. Rñdetur ad dubiū ꝙ ipse Lamech diu viuendo patiebatur caliginē in oculis. Cū ergo esset sagittari⁹: adhuc in senectute sua non obstāte dicta caligine delectabatur in arte sagittaria: ꝛ precipue cōtra feras. Item ꝛ scḋo exercebat tunc talē artē vt ex pellibus animaliū tegeret carnē suam: ꝛ vt ex tali indumento armaret se cōtra frigus.

¶ Querit̄ tertio cur Lamech manifestauit duplex homicidium suum vxoribus suis: dicens illis. Audite vocē meam vxores Lamech. Qm̄ occidi virum ꝛc̄. Ad hoc aliter rñdēt hebrei: ꝛ aliter latini. Hebrei em̄ exponunt predicta verba negatiue. Pro quo notandum ſm eos prout refert de pal. ꝙ vxores Lamech audierant ex cōi hoīm relatiōe diluuiū debere inūdare ī breui ꝑpter luxuriam nimiā que tūc tēporis regnabat. Nā oīs caro corruperat viam suā sup terrā: vt habet̄ Gen̄.vj. De quo q̄dē vitio ipse Lamech erat valde notatus. Ideo subtrahebant se a cōcubitu illi⁹ dicētes. Ad qd̄ cōcipiemus ꝛ pariem⁹ filios? qr vna die superueniet diluuiū et illos delebit. Lamech ergo ista ab eis audiens: satagebat inducere eas ad cōcubitū cū eo dicens. Occidi virū in vulnus meū ꝛc̄. Ac si diceret eis. Occidi ne virum sicut fecit Cain: qui interfecit fratrem suū Abel: aut adolescētē.i.eūdem Abel: in liuorē meum.i. ex inuidia sicut fecit idē cain? Ac si diceret non: et ideo nō debetis vos subtrahere a cōcubitu meo: eo ꝙ non sum ita infamis sicut Cain quē occidi. ille em̄ occidit virū iustū sanctū ꝛ innocētē: sc3 Abel. Ego vero eū occidēdo: occidi virū qui occidi meruerat: sc3 virū homicidā. Sed ista expositio videtur valde extorta: ꝛ lōge ab intentione text⁹ in quo dicitur occidi virum. Modo cōstat ꝙ Cain interficiendo fratrē suū Abel: nō interfecit virum: sed tātum iuuenem adolescentē. Ideo aliter exponenda sunt predicta verba Lamech.

¶ Latini ergo expositores dicunt ꝙ vxores Lamech refugiebāt concubitū illius ꝑpter horrorē facti sui. Nouerāt em̄ eū interfecisse Cain: cuius tñ occisionē dn̄s ꝓhibuerat sub pena valde graui. Itē interfecisse adolescentē directorē itineris sui: quē hebrei dicūt fuisse thubalcain: qui filius eius proprius erat: quem genuerat ex secunda vxore que sella dicebatur: vt patet ex supradictis. Propter ergo istud

duplex homicidium ipsius lamech timebant vxores illius probabiliter ne proles postea ab eo genita esset a deo grauiter punienda. Propter quod ipse volens cum dictis vxoribus se pacificare, excusabat se dicens. Quoniā occidi virum in vuln⁹ meum. Ac si diceret. Licet occiderim Cain: hoc tamen fuit preter intentionem meam. Nā in tali facto credebam et intēdebam interficere feram. Et adolescentulū in liuorem meū. Ad si diceret. Licet iuuenis me dirigēs ex verberatione quam ei intuli sit mortuus: tamē ad hoc fui motus ex liuore, id est ex dolore concepto de eo q interfecerā Cain cōtra domini preceptū: et ideo facta mea, id est duo pdicta homicidia non sunt ita grauia vt putatis: nec occasione illorum debetis mihi negare debitū. Patet ergo de peccato ipsi⁹ Lamech: quod fuit duplex homicidiū: preter tamen aliud qd incurrerat pri⁹ scilicet ducēdo simul et semel duas vxores, que dicte sunt adda et Sella: vt dicitur in textu.

¶ Secundo idem Moyses agit de pena ad quam cōdēnauit dominus ipsum Lamech: que tangitur cum dicitur per os ipsiusmet. Septuplū vltio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagiessepties. Ubi notādum q hebrei prout refert Petrus comest. dicūt q due vxores Lamech male tractabant eum: forte zelotypia ducte. Unde ipse itat⁹ sepe dicebat eis se pati talem aduersitatem et molestiam ab ipsis iustissime: scilicet ratione dupli cis homicidij quod egerat: nihilominus eas terrebat subdendo penā illis superuenturam, et dicens. Cur me vultis interficere? Notum vobis facio q grauius multo punietur qui me interfecerit q ego qui Cain interfeci. Et nota q in hoc videtur Lamech prophetasse: quia ita euenit vt predixerat: quāuis esset mal⁹. Nec quidem mirū: cum etiam caiphas similiter malus prophetauerit de Christi passione et fructu illius dicens Joan. xi. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo: et nō tota gēs peteat. Est enim donum prophetie gratia gratis data: que stat cum peccato mortali. Est ergo sensus predictorum verborum. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagiessepties. i. magna pena dabitur pro occisiōe cain. Sed multo maior dabitur pro occisione Lamech. Uel sic. Septuplum. i. septies vltio dabitur de Cain: quia i septima generatione ab adam interficietur: sicut rei probauit euēt⁹. Nā Lamech q ipsum interfecit: septimus fuit ab Adam. De Lamech autē septuagiessepties: q2 sicut Hiero. relatū sibi testatur ab hebreis: et Josephus hoc idem affirmat, septuaginta et septem anime pcesserunt ex stirpe Lamech: que omnes diluuio perierūt. Uel sic. Septuplū vltio dabitur de Cain: de Lamech vero etc. Ac si diceret Lamech. Si Cain non fuit interfectus vsq3

[illegible]

[illegible] t extinguūt
[illegible] est virtutes dona
[illegible] point dñs.
[illegible] iudicio pē. Dñs
[illegible] supple dñe de⁹
[illegible] destru-
[illegible] detractores: in-
[illegible] unde sup
[illegible] a talib⁹ dif-
[illegible] t dilacera
[illegible] debes in tali
[illegible] habere: qz dñs
[illegible] supple glo-
[illegible] t bñ pōderat
[illegible] et cū in futuro
[illegible] cū verba
[illegible] ipsos in futu
[illegible]. Oculi
[illegible] t mici paus
[illegible] patienter to-
[illegible] detractorū: re[illegible]
[illegible] de iudicij.
[illegible] interrogant. i.
[illegible] tales hoīm. i.
[illegible] cur scʒ
[illegible] detraxerūt de
[illegible] placet
[illegible] pena-
[illegible] ignis [illegible]
[illegible] pars: cāsū
[illegible] pars [illegible]
[illegible]
[illegible] gurtaq [illegible]
[illegible]
[illegible] agerit. vene-
[illegible] detractiōis [illegible]
[illegible] supple oc-
[illegible] in
[illegible] i.
[illegible] famā [illegible]
[illegible] t [illegible]centes.
¶ [illegible] parté
[illegible]
[illegible]
[illegible] virtutes.

Lamech pro ecclesiasticos atq religiosos similiter male viuētes. Utriq ergo dānabuntur si in peccatis suis decesserint. Cūq fuerint in inferno/ grauis vltio dabitur de malis laicis: sed multo grauior de ecclesiasticis ꝛ religiosis puersis: eo ꝙ ceteris pibus grauiꝰ peccant. Modo scꝫ mensurā delicti erit ꝛ plagarum modꝰ Deutero.xxv. Hoc etiā figuratiue insinuauit xp̄us Luce vij. vbi loquens de duobus debitoribus cuiusdā feneratoris dicit ꝙ vnꝰ debebat quingentos denarios/ ꝛ aliꝰ quinquaginta. Applicatio est facilis.

¶ Allegorice quo ad primam partem: Cain qui interpretatᷣ vno modo acquisitio: figurat xp̄m: qui precio non auri vel argēti: sed sui preciosi sanguinis acquisiuit omnibꝰ electis hereditatem illam celestē: de qua quilibet eorum cum bona spe merito dicere potest illud Eccli. xxiiij. In hereditate dn̄i morabor. De hoc itaq cai recte dicere pōt Lamech / id est populꝰ iudaicus. Occidi virū.i.xp̄m: q̄ est vir ille de quo Hiere.xxxj. Femīa circūdabit virū. Sꝫ quō occidit p̄dictꝰ Lamech hmōi virū? Certe lingua clamās ad pilatū, ꝛ dicēs: Crucifigatᷣ. ꝛ h̄ totū in vulnꝰ suū.i. in pditionē suā tam in presenti q̄ in futuro. Nā in p̄senti mirabiliter afflictus est p Titū et vespasianū. In alio aūtē seculo eternam dānationē iusto dei iudicio illum passurū nullus fidelis dubitat. Itē ipsum occidit in liuorē suū.i. liuore inuidie cōtra ip̄m motus. Un̄ Matth.xxvij. Sciebat eīm pilatus ꝙ p inuidiā tradidisset eū. Merito ergo magna vltio data ē de cain.i. de xp̄i morte.

neratio illius registrat in certo libro/ scilicet predestinationis diuine: et hoc secundum presentem iustitiam. in ps. In libro tuo omnes scribentur. Dei enim iustitia et bonitas aperit celum omnibus paruulis rite baptizatis: ita quod si post baptismum decederent/ ad celum indubie euolarent/ iuxta illud xpi verbum Matt. xviij. Sinite paruulos venire ad me. Talium enim est regnum celorum. Nihilominus multi eorum secundum finalem dei ordinationem sunt extra huiusmodi librum: vt sunt oes reprobi: de quibus in psal. Deleantur de libro viuentium: et cum iustis no scribant. Possumus ergo dicere de multitudine baptizatorum in libro vite scriptorum priusque peccet. Hic est liber generationis adam/ id est Christiani populi: et quod est tanque indigena in presenti vita: iuxta illud Heb. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Sed audiat et corde intelligat ppls Christianus/ saltem qui est ratiois capax/ illud tremendum verbum dni Exod. xxxij. Qui peccauerit in me/ delebo eum de libro meo. Secundum quod dicit de predicto Adam. i. populo christiano in pnti clausula: est specialis dei assimilatio: qr ad similitudinem suam fecit illum deus. Fecit enim et facit deus omnes homines etiam peccatores et infideles ad similitudinem suam generaliter quantum ad dona naturalia. Specialiter autem populum fidelem quantum ad dona gratuita: quod est magnum dei beneficium: et quod ad maximam dicti populi dignitatem facit: ps. Non fecit taliter omni nationi. Tertium quod dicit de eodem pplo vbi supra/ est prerogatiua singularis: qr benedicit illis/ scilicet benedictione gratie in presenti/ et glorie in futuro. ps. Dns benedicet populo suo in pace. Item benedictus est illis in die iudicij: quando dicet illis illud Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei: percipite regnum etc. Quartum quod de eode populo dicitur/ est generalis noiatio: qr omnes xpiani merito appellari possunt Adam/ tum qr indigene/ vt dictum est: tum qr terra rubra/ iuxta secundam dicti nominis interpretationem. Est enim populus catholicus tanque terra rubra/ que rubricata est in baptismo Christi sanguine. Apoc. j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

¶ Allegorice Adam qui vt dictum est interpretat terra rubra: significat christum: qui fuit terra rubra ex parte humanitatis que fuit rubricata sanguine proprio in sua passione. Et quia cicatrices post suam resurrectionem in suo corpore reseruauit: hic pre admiratione eo ascendente in celum dixerunt nonnulli angeli illud Esa. lxiij. Quare rubrum est indumentum tuum/ id est corpus quo tegebatur eius anima pariter et diuinitas: et vestimenta tua: facta sunt supple: sicut calcantium in torculari? Quibus ille ait: Torcular calcaui ego solus. Illud torcular fuit crux quam solus Christus pro omnibus nobis calcauit in passio=

ne sua. Tūc ergo corpus eius factum est tanq̄ terra rubra. Ecce igitur noster Adam / id est terra rubra. Nunc ergo vidēdum est de libro generationis huius Adam: quis scilicet et qualis fuerit. In primis possumus hoc referre ad illum librum de quo Matth. j. Liber generationis Jesu Christi filij. &c. et hoc in die qua creauit deus hominem / id est qua spiritussanctus formauit Christi humanitatem in vtero virginis: iuxta illō angelicum promissum: Spiritussctūs superueniet in te. Sequitur. Ad similitudinē dei fecit illum: scilicet Christū hominem. Masculum et feminā / id est Christum hominē / et matrem eius mariam: creauit / id est formauit eos / supple spiritussanct⁹: et benedixit illis: scz per abūdantiam gratie quā vtriq̄ cōtulit / secundū tamen magis et minus. Et vocauit (supple spiritussanctus) nomē eorum scilicet Christi et Marie (adam) id est homines: ab humo: eo q̄ tam Christus ex parte carnis q̄ dignissima eius mat̄ ab humo processerunt.

¶ Allegorice etiā possum⁹ loqui de xp̄o per modū libri: de quo potest recte intelligi illō Esa. viij. Sume tibi librū grādē. Et reuera iste liber est valde grandis: q2 in eo continent̄ scripta omnia preterita presentia et futura. Iste etiā liber est scriptus intus et foris / vt dicit̄ Ezech. ij. Itē Apoc. v. Intus tā ex parte diuinitatis q̄ anime. Foris vero q̄tū ad corp⁹. Unde omnia facta sunt circa hunc librum. i. xp̄i corpus in passione sua que fieri solēt circa librum materialē. Pro quo notandum q̄ anteq̄ liber materialis sit plene cōplet⁹: ista per ordinē requirūtur. Nam primo scribitur. Secūdo script⁹ manifestatur. Tertio corrigitur. Quarto ligat̄. Quinto illuminatur. Sexto sup pulpitum extēditur vt ab astantibus possit facile legi. Hec igit̄ oīa possumus circa xp̄m cōtēplari. In primis igitur iste liber xp̄s fuit ab eterno script⁹ in mēte diuina p eternā predestinationē tanq̄ futur⁹ saluator et redēptor hūani generis. Secūdo fuit manifestatus post suā natiuitatem: tum pastorib⁹ tū regibus: tū Symeoni in templo. Itē fuit manifestat⁹ in vita sua miracula per iudeam et galileā operando. Item fuit manifestat⁹ per iudam in sua passione qn̄ osculi signo eū prodidit iudeis in orto. Tertio fuit correctus a pilato in flagellatione et coronatione: prout dixerat de eo iudeis clamantibus vt crucifigeretur. Corripiā inquit eū et dimittā. Quarto fuit ligatus tū ad colūnā: tum ad crucem. Quinto fuit illuminatus quādo cruor de eius corpore fluxit abundātissime: tum in flagellatione: tum in coronatione: tum in manuū: pedū: atq̄ lateris apertione. Sexto iste liber fuit sup pulpitū crucis extensus vt ab omnibus legi posset.

¶ Circa qd̄ notādū q̄ ī dicto libro sic extēso supra pulpitū crucis possūt legi varie lectio

nes: sm variã hoim petõr cõ ditionẽ. Nã in eo põt supbus legere hũilitatẽ in capitis inclinatione. Auarus liberalitatẽ in manuũ extẽsione et perforatione. Luxuriosus castitatẽ tũ in xpo: tũ in matre: tũ in discipulo Joãne astãtib⁹ cruci. Iracũdus benignitatẽ: in inimicorum indultione. Gulosus abstinẽtiã et sobrietatẽ: i amara potatione. Inuidus charitatẽ: in cordis seu lateris apertione. Piger diligentiã: in humane salutis pcuratiõe. Instabilis stabilitatẽ: in pedũ cõclauatione. Diues diuitiarũ contẽptibilitatẽ: in toti⁹ corporis denudatione. Delicosus pñie aspitatẽ: in corone spinee impositiõe. Iste ergo sunt varie lectiones que in dicto libro (ꝗ Christus est) sup pulpitũ crucis extẽso recte legi possunt.

¶ Anagogice: p librũ gñationis adã possum⁹ intelligere librũ illũ grandẽ diuine pdestinationis: ꝗ apoca. vi. itẽ ezech. ij. dr liber inuolutus. Et recte inuolut⁹ siue plicat⁹ aut clausus dr: q2 script⁹ est intus tñ: et non foris: q2 sol⁹ dñs nouit ꝗ sunt eius p eternã predestinationem. Hõ aũt nescit an odio vel amore dign⁹ sit: sed oĩa in futurũ seruanẽ incerta: vcz ad diẽ iudicij: qñ scz oĩa erũt apta. Eccles. ix. Ubi doctores referũt odium et amorem ad reprobationẽ et pdestinationẽ finalẽ. De isto itaqz libro scribit phil. iiij. In libro pdestinationis diuine oẽs saluãdi scripti sunt. Itẽ Dañ. xij. Saluabitur oĩs ppl's ꝗ inuẽtus fuerit i libro vite scriptus. Itẽ Luce. x. Gaudete et exultate: q2 nõia vra scripta sunt in celis. Contingit aũt hoĩes i hoc libro diuine pdestinationis scribi tripliciter. Primo quidem scdm pñtem iustitiã. Et tales possũt idẽ deleri: sicut et iustitiã suã perdere. Uñ Exo. xxxij. loquitur dñs ad propositũ dicẽs. Qui peccauerit in me: delebo eum de libro meo. Scdo secundũ finalẽ perseuerantiã in bono: siue scdm finalem dei ordinationem. Et tales nunꝙ inde delẽtur: sed oẽs saluant. Tertio scdz exteriorẽ apparẽtiam: vt hypocrite. Et tales inde nõ delentur: q2 nunꝙ ibi scripti fuerunt: nisi aliud ponat: scz ꝙ suã hypocrisim derelinquãt: et rectã viã teneãt.

¶ Secunda clausula.

¶ Uixit autẽ Adã cẽtũ triginta annis: et genuit filiũ ad imaginẽ et siltitudinẽ suã: vocauitqz nomẽ ei⁹ seth. Et facti sunt dies Adã postꝙ genuit Seth: octingẽti anni: genuitqz filios et filias. Et factũ est oẽ tẽpus qđ vixit Adã anni nõgẽti trigĩta: et mortu⁹ est. Uixitqz Seth cẽtũ quinqz annis: et genuit enos. Uide reliquum textũ vsqz ibi. Uixitqz Jared. cẽtũ sexagintaduobus annis: et genuit Enoch.

¶ Historialr postꝙ sanct⁹ ppheta dñi Moyses in pcedẽti clausula sub paucis recapitulauit productionem ade et Eue: consequẽter in hac clausula agit de cõtinuatione successionis humani gñis ab adã p Seth vsqz ad Enoch descendẽtis. Dicit ergo ꝙ adam vi

xit cētū triginta annis: et genuit filiū ad imaginē et similitudinē suā: quē vocauit Seth. Et nota q in qualibet harum gnationū quas in p̄nti capitulo enumerat atq deducit Moyses ipse eodē modo p̄cedit: vt dicit de palu. Primo quidē ponēdo tēpus añ gnationē. Scdo tēpus gnationis. Tertio tēpꝰ mortis. Sed pro ampliori elucidatione p̄ntis textus mouētur alique questiones.

¶ Prima igitur questio est de nūero annorū ade quā genuit Seth. Moyses nēpe i p̄nti textu ponit eū tm̄ fuisse cētū triginta annorū: vbi tñ Petrus comestor dicit eū fuisse ducētorū triginta annorū | allegās pro se septuaginta interp̄tes: itē Methodiū et Josephū: qui oēs fuerunt hebrei: et peritissimi historiographi. Ex q̄ patet q Moyses et predicti discrepant notabiliter i numero annorū: vcz in cētū annis. Hanc questionē siue cōtrouersiam soluit petrꝰ cōestor dicēs moysem in cōputatione sua p̄termisisse cētū annos luctꝰ ade: in qbꝰ luxit mortē filij sui Abel. vixit ergo adā.ccxxx. ānis priusq gnaret seth. Postea aūt octingētis annis: vt p3 in p̄nti capitulo. Et ita cōsequēter dicēdū est tēpus totū ade fuisse mille trigīta annorū. | Ad quē nūerū nullus aliꝰ ab eo peruenisse legitur: vt p3 intuēti p̄sens capitulū. Et certe satis rōnabile erat vt ipse adā q a deo imediate creatꝰ erat: et ab eo pater oim cōstitutꝰ: p̄rerogatiuam etiam in numero annorum ab eodem obtineret.

¶ Scda questio est cur potiꝰ in hoc capitulo ponit nūerus virorū descēdētiū ab adā per seth q per Cain. Nō eni dicit de Cain q tot annis vixerit. Nec silr de illis qui ab eo descēderūt. Rūdet q hoc factū ē ad oñdēdū q illi q descēderūt per Cain cū essent miseri ūni pctōres: et omni spurcitia pleni: etiam vsq ad idolatriā: saltē multi eorū: nō fuerūt digni vt tātā curā de ipsis gereret sanctꝰ Moyses. ipse eni solū nūerare voluit vitā illoꝝ quos fuisse alicuiꝰ valoris existimauit. Infames vero et miseros pctōres iudicauit indignos vt eoꝝ anni cōputarent. Uel hoc fecit moyses ad oñdēdū tēpꝰ pctōrū pditū et deo igtū. i. ab eo nō approbatū: et q̄si nullū. Uñ Sa. iiij. Et si quidē lōgevite erūt i nihilū cōputabūt. Ez aūtē tps iustorū ē apd deū acceptū et in libro vite scriptū. vñ ps. Nouit dñs dies immaculatorū. Est et alia ratio moralis quā assignat dñs Petrus de palu. dicēs q hoc fecit Moyses ad significandū dignitatē vite et meritorū in electis. Insup ad ostēdendū q p̄ciosa est in cōspectu dñi mors scōꝝ eiꝰ. signāter dr. Et scdm̄ ē oē tps talis vl' talis: et mortuꝰ ē. Est et alia ratio literalis quā ponit idē de palud. dicēs q cū gnatio Cain totaliter delenda esset in diluuio: generatio autē Seth saluanda in Noe: ad cognoscendum temporis decursum ab initio conditionis humane nature necessariū fuit computare annos generationum descendentiū ab Adam

per Seth. Superfluum autē fuisset et omnino vanū Moysem similē computationem fecisse de descēdentibus ab eodem Adam per Cain.

¶ Tertia questio versatur circa principium presentis clausule vbi dicitur q Adam genuit filium ad imaginē et similitudinem suā: quem vocauit Seth. Querit ergo cur Seth nō dicit esse factus ad imaginem dei sicut pater ei⁹ Adā. Ad hoc respōdet venerabilis Beda dicēs q Adam creatus est ad imaginem et similitudinem dei: eo q immortalis in anima et carne cōditus est. Tu vero adde q etiam in grā conditus est scdm doctrinam beati Thome. Postq pro imaginem ac silitudinē dei in se corrupit p pctm: genuit filiū ad imaginē et silitudinē suā: scz mortalē: corruptibilē: reatu sue puaricationis astrictū: et non nisi eiusdem conditoris sui gratia soluendū. Hec ille.

¶ Quarta questio versatur circa illud verbum presentis clausule. Vixit Seth centum quinq annis: et genuit enos. Queritur ergo cur Seth et ceteri sancti illi patres de qbus fit mentio in presenti capitulo: tantū distulerunt generare: maxime cū per eos deberet humanū genus multiplicari. Propter quod etiā preceperat dñs primis parentibus: et in ipsis etiam filijs eorū dicens. Crescite et multiplicamini: et replete terrā. Qd quidē preceptū durauit in vigore suo quoadusq gen⁹ humanum fuit sufficienter multiplicatum. Ad hoc dicendū q tāta dilatio gnandi erat argumētū magne cōtinētie i dictis prib⁹. Sed q hec solutio non euacuat difficultatē: et signāt propter preceptum allegatū: ideo aliter dicendū est: scz q tales patres ante illos filios qui hic exprimunt: forte pri⁹ alios genuerant qui non enumerantur. Qd si iterum queratur cur potius isti q illi hic a Moyse enumerantur: Dicēdum q isti tanq principales enumerantur: vtpote per qs ventum est ad Noe: et ad ceteros patriarchas de quib⁹ Moyses principaliter intendebat loqui tanq de illis ex quibus descendit xps: vt patet Lu. iij.

¶ Moraliter predictā genealogiam Ade per Seth vsq ad Enoch possumus i hūc modū exponere. Adā igitur qui interpretatur vno modo homo terrenus: designat pauperē peccatorē: qui dum cōsiderat q ex parte corporis est totus terrenus: et per consequens mortalis et corruptibilis iuxta illud Gen. iij. Puluis es: et in puluerem reuerteris: contēnit delicias corpales. Et post hunc Adam sequitur Seth: qui iterpretatur resurrectio: q postquā peccator contēnit delectatiōes et gaudia vite pñtis: facile resurgit a peccato ipsum contēnēdo et detestādo: iuxta illud Esa. lij. Excutere de puluere: consurge Hierusalem. i. anima deuota. Post hūc Seth sequitur enos: q interpretatur violentus. Q postq homo resurrexit a peccato: adhuc patitur tentationes mul-

tas et varias: quibus mediante gratia dei viriliter resistit. in cuius figurã legitur .ij. Re. v. q cum audissent philistijm q filij Israel vnxissent Dauid in regem super israel: ascenderunt vniuersi vt quererẽt dauid ad perdendũ eum. Quod cum ille audisset: descendit in presidiũ. Philistijm autem venientes diffusi sunt in valle raphaim vt pugnarent cõtra dauid: ipse tamen preualuit contra eos. Ad propositũ Dauid designat hominem vere penitentẽ: et qui resurrexit a peccato per gratiam dei. Philistijm autẽ sunt demones contra talem pugnantes. Sed sepe accidit auxiliãte deo vt de talibus philistijm preualeat enos. i. verus penitens: et maxime vbi conatum et violentiam adhibet. Post enos sequitur in predicta genealogia Cainã qui interpretatur lamẽtatio pro peccatis. i. satisfactio. Mich. iiij. Dole et satage filia syõ. Non enim satis est resurgere a peccatis: et pugnare contra tentationes postmodũ insurgentes: nisi etiam homo satisfaciat de iam cõmissis peccatis. Post Cainam sequit malaleel: qui interpretat laudans deum. Nam post oia predicta debet verus penitens ex corde laudare deum. In cuius figuram legitur Exo. xv. q submersis egyptijs sumpsit Maria tympanũ: et cecinit domino. Post Malaleel seqtur Jareth: qui interpretatur roboratio. Surgit enim cõiter de victoria inanis gloria: et ideo opus est habere robur humilitatis. Esa. lij. Consurge cõsurge induere fortitudĩe tua syõ. Post Jareth sequitur Enoch: qui interpretatur dedicatio: qz post oia que dicta sunt dedicatur spũaliter verus penitens dño: et signanter per humilitatem. Sic enim disponitur venire ad dñm transeundo de hoc caduco mundo ad celestẽ gloriã. Uñ xps Mat. xix. Sinite puulos venire ad me: taliũ enim est regnum celorum. In cuius etiam figuram Enoch translatus est in paradisum.

¶ Allegorice per Adam qui vno modo interpretatur terra rubra, intelligitur xps: qui fuit terra rubra tũ ex parte anime per ingentẽ charitatẽ quam ad genus humanum habuit: tũ ex parte corporis per sui sanguinis effusionem. Iste ergo Adam genuit multos filios: et adhuc generare nõ cessat tum per baptismi regenerationem: tũ per sacramẽtalis cõfessionis recõciliationẽ: tum per celestis glorie consecutionem. Sed quõ iste Adã generat filios? Certe ad imaginem et similitudinem suam: tum per diuinitatis participationem: iuxta illud ps. Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes. tũ per fidei cõiunctionẽ. Jo. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri: his q credũt in noĩe eius. tũ per glorie assecutionẽ. Uñ de deo patre loquẽs Apo. Ro. viij. dicit. Quos pſciuit: hos et predestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Et est sensus in ppposito q electi in celo sunt cõformes xpo per gloriam: vt ipse sit primogeni

tus in multis fratribus.
¶ Anagogice lõga vita Ade necnon et aliorũ de quibus legitur i pñti capitulo/prefigurat vitã eternã quam percepturi sunt electi in celo. Verũ qz figura semper deficit a veritate: et minus dicit ꝙ veritas: ideo anni regnantiũ i celo nunꝙ terminabũtur: ꝙuis anni eorũ de quib⁹ hic agitur finẽ ceperint. Hic ps. In gñatiõe et gñatione anni tui. Itẽ i eodẽ ps. Anni tui nõ deficiẽt. Perpetuitas ergo dictorũ annorum debet vnũquẽq₃ ambulãtẽ i terris aiare ad bonũ/ vt ad illos tãdẽ possit puenire. Propt' qd dicebat idẽ ps. Annos eternos in mente habui.

¶ Tertia clausula.

¶ Iared genuit Enoch. Porro Enoch vixit sexagintaquinq₃ annis: et genuit Mathusalẽ. Et ambulauit Enoch cum deo. Et vixit postꝙ genuit Mathusalẽ: trecẽtis annis/ et genuit filios et filias. Et facti sũt oẽs dies enoch. ccclxv. anni: et ãbulauit cũ deo: et nõ apparuit: qz tulit eũ deus.
¶ Historialiter postꝙ in pcedẽti clausula egit Moyses de cõtinuatione successionis humani generis ab Adã p Seth vsq₃ ad Enoch: et silr de etatibus eorũ qui fuerunt capita dictarũ generationũ: hic ꝯsequẽter agit de generatiõe tã passiua ꝙ actiua eiusdẽ enoch De passiua quidem ostẽdẽs qs fuerit pat' illi⁹: qz Iared. De actiua vero ostẽdẽs quẽ ipẽ genuerit filiũ: qz mathusalẽ. Itẽ in qua etate ipũ genuerit: qz cũ esset. lxv. annorũ. Insup describit optimos mores illi⁹: dicens ꝙ cũ deo ambulauit. Ceterũ de eodẽ dicit Petr⁹ comestor ꝙ inuenit quãdã literã: et nõnullos libros scripsit. Itẽ ꝙ sub eo Adam intelligit mortuus. Tãdẽ enũeratis annis totius vite sue: qui fuerũt ccclxv. finaliter tãgit felicem eius exitũ: dicẽs ꝙ cũ deo ambulauit: et trãstulit q₃ illũ de⁹. s. de hoc seculo neq₃ in paradisum terrestrẽ. In q facto multum pro eo fecit deus. Vñ de eo põt dici illud Sap. iiij. Placens deo fact⁹ dilectus: et viuens inter pctõres/ translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius: aut ne fictio deciperet aiam illi⁹. Cõsũmat⁹ i breui/ scʒ respectu illorũ qui eũ pcesserunt: expleuit tẽpora multa: scʒ multiplicãdo opera bona. Placita em̃ erat aia illi⁹ deo: propter hoc pperauit educere illum de medio iniquitatũ. i. multarũ occasionum male agendi. Et ꝙuis dict⁹ Enoch nũc i paradiso terrestri habitãs nõ euaserit simpliciter oẽm occasionem peccandi ꝙtũ est ex natura loci: maxime cũ etiam ibi primum peccauerint nostri primi parentes: nihilominus pie credẽdũ est dñʒ eũ pseruare ex spãlissima gratia ab oĩ peccato tam mortali ꝙ veniali. Post hũc aũt illuc trãslat⁹ est i lege scripta helias: vt ptʒ. iiij. Reg. ij. Quib⁹ nonnulli addũt Io. euãgelistam ꝙtum ad legem gratie. Qui tres circa finem mũdi inde sunt exituri/ et venturi annunciare iudicij diem

de propinquo imminere: hortantes mundũ ad penitẽtiã & fidei constantiã: & vt caueant insidias et errores antixp̃i.

¶ Specialiter aũt de Enoch et Helia pie credit̃ q̃ exibunt de dicto paradiso ãte antichristum/cõuersuri corda patrum ad filios: et corda filioꝝ ad patres eorũ: vt habet̃ Malach. iiij. ita vt sit vna fides precedentium & sequentiũ. Hi ergo sunt illi duo testes dñi de q̃b⁹ Apoc̃. xj. Dabo inquit duobus testibus meis: scʒ Enoch & Helie: dabo inq̃ verbũ in ore eoꝝ et ꝑphetabũt dieb⁹ mille ducentis sexaginta. i. trib⁹ annis et dimidio: sicut xp̃s predicauit: vt dicit interli. (amicti saccis) vt sic magis ꝓuocent populũ ad penitẽtiã. Sequitur Hi sunt due oliue/ et duo candelabra lucentia in conspectu dñi. Et multa alia ibidem sequuntur que ad literã intelliguntur de duobus predictis precursorib⁹ aduentus dñi ad iudiciũ. In particulari autẽ de aduentu vtriusq̃ loquitur scriptura: tñ in diuersis passibus. Et primo quidẽ de aduẽtu Enoch dicitur Eccli. xliiij. Enoch placuit deo: et translatus est in paradisũ: supple terrestrẽ: de quo ꝓcessurus est in fine mundi: vt dicit glo. ordi. vt det gẽtib⁹ sapiẽtiã. i. hoib⁹ consiliũ penitẽdi: scdm eandẽ glo. & hoc detegẽdo antichristi perfidiã. Secũdo eadẽ scriptura loquit̃ de aduentu Helie circa finẽ mundi: vt patet Malach. iiij. vbi loquit̃ dñs dicens: Ecce ego mittam vobis Heliã ꝓphetam antequã veniat dies dñi magnus & horribilis. Mittet autẽ eum dñs ante iudicij diem: vt iudeos ad spiritualẽ legis intelligentiã conuertat. Ideo sequit̃: Et cõuertet cor patrũ ad filios: et cor filiorum ad patres eoꝝ: ad sensum predictum.

¶ Querit̃ de isto Enoch quomodo sustẽtat̃ in paradiso terrestri. Rñsio. secũdum eos qui dicunt ipsum fuisse angelũ incarnatũ: siue in specie humana apparentẽ: ꝓut refert dñs Hugo in postilla sua: facile est respõdere: maxime cũ angel⁹ taliter apparẽs non vtatur cibo corporali: prout angelus raphael dixit thobie seniori. Eiusdẽ. xij. Sed q2 hoc fabulosum est: ideo dicendum q̃ ipse Enoch ĩ dicto paradiso terrestri sustẽtat̃ cũ helia alimonia spũsscti vel fructu ligni vite.

¶ Querit̃. ij. q̃o ipẽ enoch pt tãdiu viuere ĩ ꝑdicto ꝑadiso terrestri. Rñdet̃ q̃ ꝑ multa auxilia q̃ hʒ ibidẽ. Primũ est esus ligni vite: de quo iã dictũ est. Secũdũ est tẽperies aeris loci illius. Tertiũ est virtus diuina: q̃ se sola potest ꝯseruare humanã vitã. Et de hoc hẽm⁹ historiã de Moyse: qui ĩ mõte synai abstinuit ab oĩ cibo quadraginta diebus continuis: vt patet Exod. xxiiij. Item helias tantũdẽ abstinuit: vt pʒ iij. Reg. xix.

¶ Queritur tertio vtrũ dict⁹ Enoch sit tãdem moriturus: aut de paradiso terrestri tandẽ in paradisum celestẽ trãsferẽdus: sicut factũ fuisset de adã si nõ peccasset: & silr de ceteris hoib⁹ si stat⁹ innocẽtie

Permãsisset. Respondet q̃ est moriturus. Nã ex quo Adam peccando perdidit iustitiã originalẽ tam p se q̃ p omni posteritate sua: oẽs morti sunt obnoxij: iuxta illud Hebreo.ix. Statutũ est hoïbus semel mori. Hmõi autẽ statutũ primo registratũ fuit Geñ.ij. quãdo phibuit dñs Ade esum ligni scientie boni et mali sub pena mortis dicẽs: In quacũq; die cõederis ex eo: morte morieris .i. mortis debitũ icurres. Dic ij. Reg.xiiij. dr: Oẽs morimur: et quasi aque q̃ sunt sup trã dilabimur. ꝛ psal. Quis est homo qui viuet ꝛ nõ videbit mortẽ? q̃si dicat. Nullus. Nã ꝛ xp̃s q̃uis in se mortis debitũ nõ haberet: voluit tñ mori. Cum ergo discipulus nõ sit supra magistrum: consequẽs est dicere ipsum Enoch in fine seculi moriturũ: similiq; cũ eo ꝛ Heliã pariter moriturũ: ꝛ hoc operãte crudelitate ꝛ malitia antichristi: put pphetauit Joã. Apoc.xj. dicẽs: Et cũ finierit testimoniũ suum: supple predicti duo dei amici: tum de xp̃o et recta fide illius: tum aduersus antichristũ ꝛ sectam illius: bestia que ascẽdit de abysso .i. antichristus qui bestialiter viuet: ꝛ qui ascẽdet de abysso .i. de infima plebe: vel qui de coitu dãnabili nascet: faciet aduersus eos bellum / et vincet illos / ꝛ occidet eos. Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magne que vocatur spiritaliter Sodoma. hec est hierusalem: que est plena iniquitatibus. Ideo sequitur: vbi et dñs eorũ crucifixus est. Et videbunt de tribub⁹ et populis et linguis ꝛ gentibus corpora eorũ per tres dies ꝛ dimidiũ: et corpora eorũ nõ sinent poni in monumentis: vt supple sic deuorẽtur a canibus / vel putrefiãt. Et post pauca. Et post tres dies ꝛ dimidiũ / spũs vite id est aĩa rationalis / intrabit in eos / p resurrectionẽ a mortuis. Et stabũt sup pedes suos per hoc ostẽdentes signa vere resurrectionis. Et timor magnus cadet sup eos qui videbunt: quales erũt antichristus cũ mẽbris suis. Et audient vocem magnã de celo dicentem eis. Ascendite huc. Et ascendent in celum in nube: ꝛ videbunt illos: supple in celũ ascendentes inimici eorũ. Hec Jo. vbi supra. Et nota q̃ predicti duo viri ex speciali priuilegio preuenient gñalẽ oĩm resurrectionẽ: nec deinceps morient.

¶ Moraliter secũdũ dñm cardina. notãdum iuxta illud: Et ambulauit Enoch cum deo: q̃ varijs modis ambulant homines. Nã quidã ambulant ante deũ: vt superbi ꝛ presumptuosi: in quoꝝ persona dr Esa.lix. Auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri. sed supple irem⁹ ante ipsum. Alij ambulant post deũ: vt veri humiles et penitentes. in quorũ figurã legitur .j. Regũ.xiiij. q̃ Jonathas: p quẽ intelligit christus verus deus: ascẽdit manibus et pedibus reptans: qr oportuit christũ pati: ꝛ ita intrare in gloriã suã. Luce. xxiiij. Et sequebatur eũ armiger eius: per quẽ intelligunt penitẽtes christum sequẽtes. Alij ambu

lant a deo: vt miseri peccatores/ viam iustitie deserentes: Quib⁹ dicit illud Esaie. xxxi. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. Alij autē ambulant cū deo: vt viri iusti & pfecti qualis erat Noe: de quo legitur Gen. vj. Noe vir iustus atq perfectus fuit in generatiōibus suis: cū deo ambulauit.

¶ Allegorice. Enoch qui vno modo interpretatur dedicās xpm designat: qui dedicauit vterū matris sue corporaliter in eo habitādo. Itē dedicauit ecclesiam catholicā/ fidem recta illi inspirādo: & rursum in dies dedicare non cessat aias penitētes gratiam illis infundendo. Iste ergo Enoch genuit filios & filias: scilz omnes quotquot crediderūt in eum. Item oēs qui sacrū baptisma hodie rite suscipiunt. Insuper q̄diu in presenti vixit: cū deo supple patre ābulauit p essentie vnitatē. Unde & Ioā. xiiij. Philippū reprehēdit de eo q petebat ab eo dicēs: Dñe ostēde nobis patrem/ & sufficit nobis. Nō credis inquit q ego in patre/ & pater in me est? Deinde adiecit dicens. Philippe q̄ videt me/ videt et patrē meū. Item vbi supra. Pater in me manēs ipse facit opera. Item eiusdē. xvj. Non sum ego solus sed pater mecū est. Ecce quō noster Enoch christus cū deo ambulauit in presenti p essentie vnitatē. Nec nūc minus cū eo ambulat. Tandē autē secūdum humanitatē assumpt⁹ est in paradisum celestem in sua ascensione: et vlterius nō apparuit: q2 tulit eum deus. Et hoc est qd dr Act. i. Uidentibus illis/ scz vndeci aptis: eleuatus est/ et nubes suscepit eū ab oculis eorum. Inde tamē ventur⁹ est iudicare viuos & mortuos. Unde subdit vbi supra. Cūq intuerent supple predicti apostoli in celū euntē illū: ecce duo viri. i. angeli i specie virorū: astiterūt iuxta illos/ q̄ et dixerūt: Uiri galilei qd statis aspicientes in celum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quēadmodum vidistis eū euntem in celum. Itē de eodē Enoch legitur Mar. vlti. Et dñs quidē Iesus postq̄ locutus est discipulis suis: assumpt⁹ est in celū/ et sedet a dextris dei.

¶ Anagogice notādum scdm venerabilē Bedā q sicut Lamech qui septimus ab Adam per Cain pcessit/ et qui maledictus fuit/ typū gerit reprobotū/ qui in septima etate id est in fine seculi interibūt corpore et anima: vbi tamē si bene vixissent in p̄senti: vtiq requiem eternā sperare debuerant: ita Enoch qui septimus ab Adam per Seth pcessit: & qui in septima generatiōe ab eodem Adam translat⁹ est de mundo isto: verā demonstrat requiem omniū beatorū. Nec absq causa in presenti textu dicitur Enoch vixisse annis ccclxv. bene & laudabiliter: scz ambulando cū dño: & post hoc translatum esse in paradisum terrestrem. Nam p hoc significatur q hi qui annū placabilem dedicant dño: id est p totam vitā suam carnē suam cū

vitiis crucifigentes: ꝛ secula-ria desideria abnegātes: finaliter saluabuntur: ꝛ in paradisum celestem transferentur: secundum eundem Bedam.

¶ Quarta clausula.

¶ Vixit quoqꝫ Mathusalem cētū octogitaseptē annis: et genuit Lamech. Et vixit Mathusalem postꝙ genuit Lamech / septigētis octogintaduobus annis: et genuit filios ꝛ filias. Et facti sunt oēs dies Mathusalē nōgenti sexagintanouem anni: et mortuus est. Vixit aūt Lamech. clxxxij. annis / ꝛ genuit filiū: vocauitqꝫ nomen eius Noe.

¶ Historialiter. Postꝙ in precedenti clausula egit sanctus Moyses de etate / ꝑfectione ꝛ translatione Enoch: hic cōsequēter agit de etate filij eius qui Mathusalē appellat⁹ est: dicens ꝙ vixit. clxxxvij. annis / et genuit Lamech. Ex quo pꝫ ꝙ sicut ī genealogia Cain fuit vnus vir pessimus qui appellatus est Lamech: qui scilꝫ occidit eundē Cain: ꝗuis nesciēter: cuius tñ mors illi ad culpā ꝛ penā imputata est a deo: nō qꝛ daret operā rei illicite: sed qꝛ nō adhibuit debitā diligentiā in precauēdo mortē illius: vt dictū ē supra: ita etiā in genealogia iustorū: q̄ descēdit de Adā p filiū suū Seth / fuit vnus bon⁹ ꝛ iustus vir dictus Lamech. Ex quo ptꝫ ꝙ impositio nominū nihil cōfert de se ad bonitatē vel malitiā subiecti. Illi ḡ errāt q̄ sciscitato nomine alicuius: statim iudicare presumūt de vita illius siue in bonā partē: siue in malam: cuiusmodi sunt illi q̄ audito ꝙ aliquis vocetur hoc nomine Guillelm⁹: mox inferūt. Ergo est bonus socius. His ergo premissis intremus in expositionē litere. Dicit ḡ moyses de mathusalē ꝙ vixit. clxxxvij. annis: ꝛ genuit Lamech. Nec est intelligēdum Lamech esse primogenitū ipsius Mathusalem: qꝛ non est verisimile cum tāto tēpore abstinuisse ab opere cōiugali: ꝛ signāter ꝓpter obligationē illius precepti diuini: Crescite ꝛ multiplicamini: vt dictū fuit supra. Illi tñ tacentur: qꝛ nō per eos: sed p Mathusalē cōtinuāda erat illa genealogia de qua descēsurus erat xps: vt ptꝫ Luce. iij. Sꝫ ꝓ ampliori euidētia pñtis clausule mouenꝰ aliq̄ dubia.

¶ Primū igitur dubiū. Quis inter oēs homines totius mūdi vixit diutius. Dicendum ꝙ Adam / supposita veritate illius historie q̄ dicit de numero annoꝝ suorum cētum fuisse pretermissos per legislatorem Moysen: in quib⁹ luxit mortē filij sui Abel. Nā illis additis ad numerū qui ponitur supra clausula secūda: ipse vixit mille trigita annis. Qđ si quis dicte historie fidem acōmodare nolit: sed innitatur litere: tūc dicēdū ꝙ Mathusalē diutius ceteris vixit: vt patet ex forma textus. Nihilomin⁹ de annis illius diuerse sunt opiniones: vt habet in historia scholastica. Nam scđm supputationem. lxx. interpretū vixit annos. xiiij. post diluuiū. sed ista opinio facile reprobatꝛ: qꝛ non

legitur intrasse arcam imminente diluuio: sed solus Noe cū tribus filijs suis: ⁊ vxoribus eorūdem. Nec similiter legit translatus vt Enoch. Et ideo alij dicunt ꝙ mortuus fuerit ante diluuium sex annis. Tertia autē opinio est diui Hieronymi lib. de hebraicis questionibus dicētis ꝙ mortuus fuerit eodem anno in quo inundauit diluuiū: qḋ etiā inquit diligens supputatio annoꝝ eius secundū Genesim manifestat. Nihilominus oēs conueniunt in numero annoꝝ eius: scilꝫ ꝙ vixerit annis. dcccclxix. Uñ si queratur vnde tāta diuersitas opinionū: Rñdetur ꝙ ex vitio scriptoꝝ: sicut frequenter accidere solet in materia supputationū apud historiographos.

¶ Scōm dubiū. Uñ ꝓcessit tā lōga vita Mathusalē: ⁊ alioꝝ de qb' ꝑ singula legit in pñti c. Ad hoc dubiū plures rōnes assignat magr Nicol. de lyra. Prima ꝓcessit ex bonitate cōplexionis primoꝝ parētū. Nā ipsi fuerūt imediate a deo formati: ⁊ ꝑ cōsequēs optime cōplexiōati. Cū eīm opa dei sint perfecta: etiā plusꝗ opa nature: cōsequēs est dicere ea que immediate ab eo sūt: esse multo perfectiora hisq̄ a natura fiunt. Et ex hoc sequit ꝙ erāt ad longiorē vitā dispositi. Huiusmodi autē cōplexionis bonitas magis venit ad homīes propinquos illius tēporis ꝗ ad remotos: ⁊ maxime ad modernos. Et ꝗto plus ꝓcedit hūana gñatio: tāto remotior erit ab illa optima cōplexione primoꝝ parentū: et ꝑ cōsequens magis ac magis abbreuiabit vita humana. Secunda ratio processit ex modo viuendi eorūdem primoꝝ parentū. Nā valde tēperate viuebāt: intēperātia vero sequētiū multis vitam abbreuiauit: ita vt multo plures interfecerit gula ꝗ gladi'. Tertia ex bonitate nutrimenti. Nā ante diluuiū terrenascentia fuerūt multo meliora ꝗ post. Inūdatio nēpe dicti diluuij fuit facta pro maiori parte ex aquis maris oceani. Unde in sequentibus. c. vij. dicitur ꝙ rupti sunt oēs fontes abyssi magne: que non est aliud ꝗ mare oceanū. Aque autē huiusmodi maris sunt salse: ⁊ ꝑ consequēs inducunt sterilitatem terre. Ex quibus oībus sequitur ꝙ terrenascentia post diluuiū deteriora sūt ꝗ prius: ⁊ per cōsequens inde abbreuiatur vita mortalium. Quarta ratio processit ex sciētia Ade. Fuit eīm formatus a deo cum perfectissima sciētia omniū rerū corporaliū: ita vt cognosceret virtutes herbarū et lapidū q̄ cōferūt ad ꝯseruādam sanitatē: ⁊ ꝓlongandā vitam hūanā. Uerisimile est autem ꝙ ipse Adā in pte docuerit filios suos ⁊ filios filiorum suorum de predictis: et illi similiter sequaces suos. Quinta ratio processit ex bono aspectu syderum super regionē illam in qua manebāt predicti. Hmōi enim aspectus syderum multum facit ad longitudinē vite. Successu autem tēporis dict' aspect' mutat' est: ⁊ hoc ꝑ cōtinuū motū celi. Ad cui'

motum mouentur etiā hmōi sydera. Sexta et vltima ratio ꝓcessit ex diuina dispositione hoc ordinante: vt scȝ per lōgā vitam hominū cito multiplicaretur gen⁹ humanum. Itē vt homines illius tēporis possent habere expiētias de cursu celi ⁊ effectib⁹ sydeꝝ atq̄ multarū aliarū reꝝ: q̄ quidē experientie sunt principia artis ⁊ scientie: vt habet.j. Metap. Et sic patet diffuse ad dubiū predictum.

¶ Tertium dubium. Quare moyses post supputationē etatum virorum in presenti capitulo enumeratorū addit illā caudā (et mortuus est) de vno quoq̄ loquens. Respōdetur ꝙ propter duo. Primū est vt ostēderet q̄ verū sit verbū dñi: et inuariabilis eius sentētia: de qua supra.ij.c. ad Adā loquēs ait: In quacūq̄ hora comederis ex eo: scȝ ex fructu sciētie boni ⁊ mali: morte morieris: id est necessitatē moriēdi incurres tu: ⁊ descēdentes ex te secundū seminalē rationē. Secundū est vt mortis memoriā nobis peramplius incuteret. Unde quilibet eorū quoꝝ nomina in p̄senti textu exprimūtur: videtur nobis dicere illō Eccli.xxxviij. Memor esto iudicij mei: sic em̄ erit et tuum. Mihi heri/⁊ tibi hodie.

¶ Moralit̄ genealogia iustoꝝ que in prima etate continuata est ab Adam per Seth vsq̄ ad Noe/qui fuit decimus: ⁊ q̄ saluatus est ab aquis diluuij: designat ꝙ obseruatores decē preceptoꝝ decalogi preseruabuntur a diluuio eterno: ⁊ introducentur finaliter in arcā celestis mansionis/ atq̄ benedicentur in fine seculi a dño. De p̄mo in figura legit̄ Josue iij. ꝙ postq̄ filij Israel recepe runt in deserto decē precepta decalogi p manū Moysi: post modū sub Josue transierunt iordanem securi: ita vt nullus in eo periret ex ipsis. De scḋo Matth.xix. Si vis ad vitā ingredi: ser. manda. De.iij. legit̄ Deutero.xxviij. ꝙ dñs ꝓmittit multas benedictiōes obseruatorib⁹ mādatoꝝ suoꝝ. Hinc psal. In custodiendis illis: scȝ diuinis mandatis: retributio multa.

¶ Moraliter ⁊ aliter. Mathusalem qui vno modo interpretatur mortuus interrogator: designat quēlibet peccatorē: et qui interdum diu perseuerauit in morte hac spūali peccati. Opus ē ergo tali mortuo vt iterroget diligēter seipm̄: aut viros spirituales: ⁊ qui timent deū: quonā pacto poterit resurgere a peccato: ⁊ inuenire miām apud deū. Sic em̄ olim agebāt sancti illi patres cōmorātes in desertis egypti cum primū ad eremū conuertebant. Deuterono.xxxij. Interroga patrē tuum/ ⁊ annunciabit tibi: maiores tuos/⁊ dicent tibi. Sed quid est ꝙ Mathusalē genuit lamech? Profecto lamech qui interpretatur humiliatus/designat ꝙ postq̄ peccator spiritualiter mortu⁹ interrogauerit diligenter factum cōscientie sue: ⁊ viderit in q̄ horrēdo statu sit: statim humiliat̄. Et de hoc habemus historiā Luc.vij. de muliere q̄

erat i ciuitate peccatrix: que vt cognouit / supple multitudinem atq3 grauitatē necnon & turpitudinē scelerum suorum: venit ad Christū: & stās retro secus pedes eius &c. Ecce igit mulier prius mortua / nunc humiliata. Sed vt nihil intactū relinquamus: quid est q Lamech genuit Noe? Profecto Noe q vno modo interpretat cōmotus siue commotio: designat penitētē / qui postq se humiliauerit corā dño: statim cōmouet dñs cor ipsius per verū dolorē de peccatis: etiā interdū vsq ad effusionē lachrymarū. Hic ps. Cōmouisti (supple tu deus) terram.i. animā penitentem / & cōturbasti eam: sana contritiones eius / quia cōmota est: scilicet ad veram penitentiam.

¶ Allegorice. Mathusalem q plus oībus vixit / secundū q litera sonat: & qui tādē mortu9 est / designat xp3: qui ad hunc sensum plus omnibus vixit: qr ab eterno fuit / iuxta illō heb. xiij. Jesus Christus heri & hodie: ipse & in secula. Et est sensus q suppositū diuinū qd est Christ9 / fuit heri.i. in preterito siue in eternitate: & est hodie .i. in presenti: & ipē in secula.i. erit sine fine / vt dicit interli. Et hoc est qd ipsummet verbum dicit / Apoc.j. Ego sum alpha & o / principiū & finis: dicit dñs qui erat & q est: & qui venturus est. Jtē ps. de eodē ait. Tu autem idē ipse es / et anni tui non deficient. Propterea ista propositio: Christus incepit esse simpliciter: quam aliqui doctores dixerunt esse verā de rigore logice / est reprobata per facultatem Parisiēsem. Ecce ergo quomodo noster Mathusalē Christus plus omnibus vixit: quia ab eterno fuit. Qui postq tēporaliter in assumpta ab eo hūanitate vixit / tandem secūdum eandem mortu9 est pro nostra omniūq salute. Genuit autem hic Mathusalē filios & filias / id est iudeos & gētiles in ipsum credētes. Hinc Joan.j. dicit de eodem: Quotquot autē receperunt eū / supple per fidem formatam: dedit eis potestatē filios dei fieri / his qui credunt in nomine eius: qui nō ex sanguinibus / nec ex volūtate carnis / nec ex volūtate viri / id est per viā nature: sed ex deo nati sunt / id est spiritualiter / & p filij dei incarnationem. Jdeo sequitur. Et verbum caro factum est / & habitauit in nobis: supple per assumptam humanitatem.

¶ Anagogice. Per hoc q genealogia Adam cōtinuata est p Seth / Mathusalē & lamech vsq ad Noe / qui fuit finis prime etatis / & initiū secūde: designat q iustorum vita tendit ad verū Noe: per quem intelligitur deus clare visus. Noe enim interpretat requies. Jn deo autem clare viso consistit vera & cōsummata requies beatorū: ita vt quilibet eorū merito dicere possit illud psalmi. Hec requies mea in seculum seculi / hic habitabo quoniam elegi eam. Ad hunc igitur verum Noe tendunt et aspirant omnes electi. Quō p apertam visionē inuento / in eo requie-

scunt: nec aliud querūt. psal. Satiabor cū apparuerit gloria tua.

¶ Quinta clausula.

¶ Lamech genuit filium: vocauitqꝫ nomen eius Noe, dicens. Iste cōsolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit dominus.

¶ Historialiter. Iste Lamech fuit vir iust⁹, vt supra dictum est: cui etiam dn̄s dedit donū prophetie precipue q̄ ad precognitionem futuri profectus filij sui Noe: de q̄ ait: Iste consolabitur nos ab operibus manuū nostrarū in terra, cui maledixit dominus. Et nota ꝙ ly (cui maledixit dn̄s) non est referendum ad Noe: sed ad terrā. De cuius maledictione habes supra. c. iij. vbi dicit: Maledicta terra in ope tuo. Sed pro ampliori declaratiōe presentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū est. Que sunt illa opera manualia super quib⁹ cōsolatus est Noe parētes suos? Respōdetur secundū postillatores ꝙ illa fuerunt multa. Sed precipuum fuit ꝙ adinuenit modum ꝛ artem arandi cum animalibus. Nam prius homines arabant terram trahētes aratrū cum collo, quod erat valde penosum. Unde ꝛ vsqꝫ in hodiernū diē sarraceni hoc modo in penam cogunt Christianos captiuos arare agros suos. Uel forsan tunc eam arabant cum instrumētis ad manum, sicut et hodie de ortulis fieri solet. Sed quia iste modus arandi erat valde laboriosus: ideo Noe inueniens alium faciliorem atqꝫ vtiliorem: dicitur cōsolationem attulisse mortalibus. Bene ergo de eo prophetauit Lamech dicēs: Iste cōsolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra. Unde ipse propter adinuētionem talis artis vocatur agricola infra. ix. cap. Alij dicunt ꝙ parentes ipsius Noe videntes optimos eius mores et conuersationem honestam ꝛ sanctam inter malos, adeo consolabantur interius ꝙ labor manualis quem exercebant in agricultura, parū grauabat eos. Alij autem dicunt ꝙ ista consolatio referēda est ad conseruationem ꝛ reparationem humani generis que facta est ꝑ ipsum Noe radicaliter. Unde illi soli precepit deus vt faceret arcam. Genes. vi. medio cuius preseruatus est mūdus ne totus periret.

¶ Secundum dubium versatur circa illō verbum (in terra) cum dicit Lamech de Noe filio suo: Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra. Est ergo questio quare addidit. (in terra) Responsio, ad insinuandum ꝙ homo vt homo non potest alterum consolari nisi in terra, id est in mūdo isto et vita presenti. Cōsolari autem quemqꝫ in alto seculo: soli⁹ dei est principaliter: iuxta illud Psalm. Consolationes tue letificauerunt animam meam. Possunt tamen sancti dei angeli consolari animas existentes in pur

gatorio: et signanter quarum fuerunt custodes in presenti, sicut factum fuisse frequēter multa exempla aperte declarant: sed ista consolatio est minus principalis.

¶ Tertium dubium. Utrum Lamech in spiritu humano id est naturaliter potuerit precognoscere et predicere futuram dispositionem & vitā filij sui Noe cum primū natus est. Uidetur ꝙ sic: qꝛ multi astrologi talia predicunt. Pro responsione ad hoc dubium premittēdum est conformiter ad beatum Thom. secunda secūde. q. xcv. arti. v. Similiter ad beatum Anto. Floren. secūda parte summe sue, trac. xij. c. j. §. v. & vj. ꝙ quis potest predicere futura contingentia tripliciter. Primo modo ex diuina reuelatione: vt prophete fecerunt: & hoc non est superstitiosum, sed opus sanctū et diuinū. Scdo mō ex familiaritate cū demone tacita vel expressa: qui multa futura que ignoramus cognoscit: & hoc superstitiosum est & dānabile: & contra illud dñi preceptum Deut. xviij. Nō sit qui cōsulat diuinos. Tertio mō p causas naturales. De quibus adhuc subdistinguendū est. Nam alique sunt cause naturales que semper & ex necessitate produ cunt suos effectus. Et tunc si quis ex cōsideratione talium causarum prenunciat etiā certitudinaliter effectus earum: nulla est ibi supstitio. Da exēplum de astrologo perito prenunciāte eclipsim solis vel lune. Alie autem sunt cause naturales que producūt suos effectus nō semp, nec ex necessitate: sed vt in pluribꝰ. Et tūc ex consideratione huiusmodi causarū possunt predici futuri earū effectus per coniecturam: & cum quadā incertitudine siue vacillatione. Et hoc modo medici frequenter predicunt ex cōsideratione infirmitatis mortē infirmorū, siue sanitatē eorū futurā. Alie vero sunt cause mere ad vtrūlibet, q̄ dicunt cause p accidēs: sicut ꝙ fodiēs terrā inueniat thesaurū. Et tunc ex consideratione taliū causarū nihil potest predici neqꝫ certitudinaliter neqꝫ coniecturaliter: qꝛ nihil omnino ꝯferunt ad productionem effectus. Ad ppositum ergo descendētes dicimus ꝙ Lamech pater Noe potuit precognoscere futurā dispositionem filij sui Noe ex parte corporis, & signāter q̄tum ad illos effectus q̄ dependent ex causis naturalibus: puta si dēberet subiici egritudini, nec ne: et hoc supposito ꝙ fuerit peritus medicus.

¶ Aduertendū tamen ꝙ preter p̄dictos effectus naturales depēdētes ex parte corporis, sunt & alij dependētes ex parte humane volūtatis seu liberi arbitrij. Presumere autē iudicare de huiusmodi effectibus anq̄ sint, absqꝫ dei speciali reuelatione: ptinet ad diuinationem seu superstitionem, vbi semper interuenit expresse vl' tacite demonū operatio. Querere autem cōsilium vel auxilium a diabolo, mortale peccatū est, vt satis notū est.

Nec possunt tales effectus dependentes a libero arbitrio precognosci p causas naturales: eo q cause naturales / vt sunt corpora celestia / nō possūt imprimere directe in humanam voluntatē / que est omnino spiritualis. Possunt tamē imprimere in eam per accidens. Directe enim imprimunt in corpus humanū / & per cōsequens in potentias sensitiuas / q sunt affixe organis corporeis. Potentie autem sensitiue vbi insurgūt passiones / inclinant ad actus qui quādoq sunt cōtra rationem / non tamen cogunt. Quinimo tales potentie nate sunt subiici imperio rationis. Et ideo q̄tumcūq moueant / siue inclinēt / aut disponāt humanam voluntatē: nō possunt tamen eā cogere: sed semper manet libera & dn̄a suarum operationū tam bonarū q̄ malarū / siue ad eas inclinet sensualitas / siue constellatio. Unde Ptolomeus maximus philosoph⁹ dixit q vir sapiēs dominabitur astris. i. passionib⁹ & vitiis ad que ex constellationibus est inclinat⁹. Sed quomodo hoc? Certe vtēdo recta ratione / & impando dictis passionibus. Unde augu. de ciui. dei. lib. v. ca. x. ostendit per rationes & exempla falsitatē eorum qui ex constellatione sub qua quis natus est volunt prenunciare eius cōuersationem et mores. Hoc nempe iudiciū tanq̄ superstitiosum prohibitum est / vt bene & aperte ostendit august. xxvi. q. iiij. Igitur. Patet ergo resolutorie q Lamech predicēs de filio suo noe et dicēs: Iste cōsolabitur nos &c. in spiritu prophetico locutus est. Et sic patet ad tertiū dubium diffuse.

¶ Et nota circa hunc sensum historicū / & finem presentis capituli quinti: q Noe fuit decimus ab adam: in quo prima etas terminata est: vt dicit petrus comestor: ita q & ipse fuerit in ea. Cuius quidem etatis secundū eundem Petrum / septuagita interptes ponūt annos duo milia. ccxliiij. Alij. lxiiij. Hiero. autē non ponit plene duo milia. Methodius vero ponit duo milia. Ipse tamē p chiliades secula disponit: vt dicit idem Petrus. Est autem chilias. dis. nomen grecū: qd interpretatur mille. Ubi ergo dicim⁹ vnam etatem / vel duas aut tres: greci dicūt vnā chiliadē vel plures. Non tamē q omnis etas mille habuerit annos. Nam inqt Petrus / quedā plures / quedam pauciores habuit. Et vbi vna chilias hz plures annos q̄ mille: ipse methodius de illis tacet. Et ideo inquit Petrus: nihil certum de numero annorū a constitutione mūdi siue aliarum etatum tradidit.

¶ Moraliter. Noe cōsolās mūdum: & signāter parētes suos ab operib⁹ manuū suarū / designat quēlibet bonū & probum filiū / qui cōsolatur p posse suo parentes suos in omni tribulatione sua: precipue autē cū senescunt. Solent eīm senes pati multiplicem defectū. Primo qdē in corpore / tū p debilitatem / tū per immūditiā / tum p egritudinē. At vero prob⁹ fi-

lius ꝯſolatur parētes ſuos ſenes cōtra illos tres defectus corporales: animaduertens ꝙ cū eſſet paruulꝰ/ et haberet in ſe illos tres defectus/ ipſi parentes ſuccurrerunt ei. Nam ſubuenit eorū debilitati facto ⁊ opere: etiā patiēter tolerat eorū immunditiā/ atq; conſulit medicū in ipſorū egritudine. Hinc ſapiēs Eccl'es.iij. ait: Fili ne ſpernas patrē tuum in tua virtute/ id eſt in flore tue iuuētutis. Secūdo in ſenſu: et hoc propter debilitationē organorum corporaliū. Sed bonus filiꝰ ſupportat in eis talē defectum. Propterea dicit idē Sapiēs vbi ſupra. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui/ ⁊ non contriſtes eum in vita illius. Et ſi defecerit ſenſu/ veniam da illi. Tertio in rebus ſecūdis: qꝛ non poſſunt operari vt prius: et cum hoc conſumūt in breui quod multo labore ⁊ longo tēpore acquiſierant. At vero bonus filius ſubuenit illis de ſua ſubſtātia. Sic enim precipit ſapiens Eccl'es.vij. dicēs. Retribue illis/ quomodo et illi tibi. Et nota ꝙ ibi loquitur ſapiēs de filio in ordine ad ſuos parētes. Unde Hiero.iij. parte epiſtolarum ſuarum/ epiſtola.vj. Foueatur (inquit) parentū ſenectus: ⁊ factis eorū viciſſitudo reddatur. Habet em̄ quandam ſenectus infantiā. Senibus tamen ſeruire ꝑfacile eſt: q̄s nemo potat / nemo nutrit ſucco corporis ſui. Filius ergo ſuſtentans corporaliter ſuos parentes in ſenectute ſua/ imitatur ſanctum illum Noe: de quo ꝓphetauit pater ſuus Lamech dicens. Iſte cōſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum in terra.

¶ Allegorice Noe per quē ſaluatus eſt mundus tēporaliter deſignat Chriſtum: per quem mundus ſaluatus eſt ſpiritualiter ⁊ eternaliter. Sic enim de eo predixerāt ſancti dei ꝓphete dicētes cum Lamech. Iſte cōſolabitur nos ab operibus manuū noſtrarum in terra: qꝛ operatus eſt ſalutem in medio terre: vt habetur Aba.iij. Ecce optima cōſolatio. De qua Eſa.xlix. Conſolatꝰ eſt dominus populum ſuū. In cuius figurā legiť Tho.j. ꝙ cū tēpore captiuitatis Babylonice rex Sēnacherib valde opprimeret filios iſrael qui erāt in captiuitate: eo ꝙ ipſos exoſos haberet in cōſpectu ſuo: Thobias quotidie pergebat ꝑ omnem cognationem ſuā: ⁊ conſolabatur eos: diuidens ſingulis prout poterat de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat: nudiſq; veſtimenta prebebat: ⁊ mortuis atq; occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat. Ad ꝓpoſitum Thobias eſt Chriſtus. Sennacherib diabolus. Babylonia mundus preſens. Ante igitur Chriſti aduentū dictus Sennacherib captiuos tenebat homines in mundo habitantes: quos valde opprimebat: tum in vita eos multitudine peccatorum grauando: tum in morte/ eos ad inferni carcerem deducendo: et hec eſt periculoſiſſima captiuitas. Cumque taliter captiuos teneret diabolus homines: venit de terra promiſſio-

nis verus Thobias Christus: qui eos consolatus est: tum in carcere presentis seculi pecca ta veris penitentibus remittendo: tum in carcere inferni hoc est limbi descendendo / et animas sanctorũ patrum inde educẽdo. Et tunc tam hi quibus peccata remisit: q̃ illi q̃s de libo eduxit: dicere potuerunt illud psal. In conuertendo dñs captiuitatẽ Sion: facti sumus sicut consolati.

¶ Anagogice. Uerus Noe et totus innocens est omnipotẽs deus: qui consolatur omnes beatos homines ab operibus manuum suarum / a laboribus vite presentis eos liberando: iuxta illud Apoc. xiiij. Amodo iã dicit spiritus (supple diuinus) vt requiescãt a laboribus suis. Oritur autem huiusmodi consolatio electorum ex visione sanctissime trinitatis / patris scilicet / et filij / et spiritus sancti. In cuius figuram dicitur Job.ij. q' venerũt tres amici Job ad eũ / vt visitarent eum et consolarẽtur. Unde q̃to plus verus penitens fuerit in dolore et afflictione in presenti / tam magis ibi cõsolabitur: dicens ad dominum illud psal. Secũdum multitudinem dolorũ meorum in corde meo: consolationes tue letificauerunt animã meam. Quẽadmodũ ergo pia mater postq̃ virga percussit filium suum: solet ei blandiri / et eum consolari: ita et de' postq̃ flagellauit amicos suos in presenti / blanditur illis in celo: ibi consolans eos. Ipse enim facit cum tentatione prouẽtum.j.Corint.x. Da similitudinem de medico: qui post amaram potionem dat electuariũ dulce. Hinc de mendico lazaro mortuo dixit pater Abraham ad diuitẽ epulonẽ Luc.xvi. Hic consolat. Tu vero / qui supple habuisti consolationes tuas in mũdo / cruciaris modo. Hec est ergo illa mirabilis ɔsolatio quã pmittit dñs electis suis. Esa.lj. dicẽs. Ego ipse ɔsolabor vos.

Gen.vj. prima clausula.

¶ Noe vero cũ quingentorũ esset annorũ / genuit sem: Cham: et Japhet.

¶ Historialiter postq̃ descripta est prima etas: hic ɔsequẽter incipit descriptio etatis secũde: que incepit / a sancto patriarcha Noe: d' q̃ dicit hic / sãctus Moyses q' cũ esset quingentorũ annorum / genuit sem etc. Nec est intelligẽdum scḋm aliquos / sicut de similibus dictum est pri', q' predicti tres fuerunt primi eius filij. Sed pre ceteris isti nominant ab ipso Moyse / eo q' de ipsis specialem mentionẽ propter speciale mysterium esset factur': sicut in sequentibus patebit. Hebrei tamen dicũt ipm Noe distulisse gñare filios vsq' ad dictã etatẽ q̃ngẽtorũ annorum: et per ɔñs sẽ Chã et Japhet eẽ primos filios ab eo genitos.

¶ Queritur ergo cur tãtũ distulit generare: maxime cum alij precedẽtes viri sancti per quos cõtinuata est gñatio iustorũ: genuerint circa annum cẽtesimũ: vt pz ex supradictis. Respondent ad hoc dicti hebrei: prout refert de lyra ĩ po

filia sua: q hoc fuit qr de⁹ dis posuerat eū saluare i diluuio cum tota posteritate sua. Si autē ī cētesimo anno generas set vt priores infra quingētos annos sequētes ante diluuiū: qr ipse erat sexcētorum annorum qñ inundauit diluuium: fuissent tot hoīes super terrā multiplicati tam ex se q̄ ex filiis suis q fuissent multi mali inter eos: de quibus non fuisset dignum q salui facti fuissent ab aquis diluuij. Itē 𝔷 secundo tot persone cū necessarijs ad vitam per annū integrum quo durauit diluuium non potuissent competenter intra arcam collocari.

¶ Queritur secūdo vtrū sem fuerit primogenit⁹ Noe. Rñdent hebrei prout refert idē de lyra: q nō. Hoc aūt sic probant. Nā hic dicitur q priogenitus Noe erat centū annorū tēpe diluuij: qr tunc fuit ipse Noe sexcentorū annorū: eo q cepit generare in quingētesimo anno vite sue: vt supra dictum est. Sem autē nō habuit centum annos nisi post duos annos a tēpore diluuij: vt patet in sequentibus. xi. c. vbi sic legitur. Sem erat centum annorum quando genuit arphaxat i biennio post diluuium. Sem ergo non fuit primogenitus Noe. Preponitur autē quo ad nominationem ꝓpter reuerentiā patriarcharū descendentium ab eo: 𝔷 cōsequēter xp̄i: vt patet Luce. iij. Et huic est simile de Jacob p̄triarcha: de quo legit̃ postea. xlviij ca. q benedicens filijs Joseph preposuit effraim iuniore manasse: qr futurus erat in prolem maiorē: vt habetur ibidē.

¶ Queritur tertio cur in principio presentis capituli repetitur id quod dictum fuerat in fine precedentis etiam sub eisdem verbis: vcȝ q Noe cū quingentorū esset annorū: genuit sem: Cham 𝔷 Japhet. Talis nempe repetitio ī plerisqꝫ libris reperitur. Rn̄sio. ad ostēdēdū ipsum Noe pertinuisse aliq̄ mō ad primā etatē que cōtinuatur vsqꝫ ad finē capituli precedentis: 𝔷 ad scd̄am que inchoat̃ in principio p̄ntis capituli. Vñ in hoc est simile de eo sicut de beato Jo. baptista qui q̄tū ad aliquid pertinuit ad legē Moysi: 𝔷 q̄tū ad aliud ad legē gratie. Ipse nēpe fuit finis legis antique: 𝔷 initium noue: iuxta illud Mat. xi. Oēs ꝓphete 𝔷 lex vsqꝫ ad Joannē ꝓphetauerūt. Qui etiā inter ꝓphetas ibidē cōnumerat̃ a xp̄o dicēte de eo q fuit ꝓpheta 𝔷 plusq̄ ꝓpheta. Quātū ꝗ ad id q̄d de Noe legit̃ añ diluuiū: ipse ptinuit ad p̄mā etatē. Quātū vo ad id q̄d de eodē legit̃ post diluuiū: ad scd̄am etatē ptinuisse videt̃. Ubi etiā notādū q etates mūdi tūc incepisse dicunt̃ quotiens de⁹ aliquid insigne opatus est. Et qr post diluuiū mūdus quodā modo renouat⁹ est: ideo tunc incepit secunda etas.

¶ Moralr̄ sicut p Noe cū tribus filijs suis ꝯseruat⁹ est mūd⁹ ne tot⁹ periclitaret̃ p aq̄s diluuij: ita 𝔷 p pniam vna cū tripliči ꝓplexi⁹: que ē cordis ꝯtritio: orīs ꝯfessio: opis satisfactio ꝯseruat̃ microcosm⁹. i. homo

qui est paruus mūdus: ne post peccatum eternaliter pereat. Hinc Mat. iiij. ait xp̄s. Penitentiā agite: appropinquabit enim regnum celorū. Qui autē postq̄ peccauerūt / hāc sanctā prolē secū nō habēt / eternaliter pereunt: dicente eodē xp̄o. Luc. xiij. Nisi penitentiā habueritis: omnes peribitis. ¶ Allegorice. Noe qui interp̄tatur requies: Christum designat / qui est requies beatorum. Nam sicut omnia grauia tendunt ad cētrū terre: ad quod si peruenire possent / naturaliter ꝛ perpetuo ibi requiescerent: sic ꝛ electi nunq̄ sunt in quiete: sed in continuo motu ꝛ desiderio vlterius tendēdi quousq̄ peruenerit ad xp̄m clare visum in celū. Quo adepto: totaliter quiescit eorū desiderium. ps. Satiabor cū appuerit gloria tua. Et Aug. lib. j. confessio. Fecisti nos dn̄e ad te: ꝛ inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Queadmodum ergo Noe habuit tres filios: ita ꝛ xp̄s tres populos: sc3 iudeos: gentiles: ꝛ reprobos. Judei enim q̄tū ad eos q̄ predestinati sunt ad vitā eternā / quales precipue fuerunt apostoli: in quib⁹ post xp̄m fundata est fides ꝛ ecclesia: significātur per sem: q̄ interpretatur noiatus: ipsi autem adeo fuerunt noiati in mūdo isto ꝙ in omnē terrā exiuit sonus eorum: ꝛ in fines orbis terre verba eorū. Nec solū fuerunt noiati in mūdo isto: verū etiā vsq̄ ad celum ascēdit fama nominū eorū: iuxta illud Luc. x. Gaudete q2 noia vestra scripta sunt in celis. Per Japhet qui interpretatur dilatatio: significatur eccl'ia ex gentibus cōgregata: que aliq̄n fuit valde ꝛ quasi p̄ vniuersum orbē dilatata. Nūc aūt diminuta ē exigentib⁹ demeritis malorū xp̄ianorū. Per Chā autē qui interpretatur vno modo callidus siue astut⁹: significantur reprobi: ꝛ filij hui⁹ secli: q̄ iuxta xp̄i testimoniū Luc. xvj. prudētiores sunt in generatione sua filijs lucis. i. iustis et electis. Et nota ꝙ dicit: in generatione sua. Et sicut Cham derisit patrē: propter quod ab eo maledict⁹ est in filio suo Chanaā: ita et reprobi factis ꝛ opibus malis derident patrem celestē. Propter q̄d merito maledicentur ab eo ī die iudicij quādo dicet illis illud Matt. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. ¶ Anagogice Noe est de⁹ pater. Tres filij eius: tres sunt partes angelorum. Quarum due fuerunt semper bone. Et ideo recte designantur per sem et Japhet: de quibus nullum malum legitur. Tertia autē derisit p̄rem facto et ope. Hi fuerūt mali angeli: q̄rum caput ꝛ p̄nceps fuit lucifer: q̄ vt habetur Apocal. xij. traxit tertiā partem stellarū. i. angelorum secū: tum ad culpā: tum ad penam. Merito ḡ hec tertia pars angelorū designatur p̄ Cham qui iterpretatur callidus siue astut⁹: q2 dicti mali āgeli sūt sūme astuti ꝛ callidi ad operandū malum: ꝛ signanter in tentando homines. De hoc notissimam historiam habemus in primis parentibus.

Nam vt dicit August. de ciu. dei. libr. viij. capit. xviij. habet diabolus mille nocendi artes. Inter quas ipse idem Aug. ad fratres in eremo ser. viij. qui intitulatur de perseuerantia ponit istam que sequitur. Diabolus inquit quādoq3 seruos dei ad bonū incitat ꝛ ꝓducit: vt de bono opere grauius eliciat malū. Hec ille. Et nota ꝙ in hoc ē cōtrari9 deo: q̄ ex malis nouit elicere bona. Ipse autem diabol9 ex bonis operib9 frequenter elicit mala: sicut cum fecit hominem inaniter gloriari aut supbire de bono opere: qꝛ sicut dicit Augu. in regula de cōmuni vita clericorum: superbia bonis operibus insidiatur vt pereant: et hoc supple suggerente diabolo.

¶ Secunda clausula.

¶ Cūq3 cepissent homines multiplicari super terram: ꝛ filias procreassent: videtes filij dei filias hominū ꝙ essent pulchꝛe: acceperūt sibi vxores ex oib9 quas elegerāt.

¶ Historialiter moyses dicturus de diluuio premisit causam illius dicens: Cūq3 cepissent hoies multiplicari super terrā: non tam numero populorum: q̄ multitudine iniquitatum: ꝛ signanter iniquitatis carnalis per quam ira dei mirabiliter prouocata est contra mundū. Nec dicta iniquitas incepit primo tēpoꝛe Noe: vt aliqui arbitrantur: verum etiam longe ante: qꝛ ex quo ceperūt hoies multiplicari sup terrā: vt habet in textu pñti.

¶ Queritur circa hunc textū qui fuerūt illi filij dei de quibus hic agitur. Pro solutione aduertendū ꝙ circa hoc fuerunt tres opiniones: quarum duas recitant illi egregij postillatoꝛes de lyꝛa: ꝛ de pal. q̄rum prioꝛ videtur fuisse de lyra. Tertiā autem ponit petr9 cōestoꝛ in historia scholastica.

¶ Prima igitur opinio est Josephi solēnissimi historiographi apud iudeos: qui dicit ꝙ filij dei fuerunt demones cū mulieribus cōcumbentes: ex quibus nati sunt gigantes. Et dicūtur filij dei tū propter bñficium creationis: tū propter spiritualem naturā. Nā sicut spūs est deus: ita ꝛ illi. Nec tū ex hoc intelligendum est ꝙ demon habeat naturaliter potestatē generandi ex se: qualē habent hoies ꝛ animalia. S3 qꝛ potest assumere de aere coꝛpus mulieris: ꝛ in eo recipere semen decisum a viro ei succūbendo. Deinde assumere coꝛpus viri: ꝛ transfundere illud semen in veram mulierē ei incumbēdo. Propter quod ipse diabolus vocat nunc incubus/ nūc succubus. Potest etiā ipe diabol9 ad hoc obseruare ꝯstellationē cōferētē ad perfectā gñationem. Vñ ex tali modo generandi prodierūt qñq3 gigantes foꝛtissimi: sed moꝛibus defoꝛmati. Et ne dicta opinio videatur ridiculosa ꝛ vana atq3 falsa: possumus eā confirmare ex dictis beati Aug. qui lib. xv. de ciu. dei. c. xxiij. dicit sic. Celeberria fama est: multiq3 se expertos: vel ab eis qui experti sunt/ de quoꝝ fide dubitandū non est: audisse cōfir=

mant silvanos et faunos: quos vulgo incubos vocant: improbos sepe extitisse mulieribus: et carum appetisse ac peregisse concubitum: et quosdam demones quos dusios galli nuncupant hanc assidue immunditiam et temptare et efficere. Hec Aug. Patet ergo quod dicta opinio non est omnino improbabilis. Quinimmo ante annos triginta in diocesi cameracensi similis contigit in oppido cui nomen est Nivel: gall. Factum est notissimum ad huc per totam ferme Germaniam et galliam. Aduertendum tamen quod proles sic genite semper super se deferunt euidens signum improbe et maledicte generationis: prout audiui a quadam improbissima muliere: que propter hoc scelus ignibus tradita fuit in oppido Ualentianensi dicte diocesis ante .xx. annos.

¶ Sed hanc opinionem reprobat Isido. li. xj. Etym. vbi ita ait. Falso quidam opinantur de scripturis sanctis angelos preuaricatores ante diluuium cum filiabus hominum concubuisse: et inde natos gigantes .i. homines nimium fortes et grandes de quibus terra repleta est. Ratio autem sua hec est: quia scilicet diluuium non est inductum propter peccata demonum: nec similiter propter peccata mulierum tantum: verum etiam et virorum: quia omnis caro prius corruperat viam suam super terram: vt habetur postea. Nota tamen quod iste doctor non dicit quod demones non possint esse incubi et succubi: et inde nasci proles: alias contradiceret Augustino vbi supra. Sed tantum dicit quod talis coitus non induxit diluuium.

¶ Secunda opinio est rabi Salomonis qui dicit quod litera hebraica sic habet. Uidentes filij iudicum vel potentum. quia nomen hebraicum scilicet eloym quod ibi ponitur: dupliciter accipitur: primo modo pro deo. Secundo modo pro dijs in plurali. Et quia iudices et potentes quandoque in sacra scriptura vocantur dij: vt ibi Exodi. xxij. Dijs non detrahes: ideo dicit ipse Rabisa. hoc nomen hebraicum eloym sic esse in proposito accipiendum: scilicet pro iudicibus et potentibus populi. Et sic ipsum acceperunt dicti hebrei. Est ergo sensus predictorum verborum secundum eundem rabisa. Uidentes filij dei .i. filij iudicum et potentum: filias hominum .i. subditorum pulchre supple ornatas: vtpote quando tradebantur ad nuptias: acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant .i. accedebant ad eas carnaliter cognoscendo et ipsas deflorando prius quam mariti eas cognoscerent: et sic iam corrupte accedebant ad viros suos: quod erat tam vxoribus quam maritis valde iniuriosum. Insuper quando predicti filij dei .i. iudicum et potentum videbant aliquam pulchram mulierem iam nuptam: more illorum senum de quibus legitur Dan. xiij. accedebant ad eam: nec cessabant eam solicitare de actu nephario quousque complerent suum prauum desiderium cum ea adulterando.

¶ Sed hanc opinionem multi catholici doctores reprobant dicentes quod illa causa fuisset particularis: vtpote tantum inuoluens filios potentum. Et tamen

in sequentib⁹ dicitur ꝙ omnis caro corruperat viam suam: Nec generale diluuiū debuisset induci ꝓpter causam particularem.

¶ Tertia opinio est methodij quā ad longum ponit Petrus comestor sup Genesim.c.xxxj. Hic ergo methodius causam diluuij dicit fuisse hoim peccata: quod diffuse exequitur: dicens ꝙ quingentesimo anno prime chiliadis: id est post primā chiliadem: id est primā etatem: filij Cain abutebātur vxoribus fratrum suorum nimijs fornicatiōib⁹. Sexcētesimo autē anno mulieres in vesaniam verse supergresse viris abutebantur. Mortuo autem Adam Seth filius eius separauit cognationē suā a cognatiōe Cain qui redierat ad natale solum. Sic enim illi preceperat pater suus Adam dum adhuc viueret: ne scilicet simul cōmiscerentur. Habitauit autem Seth in quodam in quodam monte ꝓximo paradiso terrestri. Cain vero habitauit in campo in quo fratrē suum Abel occiderat. Consequenter quingentesimo anno secūde chiliadis exarserūt homines in alterutrū coeuntes. Septingētesimo aūt āno eiusdē scđe chiliadis filij Seth cōcupierunt filias descendentes a Cain: et inde orti sunt gigātes. Et postmodū incepta tertia chiliade inundauit diluuiū. Ecce ergo quomodo methodius scđm magistrū historiarū ordinat presentem historiam tractantē concubitū filiorū dei cū filiabus hominū: ita vt per filios dei intelligātur filij Seth: ꝓprius religiosi: vtpote ab ipso Seth in cultu diuino istructi. Unde et in pluribus locis veteris ac noui testamenti fideles vocantur filij dei. Et queadmodū dominus precepit filijs Israel vt nō cōtraherent matrimonia cū mulieribus Chananeis: ne facerent eos sequi deos earum: vt patet Deutero. vij. ita etiam Seth de voluntate dñi precepit filijs suis vt nō contraherēt matrimonia cum filiabus descendentibus de Cain: vt dictum est: eo ꝙ erāt curiose dissolute et lubrice. At vero ꝓcedente tēpore filij Seth transgressi sunt ꝓceptū patris. Et hoc est quod dicitur in textu: Acceperūt sibi vxores. Et sic patet diffuse ad quesitum.

¶ Moraliter filij dei sunt aut saltē esse debent viri ecclesiastici et religiosi: qui specialiter in sortem dñi vocati sunt. In cui⁹ rei testimonium cum quis recipit tōsuram clericalē de manu episcopi: dicit: Dominus pars hereditatis mee. Unde tales figurantur per leuitas qui olim in sortem domini vocati erāt: iuxta illud Numeri.iij. Erunt inquit dñs leuite mei. Isti ergo filij dei in iniuriā patris sui frequenter curiose respiciunt filias hominum: id est mundanas pulchras et ornatas mulieres: cū tamē dicat Gre.lib.xxj.mora. exponēs illud Job.xxxj. Pepigi fedus cū oculis meis.&c. ꝙ nō lз intueri qđ nō licet concupisci. Quod si sic fecissent illi duo nequissimi pbri de qui-

bus Dan.xiij. nō tantū exarsissent in cōcupiscentiā susanne. Quid autē sequat ex incauto aspectu in pdictis filijs dei ostenditur aperte cū subditur Acceperūt sibi vxores ex oib⁹ quas elegerāt. Nā postq̄ aliquis sacerdos clericus aut religiosus posuit amorē suum ad aliquā mulierē: frequēter illi adheret ardenti ⁊ fatuo amore vsq̄ ad mortē: tāq̄ duxisset eam invxorē. Unde de talibus solet dici Gall. q̄ cest au plus viuāt des deux. Nos itaq̄ fratres charissimi si volumus vocari et esse filij dei: caueamus summope ne curiose filias hominū videamus: ⁊ ne tandem in concupiscentiā earū cadamus: sed deprecemur dn̄m dicentes cū psal. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Pensemus etiā illud xp̄i verbum Matth. v. vbi ait. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eam: iam mechatus est eam in corde suo.

¶ Allegorice qd̄ hic pluraliter dicitur de filijs dei: singulariter exponere possumus de vero filio dei per naturā. Iste ergo verus ⁊ naturalis dei patris filius videns filiam hominū. i. naturā humanā que per opus generatiōis viri ⁊ mulieris continuatur ⁊ cōseruatur in esse: q̄ esset pulchra. i. perfecta: quia ad imaginē et similitudinē dei facta: accepit eam sibi vxorem: vniendo eam sibi hypostatice ⁊ personaliter et hoc pre oībus alijs naturis etiā natura angelica: iuxta illud Hebreo. ij. Angelos nusq̄ apprehendit: sed semen Abrahe apprehendit. Ecce q̄tū honorauit dei filius naturā humanā: propter qd̄ sūmas grās illi debemus de tanto beneficio: ex quo etiā secuta est immortalis fraternitas īter ip̄m dei filium ⁊ nos: q̄ vt habetur Rom. viij. Ipse est primogenitus in multis frīb⁹. Et ad Hebreos. ij. Nō confunditur eos vocare fratres. Ipse etiā post suam resurrectionē apparens Marie Magdalene: dixit ei: Uade ad frēs meos ⁊c. Io. xx.

¶ Anagogice. Filij dei sūt sancti angeli: qui sunt filij ei⁹ tū p creationē: tum p adoptionē quia dedit illis gratiā et gloriam: que est hereditas illius. Per filias autē hominū intelligūtur anime deuote. Predicti ergo filij dei videntes predictas filias hominū q̄ essent pulchre: pulchre inq̄ nedum per naturā: verū etiā per gratiā ⁊ charitatē: acceperūt sibi vxores ex oib⁹ quas elegerāt: id est ardentissimo amore adheserunt illis aīabus deuotis iustis ⁊ sanctis quibus in custodiam deputati fuerāt in presenti: vt essent coopatores salutis earū. Ceterū postq̄ dicte filie hominū ascenderūt in celum: vt amodo essent perfecte dei filie: adhuc ardētiori ⁊ sanctissimo amore illis adheserūt: adherēt: adherebūtq̄ sine fine dicti filij dei congratulantes earum felicitati et glorie perpetue.

¶ Tercia clausula.

¶ Dixitq̄ deus: Nō permanebit spūs meus in homine in eternū: quia caro est.

Eruntq; dies illius centum viginti annorum.

¶ Historialiter. Postq; noster legislator sanctus Moyses in p̄cedenti clausula tetigit causam futuri diluuij que precipua fuit luxuria ꝛ carnalitas filiorū Seth cū filiabus Cain secundum vnā expositionē: vt dictū est prius. Nedum illoꝝ: verū etiā omniū habitantium sup terrā: qꝛ vt dicit̄ cōsequēter in presenti capitulo: Ois caro.i.ois homo tā vir q̄ mulier corruperat viā suā super terrā: hic consequenter idem Moyses refert deū prefixisse hoībus vite terminū: dicens: Eruntq; dies eius: scʒ hois: cētū viginti annoꝝ. Sed ad maiorē declarationē huius clausule mouentur aliqua dubia.

¶ Queritur primo de sensu illorū verboꝝ in quibus ait dñs Non p̄manebit spūs meus in homine in eternū: qꝛ caro est, id est carnalis ꝛ lubricus. Nunquid alias si caste vixisset: spiritus dñi.i.aīa ratiōalis in eo in eternū permāsisset etiā nō obstante peccato primi parentis? Qđ si sic: ergo falsa fuisset illa dñi sententia ad Adam in qua ait: In quacūq; hora cōederis ex eo: scʒ fructu vetito, morte morieris.supra.ij.c. Responsio. p̄dicta verba adiuersis diuersimode exponūtur.

¶ Primo eīn Petrus cōestor sic ea exponit. Non permanebit spirit⁹ meus.i. indignatio mea ꝛ ira (in homīe) id est cōtra hominē, in eternū: qꝛ caro est. Ac si diceret dñs: Nō puniam hominē eternaliter statim post peccatū: vt diabolū. Neq; irascar contra eum irreuocabiliter, sicut irat⁹ sum cōtra angelum malū: cuius peccatum erat irremediabile. Et huius ratio est: qꝛ caro est: id est habēs pronitatē ad peccādum ex parte carnis aīam aggrauātis: ꝓpter qđ est illi magis parcendum: vcʒ puniendo eū potius tēporaliter q̄ eternaliter. Ecce ergo q̄ misericorditer vult agere dñs deus cū homine peccatore: supposito tamē q̄ velit a peccato resilire. Qđ si nō velit: sed potius eligat perseuerare in delicto: tunc indubie dñs deus cōuertet miam suam in irā puniēdo eum eternaliter in alio seculo. Et hoc est qđ loquitur Hieronymus ad Rusticū epm Narboñ. Et recitatur distin.xciij. diaconi.in fine. Moderatio indt dei ac pietas solum nostrū reditum querit: ac nos cupit longa bonitate sua saluari. Qđ si nō cōuertimur: si duri colli sumus: si in peccatis vsq; ad mortem illicite perduramus: affidue peccantium nō miseretur deus. Hec ille.

¶ Secūdo rabysa. aliter expōnit p̄dicta verba dicens q̄ hec est sententia litere. Non discedet ptabit spiritus meus in hoīe in eternū. Ac si diceret deus. Usq; nunc tenui sententiā de deletiōe generis humani per diluuium in suspenso p modū cuiusdā disceptationis: sed ex nunc proferam sentētiā, quia caro est.i. nimis implicat⁹ delictis carnalibus. Uerūtamē ad maiorē declarationē iustitie mee: differā executionē sententie mee: vt habeant homines

peccatores tẽpus et locũ penitentie. Et hoc est qd subditur Eruntq; dies vite illius. cxx. annorum.

¶ Tertio venerabilis beda allegãs beatũ Hierony. dicit q idẽ Hiero. dicit sic in hebreo esse scriptũ. Non iudicabit inquit dñs: spũs meus homines istos in sempiternũ: quoniam caro sunt: hoc est quia fragilis est hominũ cõditio. nõ eñ ait dñs. Seruabo illis cruciatus in alio seculo: sed in presenti illis restituam qd merent. Non ergo seueritas dei ĩ predictis verbis declaratur: vt ĩ nostris codicibus legitur: sed magis eiusdẽ clementia insinuat: dũ scilz peccator in presenti p suo scelere a dño visitatur. Unde idẽ dñs de filijs Dauid loquẽs ait. Si dereliquerint filij eius legem meã etc. Sequitur: Uisitabo in virga iniquitates eorum et in verberib9 peccata eorum. Misericordiã autẽ meã nõ dispergam ab eo neq; etc. E cõtra aũt iratus dñs ad quosdã loquens Osee. iiij. dicit: Non visitabo super filias vestras cũ fuerint fornicate: et sup spõsas vestras cũ adulterauerit. Patet ergo de sensu predictorũ verborũ. Non permanebit spũs etc.

¶ Queritur secundo de quib9 annis locutus est dñs cum ait Eruntq; dies eius. cxx. annorum. Aut enim locutus est de numero annorum hominis: aut mundi. Si primũ: aut loquatur de his qui tunc erant superstites: aut de futuris: et post diluuiũ regnaturis. Non primũ: quia Noe cũ filijs suis vixit diu post diluuium similiter et vxores eorũ. Non secundum: quia multi post diluuiũ vixerunt vltra centum viginti annos: etiam vsq; hodie aliqui quis paucissimi reperiuntur super terrã dictum numerum annorũ excedẽtes. Si autem dicatur q dñs vbi supra locutus est de numero annorum mundi: Contra: quia post illa verba vsq; ad diluuium nõ fluxerunt nisi centũ anni. Igit.

¶ Responsio. Quis Josephus dicat p predicta verba tẽpus vite hominib9 esse statutum: qz tamẽ experientia est in oppositum: ideo dicẽdum q intelliguntur de duratione mũdi siue hominum vsq; ad diluuium. Et cũ arguitur in contrarium q post illa verba vsq; ad diluuium non fluxerũt nisi centũ anni: Respondet conformiter ad magistrũ historiarũ q dñs dixit pdicta verba ãte annos. xx. q̃ inciperet fieri arca que legitur facta centũ annis. Et huius etiam sententie est Hierony. lib. de hebraicis questionib9. Uel scdm Strabũ vt allegat idẽ magister, deus codẽ anno dixit predicta verba quo cepit arca fieri: sed qz homies in malitia pseuerauerunt: ideo ante prefixum tẽp9 cxx. ãnorum deleti sunt p aquas diluuij: scz cẽtesimo anno. Resolutorie ergo p predicta verba determinabat a dño tẽpus a prolatione sue sententie vsq; ad executionẽ illius: in quo ex dei mĩa dabat pctõrib9 tẽpus penitẽdi. sed quia eo illi abusi sunt: ideo abbreuiati sunt viginti anni. Uel vt dicit magister Nico. de lyra: predicta sen

tentia fuit data.xx.annis prius𝔮 Noe generaret: quia iter pri mā eius generationē et inundationē diluuij fuerunt tantū c.anni: quia erat quingētorum annorū quando cepit generare: vt dictū est: et sexcētorum tantū annorū qñ diluuiū inundauit vt habetur sequēti capitulo. Uel dic conformiter ad dñm patriarchā de pal. 𝔮 Moyses dicit Noe fuisse quingētorum annorū quando genuit primū filium suum: cū tamē a parte rei haberet.xx.annos minus. Sed quia scriptura sacra non curat de minimis nūeris: ideo tantū facta est mentio de magno et principali numero.

¶ Moraliter peccatū carnis valde nocet homini: et hoc tā anime q̄𝔮 corpori: prout innuitur in predictis ṽbis: in quibus ait dñs. Nō pmanebit spiritus ⁊c. Primo nēpe nocet anime: quia īpedit habitationē spiritussancti cū ea p gratiā. Et hoc notatur cū dicitur a dño. Nō permanebit spūs meus in homine: supple interiori: quia caro est.i. carnali vitio deditus. in cuius figuram legitur consequenter.c.viij. 𝔮 cū Noe emisisset colūbā de arca vt sciret si iam cessassent aque sup terrā: et illa nō inuenisset vbi pes eius requiesceret: reuersa est ad eum in arcam. Non em̄ more corui voluit requiescere super cadauera mortuorū que supernatabāt aquis. Et quid per colūbam nisi spiritussanctus designatur? qui etiam in specie columbe descendit sup Christum dum baptizaretur. Luce.iij. Hec igitur columba mūdissima in animas sanctas se trāsfert: vt habetur Sapiētie.vij. Nec habitat in corpore subdito peccatis: supple carnalibus. Eiusdem.j. Ecce ergo cur ait dominus: Non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est. Secundo idem peccatum carnis nocet corpori: et signāter quia abbreuiat vitam. Unde ⁊ philosophus de animalibus loquens dicit 𝔮 animalia multi coitus sunt breuioris vite. Et hoc notatur cū subditur de homine carnali. Eruntq𝔮 dies vite illius centum viginti annorū. Unde sicut iuxta vnam opinionem vt dictum est supra/ de illis centum viginti annis quos assignauerat dominus mūdo ante diluuium: vt scilicet homines penitentiā agerent: ablati sunt viginti propter ipsorū hominū impenitudinem: ita etiam frequenter propter vitium carnis abbreuiatur vita hominis: sicut ad oculum videre est de illis qui inficiuntur morbo quē nostri galli neapolitanum vocant.

¶ Allegorice. Dominus fuit iratus valde contra totam naturam humanam propter peccatū primi parentis: Tum propter ipsius ingratitudinē quia multa beneficia etiā/ valdē magna contulerat ei deus: que minus iusto recognouit. Tum propter ipsius peccati generalitatem: quia totam infecit naturam. Tum pp̄ter precepti dati facilem obseruātiā. Unde in signū maxime ire ipse dñs clauserat Ade ⁊ toti posteritati sue ianuā palatij

sui celestis. Qd attendētes san cti dei prophete dicebāt cum fletu ꝛ luctu magno illud psal. Nūquid obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? aut in finē miam suā abscidet a generatiōe in generationem? Hec igit ꝛ similia audiens pijssim⁹ de⁹: cepit ira ꝛ indignatio ei⁹ mitigari: ꝛ ad miam flecti: ita vt diceret: Non pmanebit spiritus meus. i. indignatio ꝛ ira mea: in hoīe. i. contra hoīem: in eternū. i. implacabiliter: qz caro est. i. pronus ad peccatū ratione carnis: ꝛ p consequēs ex hac parte meretur quodāmodo veniam: ꝛ vt fiat ei mīa. Qd ꝛ factum est qñ quidē ipse dei filius descendit de sinu patris in vterū virginis vt tādē operaretur nostrā salutem in medio terre. Et hoc est qd ppheta Dauid olim dicebat in persona dñi. Propter miseriā inopum ꝛ gemitū pauperum nunc exurgam: supple carnem assumēdo: dicit dñs. Qd autē subditur in textu: Erūtqꝫ dies eius ꝛc. insinuat dilationē dominice incarnationis a tēpore illo quo primū eam predixerūt sancti dei pphete: vsqꝫ quo executioni demādata est. Ponitur qꝫ ibi numerus determinatus pro indeterminato.

❡ Anagogice: et satis conformiter ad precedētē expositionem allegoricā. Ipe dñs deus tanqꝫ iudex iustus statim post peccatū Ade statuerat penā mortis ꝛ incinerationis tā cōtra eum qꝫ cōtra suā posteritatem totā dicens: Puluis es: et in puluerem reuerteris. supra iij. c. Postmodū autē modificauit sententiā suam dicens: Nō permanebit spūs meus in homine in eternū: quia caro est. Tanqꝫ apte diceret. Etsi homo moriatur vt lex mea seruetur: quia que pcedunt de labijs meis nō faciā irrita: nihilominus nō sic permanebit in eternum: qz caro est. i. nulla vtilitas inde sequeret. Jo. vi. Caro nō prodest quicqꝫ: scz se sola aut mortua. Et ideo resuscitabo eum in nouissimo die. vbi supra. Unde talē spem future resurrectiōis bene habebat Dauid cum dicebat: Caro mea requiescet: supple post mortem in sepulchro (in spe) scilz future resurrectiōis. Similiter et Job: vt patet ex verbis eiusdē. xx. In nouissimo īquit die de tra surrecturus sum: ꝛ in carne mea videbo deum saluatorē meū. Qd si querat qñ hec fient: ꝛ qꝫtum durabit mūdus vsqꝫ ad dictam futurā resurrectionē: Respōdere possumus ex verbis presentis text⁹ qꝫ erunt dies eius. cxx. annorū capiendo scz numerū finitum pro infinito: ꝛ determinatum p indeterminato: sicut in illa Christi responsione ad interrogationem petri de dimissione facienda proximo suo delinquenti in eum: vsqꝫ inquit septuagiessepties. Mat. xviij.

❡ Quarta clausula.

❡ Gigantes autē erant super terram in dieb⁹ illis. Postqꝫ enī ingressi sunt filij dei ad filias hominū: illeqꝫ genuerunt. Isti sunt potentes a seculo viri famosi.

¶ Historialiter. Postq̃ in precedenti clausula dn̄s cōminatus est pro certo toti mundo futurum diluuiū propter peccatū carnis quod nimiū abūdabat super terram in diebus Noe: hic ɔsequēter agit de alia causa que fuit oppressio gigantū, dicens ꝙ gigantes erāt super terram in diebus illis.i.homines procere stature, ⁊ robusti viribus, atq̧ incōpositi moribus. Uerisimile enim est ꝙ tales opprimebant debiles. Modus autem generationis eorū fuit ex cōmixtione filiorum dei cum filiab⁹ hominū: vt hic dicitur. De predicta etiam commixtione dictū est supra secunda clausula presentis capli.

¶ Ad cuius euidentiam notādum conformiter ad Josephū ꝙ filij Seth vsq̧ ad septimam generationē permanserūt boni. Postea vero recesserunt a solēnitatibus paternis. Nā legitimos honores vlterius non prebebant deo, neq̧ circa homines iustitie verba faciebāt, sed zelū quem prius pro virtute habuerāt: in duplam maliciam postea per ea que gerebant monstrauerūt. Propter quod deum contra se irritauerūt. Nam multi angeli dei, id est filij seth: qui supra filij dei appellati sunt: cum mulierib⁹ de semine Cain coeuntes iniuriosos filios genuerūt: q̄ propter cōfidentiam fortitudinis sue gigātes a grecis appellati sunt. Hec Josephus.

¶ De generatione autem hominum gigantum: q̄uis secundū vnam opinionem processerint ex demonibus incubis ⁊ succubis, vt supra dictum est: nihilominus potuerunt humanitus generari. Nam q̄uis omes gigantes geniti ante diluuium perierint per aquas ipsius diluuij: nihilominus adhuc post diluuium aliqui fuerūt super terram: vt patet Deutero.ij. ⁊.iij. caplis. Item.ij. Reg.xxj. Et tales fuerunt naturaliter geniti. Predicti ergo gigātes fuerūt potētes a seculo, id est ab antiquo: viri famosi, id est male fame, vt exponit de lyra. Unde Baruch.iij. Ibi fuerūt gigantes nominati q̄ ab initio fuerunt statura magna, sciētes bellū. Nā vt dicit August. de ciui. dei. lib.xv. cap.xxiij. sicut homines priorū temporū fuerūt longiores tempore: sic et corpore. Insup preter illos cōmunes homines erant tunc gigantes ceteris longe maiores. Et si obijciatur in cōtrarium: quia secundum philosophum omniū natura constantium prefix⁹ est certus terminus augmenti ⁊ decrementi: Respondetur hoc verum esse. Nihilominus natura humana sicut ⁊ quelibet alia habet magnam latitudinem inter illos duos terminos.

¶ Queritur quomodo gigantes possunt generari ex parētibus mediocris stature. Respōdetur ad hoc ꝙ raro tales generantur vbi vterq̧ parēs est mediocris stature, nisi forsan sit abundans virtus generatiua in patre, aut abundantia materie in matre. Nihilomin⁹ ex paruo patre, dūmodo abundet in semine: ⁊ ex magna matre potest gñari ma-

gna proles/ sicut patuit de carolo magno: cuius pater Pipinus breuis stature erat. Mater autem Auldeberta nonnimagne stature: et ideo secuta est valde magna proles. Ad hoc etiam multū confert constellatio celi: q̄ q̄to fuerit efficacior / tanto plus influit in generatione prolis/ siue ad dilatandum materiam in matrice / siue ad fortificandum eandem.

¶ Moraliter. Gigantes sunt demones: q̄ magnitudine virtutis naturalis notabiliter excedunt omnem humanam potestatem: ita vt de vnoquoqȝ eorum dicatur Job quadragesimoprimo: Non est potestas super terram que comparetur ei: qui factus est vt nullum timeret. In cuius etiā figuram legitur Nume. xiij. q̄ cum illi quos miserat Moyses ad explorandum terram promissionis vna cum caleph / redijssent: dicebant de populo terre illius: Populus quem aspeximus/ procere stature est. Ibi vidimus mōstra quedam filiorum Enoch de genere giganteo: quibus cōparati quasi locuste videbamur. Ecce q̄ paruus et fragilis atqȝ debilis est homo comparatus diabolo. Huiusmodi ergo gigantes sunt super terram in diebus istis: id est in mundo isto et q̄diu durat vita presens/ nos tentantes ex diuina permissione: et hoc ad exercitium nostrum/ et vite meritum: dummodo viriliter illis resistam⁹. Et quamuis vires nostre naturales ad hoc non suppetant: hoc tamen plene cum dei adiutorio et angelico suffragio possumus. Unde Apostol⁹ ad Philippen. iiij. Omīa possum in eo qui me cōfortat. In cuius figuram dauid corpore exigu⁹ et artis bellice imperitus/ solum confidens in nomine domini/ venit contra Philisteū: quem vicit et occidit. i. primi Regum decimoseptimo. Nam vt dicit Petrus damianus in sermone qui incipit. Si diligenter. Omnipotēs deus iam extirit aduersarios nostros in sua prescientia: quos nos vt extingueremus instituit. Ipse enim pugnat pro nobis: inuitatqȝ nos vt vincam⁹. Ipse hostium nostrorū vires destruit/ et nobis victorie nomen ascribit. Uult nos fieri sua virtute victores / vt merito coronare valeat triumphatores. Hec ille. Ecce ergo quales gigātes sunt hodie super terram.

¶ Moraliter: iuxta illud quod sequitur in textu: Postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum: illeqȝ genuerunt: notandum q̄ per filios dei intelligunt demones: qui sunt filij dei per creationem/ quāuis non per imitationem/ aut gratuitam adoptionem. Per filias autem hominū designantur humane conscientie. Ad has igitur hominum filias sepe ingrediuntur predicti filij dei: id est demones: et hoc quotiens tentationibus suis eas aggrediuntur vincūt et superant. Quibus consentientibus generant mōstruosam prolem peccati: que concipitur interius per consen-

tum voluntatis: nascitur autem exteri⁹ per executionem mali operis. pš. Concepit/sup ple mẽs humana: dolorem/ id est peccatum interius/de quo merito dolendum est: ⁊ peperit iniquitatem: procedẽdo in actum exteriorem malum. Da exẽplum de fornicatione/ furto/ homicidio. Quod autẽ sequitur: Isti sunt potẽtes a seculo/ viri famosi: designat malos ⁊ peccatores plerunqꝫ potentiores virib⁹ corporeis/aut terrenis diuitijs/ siue officijs publicis/ ⁊ dominatu super reliquum populum/ quem etiã grauãt multipliciter/ viris iustis ⁊ bonis. Efficiũtur etiam plerunqꝫ tales viri famosi per abundantiam malitie. Quam etiam famam quandoqꝫ summopere affectant/dicentes illud psalmi. Non mouebor a generatione in generationẽ sine malo. Nam vt dicit Augu. super psal. exponens predictũ verbum: anim⁹ perditus ⁊ expers bonarum artiũ/atqꝫ a iustitie lumine alienus: malis artib⁹ sibi molitur adiutorium ad famam tam diuturnam vt apud posteros etiam celebretur: adeo vt qui non potest bene innotescere/ cupiat vel male de se homines loqui: dũmodo nomẽ eius latissime diuulgetur. Hec ille. Unde ad hoc propositum refert Hiero. prima parte epistolarum suarũ: episto. ix. de quodam qui vulgo erat ignotus. Cumqꝫ nihil facinoris boni posset excogitare quo famosus et not⁹ fieret: templum incẽdit Diane: quod admodum pulchrũ erat. Cũqꝫ nullo prodente tantum facinus: sponte in medio populi se sistens cõfessus fuisset perpetrasse: iterrogatur cur hoc fecisset. Qui ait: Quia enim nõ poteram omnibus bene innotescere: volui male agendo notus haberi: et ꝙ de me sermo fieret in vulgo. Demum dicit Hieronymus ꝙ iste homo nobilis factus est in scelere. Hanc etiam historiam describit Ualeri⁹ maximus lib. viij. capitu. xv.

¶ Mystice. Tunc veraciter gigantes erant super terram/ quando in lege nature floruerũt patriarche. In lege scripta prophete. In lege gratie apostoli. Nam omnes tales merito poterant appellari gigãtes: et hoc propter sanctitatis eminentiam. Postmodum vero fuerunt atqꝫ floruerunt multi gigãtes in ecclesia Christi/ quales fuerunt sacri Christi martyres: ecclesie doctores: electi pontifices et confessores: sacrarum religionũ institutores ⁊ fundatores: atque similes. Quibus omnibus comparati moderni catholici etiam ecclesiastici atqꝫ religiosi quasi locuste videntur/ aut certe formice respectu magnitudinis boni. Non enim tñ distat ortus ab occidẽte ꝗ̃tũ vita modernorum catholicorum ab his qui nos precesserunt. Ubi enim hodie coronantur martyres? Ubi fulgent cõfessores? Ubi triũphãt electe virgines? Certe omnes gigantes mortui sunt. Quib⁹ succes-

ferunt in omni ferme statu q̄dam monstra que pigmeos id est homūciunculos appellāt: quos grues id est demones facile superant. Ecce in q̄nta miseria est hodie Christi eccl'ia.
¶ Allegorice. Alr gigas fuit Christus in suo primo aduentu: de quo dicit Psal. xv. exultauit vt gigas ad currendam viam. Hilariter enim et velociter circuibat castella iudee et galilee euangelizans regnū dei. Et q̄uis iste gigas tristaretur secūdum portionem inferiorem, iuxta illud Matth. xxvj. Tristis est aīa mea vsq ad mortem: exultabat tamen secūdum portionem superiorem: atq summo affectu desiderabat mori pro homine. In cuius rei signum dixit discipulis suis hora cene: Desiderio desideraui hoc pascha mādu care vobiscum antequam patiar. Luce.xxij. Hic est ergo ille gigas de q̄ canit eccl'ia in hymno dn̄ice natiuitatis, dicens: Procedēs de thalamo suo pudoris aula regia: gemine gigas substantie, alacris vt currat viam. Et bene dicit Christus gemine gigas substantie: quia sicut gigas est quasi gemine substantie respectu aliorum hominum: ita et Christus incomparabilis est alijs hominibus. Nam immensus est maiestate, incomparabilis fortitudine, incomprehēsibilis celeritate. Itē sicut gigas propter sui magnitudinem et virtutem corporalem facile vincit hostem in bello: ita et Christus in mōte Caluarie triumphauit de hoste ātiquo: iuxta illud Joan.xij. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Insuper quemadmodum gigas currendo facit interdum magnos saltus: ita et Christus saltauit de celo in vterū virginis. De vtero virginis in mundum. De mundo in crucis patibulum. De patibulo in sepulchrum quo ad corpus: et in limbum quo ad animam. Iterum de vtroq saltauit super terrā a mortuis resurgendo: et tandem de monte Oliueti in celum: illic gloriose ascendendo. Et hoc est quod subdit Psal. vbi supra, dicēs: A summo celo egressio ei9: et occursus eius vsq ad summum eius. Redijt nempe illuc ascendendo: vnde exierat incarnādo. Eccles.j. Oritur sol et occidit, et ad locum suū reuertitur. Et in eodem. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Unde predictis verbis Psalm. valde coherent verba eiusdem Christi Joan. xvj. vbi ait: Exiui a patre, et veni in mundum. Ecce a summo celo egressio eius. Iterum relinquo mundum, et vado ad patrem. Ecce et occursus eius vsq ad summum eius.
¶ Anagogice. Gigantes sunt sctī dei āgeli, q̄ recte gigātes appellantur: tum propter magnitudinem virtutis naturalis, tum quia p̄liantur pro nobis contra aerias potestates. Apoc.xiiij. Factum est preliū magnum in celo, id est, in ecclesia militāte. Michael et angeli eius preliabantur cū dra

cone et angelis eius: et non valuerunt: supple illis resistere. Horum igitur gigantum multi sunt hodie sup terram: quales precipue sunt illi qui ex diuina ordinatione nobis in custodiam sunt deputati: iuxta illud Psal. Angelis suis mandauit de te: (supple homie) vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Unde Augustinus libro soliloquiorum: cap. xxvij. Angeli diligunt nos: per quos sue ruine scissuras restaurari expectant. Ideoqꝫ magna cura assunt nobis omnibus horis et locis succurrentes necessitatibus nostris et soliciti discurrentes inter nos et deum: gemitus nostros atqꝫ suspiria referentes ad eum: vt impetrēt nobis propitiationem. Ambulant nobiscum in omnibus vijs nostris: intrant et exeunt nobiscum: attēte considerantes ꝙ pie ꝙ honeste in medio nationis peruerse conuersemur: ꝙtoqꝫ studio et desiderio queramus regnum dei: et iustitiam eius. Hec ille. Merito ergo debemus honorare dictos gigantes.

Quinta clausula.

Uidens aūt deus ꝙ multa malitia hominum esset in terra: et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: penituit eum ꝙ hominē fecisset in terra. Et precauens in futurum: et tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hominē quem creaui a facie terre: ab homine vsqꝫ ad animantia: a reptili vsque ad volucres celi. Penitet enim me fecisse eos.

Historialiter postquam in precedenti clausula descripta est particularis causa diluuij que fuit commixtio carnalis filioꝝ dei cum filiabus hominum: id est hominū descendētium ex stirpe Seth: qui erāt instructi in vera religione et cultu dei: cum filiabus de stirpe Cain. Nam victi cōcupiscētia acceperunt eas in vxores: indeqꝫ nati sunt gigantes: hic consequenter dei amicus moyses describit generalius causam dicti diluuij: que iterum fuit multiplex prout tangitur in presenti clausula. Prīa peccatorum abundantia: quia multa malitia hominum erat in terra. Secunda vniuersale studium male agēdi: quia cūcta cogitatio cordis intenta erat ad malum: supple perpetrandum. Ex quibus verbis elicitur ꝙ homines tunc tēporis non peccabant ex passione tantum: sed ex certa malitia. Tertio longa perseuerantia et diuturnitas in malo: quia omni tempore. Ex his itaque causis ostenditur iustus motus iudicis dei ad perdēdum mundum per aquas diluuij.

Sed insurgit dubitatio circa predicta. videtur enim in primis mutabilitas in deo. Ipse enim sponte creauit hominē: quem etiam preuidit peccaturum. Et tamen postea visa peccatorum magnitudine et multitudine dixit eum penitere ꝙ ipsum fecisset in terra. Et

tamen ipse dixit Malach. iij. Ego dominus: et non mutor. Item de eo dicitur Numeri vigesimotertio. Non est deus quasi filius hominis vt mentiatur. Item ex predictis verbis videtur qꝫ deus vt deus sit susceptiuus doloris: quia tactus dolore cordis intrinsecus.

¶ Responsio. Nec deus est mutabilis: sed immobilis permanens dat cuncta moueri. Nec similiter in se est susceptiuus doloris. Restat ergo exponere predicta verba. In primis cũ dicit de eo sanctus Moyses qꝫ penituit eum qꝫ hominem fecisset in terra: sensus huius est qꝫ ad modum penitentis se habuit: qꝛ sicut penitens satagit delere peccatum per eũ commissum: ita et deus decreuerat delere hominem quem creauerat / a facie t're. Et ad hunc sensum accipiendum est illud quod postea sequitur. Et tactus dolore cordis intrinsecus: quia ad modum dolentis se habuit deus delendo hominem quem formauerat ad imaginem ꝛ similitudinem suam. Penitentia ergo et dolor non sunt proprie in deo / sicut neqꝫ cetere passiões / nisi forsan secundum modum: vtitur tamẽ scriptura vsitatis verbis / coaptãs se nostre paruitati / vt ex cognitis incognita cognoscamus: vt dicit glosa ordina. super hoc passu. Ira ergo dei nõ est perturbatio animi: sed iudicium quod irrogatur peccatori. Cogitatio vero cordis ei⁹ est mutãdarum rerum immutabilis ratio: vt dicit eadem glo'. Uel dic secundum historiam scholasticã qꝫ hic est antropospatos: scilicet hũana propassio. Est aũt anthropospatos: quãdo attribuitur deo quod hominis est.

¶ Queritur iuxta illud / delebo a facie terre ab homine vsque ad animantia: ꝛ a reptili vsqꝫ ad volucres celi. Quare animalia terre similiter ꝛ aues celi deleta sunt p aquas diluuij: non autem pisces fluuiorum aut maris. Dicendum qꝫ hoc factum est in detestatione peccati hominis / quod commissum est in terra: ꝛ non in aquis. Modo animalia habitant in terra: ꝛ ex his que producit pascitur. Similiter ꝛ aues celi. Non autem pisces. Et ideo non est simile de piscibus sicut de animalibus et auibus.

¶ Moraliter quis de⁹ faciat hominem ad imaginẽ ꝛ similitudinem suam dum creat ip sius animã: nihilominꝰ postmodum mortaliter peccando facit se quodammodo ad imaginem ꝛ similitudinẽ diaboli. Psal. Mutauerunt gloriam suã in similitudinẽ vituli. i. diaboli. Unde ansel. in oratione ad beatum Joan. baptistam. Reformasti in me domine deus amabilem imaginem tuã: et ego superinduxi odibilẽ imaginem. Heu heu cuius? O cur nõ odi eius imitationem: cuius sic horreo nomen? In tali ergo casu vt homo possit in se reformare imaginẽ gratie diuine: saltem dispositiue: etsi non efficienter: debet dicere predictum verbum domi

ni. Penitet me fecisse hominē supple peccatorem. Nam etsi deus me fecerit hominem: nō tamen peccatorem: sed ego solus: et nullus alius efficaciter preter me fecit me talem: q2 sola mea voluntate peruersa factus sum talis. Et ideo penitet me fecisse hominem peccatorē | id est pena me tenere debet pro hac factione. Nam vt dicit Augustin. libro. iij. de libero arbitrio. Satis inquit compertum est nulla re fieri mentem seruam libidinis nisi propria voluntate: Nam neqꝫ a superiore neqꝫ ab equali ad hoc dedecus cogi potest: quia iniustum est. similiter neque ab inferiori: q2 nō pōt. Restat ergo vt eius sit proprius iste motus quo fruendi voluntatem a creatore ad creaturam conuertit. Hec ille. Itē Ambrosi. libro. j. de Iacob ⁊ vita beata. Non est inqt vt cuiquā nostram ascribamus culpam nisi nostre voluntati. Nemo enim tenetur ad culpam: nisi voluntate propria deflexerit. Hec ille. Ecce qūodo homo per prauam voluntatem suā facit se peccatorem: siue per peccatum cordis: siue oris / aut operis: ⁊ hoc totū in terra. i. in presenti vita: vbi relinquitur homo in manu consilij sui siue ad bene agendū: siue ad male. Sed quale remediū? Profecto debet precauere in futurum ne vlterius peccet: ⁊ de iam cōmissis peccatis debet tangi dolore cordis intrinsecus per veram contritionē: ⁊ dicere. Delebo hominē: supple interiorem malum: quem creaui. i. formaui mea praua voluntate: a facie terre | id est quandiu durat vita presens: sciens ꝙ post eam deleri non poterit.

¶ Allegorice. Postquam dei filius nostra venit in carne: et languores nostros tulit: atqꝫ dolores nostros portauit: vtiqꝫ dicere potuit. Penitet me fecisse hominem | id est pena me tenet eo ꝙ fecerim hominem: ⁊ hoc occasionaliter. Si enim hominem non fecissem: peccatum non fuisset in mundo: ⁊ per consequens nō fuisset opus vt assumerem naturā humanam | atqꝫ in ea paterer diros mortis dolores. Ista cōfirmantur ex verbis August. in suis meditationibus. c. vij. dicentis. Quid commisisti dulcissime puer vt sic iudicarer͛? Quid commisisti amantissime iuuenis vt sic tractarer͛? O scelus tuum? Que noxa tua? Que causa mortis tue? Que occasio damnationis tue? Ego enim sum plaga tui doloris: meritum tue mortis: et liuor tue passionis: atque labor tui cruciatus! O mirabilis censure conditio: et ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus: et punitur iustus. Delinquit reus: et vapulat innocens. Offendit impius: et damnatur pius. Quod meretur malus: patitur bonus. Quod perpetrat seruus: exsoluit dominus. Quod committit homo: sustinet deus. Hec August.

¶ Anagogice possumus ista

trãsferre ad ruinam angelorꝫ ꝛ dicere. Uidens deus ꝙ multa malitia angelorum esset in celo: ꝛ cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malum omni tempore: quod dictũ est ꝓpter superbiam ꝛ inuidiã que regnant in angelis malis omni tẽpore: scilicet ex quo peccare primum ceperunt: penituit eum ꝙ angelum scilicet luciferum cum sibi adherentibus fecisset in celo. Penituit inq̃tũ est ad modũ penitentis se habuit. Et precauẽs in futurum: ne scilicet vlteriꝰ regnarẽt predicta mala in celo qui est locus totiꝰ sanctitatis: ꝛ tactus dolore cordis intrinsecus: q2 ad modũ dolẽtis se habuit delendo de celo angelum quem prius formauerat ad imaginem suam. Delebo inquit angelum quem creaui a facie celi: eijciẽdo scꝫ eũ in abyssum. Esa.xiiij. Ad inferna detraheris cum superbia tua. In ps. Non habitabit in medio domus mee: inquit dominus: qui facit superbiã. Penitet enim me fecisse eos: scilꝫ angelos malos. i. ad modũ penitẽtis me habeo: eos scilicet deijciendo de celo.

¶ Sexta clausula.

¶ Noe vero inuenit gratiã corã dño. He sunt gñationes Noe: Noe vir iustꝰ atꝙ perfectꝰ. fuit in gñationibus suis. Cum deo ambulauit: et genuit tres filios: Sem: Chã: et Japhet.

¶ Historialiter postq̃ ĩ precedenti clausula Moyses famulus dñi descripsit triplicẽ causam diluuij: preter aliam quã in penultima clausula que est q̃rta in ordine tetigerat: hic consequenter ponit vnã exceptionẽ specialem de Noe: qui vitijs aliorũ hominũ implicatus nõ fuit: sed fuit vir iustus atꝙ perfectꝰ. Propter qđ inuenit gratiam coram dño: vt scilicet non periret aquis diluuij. Cuius etiã gratia tanta fuit vt septem alijs personis impetrauerit cõsimilem liberationem. Hic ergo quatuor dicunt in laudem ipsius Noe. Primum est ꝙ inuenit gratiã coram dño. Non coram mũdo: quia gratia eius fallax est: vt habetur Prouer. vltim. Scdꝫ est ꝙ fuit vir iustꝰ: scꝫ quo ad proximũ cui nunq̃ nocuit neꝙ verbo: neꝙ signo: neꝙ facto. Nam iustitia est ad alterũ que sua cuiꝙ tribuit. Tertiũ est ꝙ fuit perfectꝰ: scilicet in ordine ad seipsum. Perfectus inq̃ secundum perfectionem vie: sed non patrie: vt dicit interli. Ideo subditur in generationibus suis, id est respectu illorum hominũ qui tunc viuebant: qui et pessimi erant. Quartum est ꝙ recte se habuit in ordine ad deum: sancte viuẽdo: ꝛ hoc notat cũ subditur: cum deo ambulauit. interli. vestigia eius sequendo. Unde quasi in protestationẽ sanctissime trinitatis videtur genuisse tres filios: videlicet Sem: Cham: ꝛ Japhet.

¶ Notandum autem conformiter ad᷑ de lyra ꝛ de palude ꝙ predicta verba. Noe vir iustus atꝙ perfectus fuit in generationibus suis: possunt du

pliciter exponi. Uno modo in diminutionem laudis ipsius Noe. Ac si de eo diceret. Licet Noe fuerit iustus et perfectus in generationibus suis, id est in cõparatione ad homines sui tēporis qui boni erant quales fuerunt Seth: enos: et Enoch: tamē si fuisset tēpore Abrahe, parum fuisset respectu ei9. Alio modo ad augmētum laudis ipsius: ad hūc sensum, ꝙ fuit iustus et perfect9 etiā inter malos homines qui ipsum nitebantur verbis et exemplis trahere ad malum. Et ideo multo maioris perfectionis signū in eo fuit: ꝗ si vixisset inter bonos et iustos. Et hoc modo beatus Gre. in suis morali. lib. j. c. j. dicit ꝙ ad laudem ipsius loth dicitur Gen. xiij. ꝙ habitauit in sodomis: q2 inter homines illos pessimos munditiam seruauit. Unde venerabilis Beda. Eadem laude Noe qua Enoch predicatur: vz ꝙ diuine iussionis vestigia rectis bonorum operum gressibus secutus sit: atꝙ ideo mundo perituro ille in paradisum translatus: iste mundo pereūte in arca saluatus est. Hec ille.

¶ Moraliter Noe qui interp̄tatur requiescens: designat quēlibet fidelem catholicū: in quo inueniūt quatuor predicta que in patriarcha illo noe sunt inuenta. In primis talis inuenit gratiam apud deum. Unde de Maria virgine dixit Gabriel Luc. j. Inuenisti gratiam apud deum. Eua enim perdidit gratiā, et inuenit culpam: sed Maria inuenit gratiam quā illa perdiderat. Sic et quilibet peccator suo demerito perdit gratiā: quā inuenit quilibet verus penitēs dū modo diligenter querat illā Mat. vij. Omnis qui petit accipit: et q̄ q̄rit inuenit. Scdo fidelis est iustus. Hec enī duo. scz fidelitas et iustitia mutuo se cōcomitantur: q2 vbi quis infidelis est: nūo iustus predicatur et Tūc autem quis iust9 est: quando reddit vnicuique. quod suū est: vz superiori obedientiam et reuerentiā: eq̄li amicitiam et mutuā charitatem: inferiori subuentionē et correctionem. Tertio fidelis est perfectus: nō quidem perfectione cōsummata: qualiter cōprehensores perfecti dicuntur: sed ꝑfectione vie, q̄ue incremētū recipit. Unde Abrahe dictum est a dño Gen. xvij Ambula coram me: et esto perfectus. Quarto vir iustus cū deo ambulat per vite imitationem. Unde et iust9 ille Job xxiij. dicebat. Uestigia eius secutus est pes meus. Iste igitur sunt optime generatiões Noe, id est optima opera viri iusti: que vtinā in nobis inueniat dñs deus.

¶ Moralit' iuxta illud, genuit supple Noe tres filios: sē: chā: et Japhet: notādū ꝙ quilibet nostrū debz spūaliter siue mētaliter generare dictos tres filios. Prio quidē debet gñare Sem: qui interpretatur nominat9 vel famosus. Debz enī ꝓcurare nomen bonū et famā bonam propter aliorū edificationem: dicente scriptura Eccli. xlj. Curā habe de bono no-

mine. Nam vt habetur. xj.q.iij non sunt audiedi. duo sunt no bis necessaria: scilicet bona cõ scientia propter nos: ꝛ bona fa ma propter alios. Unde ibi re prehendit August. illos qui di cũt ꝙ nõ curãt quid de eis di cãt homines dummodo habe-ant bonam conscientiam corã deo. Secundo quilibet debet generare Chã: qui vno modo interpretatur calor siue cali-ditas. Debet enim omnis ho-mo efficaciter laborare ꝙtum est ex parte sua vt sit calidus per dilectionem dei ꝛ pximi: vt nobis precipitur Deutero. vj. Tertio debet quisqꝫ gene-rare Japhet: qui interpreta-tur dilatatio. Debet enĩ dila-tare calorẽ sue charitatis non solum ad amicos ꝛ propiquos verum etiam ad extraneos et inimicos: iuxta illud domini verbum Matt. v. Diligite ini-micos vestros: benefacite iis qui oderunt vos: et orate ꝛc. Propter quod psalm̃. loquens de precepto charitatis ait ad dominum. Latum mandatum tuum nimis. i. valde.

¶ Allegorice Noe est Christ⁹ qui inuenit gratiam corã do-mino deo patre. Adam nem-pe cito perdidit in paradiso terrestri gratiam quã illi con tulerat deus dum ipsum crea uit. Sed hanc quesiuit Chri-stus multo tẽpore circuiens per iudeam ꝛ galileam: quam tandem inuenit in monte cal-uarie dum pẽderet in cruce: ꝛ diceret deo, patri illud Luc. xxiij. Pater dimitte illis. A-modo ergo ad Christum recur rere debent pauperes pecca-tores gratia diuina destituti: dicentes illi mente pia: Jesu Christe fili dei viui miserere nobis reddendo nobis gratiã per primum parentem nostrũ Adam perditam: quam inue-nisti in mõte caluarie per pas-sionis tue meritum apud deũ patrẽ. De isto autẽ Noe qua-tuor hic dicunt ad ipsius lau-dem. Primũ est ꝙ fuit vir per-fectus: scilicet perfectione cõ summata ꝛ summa: que vlte-rius perfici non potest: quam etiam perfectionẽ habuit ab instanti cõceptionis sue. Jo. j. Uidimus eum plenũ gratie ꝛ veritatis. Sed ꝗmodo huic expositioni potest congruere quod sequitur: In generatio-nibus suis? Nunquid xp̃s solũ perfectus fuisse dicitur respe-ctu illorum quos in suo aduẽ-tu inuenit super terram? Cer te minime. Et ideo notãdum ꝙ iste noster Noe habuit qua-druplicem generationem: sci-licet angelicã: apostolicam: catholicam: propheticã. Fuit ergo perfectus in gñationi-b⁹ suis. i. supra angelos: aplos: pphas: ꝛ ceteros catholicos. Quinimo illi perfecti nõ fue-rũt nisi pticipando vtcũqꝫ de plenitudine pfectionis huius Jo. j. Nos oẽs de plenitudine eius accepimus. Hi enim oẽs hauserũt gratiã ꝛ meritũ de fontibus saluatoris. Esai. xij. Haurietis aquas: supple grã-rum ꝛ virtutum: in gaudio de fontib⁹ saluatoris. Scdm̃ qd̃ hic dicitur de nostro noe xp̃o: est ꝙ fuit iust⁹: scꝫ in ordie ad pximũ. Et vere iustus: qꝛ ne-mini vnꝙ̃ nocuit: ꝛ pene infini

tis profuit. Act.x. Pertransi-
ijt benefaciẽdo et sanando oẽs
oppressos a diabolo. Unde de iu
stitia sua testimoniũ tulit pila
tus iudeis dicens. Ego nullã
causam inuenio in hoĩe isto ex
his in quibus eum accusatis:
sed neqȝ herodes. Luce.xxiij.
Tertiũ est qꝫ recte se habuit
in ordine ad deum patrem: qz
cũ deo ambulauit: in omnib⁹
se cõformãdo sue volũtati. Jo.
vj. Descendi de celo non vt fa
ciã volũtatem meam: sed volũ
tatẽ eius qui misit me. Unde
etiã orando patrẽ in orto ait.
Nõ mea voluntas: sed tua fiat.
Luce.xxij. Quartũ ẽ qꝫ genuit
tres filios: scilicet incipientes/
proficientes/ et perfectos. Hec
enĩ est generatio querẽtium
dñm: querentiũ faciẽ dei Ja-
cob. Ab istis enĩ trib⁹ filijs re-
pletur ecclesia militãs: sicut
a tribus pdictis filijs Noe mũ
dus iste post diluuiũ repletus
est. Et sic ptz de sensu allego-
rico: preter ea q̃ dicta sũt supra:
vcz in prima clausula pñtis
capli sub expõne allegorica.
¶ Anagogice: Noe q̃ interp̃-
tat̃ requiescẽs: designat quẽli-
bet electũ q̃ in presenti subia-
cuit multiplici labori: nũc po
requiescit in celo cũ deo et san
ctis eius. Apoc.xiiij. Amodo
iam dicit spũs/ vt requiescãt a
laborib⁹ suis. Nã electi primo
requiescũt quo ad aĩas: sed cõ
pleta gñali oim resurrectiõe
requiescent dupliciter: scz quo ad
aĩas et corpa: iuxta illud Esa.
xxxij. Sedebit pplᷤ me⁹ in pul
chritudine pacis: et tabernacu
lis fiducie: et reqe opulẽta. Iste
igit Noe in illa reqe opulenta
inueniet gratiã corã dño. s. to
ta trinitate. Gratiã inqȝ nõ q̃
amitti possit: sz q̃ ppetuo ma-
nebit. ps. Gratiã et gloriã da-
bit dñs. Itẽ iste Noe tũc erit
vir ꝓpter vigorẽ corporis: iust⁹
ꝓpter rectitudinẽ interioris
hoĩs: et pfectus ex debita re-
dundantia vnionis aĩe et cor-
poris. Insup cũ deo ambula-
bit p omnimodã cõformitatẽ et
adimpletionẽ diuine volunta
tis. Quid vltra? Profecto di-
ctus Noe gñabit tres filios:
qd referẽdũ est p accõmoda-
tionem terminorũ ad tres po-
tẽtias anime que ab ea fluunt
tanqȝ a radice: que sunt intel-
lectus/ volũtas/ memoria. Nã
ibi intellectus perficietur cla
ra dei visione. Uoluntas sum-
ma fruitiõe. Memoria perma
nenti tentiõe. He igitur erũt
generationes Noe: id est cu-
iuslibet electi requiescẽtis in
celo.

¶ Septima clausula.

¶ Corrupta est ter-
ra corã dño: et repleta est ini-
quitate. Cumqȝ vidisset deus
terrã corruptã esse: oĩs quippe
caro corruperat viam suã sup
terrã: dixit ad noe. Finis vni-
uerse carnis venit corã me:
repleta est terra iniq̃tate a fa
cie eorum: et ego disperdã eos
cum terra.

¶ Historialiter. Postqȝ in pre-
cedenti clausula legifer noster
Moyses descripsit vitam et
mores atqȝ genealogiam illi⁹
sanctissimi patriarche Noe:
Hic iterum redit ad cau-
sam diluuij: que fuit duplex

preter causas pri⁹ assignatas. Prima fuit corruptio t're: scda fuit repletio iniquitatis in ea. Primu refertur ad peccatum carnis. Secudum ad peccata que directe sunt otra proximu: vt furtum/rapina/aut queuis oppressio. Hec enim nomine iniquitatis designatur. iniquitas enim dicitur ab (in) quod est no: et equitas: quasi no equitas. No est aute equu vt quis iniuste opprimat proximu p fraudes et rapinas. et quia hec duo gna vitiorum: vcz pctm carnis/ et iniqtas siue oppressio pauperu/ maxime abudabat ante diluuiu: ideo prouocauerunt iram dei contra mudum: inta tum q aquis diluuij ipsum cu habitatoribus suis pdidit.

¶ Sed contra hunc textu potest sic argui. Terra cu sit qd insensibile et corporeum: no est susceptibilis corruptiois per qua offenditur deus: neq similiter cuiuscuq iniquitatis. Male g hic de ea dicit Moyses q corrupta tunc erat cora dno/ et repleta iniquitate.

¶ Responsio. hic ponitur continens pro contento: ita vt sit sensus. Corrupta est terra coram dno/ et repleta est iniquitate. i. homo pp quē cūcta creata sunt: corrupt⁹ erat per peccatu: quo peccante omnia dicuntur corrupta: vt exponit interli. Et ad hunc sensum intelligitur illud qd sequitur. Cuq vidisset deus terra esse corrupta. i. hoiem/ quo peccante omnis caro dicit corrupisse viam suam sup terra: q2 pp eum ois caro creata est: vt dicit eade glo. Uel sic: Ois caro: id est ois homo: corrupat via suam sup terra: quia tunc temporis no solum hoies vacabat fornicationibus et adulterijs: veru etia peccatis cotra naturam: horredis modis illa exercendo. Aliter et magis conformiter ad litera: nescio si ad veritate: exponit hoc de lyra de auibus et animalibus que tunc teporis comiscebant se inordinate cu illis que non erant sui generis vel speciei: sicut etia vsq modo miscetur leena cu pardo/ et equus cu asina. Nota etia q deum vidisse terra esse corrupta: est ipsum p iudiciu examinasse predictam corruptione et abominatione. Propter qd dixit ad Noe tāq suo familiari amico. Finis vniuerse carnis. i. omniu mortalium: preter eos supple qui in arca saluabutur ad multiplicandu iterum genus humanu post diluuium: venit cora me/ id est coram meo iudicio: qm repleta est terra iniquitate a facie eoru. i. a presentia hominu peccatoru. Et ideo ego disperda eos: scilicz terre habitatores: cum terra.

¶ Sed contra hoc vltimu verbum diuine cominationis de perditione terre p aquas diluuij: sic instari potest. Certu enim est diluuium inudasse sup terra: et homines per illud extinctos fuisse: preter eos qui saluati sunt i arca: et tame terra adhuc stat: de qua etia dicitur Eccl'es. j. q in eternum stat. Falsum est ergo qd cominatus est dns de perditioe hominum cum terra.

¶ Responsio. Terra per dilu-

ursum destructa fuit nõ quidẽ q̃tũ ad esse: vt bene arguitur: sed q̃tum ad apparentiã: pro quãto scilꝫ cooperta aquis diluuij nõ fuit visa per aliqđ tẽpus: tã q̃ esset perdita. Insup fuit perdita q̃tũ ad bene esse: quia sicut dicit magister in historia scholastica: fecũditas siue fertilitas terre longe inferior est post diluuium q̃ ante. Nã aque diluuij ꝑ magna parte processerũt ex mari oceano qđ salsum est: ⁊ per consequẽs sterilitatẽ inducẽs sicut ⁊ oĩa salsa. Unde ꝑpter talem deteriorationẽ terre ꝑ aquas diluuij cõcessus est hoĩb⁹ esus carnium: cũ tamẽ antea solis fructibus terre victitarẽt. Unde bene ad ꝑpositum facit illud psal. Dedit (supple dñs de⁹) terram fructiferã in salsuginẽ a malitia. i. ꝑpter malitiã: habitantiũ in ea. Deniq̃ possumus dicere terrã ꝑ predictũ diluuium perditã fuisse q̃tum ad substantiã: nõ quidẽ totaliter sed q̃tum ad aliquã sui partẽ. Nã refert de lyra hebreos dicere ꝙ per aquas diluuij tres palmi de superficie terre fuerũt in aquã conuersi.

¶ Queriꝫ cur in presenti clausula tam sepe fit mẽtio de peccato carnis: nunc sub nomine corruptionis terre: nunc sub nomine corruptionis vniuerse carnis. Similiter supra clausula secunda de hoc vitio fit mentio: cũ dicitur ꝙ vidẽtes filij dei filias hominũ ꝙ essent pulchre: acceperũt sibi vxores ex oĩbus quas elegerant.

¶ Respõsio. hoc fecit Moyses vt ostenderet iuste deũ perdidisse mũdum ꝑ aquas diluuij: et signanter ꝑpter peccatum carnis quod nimis tunc abundabat super terrã. Quãuis ergo August. dicat peccata carnalia esse maioris infamie: sed minoris culpe: q̃ peccata spiritualia: nihilominus ad ostendendum ꝙ nõ sunt paruifaciẽda: occasione illorum ꝑ aquas diluuij perdidit mundũ: etiã vsq̃ ad bestias terre: ⁊ volatilia celi. Hinc Hierony. iij. pte epistolarũ suarũ. epl'a. lxxxv. De nullo inquit peccato legiꝫ deũ dixisse se penitere fecisse hominẽ: nec ꝑ quocunq̃ alio pctõ tã manifestã exercuit iustitiã sine mĩa q̃ pro peccato carnis. Propter hoc nẽpe peccatum legitur deũ mundo induxisse diluuiũ: sodomam et gomorrã combussisse: et multos alios hoĩes interemisse. Hec ille.

¶ Moraliter hac tẽpestate videtur mundus redijsse ad illa infelicissima tẽpora q̃ precesserũt diluuij tẽpus. Quis eñ nõ videat hodie terrã corruptã corã dño: et iniquitate repletam? Nã oĩs ferme caro. i. homo corrupit hodie viã suã super terrã. Et vt incipiamus a sanctuario dei: Ubi hodie castitas in prelatis: ceterisq̃ ecclesiasticis atq̃ religiosis: paucis exceptis? De laicis solutis quid dicã? cũ neq̃ multi coniugati debitã continentiã seruent. Taceo de horrendis sceleribus que vix nominari debent. Merito ergo hodie dicere possum⁹ illđ Osee. iiij. Adulterium inundauit sup terrã: et sanguis sanguinem tetigit.

Istud secūdū refertur ad pec catum incestus:in quo consan guineus cognoscit consangui= neam. Bene etiā ad ꝑpositum loquit Apo. Galath.v. dicēs: Manifesta sunt opera carnis. Manifesta inq̃ pre sui multi= tudine:vel quia effrenate ꝛ in= uerecūde peccāt hodie multi carnales homines: quibus nō est cure si ad alioꝝ notitiam perueniat eoꝝ infamia. Quin= immo multi illorum eam alijs predicant se iactātes ꝛ gloriā= tes in malitia sua. Esa.iij. Pec catum suum sicut sodoma pre dicauerunt:nec absconderūt. Queādmodū ergo dn̄s ꝑpter peccata carnalia olim perdi= dit mundū per aquā/paucissi= mis exceptis:ita formidandū est ne cito/ꝛ qua hora non pu= tamus/ ꝑpter eandem cau= sam perdat vniuersum mundū per illum terribilē ignem con flagrationis. Unde ad hoc ꝑ= positū videtur facere illa ver ba dn̄i in presenti textu dicen tis. Finis vniuerse carnis ve= nit corā me. Repleta est terra iniquitate a facie eorū.i.a pre sentia hominū peccatorum:et ego disperdā eos cum terra. Huic autē expositioni alludit visio que ostensa fuit patri no stro beato Dominico de trib⁹ sagittis:quas volebat vibrare christus cōtra mūdum: vt sic habitatores illius extermina= ret ꝑpter tria principalia pec cata tunc in eo regnantia que erant supbia/ auaritia/ luxu= ria:qꝛ vt habeẜ.j.Jo.ij.Omne qđ est in mundo/cōcupiscētia carnis est:ꝛ cōcupiscētia ocu= lorū/ ꝛ superbia vite. Et nota q̄ peccatum carnis erat vnū de illis tribus ꝑpter que vo= lebat Christus delere mundū. Precib⁹ tamē sue pijssime ma= tris destitit/ꝛ hoc ad tēpus.

¶ Allegorice:predicta verba Corrupta est terra ꝛc̄.possunt merito referri ad illud tēpus quod immediate precessit pri mū domini aduētum. Nā tunc corrupta erat terra corā do mino:ꝛ hoc propter idolatriā et oblationes animalium que tūc tēporis maxime offerebā= tur idolis. Nec certe tunc solū abundabat idolatria in mūdo isto:verū ꝛ multa alia peccata ita vt terra repleta esset iniq̄= tate. Et breuiter tunc oīs ca= ro.i.omnis homo corruperat viam suā:paucis exceptis. At vero miserante deo/ vbi abun= dauit delictū:supabundauit ꝛ gratia:vt habeẜ ad Ro.v. Hoc autē fuit qn̄ aduenīete pleni= tudine tpis: gr̄e scꝫ ꝛ mīe dei misit de⁹ pater filiū suū natū ex muliere: factū sub lege: vt eos qui sub lege erāt/redime= ret:vt habetur Gal.iiij.

¶ Anagogice:possum⁹ ista ex= ponere de secūdo dn̄i aduētu qđ erit ad iudiciū/ante qđ re= plebiẜ terra multis iniq̄tati= bus ꝛ corruptiōib⁹. Un̄ Mat. xxiiij. Abundabit iniquitas:ꝛ refrigescet charitas multorū. Nā ꝟsus finē seculi oīs caro.i. oīs homo: corrūpet viā suam sup terrā ꝑ pctā carnalia pau cis admodū exceptis. Fiet au= tē hmōi corruptio ꝑcipue insti= gante antixp̄o qui ꝛ corruptis sim⁹ erit. Insup replebiẜ tunc terra.i.habitātes i ea/iniq̄ta= te:quo ad pctā que cōmitti so

lent in primū. Nā vt hī ubi su pra: erit tūc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mūdi vsqꝫ mō: neqꝫ fiet. Et nisi breuiati fuissēt dies illi: nō fieret salua oīs caro: sed propter electos breuiabunt dies illi. Cū ꝙ viderit deꝰ predicta: dicet. Finis vniuerse carnis venit coram me. i. tēpus instat iudicij generalis: corā me: id est a me predestinati et annūciati: quo finem capiet vniuersa caro: id est omnis homo. Nomine em̄ carnis in sacra scriptura quādoqꝫ designatur homo: vt ibi Luce. iij. Uidebit oīs caro salutare dei. Constat em̄ ꝙ non est ibi questio de omni carne simpliciter: qꝛ nō quelibet est capax visionis salutaris dei. Restat ergo ꝙ ibi capitur caro pro homine. Omīs ergo caro: id est omnis homo finē capiet mortalis vite in die iudicij: ⁊ incipiet vitam imortalem: que cedet reprobis ad penam eternā: electis autem ad perennē gloriā. Matthei. xxv. Ibunt hi in suppliciū eternū: iusti autē in vitā eternā. Tūc ergo scilꝫ in die iudicij disperdet dominus iustus iudex miseros peccatores cum terra: que peribit non ꝙtum ad substantiam: sed ꝙtum ad figuram.

¶ Octaua clausula.

¶ Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies: et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eam. Trecentorum cubitorū erit longitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: ⁊ triginta cubitorū altitudo illius. Fenestrā in arca facies: ⁊ in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autē arce pones in latere deorsum. Cenacula ⁊ tristega facies in ea.

¶ Historialiter. Postꝙ egregiꝰ ille legifer Moyses in precedenti clausula adduxit dominū prenunciantē ⁊ cōminātem futurum diluuiū propter peccata populi: hic consequēter instruit Noe de modo fabricandi arcam in qua saluandus erat cū paucis tam hominibus: ꝙ iumentis: ꝙ etiā volatilibus celi. Dixit ergo ad eū dn̄s: Fac tibi arcam de lignis leuigatis.

¶ Sed pro faciliori declaratione huiusmodi arce videndum est de quadruplici genere cause illius: videlicet

de causa:
- Efficienti
- Materiali
- Formali
- Finali.

¶ Primo igitur videndum est de causa efficienti dicte arce: et illa fuit Noe cū speciali directione illius summi artificis qui olim fabricatus est aurorā et solem. Cum enim ante diluuium nusꝙ legatur vsus fuisse nauium: nunꝙ in mentem venisset Noe tātam ac talem fabricare arcam nisi diuinitus instructus fuisset ⁊ quo ad materiam et quo ad formā illius. Et hoc voluit insinuare propheta donum Moyses cum refert ipsum dominū dixisse: scilicet per subiectam creaturā: ad Moysen. Fac tibi arcam ⁊c.

¶ Secundo videndum est de causa materiali eiusdē arce. Hec autē causa tāgitur cū dicitur, de lignis leuigatis: fac supple tu Noe tibi arcā: id est de lignis electis optimis et leuigatis, id est politis seu dolatis et cōplanatis: in quib⁹ nullum inhereat noxium quo minus possint adinuicē perfecte coniungi. Unde leuigo idē est ꝙ polio vel plano. Uel de lignis leuigatis .i. politis vel quadratis secundū Petrū in historia schola. Notanter etiā ait dn̄s ad Noe: Fac tibi arcam: id est ad tuā futurā vtilitatē et aliorum qui tecum sunt saluādi.

¶ Tertio videndum est de causa formali predicte arce: q̄ tangitur cū subditur. Mansiunculas in arca facies .i. distinctiones et varias mansiones: vt distincte possint collocari diuerse creature. Notāter autem hoc futurū vas vocatur a dn̄o arca, et nō nauis: quia vt dicit de lyra, nō fuit factum ad modū nauis: sed magis ad modum arce habētis latera quadrata: erāt tn̄ inquit inequalia. Sequitur: Et bitumine .i. pice secūdum hebraicā literā: linies eam intrinsecus et extrinsecus: ne scʒ soluatur magno impetu aquarū quē diu patietur. Et nota secūdū predictū Petrū cōestorē ꝙ bitumē est gluten feruentissimum quo ligna linita nō dissoluuntur aliqua vi vel arte: nisi mediāte mēstruo mulieris. Colligit aūt dictū gluten in lacub⁹ iudee: in quibus supnatat. Hec ille.

¶ Sequitur: Trecentorū cubitorum erit longitudo arce. De magnitudine autē horū cubitorū est duplex opinio. Prima dicit ꝙ erant cubiti geometrici: quorum quilibet continet sex vel secūdum alios nouē pedes visuales. Qd̄ si sic: tunc merito dubitari pōt quō edificiū ipīus tāte lōgitudinis et latitudinis poterat simul cōtignari et cōsolidari. Ad qd̄ dici potest ꝙ predictum bitumē siue glutē erat adeo fortissimum ꝙ hoc poterat efficere: et signanter ex speciali dei ordinatiōe. Secunda opinio dicit ꝙ predicti cubiti erant visuales: et hec est opinio hebreorum. Qd̄ si sic: tūc merito occurrit dubium quō tot animalia et cibaria illis necessaria poterant ibi cōtineri. Ad qd̄ dici potest ꝙ cubitus visualis continet pedem et dimidiū pedis .i. tantā longitudinē q̄nta est a cubito brachij vsqʒ ad manū secūdū aliquos. Alij vero dicūt ꝙ cōtinet duos pedes .i. tantū spatiū q̄ntū est a cubito brachij vsqʒ ad sūmitatem digitorū. Insup dici potest ꝙ pedes illi⁹ tēporis erāt multo maiores q̄ nūc: sicut et homines tunc regnātes erāt multo maiores in q̄ntitate molis q̄ moderni. Dicit tamē de lyra ꝙ hebrei loco cubitorum dicunt vlnarum. Ex hoc tamē loco argui potest ꝙ eorū vlna esset tantum cubitalis. Et sic patet de longitudine arce.

¶ Nunc videndum est de latitudine illius. Quinquaginta cubitorum: inquit Moyses: erat latitudo illi⁹: et triginta cubitorum altitudo eiusdē. De huiusmodi altitudine dicit Petrus comestor ꝙ hoc intelligi

debet de corpore eiusdē arce Erat enim triginta cubitoꝝ a fundo vsq; ad tabulatū/ ꝛ preter tectum. Impossibile em̄ esset operturā eius non plus ascēdisse: ꝛ tigna triginta cubitorum tantū operire longitudinē ꝛ latitudinē ipsius. Fuit ergo hec arca secundū eundē Petrum in fundamēto q̄drata: sed in forma altera ꝑte longiori ab angulis in arctum cōscendens donec in cubito summitas eius perficeretur.

¶ Sequit: Fenestram in arca facies/ scz ad emittendū foras tēpore suo coruū ꝛ colūbā: vt dicit interli. In hebreo tamen loco fenestre ponitur lucerna. Et dicunt aliqui ꝙ ista lucerna erat quidā lapis preciosus ad modū carbunculi illustrās arcam. Glo. autē interli. dicit ꝙ ista fenestra fuit crystallia/ que lumē recipiebat: ꝛ aquas prohibebat. Dicit etiā de lyra esse opinionē aliquorum ꝙ erāt ibi plures fenestre crystalline ad recipiendū lumē secūdum varietatem mansiūcularū. Erat tamen inter eas vna principalior: de qua tantū fit mentio in textu. Sequitur in textu: Et in cubito cōsummabis summitatē eius. Nā ab angulis superioribus arce procedebat tectū stringendo: adeo ꝙ in summitate illius latera non distabant nisi per cubitū. Sic autē erat disposita vt pluuia descendēs super tectū deflueret extra arcam facilius. Item vt ipsa arca inter impetus vndarum staret firmius.

¶ Sequitur: Ostium autē arce pones in latere deorsū. Iste est vsitatus modus pūctuādi presentē textum. Sed hūc modum reprehēdit satis rationabiliter de lyra dicēs ꝙ ly deorsum/ ꝑtinet ad sequentē sententiā: ꝛ ꝙ hec sentētia debet sic punctuari ꝑm hebreos: Ostiū aūt arce pones in latere. Ostium nēpe arce nō poterat poni cōuenienter in inferiori parte: eo ꝙ arca fuit ꝓfundata inter aq̄s ꝑ duodecim cubitos/ vt patebit ī seq̄ntib9. Itē secundū catholicos expositores illud ostiū fuit in confinio habitationis animaliū et apothece: ita ꝙ dictū ostium erat supra duas māsiones: ꝛ ꝑ consequēs nō pot'at esse deorsum.

¶ Seq̄tur: Deorsum cenacula ꝛ tristega facies ī ea. In hebreo habetur secundū de lyra. Infima/ secunda/ ꝛ terna. Ex q̄ patet ꝙ ly deorsum coniungit cū litera presenti. Videtur ergo ꝑm istā literā ꝙ in arca essent tres māsiones ascendēdo vna supra alterā: ita ꝙ infima vocabatur sentina siue stercoraria: eo ꝙ ibi defluebāt feces habitātium ī arca: nec erat in ea aliqua interclusio. Media autē vocabat apotheca/ eo ꝙ in ea essēt reposita victualia. Et hec māsio dicit fuisse bicamerata .i. interclusionem habens. Quia enim aliqua aīalia viuunt herbis ꝛ alia fructib9: ideo in vna distinctione dicte mansionis erant herbe/ ꝛ in alia fructus. Superior aūt māsio ꝛ tertia: qꝛ maior erat: distincta erat duabus interclusionibus: adeo ꝙ erāt ibi tria spatia: quorū mediū erat pro hominibus ꝛ auibus/ altē mi-

tibus. Forte etiam (inquit de Pal.) erant in ea aliqua aīalia mitia et domestica: vt canes: cati et hmōi. Alia autē duo lateralia spatia, scz hinc et hinc, erant pro animalib⁹ mitibus et immitib⁹. Alij aūt, vt Petrus comestor refert: alit̄ ordinant hmōi spatia siue māsiones, videlicet secundū altitudinem: ita vt pria sit stercoraria. Secūda apotheca. Tertia immitiū animaliū. In quarū duarum cōfinio ponūt fuisse ostiū arce deorsum. Ex quo patet ꝙ non fuit deorsum simplr̄, sed respectiue. Et ꝑ hoc soluitur obiectio de lyra superius posita. Quarta animaliū mitiū. Quinta hoīz et auiū. Josephus autem non ponit nisi quatuor māsiones in arca, vcz apothecā, animaliū mitiū, immitiū, et hominū. Tacet aūt de infima māsione q̄ ab alijs stercoraria siue sentina dicitur, et hoc ꝓpter sui vilitatē. Eum autē in hoc insequit̄ Isidorus. Et nota ꝙ q̄libet mansio se extēdebat secūdum longitudinē et latitudinem arce.

¶ Aduertendū ꝙ cōformit̄ ad dñm Pe. de Pal. circa p̄sentē textū in q̄ mādat dñs Noe dicēs: Cenacula et tristega facies in ea, scz arca: ꝙ due p̄me māsiones arce q̄ sunt stercoraria et apotheca: vocant̄ hic cenacula a dño: nō q̄dē a cena: sed a cenō grece, q̄d est cōmune latine: eo scz ꝙ ille due mansiones fuerūt cōmunes oib⁹. Nec similit̄r tristegū dicit̄ a tris, q̄d est tres: et tectū tecti: q̄si habēs tria tecta: maxime cū sub vno tecto eq̄lit fuerit iste tres māsiones, scz animaliū mitiū, immitiū, et hominū. Sz magis dicit̄ a trico tricas: q̄d idē est sicut diuido diuidis. Et inde trica trice. Tristega ꝙ que iussit dñs fieri per Noe: fuerunt ille tres supiores māsiones arce: de quib⁹ satis dictum est.

¶ Dubitari pōt de exteriori figura arce: eo ꝙ de interiori iā satis dictū sit. Ad q̄d dicēdū ꝯformiter ad Origenē in expositione literali sup Gen̄. ꝙ figura illi⁹ exterior talis erat. In primis i fundo erat plana: et non acuta more nauiū maritimarū. Unde non nauis, sz arca nūcupat̄, quasi ad modum arce fabricata. Erat ergo i infima ꝑte quadrata, ne posset mergi aut inclinari impulsu ventorū, aut impetu fluctuū: siue indetudine aīalium q̄ intrinsecus erant. Deinde a talē fundo quatuor anguli siue parietes sursum se erigebāt per diminutionē, intantū ꝙ in cacumine in spatiū vnius cubiti simul iūgebātur et colligebāt̄. Ligna autē quibus cōstructa fuit, quadrata erāt, vt facili⁹ alterū alteri posset aptari: q̄ etiam bitumine tā extrīsecus ꝙ intrinsecus linita erant ne abinuicē dissoluerentur, vt supra dictū est. Hugo tamen de sancto Uictore in tractatu de arca Noe: dicit ꝙ in ipsa arca parietes in quatuor partibus fuerūt erecti: quibus tectum suppositū in ascendendo peruenit ad cubitum.

¶ Dubitari etiam potest quomodo in dicta arca toto tepore diluuij quod durauit anno vno incipiendo ab inundatio-

ne aquarũ vsq ad desiccationem completam earũ: potuerunt vivere siue victitare illa animalia q̃ solent pasci carnibus: cuiusmodi sunt leones/lupi/ vulpes. Idem etiã q̃ri potest de serpẽtibus et animalibus venenosis/que dicũtur nutriri rebus venenosis / aut certe puro veneno. Non est autẽ verisimile noe fecisse prouisionẽ intra dictã arcam de veneno. Ad ista duo simul dici potest q̃ nõ est animal tã deditũ carnibus quod in casu necessitatis non vescat herbis aut fructibus. Alias leones et lupi cũ nõ semper inueniãt predam siue carnes ad deuorandũ: sepe interirẽt fame. Et idem iudiciũ est de serpẽtibus. Insuper dicẽdũ q̃ auctor nature deus q̃ introduxit animalia et serpentes in arcã: illa sustẽtauit prout bene potuit: et naturis eorum expedire sciuit. Dicit tñ Origenes q̃ etiã introducta sunt in arcam nonnulla animalia q̃ essent in cibũ illis aĩalibus quibus natura dedit vt vescãtur carnibus. Sed hoc est satis voluntarie dictũ. Et ideo aliqui dicũt probabiliter prout refert de pal. q̃ Noe prouidit singulis animãtibus ingressuris arcam de sufficienti victu pro illo die q̃ ingrediebant. Deinceps aũt diuino nutu vsq ad diem egressionis sue de dicta arca remãserunt quieta vel sopita absq cibo et potu. Alij aũt dicunt q̃ dñs miraculose totam illã multitudinẽ aĩantiũ q̃ pene infinita erant/sustẽtauit toto anno vno. Et breuiter omnia que in dicta arca vel circa eã gesta sunt/ miraculis stupẽdis plena erant. Ille ergo q̃ arcã ne mergeretur regebat/intus existentes conseruabat.

¶ Dubitari deniq potest quõ animalia inimitia intra vnã et eandẽ mansionẽ recondita potuerunt inter se habere pacẽ. Mirũ enim est q̃ ex tam vicina cohabitatiõe se mutuo nõ occiderunt/ maxime cũ etiam videamus equos qui inter animalia mitia computãtur/sepe in eodẽ stabulo non posse mutuo se tolerare. Dicendũ q̃ ille qui impediuit ne ignis noceret pueris in fornacẽ proiectis/impediuit etiam solo nutu naturale bellũ inter aĩalia immitia/ ne cõtra se mutuo insurgerent. Si enim dominus temperauit famem leonum in lacu ne deuorarẽt Danielem: ita similiter temperauit furorẽ animaliũ in arca ne se mutuo in aliquo lederent.

¶ Dubitatur insuper si cenacula et tristega arce:id est mãsiones ille quinq de quibus dictum est / essent equales in altitudine: quia satis apertum est eas fuisse equales in longitudine et latitudine: eo q̃ extendebantur in longum et latũ arce. Responsio. De hoc nihil diffinit Moyses in textu. Possumus tamẽ probabiliter dicere q̃ hmõi mãsiones erãt inequales in altitudine. Constructe enim erãt et signanter tristega id est tres superiores vt in ipsis cõseruarent animalia mitia/immitia/et homines. Ergo debuerunt sursum erigi secũdũ magnitudinẽ aĩaliũ in eis recõdendorũ. Cũ ergo ele

phātes notabiliter excedant cetera animalia in magnitudine/ siue in erectione corporis et signanter capitis/ restat dicere φ locus requietionis eorū in arca debuit esse altior φ̄ loc⁹ requietionis aialiū mitiū/ siue etiā hoim. Unde dicit quidam ꝓbabiliter φ prima mansio q̄ stercoraria dicebaṫ habebat in altitudine quatuor cubitos/ secūda quiꝗ/ tertia sex/ quarta septē/ quinta octo. Ex quo infert φ altitudo parietū habebat .xv. cubitos: et tātundem altitudo tecti.

¶ Dubitaṫ rursum vtrum simpliciter de qualibet specie animaliū fuerit ibi bina et bina .i. duo paria quo ad aialia mūda/ et septena atꝗ septena de immundis. Dicendum φ sic loquēdo de perfectis aialibus. Secus autē de impfectis q̄ generātur a causis equocis / siue ꝑ corruptionē/ vt rati/ mures/ buffones et hmōi/ siue ex masculo et femella diuersarū specierꝝ: vt muli ꝛ mule. Hec ꝗ de causa formali arce dicta sufficiant. De causa autem finali eiusdem que est prima in intētione/ ꝗuis sit vltima in executione: diceṫ in sequētibus.

¶ Moraliter et primo ꝑ arcā designaṫ aia rōnalis/ siue vir fidelis: qui debet habere lōgitudinem fidei: qꝛ vsꝗ ad mortē: altitudinem spei: qꝛ vsꝗ ad celum: latitudinē charitatis: qꝛ vsꝗ ad inimicū. ps. Latū mādatum tuū/ scilꝫ de dilectione ꝓximi: nimis .i. valde. Ista arca debet esse interius linita bitumine gratie dei/ siue charitatis q̄ linit: exterius aūt exēplo bone vite ꝛ cōuersationis sancte. Itē debet construi de lignis leuigatis .i. de affectionibus bonis ꝛ sanctis. Item dꝫ sursum strigi: scꝫ ꝗtū ad os ꝑ debitā abstinētiā. Insuper dꝫ habere ostiū inferi⁹ per hospitalitatem/ ꝛ ad recipiēdū siue introducendū pauperes propter xp̄m. Sursum vero debet habere fenestrā discretionis. In hac etiā arca debēt esse volucres .i. mūde cogitationes. Itē animalia .i. bone operationes. Itē homo ꝑ directionē recte rōnis. Silr̄ sentina siue stercoraria per cōsiderationē proprie miserie ꝛ fragilitatis. Rursum ibi debet esse apotheca .i. virtutes sancte. Ubi ergo arca humani cordis fuerit taliter ꝯstructa: tunc diluuium tribulationū et venti tētationum insurgentiū non poterūt eam subuertere. Quinimmo cū directione dei finaliter requiescet in supernis montibus.

¶ Moraliter ꝛ secūdo. Ista arca ꝰm dn̄m cardi. est cōuersatio iusti/ que in mari presentis vite cōcutitur fluctib⁹ persecutionū: quia vt habetur .ii. Timo. iij. Omnes qui pie volunt viuere in xp̄o Iesu/ persecutionem patiūtur. Precipit ergo dn̄s Noe .i. cuilibet iusto vt arcam faciat .i. bonā cōuersationē habeat. Ligna hui⁹ arce sunt bona opera/ q̄ debēt esse leuigata .i. plana: ꝛ absꝗ oī scrupulo offensionis ꝛ reprehensionis .j. Cor. x. Sine offensione estote. Itē hmōi ligna .i. opera bona debēt eē imputribilia ꝑ indeficiētē ꝯtinuationē. Itē q̄drata ꝑ stabilitatē.

Insup hmōi arca dꝫ esse bicamerata.i. duas cāeras habēs p ɔtritionē ꝛ cōfessionē. Item tricamerata.i. tres cameras habēs p satisfactionē q̄ ɔsistit in trib⁹/ vcꝫ in orōne/elemosyna/ ꝛ ieiūio. Deniqꝫ hmōi arca hꝫ quinqꝫ māsiūculas. Prima vocat̄ stercoraria.i.ɔsideratio ꝓprie iniq̄tatis siue fragilitatis. Amos.iiij. Ascēdere feci putredinē castroꝝ vestroꝝ in nares vr̄as. Scd̄a vocat̄ apothecaria.i. bonorū operum et virtutū repositoria. Et hec apothecaria redolet corā deo ꝛ angelis eius. Tertia est habitatio īmitiū aīaliū p q̄ denotatur seueritas hoīs iusti: ꝛ signāter boni p̄lati/ qua mouet̄ ɔ pctōres eos increpando.ps̄. Increpa feras arūdinꝫ. Quarta est habitatio mitiū aīaliū: per q̄ denotat̄ mansuetudo in p̄lato erga deuios ꝛ fragiles. ad Gala.vlt. Si preoccupatus fuerit hō in aliq̄ delicto / vos q̄ spūales estis/instruite hmōi in spū lenitatis. Quinta camera est holm et auiū. Per q̄ denotatur ꝙ q̄libet iustus dꝫ esse hō laborādo in opere bono/ ꝛ̄t auis p sanctā meditationē volādo. Sꝫ sunt nōnulli q̄ solū volunt esse aues cōtēplādo. Cōtra q̄s loq̄t̄ Apost.ij. thess. iij. dicēs: Qui nō laborat/ non manducet. Alij ecōtra volunt semp in terra laborare: nunq̄ꝫ meditātes de celestib⁹: q̄b⁹ dr̄ Esa.lj. Eleuare eleuare/cōsurge hierl̄z. Cetera expone vtš. ¶ Moral'r ꝛ.iij. cōformiter ad magr̄m Nicolaū de lyra. Noe est q̄libet iustus/ siue q̄libꝫ volens bn̄ viuere: cui dicit dn̄s: Fac tibi arcā.i. virtutum fabricam: de lignis leuigatis.i. dolatis. Per fabricā enim virtutum motus interiores et actus exteriores/asperitate et tortuositate remota/ad rōnis rectitudinem reducunt̄. Māsiunculas in arca facies: per quas distincti gradus virtutū designātur. Nā alique dicuntur politice vel humane. Alique autē heroice seu diuine: vt habetur.vij. Ethi. Insup virtutes heroice iterū distinguūtur. Nā alique dicunt̄ exēplares: alique purgatorie: alique purgati animi s̄m macrobium. Et bitumine.i. charitate: linies eā interius per dilectionē dei super oīa: ꝛ exteri⁹ per dilectionē proximi qui videri pōt. Et notāter dr̄: linies eam: q2 charitas est forma virtutum. Trecētorū cubitorum erit lōgitudo arce: p q̄d designat̄ meritū pfectoꝝ.s. martyrū/doctorū/ꝛ v̄ginū. Et meritū q̄rūlibet istoꝝ triū est cētenariū. Quiquaginta cubitoꝝ latitudo.i. meritū ꝓficientiū. Triginta cubitoꝝ altitudo.i. meritū incipiētiū: q̄d est min⁹ meritis precedētiū. Fenestrā in arca facies: per quā deuota oratio designatur/ eo ꝙ p eā lumen gr̄e ingreditur vsqꝫ ad interiorē hoīem. Sap̄.vij. Inuocaui: ꝛ venit i me spūs sapiētie. Et in cubito cōsumma bis sūmitatē ei⁹. Per cubitū qui est minia mēsura inter mēsuras hic descriptas: intelligitur virt⁹ humilitatis: q̄ sit ad summa eleuat̄: iuxta illd̄ Lu. xiiij. Qui se humiliat: exaltabitur. Sequit̄. Ostiū aūt arce

ponesin latere deorsum. Ha-
buit enim arca quatuor latera:
per q̄ q̄tuor virtutes cardina
les designāt. Latus vero in q̄
fuit ostiū / prudētiā designat /
q̄ ponit et cōstituit mediū in a-
lijs virtutib⁹: et ideo p eam est
ingressus itra arcā: q̄ vt dctm
est significat edificiū virtutū.
Cenacula et tristega in ea. &c.
repetitio est eius quod dictū
est: mansiunculas. &c.

¶ Mystice. Arca ē ecclīa mili
tans / quā su⁹ noe .i. xp̄s regit
et gubernat inter ꝓcellas vite
p̄ntis / atq̄ pducit ad portum
eterne salutī. Cōsummat aūt
hec nauis ad vnū cubitū .i. ad
ipm xp̄z q̄ est caput ecclīe. Cō
struit aūt de lignis leuigatī .i.
de psonis dolatis / et a supflui-
tatib⁹ vitiorū abstersis: et in q̄
noe cū filijs .i. xp̄s vel aliqs bo
nus p̄lat⁹ cū suis subditī dn̄at.
Hec igit arca inungit et linit
interi⁹ bitumine charitatis / et
exteri⁹ p mutuā ꝯcordiā et pa
cē. Ista arca h₃ mansiūculas /
cenacula / et tristega .i. diuer-
sas distictiones statuū: vez di-
gnitates / officia / bn̄ficia / cōuē
tus / collegia / religiones &c. q̄
vt hr̄ Joā. xiiij. In domo p̄ris
mei (inq̄t xp̄s) .i. in ecclīa mili
tante / mansiones multe sunt.
Aduertēdū tn̄ q̄ in istis triste
gis reponūt aīalia mitia et im
mitia .i. hoīes interdum boni:
interdū mali. Itē volatilia .i.
contēplatiui. Item reptilia .i.
pctōres et defectuosi. Nihilo-
min⁹ in hmōi tristegis .i. in sta
tibus ecclīe aīalia reptilia et
inmunda debēt esse deorsum /
scil₃ in statu subiectionis. Uo-
latilia vero .i. viri spirituales
et contemplatiui debent esse
sursum: vez in statu prelatio-
nis. Dignū nempe est et equū
q̄ in gradibus ecclīasticis ille
qui plus valet / sit superior: et
ille qui min⁹ / sit inferior. Uel
dic q̄ animalia sunt actiui:
qui occupant: deorsum circa
terrena. Uolucres vero sunt
cōtēplatiui: qui occupāt cir-
ca celestia et eterna. Uñ Pro-
uer. xxv. Celū sursum: et terra
deorsum. Deniq̄ ista arca ec-
clesie habet ostiū inferius ꝑ
quod intratur / per qđ intelli
gitur baptismi sacramētū: qđ
est ianua aliorū sacramētorū.
Item: fenestrā superi⁹ vitreā:
per quā designatur fides / qua
videtur deus in p̄nti tanquā
per speculum et in enigmate .j.
ad Cor. xiij. Ceterū ista arca
habet longitudinem magnā:
q̄ duratura est vsq̄ ad ꝯsum-
mationem seculi. Silr̄ latitu-
dinem magnā: q̄ valde diffu-
sa est super terrā. Insuper ha
bet magnam altitudinē: q̄ cō
iungit ecclesie triūphāti per
amorē et charitatē. Uel dic q̄
est valde alta per spem futu-
rū bonorū celestis glīe. Item
in ista arca est abūdantia illi⁹
panis et vini de quib⁹ Joā. vj.
Caro mea vere est cibus: et san
guis me⁹ vere est potus. Itē
in eodē. Ego sum panis viuus
qui de celo descēdi. Item hec
arca deorsum ē lata: et sursum
stricta: q̄ i p̄nti multi sunt vo
cati: sed in futuro pauci eligē
tur ad vitā eternam.

¶ Allegorice. Ista arca scđm
dn̄m card. est xp̄i humanitas:
que omnes fluctus persecutio
num sustinuit. Ps. Omnes flu

ctus tuos induxisti super me. Itē omnes ad eā per fidē confugientes saluat. Sapiē.xiiij. Trāseuntes mare per ratē liberati sunt. Hec arca facta est de lignis sethim: que habēt in se quatuor. Sunt enim leuia: imputribilia: fortia: similia albe spine. Et caro xpi habuit quo dāmodo i se ista quatuor. Primo enī fuit imputribilis. ps. Non dabis sanctū tuū videre corruptionem. Scdo leuis: qr caruit pondere peccati. Esai. xix. Ascendit dñs sup nubem leuem. Itē leuitas eius appa ruit in ascensione: qñ eleuata est sup celos. Tertio fuit fortis: adeo q cū ea xps debellauit oēs demones. Lu.xj. Cum fortis armat⁹ custodit rē. Sequitur. Si autē fortior illo superueniēs vicerit eū: tūc rē. Quarto dicta caro fuit similis albe spine.i. carni peccati. Vñ Ap. Ro.viij. dicit q de⁹ p̄misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Ceterum quiqꝫ camere in arca quinqꝫ sunt vulnera xpi per q̄ hoies saluant. Ad que ipse xps nos inuitat Cañ.ij. dicēs. Ueni co lūba mea.i.aīa deuota: in foraminib⁹ petre. Petra autem erat xps: inquit apo.j. ad Co. x. Possumus etiam ostiū arce quod erat in latere deorsum: item fenestram arce referre ad vulnus lateris Christi. Bitumen quo linita est hec arca est abundās Christi charitas que adeo liniuit eū cum humana natura q voluit pro ea mori. Lōgitudo hui⁹ arce est longanimis patientia Christi. Latitudo: diffusio sui nois ab oriente in occidentem. Altitudo vero ingens nobilitatio siue dignificatio humanitatis ipsius ex cōiunctione ad diuinum suppositū: ita vt de⁹ sit homo: ꝛ homo (demonstrato xpo) deus. Sunt et alij sensus allegorici p̄ntis clausule: quos prosequūtur multi sacri doctores: vꝫ Beda: Isidor⁹: origenes: hugo de sācto victore rē. quorū dicta recitat diffuse dñs patriarcha de palu. in postilla sua: que pro vitanda prolixitate hic inserere nolui.

¶ Anagogice arca est celum siue ecclesia triumphans. Cōstruitur autem huiusmodi arca ex lignis leuigatis / id est dolatis ꝛ politis / id est ex hominibus qui prius persecutionē patiuntur in presenti: iuxta illud quod canit ecclesia in festo dedicationis ecclesie: dicens. Tunsionibus pressuris expoliti lapides: suis coaptātur locis per manus artificis: disponuntur permansuri sacris edificijs. In hac aūt arca sunt diuerse mansiuncule. Io an.xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. He autem mansiones apud psalmu. vocantur tabernacula: vt patet ibi. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum. Et Nume.xxiiij. Quā pulchra tabernacula tua Jacob: ꝛ ten toria tua israel. Est autem hec arca linita bitumine / id est abundanti charitate: intrinsecus ꝛ extrinsecus per dilectionem dei et proximi. Hinc dicunt doctores q preceptū de dilectione dei ex toto

corde &c. non pot impleri perfecte nisi in patria. Est autem huiusmodi arca valde longa lata et alta. Sic enim necesse est vt possit completo iudicio & generali omnium resurrectione comprehendere electos homines in corpore & anima. Constat enim quod tunc non erit penetratio dimensionum: nec duo corpora erunt simul in eodem loco adequato: & per consequens occupabunt magnum spatium. Consummabitur tamen in cubito summitas illius arce. istud cubitum erit xps: qui in humanitate glorificata eleuabitur tunc super ceteros homines beatos. ps. Eleuata est magnificentia tua super celos deus. i. humanitas tua in qua in presenti magnificatus es o Christe: eleuabitur post iudicii diem super celos: supple materiales: vel super ceteros electos. Fenestra autem huius arce erit virgo Maria: secundum quod de ea canit ecclesia dicens. Celi fenestra facta es. Ostium vero erit xps. Jo. x. Ego inquit sum ostium: per me si quis introierit/saluabitur. Ceterum erunt in dicta arca celi cenacula & tristega. Cenacula in quibus erant due mansiones: designant duos status hominum beatorum. Primus & inferior erit paruulorum qui decesserunt cum gratia: sed sine merito personali. Hi enim erunt ceteris beatis inferiores. Scds erit hominum iustorum qui cum merito xpi habuerunt personale meritum. Hi enim prout equitas exigit: altius statuentur in celo. Tristega autem in quibus erant tres mansiones: & ideo dicuntur a tris: designant tres hierarchias angelorum que comprehendunt totam multitudinem angelicorum spirituum. Que quidem tristega iterum distinguuntur per ordines ternos & ternos. Et iterum quilibet ordo in distictas species secundum numerum ipsorum angelorum secundum doctrinam beati Thome.

¶ Nona clausula.

¶ Ecce ego adducam aquas diluuii super terram vt interficiam omnem carnem in qua spiritus vite est subter celum: et vniuersa que in terra sunt consumentur. Ponamque fedus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filii tui: vxor tua: & vxores filiorum tuorum tecum: & ex cunctis animantibus vniuerse carnis bina induces in arcam vt viuant tecum masculini sexus & feminini. De volucribus iuxta genus suum: & de iumentis in genere suo: & ex omni reptili terre secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que mandi possunt: & comportabis apud te: & erunt tam tibi quam illis in escam. Fecit igitur Noe omnia que preceperat illi deus.

¶ Historialiter postquam Moyses famulus dni in precedenti clausula egit de causa efficiente arce: pariter & de causa materiali & formali eiusdem: hic consequenter agit de causa finali illius/que est conseruatio singularum specierum cunctorum animantium: ne tota-

liter periclitarentur per aq̄s diluuij: sed conseruaretur aliqua indiuidua quarūlibet speciery: vt iterū post diluuium multiplicarētur super terrā. Dixit ergo dominꝰ ad Noe. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram vt interficiā omnem carnem in qua est spiritus vite. Hoc autē additur ad excludendū pisces qui non respirant: cum careāt pulmone. Sequitur: Ponamq; fedus meum tecū: ⁊ ingredieris arcam tu ⁊ filij ⁊c. Ac si aperte diceret dn̄s ad Noe. Ego cō seruabo te ⁊ societatem tuam a malis hominibus: ne tibi noceant. Pro quo notādū ꝙ maligni homines qui erāt in regione illa in qua morabatur Noe: audientes eū predicentē futurū diluuium: deridebāt eum: ⁊ comminabātur ei dicētes ꝙ si viderent ipsum velle itrare arcā ꝯtra aq̄s diluuij interficerēt ipm: Quosq; illi ei ingrederet: ne scz ipsis morientibus i diluuio ipse remaneret. Propter quod dominꝰ consolatus est eum: monens ne eos timeret: promittens illi ꝙ cōseruaret eū a malignitate eorum: dicēs. Ponā fedus meū tecum: et ingredieris arcam tu ⁊ filij tui: vxor tua: ⁊ vxores filiorum tuorum tecum: scilz salui: ceteris morientibus per aquas diluuij.

¶ Sed pro ampliori declaratione presentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit̄ dubiū est tale. Quō Noe potuerit cū tribus filijs suis tātā arcā edificare: ⁊ ad finē vsq; deducere. Nō enī verisimile est ꝙ habuerit adiutorium ab alijs hoībus quibus comminabatur futurum diluuium: propter quam causam eum odio habebant: ⁊ similiter eo ꝙ ipsos reprehenderet de nephanda libidine sua. Unde timens ne propter predicta ipsum cū vxore et filijs ⁊ suis omnibꝰ interficerēt discessit ab ea terra: vt dicit Josephus. Ad hoc potest dupliciter respōderi. Primo quidem ꝙ edificatio arce durauit fere per centum annos secundū. de lyra super illud verbum sequētis capituli. Erat q; Noe sexcentorū annorum ⁊c. Cur autē dn̄s tantū tempus exponi voluerit in cōstructione arce: fuit ad ostendendū eius maximam patiētiam expectantis peccatorū penitētiā: ⁊ admonētis eos ad pniaꝫ ꝑ p̄dictā edificationē: pariter ⁊ ipsiꝰ Noe predicationē. Scdo pōt dici ꝙ in dicta edificatione ipse Noe habuit multos adiutores ⁊ cooperatores: quos mercede cōducebat. Et quia tales reputarēt eū stultū: cū nō crederent diluuiū futurū: iuxta illud. j. Pet. iij. Qui icreduli fuerāt in diebꝰ Noe cū fabricaretur arca: tñ cupiditate mercedis ducti cooperati sunt in edificatione ipsiꝰ arce: nō curātes si noe sapiēter vel inaniter laboraret.

¶ Scdm dubiū est de noībus vxorū Noe ⁊ filiorū suorū. Rñdetur ꝙ quis nō inserant i sacro volumine scripture sacre: ea tñ ponit Petrꝰ cōestor dicēs ꝙ vxor Noe phuarphara appellata est. Uxor Sem par-

phia: vxor autem Cham catha-
flua: vxor vero Japhet flina.
In his enim octo psonis refer
uatū est seminariū generis hu-
mani. Berosus autē aliter no
minat predictas octo psonas:
vcȝ Noa: Sanio: Japeto: chē.
Nomina vxorū. Titea magna:
Pandora: Noela: Noegla.
¶ Tertiū dubiū est tale: cur
dñs loquēs de ingressu i arcā
seorsum viros: et seorsum mu-
lieres noiauit: dicēs ad Noe.
Ingrediaris arcā tu et filij tui:
vxor tua: et vxores filiorū tuorū:
et tñ postea loquēs de egressu
eorū de arca/simil'r noiauit vir
et mulierē: vt pȝ postea. viij. c.
ita idēs ad noe: Egredere de
arca tu et vxor tua et filij tui et
vxores filiorū tuorū tecū. Re
spondet idē petrus qꝫ h' ideo
fecit dñs ad insinuādū qꝫ tpe
afflictiōis vacādū est ab āple-
xib' mulierū: etiā quo ad op'
cōiugale. Hic Salo. Eccl'e. iij.
Tēp' amplexādi: et tēp' lōge
fieri ab amplexibus. Propter-
ea in capite ieiunij quadrage
simalis legitur epl'a ex textu
Johelis. ij. vbi sic dicit'. Egre
diatur sponsus de cubili suo:
et sponsa de thalamo suo. Tem
pore ergo luct' et afflictionis
eccl'ie: et sil'r tēpore ieiuniorū
atqꝫ festorū: et signanter preci
puorū abstinere debēt coniu-
ges ab amplexibus. Ubi tñ al-
ter improbus existit in peten
do debitum: alter nō tenetur
illi denegare. Qd autem tem-
pore ieiuniorū sit abstinendū
ab ope cōiugali: magis est cō-
silij qꝫ pcepti. Et idē iudiciū
est de die festo. Si tamen ieiu
niū fuerit multū celebre: vt po
te in die parasceues: aut in vi
gilia pasche: natiuitatis dñi:
et hmōi: et sil'r si festum fuerit
multum solenne: tunc exigēs
debitum cōiugale nō videtur
excusari a mortali peccato.
Pro quo facit historia quā re
fert Gregor. in suo dialogo de
illa muliere que nocte prece-
dente diē dedicationis noluit
abstinere a viro. Propt' qḋ nia
ne fctō cū ingrederet' eccl'iā
cū alijs/ inuasit eā spūs mali-
gn'/ et torqre cepit corā oib'.
¶ Quartum dubiū versatur
circa illud verbum presentis
textus vbi ait domin' ad Noe.
Ex cūctis animantib' vniuer
se carnis bina induces in ar-
cam. Sūt enim multa anima-
lia parua et minuta que gene-
rātur per corruptionē: vt mu
res: quāuis interdū generen-
tur per coitū. Talia ergo non
videntur fuisse introducta in
arcā: tum qꝛ ibi potuerunt ge
nerari per corruptionem: tū
etiam post diluuiū potuerūt
illo modo generari: sicut et ho
die fieri videmus. Nō ergo vi
dentur talia animalia fuisse
introducta in arcam vt ibi cō
seruarentur contra diluuium
ad multiplicationē sue speci-
ei/ post diluuium. Breuiter er-
go dicēdum qꝫ talia animalia
imperfecta nō fuerūt studio-
se introducta i arcam. Quin-
imo multi mures fuerūt in di
uersis diuerticulis arce ibi ex
putrefactione geniti. De hoc
etiam dubio vide in precedē-
ti clausula sub sexto dubio.
¶ Quītū dubiū versat circa il
lud verbū sequēs. De volucri-
b' iuxta genus suū. Fenix enim

est auis habitās in desertis arabie: vnica in specie sua: que cū incipit senescere/seipsam tradit igni: et postmodum de cineribus nascitur vermis/qui tādem conuertitur in auē similem priori. Falsum est ergo q Moyses introduxerit in arcā de volucrib9 bina et bina: masculū et feminā. Hec obiectio facile soluitur/per hoc scilz q additur: iuxta genus suū. Ac si dixisset dominus ad Noe. Tu introduces in arcam de volucribus in quibus est masculus et femina: bina et bina. Sed si tantum alterum fuerit in sua spē: sicut in pposito: tūc introduces illū sexū qui fuerit. Fenix ergo nō fuit in arca in numero binario: qz in eius specie nō inuenit masculus et femina. Nec etiā i ea fuit mulus i se: sz i suis pricipijs: scz in eq et asino/siue i eq et asina/ q sūt eiusdē gnis cū mulo vl mula. ¶ Scōm dubium versatur circa illud verbū dñi ad noe: Tolles igit tecū ex omnibus escis que mandi possunt/ et cōportabis et c. Queritur ergo vtrum Noe fecerit puisionē intra arcam de carnibus pro illis animalibus aut auib9 que viuunt ex carnibus. Ad hoc dubium sufficienter responsum est in precedenti clausula sub tertio dubio. Nec video aliud esse addēdum nisi quod dicit Augustinus. Multa inquit animalia quibus caro est cibus: vigente fame et deficientibus carnibus vescuntur fructibus et pomis et maxime ficubus et castaneis. Nam omnibus cibis vesci cogit fames. Insuper nibil est quod deus suaue ac salubre facere nō possit. Potest etiam inmutare naturalē appetitum cuiuslibet viuentis. Et sic patz declaratio tertius et solutione precedentium dubiorum. Additur tamē vnum in fine quod facit ad magnam cōmendationē et laudem obedientie Noe/cū dr: Fecit igit Noe omnia que preceperat illi deus: et hoc rōnabiliter: qz ille nihil irrationabile precipit psal. Oia mādata tua eq̄tas. ¶ Moraliter arca est humana conscientia: de qua precipit nobis dominus dicēs: Ingredieris arcam: id est ppriā conscientiam/ et hoc tēpore et loco tu et filij tui: scilicet recolligendo teipsum vna cum sensibus tuis tam exterioribus q̄ interiorib9/ q̄ antea hincinde vagati sunt. Talis nēpe deuota et diligēs recollectio multū valet ad euitandū diluuiū eterne damnationis: et diuine offensionis. Ad quā etiam incitamur exēplo multiplici: videlicet militum qui se recolligunt ad sua fortalitia cū sentiunt se impares aduersarijs eos insequentibus. Itē exēplo vulpiū recolligentiū se intra foueas suas cū a canibus insequunt. Itē exēplo colūbaꝝ recolligentiū se intra colūbariū suū cū vident accipitrē desup volitantē vt eas rapiat. Uade et tu fac similiter cū insequeris a diabolo tentāte. ¶ Moraliter per hoc q dominus iussit aīalia pariter et volucres bina et bina introduci in arcā: datur itelligi q neqz viri cōtēplatiui neqz actiui q̄

designantur per aues ꝛ iumēta: neqꝫ similiter ecclesiastici atqꝫ laici q per predicta significantur/possunt intrare arcā celestem nisi sint bini et bini: scilꝫ ꝑ charitatē dei ꝛ proximi iuxta illud dn̄i verbū/ad adolescentē dicentis: Si vis ad vitam ingredi/serua mādata: scꝫ de dilectione dei et proximi. Matthei.xix. Uel nisi seruent precepta vtriusqꝫ tabule.

¶ Moraliter per hoc ꝙ dn̄s iussit Noe vt apponeret cibaria intra arcam tam ꝓ sustentatione sua q̄ ceterorū viuentium qui intraturi erant arcā cū eo: datur intelligi ꝙ q̄diu sumus in presenti seculo/ debemus premittere bona opera q̄ precedāt nos ante deum. psal. Opera tua precedent faciem tuā. Item Matth.vj. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Et Luce.xvj. Facite: inq̄t xp̄s vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis/ recipiant vos in eterna tabernacula. Qui ergo sustentāt pauperes ꝓpter xp̄m: premittunt cibaria sibi in celum.

¶ Allegorice. Baptismus est est tanq̄ alterū diluuiū: quia sicut diluuiū perdidit omnē carnem: sic ꝛ baptismus omnē culpam pariter ꝛ penā: vt ptꝫ de consecra. distin. iiij. per baptismū. Dicit etiā extra de diuortijs. c. gaudemus. ꝙ per baptismū crimina dimittuntur. Et idem habet in maiori volumine distin. xxvj. deinde. Precipue autē dictū sacramētum ꝑdit pctm̄ origiale. Hoc autē innuit in illis verbis dn̄i dicētis ad Noe. Ecce ego adducā aquas diluuij sup terrā. i. me instituturū ꝓ fiteor sub figura baptismi sacramētum per qd̄ interficiā. i. delebo omnē carnem. i. culpā originalē que in carne quodāmodo radicatur atqꝫ cū carne ab Adā descēdēte secūdū seminalē rationē ꝓpagatur. Ponit etiā tunc dn̄s deus fedus suum cū baptizato. Huiusmodi autē fedus est ꝙ pollicetur sibi daturū finaliter vitam eternam: dūmodo perseueret in gratia baptismali. Marci vlti. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fuerit: saluus erit.

¶ Mystice per arcam intra quā introducta sunt animalia et volatilia bina et bina: designatur virgo Maria: ꝑ cuius preces ꝛ merita transferūtur sui deuoti famuli in fine dierū de hoc mundo in celū. De qua figuratiue dicitur in sequētibus. viij. ca. ꝙ requieuit arca post diluuiū super montes armenie. Quia reuera virgo hec benedicta post presentis vite diluuium requieuit et adhuc requiescit ab oī labore in corpore scꝫ et anima sup montes armenie. i. sup oēs choros angeloꝝ ad celestia regna. Intra hanc igitur arcam requieuit christ⁹ q fuit binus: nō quidē in persona: sed in natura: quia simul deus ꝛ homo. Un̄ Athanasius in symbolo: sicut anima rationalis ꝛ caro vnus est homo: ita deus ꝛ homo vnus est christus. Uel dic ꝙ ꝑ animalia designatur caro xp̄i. Per volatilia vero aīa illius: que duo in vnitate diuini suppositi requieuerunt intra dictam arcam virginē. Ceterū intra d

etiam arcã fuit esca & potus p sustẽtatione & refectione chri fidelium qui sunt intra arcã ecclesie militantis. Ista autẽ esca et potus sunt illa duo de quibus christus Joã. vi. Caro mea vere est cibus/et sanguis meus vere est potus.

¶ Anagogice. Ista arca est ecclesia triũphans: de qua figuratiue dicit in sequẽti capitulo q arca ferebat sup aquas: quia reuera ecclia triũphans nõ plus subdit aquis tribulationum vite presentis: sed sup eas fertur. Unde canit ecclia illud qd legit Apoc. xxi. dicẽs Absterget deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctorum: et iam nõ erit amplius neq luctus/neq clamor: sz nec vllus dolor: qm priora transierũt. In hãc autem arcam iam introduxit christus maximã multitudinẽ animaliũ atq volatiliũ .i. actiuorũ & cõtẽplatiuorum: videlz in sua ascensione: qñ quidẽ ascẽdens in altum captiuã duxit captiuitatẽ. Est etiã intra dictam arcã optima prouisio delicatorũ ciborũ: iuxta illud xpi verbũ Luce. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo.

¶ Gen. vij. prima clausula.

¶ Dixitq dominus ad Noe. Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. Te enim vidi iustum corã me in generatione hac. Ex oib9 animãtib9 mundis tolles septena & septena/masculũ & feminã. De animantib9 vero immũdis duo et duo masculũ & feminã. Sed et de volatilib9 celi septena & septena/masculũ & feminã: vt saluet semẽ sup faciẽ vniuerse terre. Adhuc eñ & post dies septẽ ego pluam sup terrã. xl. dieb9/ et quadraginta noctib9: & delebo omnẽ substantiã quã feci de superficie terre. Fecit ergo Noe omnia que mãdauerat ei dñs. Eratq sexcẽtorũ annorũ qñ diluuij aque inundauerũt sup terrã. Et igressus est Noe & filij eius/vxor eius/& vxores filiorũ eius in arcam propter aquas diluuij. De animãtibus quoq mũdis & immũdis: & de volucribus/ & ex omni qd mouetur sup terrã/duo & duo ingressi sunt ad Noe in arcam masculus & femina: sicut precce perat dominus Noe.

¶ Historialiter. Postq in precedenti clausula q finem facit precedentis capituli/sanctus ille moyses egit de causa finali arce: hic consequenter agit de introducendis in arcã tam quo ad species q quo ad numerũ indiuiduorum singularum specierũ. Dicit ergo Moyses sic. Dixit dñs ad eũ: scilz Noe: Ingredere tu & oĩs dom9 tua in arcã .i. prepara te ad igressum. Nõ eñ tunc ingressus est sed post septẽ dies vt dr postea Sed illud facere dicimur saltem inchoatiue: ad qd nos cũ oĩ diligẽtia preparam9. Cõsequẽter autẽ assignat dñs causam cur decreuit Noe saluare a diluuio: cum ait: Te eñ vidi iustum corã me: nõ corã hoib9 solum/sicut hypocrite: in generatiõe hac: supple pessima.

Ad laudem nempe eius cessit. q fuerit iustus inter iniustos: et bonus inter malos. Deinde precipit dominus Noe in quo numero debeat introducere animātia terre: et volatilia celi intra arcam: ne totaliter pereant species rerū creatarū: sed aliqua de qualibet specie conseruētur: vt iterū post diluuium sup terrā multiplicētur. Ait ergo ei dñs. Ex oībus animātibus mūdis tolles septena et septena: masculum et feminā. De animātib⁹ vero immundis duo et duo rc.

¶ Queritur primo circa hūc textū que erant illa animalia que tunc reputabātur imūda de quibus Noe debebat tantū introducere in arcam duo et duo: maxime cū nihil sit p naturā immūdū. Unde ad Rom. xiiij. Oīa mūda mūdis. Respōdetur ad hoc conformiter ad magistrū in historia scholastica q Moyses in hoc loco vocat aīalia imūda q̄ erant immūda tpe suo: et q̄ lex mosaica vocat imuūda: cuiusmodi sunt cyrogrillus/ lepus/ sus/ siue porc⁹/ camel⁹ et sic de alijs de qb⁹ hr Leuit. xj. Alantia g hic dicūt mūda et immunda pro futuro: qr scilz distinguēda erant mūda ab immūdis per legē dandam tēpore Moysi. Uel vt dicit idem magister/ illa animātia tunc dicta sunt immunda: que etiā tunc naturaliter nō erant esui hominum apta. Et notanter dicitur naturaliter quia nulla animantia adhuc erant hoī ad edendū cōcessa.

¶ Aduertēdum tamen circa hoc conformiter ad de pal. et de lyra q iuxta testimonium hebreorū apud eos priusq̄ lex daretur Moysi/ fuit distictio animalium mundorū et immūdorū/ maxime q̄tum ad oblationem et sacrificiū: vt pz per illud qd dicit capitulo sequēti: vbi dicit q Noe postq̄ exiuit de arca/ edificauit altare dño: et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Unde et aliqua alia legalia seruata sunt ante legem: sicut de obseruatiōe sabbati: vt pz supra. ij. c. Item de phibitione esus sanguin: s: vt pz in sequētib⁹. ix. c. Itē de cirūcisione: vt pz infra. xvij. capitulo.

¶ Queritur secundo de sensu illorū verborū domini ad Noe Ex oībus animātibus mundis tolles septena et septena: de immundis vero duo et duo. Nunquid dñs voluit de mūdis animalibus. xiiij. cōseruari intra arcam: et de inmūdis. iiij? Uidetur q sic: quia verba videntur id sonare. Nam septena et septena faciunt. xiiij. Et similiter duo et duo faciunt. iiij. Hanc igitur partē tenet quidam postillator dict⁹ Andreas dicens de cunctis animalibus mundis intrasse in arcam xiiij. scilz. vij. masculos: et. vij. femellas. Alij autē dicunt q de animalibus mūdis introierūt tantū. vij. indiuidua. et similiter de auibus sex ad multiplicationē speciei: scz tres masculi et tres femelle. Septimū autem fuit masculus qui supaditus fuit a domio: vt Noe haberet quod illi offerret in exitu de arca. Sed hunc modum

dicendi reprobat idē Andre=
as tanq̄ cōtrarium textui vbi
dicitur q̄ ex omi qd mouetur
super terrā duo ꝛ duo ingres=
sa sunt ad Noe in arcam. Dein
de postea. Et que igressa sunt
masculus ꝛ femina ex omi car
ne introierūt. Ex quibus ver=
bis patꝫ manifeste q̄ ex dei or
dinatiōe animalia ꝛ similiter
volucres que introierūt in ar
cam fuerunt combinata: vi=
delicet singuli masculi cū sin=
gulis femellis. Hoc autē fieri
non potuisset si fuissent in nu=
mero impari: videlꝫ. vii. Igi=
tur tenendum est secundū istū
Andream q̄ fuerunt in nume
ro pari: videlꝫ. xiiij. Qd autē
aduersarij dicunt q̄ tantū fue
runt. vij. quorū sex adinuicem
cōbinata sunt ad multiplican
dum fetum: septimū autē re=
seruatū est ad offerendum do
mino post cessationem diluuij:
hoc inquit Andreas non fuit
necesse: quia potuit aliunde
offerre Noe sacrificium domi=
no: videlꝫ de fetibus procrea=
tis in arca. Sed huic dicto ob
stat verbum rabysalo. ꝛ aliorū
hebreorum dicentiū q̄ in arca
non fuit coitus hominū neq̄
iumentorū siue etiā auium: et
hoc propter vniuersalem tri=
bulationē mundi. Harum igit
opinionum cuius quelibet sit
defensabilis ꝓbabilis: scōa tn̄
que ponit de mundis animan=
tibus tantum septem intrasse
arcā: videtur ꝓbabilior. Ali=
as arca fuissꝫ nimiū occupata
si de mundis intrassent. xiiij.
Item inter omnes species mū
dorum animantiū videtur spe
cies humana multo prestātior
cuius etiā multiplicatio erat
a deo principaliter intēta. Et
tn̄ de ea nō fuerūt seruata nisi
viij. indiuidua: scꝫ. iiij. mascu=
li: et. iiij. femelle. Igit falsum
est q̄ de alijs speciebꝰ fuerint
seruata. xiiij. idiuidua. Nec ob
stat verbū dn̄i ad Noe dicētis.
Tolles de mūdis septena ꝛ se=
ptena. Per hoc em̄ nō potest
cōcludi q̄ fuerint. xiiij. indiui
dua de qualibet specie mūdo=
rū animantiū: qꝛ eadē ratio=
ne sequeret q̄ fuissent. iiij. in=
diuidua de qualibet specie im
mūdorū animātiū: qꝛ de oībꝰ
gn̄alit̄ dr̄ bina ꝛ bina. Dicēdū
ergo resolutorie cū hebreis q̄
tantū septē indiuidua de mū=
dis intrauerūt arcā. Istud cō
firmatur ꝑ rabysalo. cuius di=
cta recitantur in dicta glo. or
di. Nō geminatū inquit septe=
nariū. i. xiiij. sed tm̄. vij. debe=
mus accipe. Similiter duo et
duo: nō. iiij. sed duo tm̄: mascu
lū ꝛ feminā. Itē beda. Qd ait
Moyses: Septena et septena:
nō in singulis generibꝰ bis se=
ptena: sed solū. vij. tolli vult: e
quibus vnū qd ꝑ paribꝰ supere=
rat: post diluuiū deo posset of=
ferri. Septena autē ꝛ septena
dicit ꝓpter mixta aīantiū gn̄a
que hoc erāt numero ꝯprehē=
denda. Silr̄ q̄ ait: duo ꝛ duo:
nō bina ꝛ bina in vno quolibet
genere animātiū inmūdorū:
sed duo tantūmodo masculum
designat ꝛ feminā. Dicit autē
duo ꝛ duo: eo q̄ in pluribꝰ ani=
mantiū generibus eadē paria
essent accipienda.

¶ Querit tertio q̄re aīantia
mūda itroducta sunt in arcā
sub septenario nūero: inmunda

vero sub binario tantū. Respō det August. q plura ponūtur de mundis q̄ de immūdis: vt plura essent que hominib⁹ p̄dessent q̄ que obessent. Uel secundū rabanum dicendum q ita ordinauit dominus vt Noe egressus de arca vltra conseruationem specierū animaliū haberet qd̄ immolaret: et qd̄ manducaret. Unde postquam egressus est de arca / stati immolauit domino: vt legitur in sequenti capitulo. Insuper et tunc accepit licentiam a dn̄o carnes comedendi.

¶ Queritur quarto / q̄liter animalia et signāter indomita / similiter et volatilia / introducta sunt in arcam. Respondet ad hoc Petrus comestor q addu cta sunt nutu diuino / et angelorum ministerio: eo scz modo q̄ olim corui afferebant Helie cōmoranti in deserto panem et carnes / etiam bis in die / vt legitur .iij. Regū. xvij. Eo etiam mō quo dn̄s formatis vniuersis animantibus terre / atq; volatilib⁹ celi / adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea. supra .ij. c. Legimus etiam frequēter in historijs sanctorū animalia inmitia atq; volatilia celi obediuisse viris sanctis. Unde legit̄ in vitis patrum de quodā discipulo Pauli primi eremite qui dicebat̄ Jo. q ad preceptū dicti magistri sui accessit ad speluncā leene pessime atq; crudelissime: quam sic est allocut⁹. Accede ad me quia abbas me⁹ dixit mihi vt ligem te: et ducā ad eum. Quo audito / illa patienter tulit vt illi funem ad collum ligaret: et ad patrē suū Paulū duceret.

¶ Queritur quinto quare dn̄s precepit Noe vt inferret intra arcam animātia immunda: et nō potius pmisit ea totaliter deleri per aquas diluuij: maxime cū ad nullos bonos vsus sint propitia: quinimo valde nociua: sicut patet de serpētibus et similibus bestijs venenosis. Responsio. eadē questio fieri posset cur dn̄s primit⁹ produxerit huiusmodi animātia immūda. Et ideo dicēdum q ita fecit quia voluit. Nec vlterius inquirēdum est quare ita voluit: eo q diuine voluntatis nō possum⁹ assignare causam ex parte sui. Nihilominus q̄tū est ex parte nostra / possum⁹ dicere q dn̄s noluit perdere totaliter animātia immūda per diluuiū: sed bina et bina reseruare: vt essēt semp homini in penā post peccatū. Quinimo si status innocētie stetisset: similiter fuissent et fuerunt q̄diu status ille stetit: sed non tanq̄ noxia: vt dicit Petrus comestor. Uoluit nēpe creator oīm talia immūda et horribilia humano aspectui pducere et esse: vt ex eorū aspectu assurgat homo in amorē et laudē sui creatoris: qui eum cū nihil esset fecit tam pulchrā et elegantem creaturā respectu taliū. Sapiētie. xiij. A magnitudie em̄ speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri.

¶ Queritur sexto iuxta illud verbū. Adhuc em̄ et post dies vij. ego pluā sup terrā. xl. diebus et. xl. noctibus: et delebo omnē substātiam quā feci et c̄.

Cur dñs tam sepe cõminatus est diluuiũ: nunc quidem a lõge: nũc de prope? A lõge quidem vt patuit in precedẽti capitulo cum ait: Non pmanebit spiritus meus in hõie in eternum / qz caro est. Eruntq3 dies illius centũ viginti annorum. Quod intelligit de annis mundi vsq3 ad diluuiũ / 7 nõ de annis humane vite / vt s. dictum est. Item postea: Delebo (inqt dñs) hominẽ quẽ creaui a facie terre: ab homine vsq3 ad animantia / a reptili vsq3 ad volucres celi. Iterum postea. Finis (inquit idem dñs de⁹) vniuerse carnis venit coram me. Repleta ẽ terra iniqtate a facie eorum: 7 ego disperdã eos cum terra. Item ad noe inqt: Fac tibi arcam de lignis leuigatis / vt in ea supple saluẽris contra impetum aquarũ diluuij. Iterũ idem ad eundẽ noe: Ecce ego (inquit) adducam aquas diluuij super terram / vt interficiam omnem carnem in qua est spiritus vite subter celum: et vniuersa que in terra sunt consument. Ecce quomodo a longe cõminatus est dñs diluuium. Postremo cõminatus est ipm de prope / scil3 per septẽ dies priusq3 ipsum execucioni demandaret / vt patet ex verbis pdictis. Ex qua re possumus cognoscere q3 pie 7 misericorditer se habuerit dñs in perditione hominũ per dictum diluuiũ. Nõ enim statim prorupit in vindictã 3 humanam carnẽ / sed valde lẽte. Dissimulabat nempe peccata hominũ propter pñiam. i. expectans vt faceret pñiam. Tãdẽ autẽ vidẽs q3 nedũ pñiam nõ agerent: verũ etiã in dies deteriores fierent: executus est mirabiliter quod prius cõminatus fuerat frequenter.

¶ Sic 7 adhuc hodie agit pijssimus dominus erga miseros 7 obstinatos peccatores: iuxta illd Esa. xxx. Expectat dñs vt misereatur vestri. Ue autẽ illis qui faciunt talẽ ac tantum dñm diu 7 forsan vsq3 ad mortem expectare. Unde August. ad fratres in eremo: ser. lvij. Nolite (inquit) negligere fratres q3 vos pius de⁹ 7 domin⁹ peccantes sustineat: quia q3to diuti⁹ expectat vt emẽdetis: tanto graui⁹ dãnabit si neglexeritis. Hec ille. Huic aũt sententie alludit verbum Ualerii maximi lib. j. c. de neglecta religione: ita inquiẽtis: Lẽto q3dem gradu ad vindictã sui diuina procedit ira: tarditatẽq3 sui: grauitate cõpensat supplicij. Nota historiã in sermonibus discipli de Hudone epo magũtinẽsi / lubrico viro. Cui cum dictum fuisset a dño. Fac finẽ ludo: qz satis lusisti de me hudo. Illeq3 noluisset desistere a pctis: tandem terribili et inaudita morte iterijt. Hodie igitur vos miseri pctõres si vocem dñi audieritis / nolite obdurare corda vestra / ne tandẽ pereatis cum his qui per diluuium pierunt: sed satagite intrare cum Noe arcam pñie.

¶ Moraliter: Noe est paterfamilias: q3 ad tardius debet intrare arcã penitentie 7 sacramentalis cõfessionis tempore quadragesime / 7 ad idẽ inducere familiam suã / 7 signãter

adultā/ vt digna efficiatur sacra cōmunione corporis Christi in die sancto pasche: cōformiter ad decretalem: omnis vtriusq; sex⁹. de pe. ꝛ re. Per hoc autem ꝙ cū noe ꝛ familia sua pariter introierunt in arcam animantia mūda ꝛ immūda/ designatur ꝙ ad ꝯfessionē quadragesimalē obligant iusti ꝛ peccatores. Justi quidem ꝓpter generale statutum obseruādū/ aut saltē se representent coram ordinario/ vt alijs placet: ꝛ hoc intelligēdum de adultis. Peccatores vero ꝛ immundi ꝓpter necessitatē absolutionis consequende a ministro ecclesie: per quā efficiuntur mūdi/ supposito debito dolore cordis de peccatis. Insuper per hoc ꝙ quedā animalia ingressa sūt septena ꝛ septena in arcā: alia vero duo et duo: designatur illa effrenata insolentia nōnullorum vtriusq; sexus qui circa finē quadragesime per turmas se offerunt corā sacerdotibus petentes cōfiteri: cōtendētes quis primo audietur. In quo facto non modicā irreuerentiā exhibēt sacramēto confessionis: ad quod tamē nō nisi cū magna grauitate ꝛ recollectione atq; reuerentia accedendum est.

¶ Allegorice. Arca est ecclesia catholica: de q̄ dicit dn̄s cuilibet salutē poscenti: ingredere in arcam: quia vt habet ex̄ de summa tri. ꝛ fid. ca. c. firmiter. Una est fideliū vniuersalis ecclesia: extra quā null⁹ omnino saluat. Itē. xxiiij. q. j. quoniam vetus. dicit Hiero. ꝙ quicūq; in arca Noe nō fuerit: peribit regnante diluuio. In hac autē arca sūt animalia ꝛ aues. Per animalia intelligūt laici. Per aues vero clerici. Et iterū inter ꝑdicta aīalia/ quedā sunt munda/ ꝑ vite puritatē: q̄dam vero immunda/ ꝑ malā operationē. Itidē sentiendū de auibus. Hinc Chrysosto. ꝛ recitat distic. xl. multi. Multi (inquit) sunt sacerdotes/ ꝛ pauci sacerdotes. Multi in noīe: pauci in re. Intra arcā plura erāt animalia mūda q̄ immūda. Sed prohdolor totū oppositum est de multitudine christianoꝝ q̄ per baptismū intrauerunt arcam ecclesie. Nā inter eos plures sunt immūdi per culpā/ q̄ mūdi per gratiā. Hinc Greg. homil. xxxviij. Arca (inq̄t) diluuij que ꝑsentis ecclīe typū gessit/ ampla in iferiorib⁹: angusta autē in superiorib⁹ fuit: ita vt ad vnius cubiti mensuram excreuerit. Inferius q̄ppe quadrupedia atq; reptilia: Superi⁹ vero aues ꝛ homines habebat. Ibi lata extitit: vbi aīalia quadrupedia et bestias habuit. Ibi vero angusta vbi hoīes seruauit. Quia nimirū sancta ecclīa in carnalib⁹ ampla est/ in spiritalib⁹ vero angusta. Ubi enim bestiales hominū mores tolerat: ibi latius sinum laxat. Ubi autē eos habet qui spiritali rōne suffulti sunt: illic q̄dem ad summū ducitur. Lata (inquit Christus Matth. vij.) est via q̄ ducit ad perditionē/ ꝛ multi sunt q̄ vadūt per eam. Et per oppositū angusta est que ducit ad vitā: et pauci sunt qui inueniūt eā. Hec Gregorius.

¶ Anagogice. Arca est celũs de qua dicet cuilibet electo in die iudicij: ingredere in arcã. Hoc aũt erit quãdo Christ⁹ electis dicet illud Matth.xxv. Uenite benedicti.&c. Per animantia vero mũda & immũda intelligũtur angeli boni & mali. Qui qdem mali in dicta arca nõq̃ fuerunt: sed statim inde eiecti, dicente dño: Nõ habitabit i medio dom⁹ mee qui facit supbiam. Uerũ de tota illa multitudine plures fuerũt mundi q̃ immũdi.i. plures boni q̃ mali. Et hoc significatur per hoc q̃ aĩalia mũda q̃ erãt intra arcã, erãt in septenario numero: vbi tamẽ immũda erant tãtũ in binario numero. Hinc Jo. Apoc.xij. dicit draconem trñ traxisse secũ tertiã partem stellarũ.i.angelorum. Relique ergo alie due partes remanserũt in celo. Propter qd ipi boni angeli merito possunt dicere illud verbũ Helisei. iiij. Regũ. vj. Plures sunt nobiscum q̃ cum illis, sc3 malis angelis.

¶ Sed quia forsan aliqb⁹ posset videri ridiculosum dicere angelos p animãtia designari: ideo dimissis animantibus transferamus nos ad volatilia celi: de qbus precepit dñs noe vt de illis introduceret intra arcam septena & septena. Per volatilia ĝ celi designãt angeli. In cuius rei signũ Ezec.x. &.xj.c. dicit se vidisse cherubin cum alis. Unde & angeli cũ alis depingũtur. De hmõi ĝ volatilibus voluit dñs septena & septena que mũda erãt, reponi intra arcã. Hoc autem fuit quando angelos bonos statuit in celo ppetuo mãsuros. Que autem immũda inuenta sunt per culpam: quãuis prius ibi essent: quia ibi creati: inde tamẽ irremediabiliter eiecti sunt.

¶ Secunda clausula.

¶ Cumq̃ trãsissent septẽ dies: aque diluuij inundauerũt super terram. Anno sexcẽtesimo vite Noe, mẽse secundo: septimodecimo die mẽsis rupti sunt oẽs fontes abyssi magne: & cataracte celi apte sunt, et facta est pluuia super terram.xl. diebus &.xl. noctibus.

¶ Historialiter. Postq̃ legislator Moyses in precedẽti clausula egit de introducendis in arcam tam quo ad species q̃ quo ad numerum: quia de mũdis septena et septena: de immundis vero duo et duo: hic cõsequenter agit de executione atq̃ consummatione diluuij: quod prius frequẽter cõminatus fuerat dñs, vt ostensum fuit in precedenti clausula: in solutione ad sextum dubium. Dicit ĝ Moyses: Cumq̃ transissent septẽ dies: de quibus dixerat dominus in precedenti clausula: Adhuc enim & post septẽ dies ego pluam super terram.xl. diebus. &c. De istis septem diebus dicũt Hebrei q̃ fuerunt septem dies luctus Mathusalem: qui p tantum tempus mortuus est ante diluuiũ. Propter cuius honorem, quia iustus erat, deus sua peraddidit ad terminum prefixatum illos septem dies.

Transactis ergo predictis se=
ptem diebus secuta est diluuij
executio: quia vt dicit moyses
aque diluuij inundauerũt sup
terram. De qua quidem inun=
datione notat moyses annum/
mensem/diem.

¶ Primo qdem annũ cũ ait:
Anno sexcentesimo vite Noe.
Ponitur autẽ hic eius etas vt
ostẽdatur tempus fabricatio=
nis arce cõpletum. Erat enim
quingentorũ annorum quãdo
cepit edificare arcã / et cente=
simo factũ fuit diluuium. Ex
quo patet ꝙ posuit cẽtum an=
nos in dicta fabricatiõe arce.
Currebat autem tũc annus a
constitutione mundi secundũ
Josephũ. MMDLvj.

¶ Secundo Moyses de dicto
diluuio notat mẽsem cũ dicit
ꝙ mense secũdo: sed tamẽ non
exprimit nomen mẽsis. Circa
hoc ergo est duplex opinio a=
pud hebreos secũdũ ꝙ aliter
⁊ aliter assignat̃ ĩchoatio an=
ni. Nam qdam ponũt inchoa=
tionẽ anni cõsistere in Septẽ=
bri: in quo arbores sunt perfe=
cte in suis fructibus: qꝛ sic ꝓ=
ducte sunt a pricipio. Quia er
go mundus videt̃ fuisse crea=
tus in isto mense: dicũt ipsum
esse ꝑmũ simpl'r in anno: qꝛ in
principio inceperũt anni ⁊ mẽ
ses. Sic ergo secundũ istam o=
pinionem diluuiũ inchoatum
est in mẽse Octobri: cũ sit secũ
dus post Septembrẽ. Alij au=
tem hebrei dicũt annũ incipe
in martio. Cũ ḡ secũdus men=
sis post Martium sit Aprilis/
cõsequẽs est dicere diluuium
inchoasse in Apli. Dicit tamẽ
de lyra ꝙ. Marti⁹ hebreorum
qñqꝫ ꝯcurrit cum apli nr̃o. Et
ideo inqt aliq doctores nostri
dicũt ꝙ aplis est prim⁹ mẽsis
apud hebreos. Harũ autẽ opi
nionũ prima que dt septẽbrem
esse primũ mẽsem anni / apd he
breos communius tenet̃ / vt di
cit predictus de lyra: silr ⁊ de
pal. Et ad aliã opinionẽ dicen
dũ ꝙ aliqd põt dici primũ nõ
quidẽ simpl'r / sed ꝑm qd .i. ꝓ=
pter aliquẽ notabilẽ euẽtum.
Unde. j. Macc. j. legit̃ ꝙ prim⁹
annus regni grecorũ noiatur
ab alexãdro: ⁊ hoc ꝓpter egre
gia facta eiusdẽ: ⁊ tamen ante
eũ fuerũt plures reges in gre
cia. ita etiã in ꝓposito dici po
test de martio apud hebreos:
Cũ quo stat ꝙ apud eos septẽ
ber sit ꝑm⁹ mẽsis simpl'r. Se=
cundũ quid autẽ martius / vcꝫ
propter exitũ ipsorũ hebreoꝝ
de terra egypti: qui fact⁹ est
in illo mẽse. Et hoc videt̃ sona
re litera Exod. xij. ita dicens.
Dixitqꝫ dñs ad Moysen. Men
sis iste erit vobis principiũ et
primus oĩm mẽsiũ anni. Ac si
aperte diceret: Lꝫ de ꝑterito
nõ fuerit primus noiatus: de
cetero tamen prim⁹ noiabitur
propter causam predictam.

¶ Tertio Moyses notat d di=
cto diluuio diẽ q incepit inun
dare cum ait: decimoseptimo
die. Exprimit ergo qtus esset
tunc dies mensis: sed nõ expri
mit qlis esset in se / an scꝫ esset
dies ille quẽ dñicã vocamus /
vel alius inter septẽ. Quid au
tẽ sit circa hoc tenendũ / nihil
reperi. Potest tamẽ ꝓbabilit̃
dici ꝙ tũc esset dies quẽ dñi=
cam appellamus / q multis pri
uilegijs dotatus est. Nã vt ha

betur in decretis. distin.lxxv. q dic. In ipso mūdus sumpsit exordium/ et p resurrectionem Christi vita accepit principiū. Et breuiter vt dicit ibi leo pa pa/ quicquid a dño est insigne cōstitutū: in huius diei dignitate est gestū. Itē nonulli opinātur mundū finē accepturū ipso die dñico/: vt illo die finatur quo incepit/ et sic vltima correspōdeant primis. Probabile ergo est q etiam eodē die mundus perierit p diluuium/ excepti his qui in arca ex dei ordinatione saluati sunt. Patet ergo quoto anno/ mense/ et die factum est diluuium.

¶ Seqtur: Rupti sunt omnes fontes abyssi magne/ scilz anno/ mense/ et die vt s. Sic autē loqtur Moyses ad ostendēdū hmōi diluuium nō processisse ex causa naturali/ sed supnaturali. Illi ergo deridendi sunt vt inqt de Pal. pariter et de lyra: qui volunt assignare causam naturalē hmōi diluuij: dicentes q causa fuit cōiunctio planetarū humidorꝝ in signis pluuialibus: ex qua ꝯiunctione dicūt factū fuisse diluuiū. Et eodē modo volūt assignare causam incēdij futuri ante iudiciū generale/ scilicet propter cōiunctionē planetarum calidorꝝ in signis calidis. Sed hmōi astrologi i hoc excedūt metas suas. Licet enim diluuium particulare in aliq parte terre causam habeat naturalē: generale tñ diluuiū: maxime in tanto excessu q.xv. cubitis transcēdit cacumina mōtium: nō potest naturalr euenire. Unde et philosophus scdo meteororum dicit q cū vna pars terre que pri⁹ fuit arida operitur mari: tunc alia pars in alia regione vbi erat mare: discooperitur/ et fit arida. Sz q tota terra simul cooperiatur aquis/ impossibile videtur secundū eūdē philosophū. Nec aliqua virtute naturali potest tantū de alijs elemētis cōuerti in aquam q excedat altissimos montes: maxime in tanta altitudine: prout factum est tpe diluuij gñalis. Sepe ergo fallunt et fallūtur astrologi in suis diffinitionibus: sicut factū est ante duos ānos. Nā anno dñi millesimo quingētesimo vigesimotertio: die vero secunda Februarij: fama/ mosissimū erat p vniuersam galliā iuxta pronosticationē aliquorū astrologorū diluuiū inundaturū circa diuersas partes et ciuitates dicte gallie: pariter et nōnullarum aliarū circūadiacētium regionum. Propter quam causam multi timentes vite sue disposuerūt de conscientijs suis per sacramentalē confessionem. Et tamen in effectu nihil secutum est nisi grandis egestas segetū per totū annum sequentē: quā nři galli vocabāt diluuiū bonorū tēporaliū. Ecce q̄ fallax est scientia astrologorum.

¶ Sequitur. Et cataracte celi aperte sūt. i. fenestre. Et nota q hic loquitur Moyses metaphorice. Nec loqt hic moyses de celo stellato: sed de celo aereo vbi generantur nubes et pluuie. Circa qđ notādū fm de palu. q cataracta: cataracte: est via subterranea p quā

discurrit aqua: q alio noīe vocat vena terre. Ad ostēdendū g mirabilē aquarū inundationē dicit Moyses supra ruptos fuisse fōtes abyssi magne. i. viscerū terre: q initiū habēt oceanū: quē hic vocat abyssum magnā: de qua etiā dicit q rupta est / ad ostendēdū q tūc nō fluebat consueto more / sed magis supnaturali: deo eam sic mouēte vt repētina inūdatione terrā operiret. Alij autem dicunt q cataracte sunt ostia nili quib⁹ diuidit in diuersas partes. Transfert aūt hoc nomē ad nubes / vel discursus pluuiarū / siue ad tonitrua: sm papiam. Unde cataracte in ppositio sunt nubes apte: vt inde insolite atq abūdātiores pluuie fundātur. Nota etiā q ruptura aquarū in proposito / nō est aliud nisi remotio legis earū. Scribit eñ Prouerb. viij. de sapiētia diuina q circūdabat mari terminū suū / et legē ponebat aquis ne transirēt fines suos. Et silr apertio cataractarū nō est aliud q resolutio facta vaporū ex qb⁹ pluuie generantur in aere: q hic celi nomine designat. Patet ergo q abūdās fuit hmōi aquarū inundatio. Fuit etiā valde continua: quia facta est pluuia. xl. dieb⁹ et. xl. noctib⁹: vt habet in textu. Nusq eñ tam abūdans cōtinua legit extitisse pluuia.

¶ Circa hanc autem clausulā possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primū igit dubiū tale est. Cur dñs voluit de hoībus introduci intra arcā octo personas: maxime cū de ceteris animantibus atq volatilibus ad plus voluerit tantū septē introduci? Ad hoc dicēdū q cū homo sit dignissima omnium creaturarum inferioꝝ: nō debuerunt hoīes in pauciori numero illic introduci q cetere creature mundi. Et qz hoīes nō prosunt ad escā: nec silr ad oblationem vt pleraq aīantia et volatilia: sed solum ad cōseruandā et multiplicādā speciē humanā per viā generatiōis: cōsequens est dicere q debuerunt esse in numero pari.

¶ Secundū dubiū. Cur dñs potius deleuit mundū per aquā q per ignem: sicut in fine seculi ipsum deletur⁹ est? Ratio huius est: qz prima perditio mundi facta est ppter immundiciā carnalē que tūc maxime abūdabat: adeo q omnis caro corruperat viā suā super terrā. Et ideo debuit per aquā: q apta est ad abstergēdū sordes: deleri. Et qz circa finē seculi refrigescet charitas mltoꝝ: vt dicitur Mat. xxiiij. ideo conueniēs est vt tūc purgetur per ignem mundus.

¶ Tertium dubiū. Quid agebat Noe in illis septem dieb⁹ qui precesserunt inundationē diluuij? Dicendū q erat multum impeditus: vtpote circa prouisionem alimentoꝝ congruoꝝ animantib⁹ terre: atq volatilib⁹ celi iuxta genus suū que recludēda erant intra arcā: quam quidē prouisionem tunc reponebat intra arcam: vt inde sustentarent toto tempore diluuij. Reponebat etiā ibi tunc cibaria sibi et familie sue necessaria pro dicto tēpore. Et idem dicendū de potu

tam pro se et suorū: q̄ etiam ceterorum viuentiū que ibi recludenda erant. Non enī veri simile est q̄ tā hoīes q̄ aīantia in arca abstinerēt a potu. Nec etiā vtebant aquis diluuij: eo q̄ salse erant: qz de mari oceano q̄d salsum est emanauerant: vt supra dictū est. Denique disponebat māsiunculas et tristegas arce. Tunc etiā nutu diuino accedebant ad arcā diuersa aīantia et volatilia: q̄ iuxta genus suum ille collocabat. Et preter hec omnia predicabat populo dure ceruicis penitētiā: predicēs illis diluuiū de prope imminere: forsan sub his verbis. Nisi penitētiā habueritis: oēs cito peribitis. At illi subsannabāt virum dei. Preterea hec oīa occupabat tunc tēporis p̄dictus Noe vna cū familia sua circa luctū et plāctū recētis mortis Mathusalem de quo dictū est supra. Peractis igitur oībus predictis per dies septē: tādē die octauo q̄ erat .xvij. mēsis: mane facto vltimus ingressus est Noe in arcā: et stātim clausit ostium dn̄s: et secutū est diluuium.

¶ Moraliter mirabilis aq̄rū diluuij abundantia: que etiā maxima fuit intensiue et extēsiue: intēsiue quidē qz rupti sunt omnes fontes abyssi magne: extēsiue vero qz durauit xl. diebus et totidē noctibus: insuper qz cooperuit vniuersam superficiem terre: talis inquā aquarū inundantia designat illam ingentē multitudinem lachrymarū quas debet verus penitēs ex fundo cordis p̄ oculos corporis emittere pro delectione commissarum culparum: et precipue tēpore q̄dragesime: q̄d est tēpus luctus. In cuius rei signū nuptie nō sunt ī eo celebrande: vt p3 .xxxiij. q. iiij. nec vxorē. et tribus ca. precedētibus. Ad huiuscemodi ergo diluuiū aquarū multarum admonet scriptura vnūquēque pctōrē/ dicēs ei illud Hiere. vj. Luctum vnigeniti fac tibi plāctū amarū. Talis aūt erat ille qui dicebat ad dn̄m. Exitus aq̄rū deduxerūt oculi mei: qz non custodierūt legē tuā. Talis etiā erat rex ille Ezechias: qui cōuertēs faciē ad pietē fleuit amare. Esa. xxxviij. itē. iiij. Re. xx. Talis denique erat Petrus: qui fleuit amare: eo q̄ negasset magistrū suum. Mat. xxvj. Talis insuper fuit illa peccatrix Magdalena: que ad pedes xpi prostrata tā abundantes lachrymas fudit q̄ inde lauit pedes ipsius. Lu. vij. Sz forsan dices q̄ libenter fleres pctā tua instar priorū: sed nō potes. Agnosce ergo hoc donū dei esse: et dic ei cū illa muliere samaritana. Dn̄e da mihi hāc aquā. Audi ps. dicētē. Dn̄s diluuiū: supple lachrymarū: ī habitare facit. Istō igit ē diluuiū illō de q̄ idē dn̄s ait Eze. xxxvj. Effūdā sup vos aquā mūdā: et mūdabimini ab oībus inquinamentis vestris. Ecce ergo pluuia q̄ dz fieri xl. diebus et xl. noctibus. i. tempore quadragesimali.

¶ Sed quid est q̄ ait Moyses dicens. Cumque transissent septem dies: aque diluuij inundauerunt super terram? Quidnā in p̄posito desi

gnant septē dies precessuri di luuiū aquarū lachrymarum? Profecto significāt septē req̄sita ad verā cordis cōtritionē cōformiter ad septē dies natu rales. Primus igitur dies qui vocatur dñica scdm modernū vsum: olim autem dicebatur dies solis: significat peccati recognitionē: scz q̄ vile sit et nephandū. Talis nempe reco gnitio disponit ad verā cōtri tionem: ꝛ peccati desertionē: iuxta illud Naū.iij. Omnis q̄ viderit te: resiliet ate. Secun dus dies qui vocatur dies lu ne: significat pietatē ad pau peres. Luna nēpe est humida: ꝛ nutrix humiditatis: et ideo recte designat misericordiam ꝛ pietatem ad egenos. Qd au tē hec pietas disponat ad pec catorū remissionē impetrādā a dño: ptz per illud xpi verbū Matt.v. Beati inquit miseri cordes: qm̄ ipsi mīam cōseq̄n ter. Tertius dies qui vocatur martis: significat virtutē for titudinis. Mars enim qui est planeta feruētissimus: ꝓpter qd vocatur a poetis de⁹ belli: designat virtutē fortitudinis ꝛ magnanimitatis: q̄ cōsistit i resistēdo tētationib⁹ diaboli: scdm ꝙ nos admonet dñs di cēs. Estote fortes in bello: et pugnate cū antiquo serpēte. Item de sanctis dei amicis dr Heb.xi. ꝙ fortes facti sunt in bello. Quart⁹ dies qui vocať Mercuri⁹: significat virtutē humilitatis. Est em̄ Mercu rius planeta valde mutabilis: adeo ꝙ cōformať oībus aliis planetis quib⁹ cōtingit ipsum cōiungi. Sic ꝛ verus humilis scit cū oībus bn̄ cōuersari: vcz cū superiorib⁹: inferiorib⁹: ae ꝙ equalib⁹. Quint⁹ dies q̄ vo catur Iouis: significat chari tatē. Est em̄ iupiter planeta valde beneuol⁹. Et ideo recte significat amicitiā ꝛ charita tem: que adeo beneuola est vt etiā iuuet inimicū: ſm ꝙ xp̄s precipit Mat.v. dicēs. Diligi te inimicos vros: bn̄facite ijs qui oderūt vos: ꝛ orate ꝓ ꝑ sequētib⁹ ꝛ calūniantib⁹ vos. Sext⁹ dies qui vocať veneris designat virtutē clemētie et benignitatis. Est enim venus planeta benign⁹ ꝛ clemēs. Et ideo recte designat predictā virtutē clemētie: per quā q̄s scit clemēter ꝛ pacifice cōuer sari absq̄ offensa cū oībus tā bonis q̄m malis. Septim⁹ dies q̄ vocať dies sabbati: signifi cat virtutē liberalitatis. Sab batū enim a saturno dr siue a saturando. Et ideo recte desi gnat predictā virtutē liberali tatis: que saturat indigētes: illis cōicando sua. Ad ꝓposi tū ergo descendētes dicimus ꝙ postq̄ transierūt septē pre dicti dies in hoīe volēte desi stere a pctis: proculdubio sta tim sequiť diluuiū aq̄rū mul tarū vere cōtritionis ꝛ dolo ris de pctis. Per quod q̄dē di luuiū delebuntur oīa pctā.

¶ Allegorice ꝛ prio septē di esſūt septē mūdi etates. Qui b⁹ pactis sequeť terribile dilu uiū dissipās oēs carnē: ꝑ qd i telligiť vltimū et finale iudi ciū. Precedēs q̄dē diluuiū fa ctū est ꝑ aquā: sz futurū fiet ꝑ ignē: vt dictū est supra. Psal. Ignis āte ipm: scz iudicē xp̄z

precedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius. In dicto etiam iudicio erit diluuiū aquarum multarū: per qđ possum⁹ intelligere abūdantiā lachrymarū et planctuū quos faciēt sup se reprobi q a sinistris xpi erūt cū audient eū illos increpātē: et dicētē illud Mat.xxv. Esuriui: et non dedistis mihi māducare. sitiui: et nō dedistis mihi bibere etc. Unde Matth. xxiiij. Plangēt oēs tribus terre cū viderint filiū hoīs venientē in nubib⁹ celi. Merito ergo quilibet reprobus pōt dicere illđ Mich.j. Plāgā et vlulabo: scʒ in die iudicij: vadā spoliat⁹ et nud⁹. Faciā planctū velut draconū: et luctū q̄si struthionū. Sed nō obstāte ploratu luctu atq vlulatu dictorū reproborū: illi tamē miam nō cōsequentur tūc a dño: iuxta illud ps. Uerūtamen in diluuio aquarū multarū ad eū nō approximabunt.

¶ Allegorice et scđo. Per septē dies intelligit totū illud tēpus qđ precessit filij dei incarnationē. Quib⁹ qdē dieb⁹ peractis: anno a cōstitutione mundi cētesimo nonagesimo nono supra quinq milia: et hoc fʒ maiorē cōputationē quam insequunt septuaginta interpretes: sīlr et Beda: prout refert btūs Anto.iiij. pte summe sue. tit.xv.ca.ix.§.iiij.xxv. die mēsis Martij rupti sūt fōtes abyssi magne / insuper et cataracte celi apte sunt: qñ qdem descendit de celis deus a patre genitus: introiuit in vterum virginis: nobis vt appareret visibilis indutus carne humana a protoparente edita: et exiuit per clausam portā dei et homo cōditor mūdi. Et hoc est quod orabat Esa.xlv. dicēs Rorate celi desuper: et nubes pluant iustū. Insuper tunc facta est pluuia magna sup terrā .i. abundantia omniū gratiarū et virtutū. Precipue autē super illam terrā de qua in ps. Benedixisti dñe terrā tuā .i. mariā virginē. Unde et de abundantia hmōi pluuie loquebatur Gabriel cū salutauit dictā virginem dicēs. Aue gr̄a plena: dñs tecū. Luc.j. Super quo Hiero. scđa parte eplarū suarū: epistola.lv. Ceteris inquit p partes prestat gratia: Marie vero simul se tota infudit plenitudo gratie. Hic ps. Descēdet supple gr̄a i Mariā sicut pluuia in vellus. Ergo abundāter: qr et olim pluuia abūdanter descendit in vellus gedeonis. Judicum.vj.

¶ Allegorice et tertio per sepedictos septē dies quib⁹ pactis aque diluuij inundauerūt super terrā: designat totum illud tēpus quod fluxit a xpi resurrectiōe vsq ad spūssancti missionē: qđ cōprehēdit septē hebdomadas. Cūq ergo transissent predicte septē hebdomade: rupti sunt fōtes abyssi magne: cataracte quoq celi aperte sunt: qñ quidē descendit visibiliter spūssanct⁹ sup aplos cū abundanti gr̄a: iuxta illud Actuū.ij. Repleti sunt oēs spiritusancto. Et tūc impleta est illa pphetia Eze. xxxvj. Effundam super vos aquam mundā: et mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis

vestris. Ecce ergo optimũ di= luuium: cui⁹ vtilitatem tãgit .ppheta cũ ait ĩ persona dñi. Et mũdabimini ab omnib⁹ in= quinamentis vestris. Et signan ter ab incredulitate vestra: et difficultate credẽdi xpi resur rectionẽ: qz iis qui viderant eum resurrexisse/ non credidi stis. Mar. xvi.

¶ Anagogice. Aque in sacra scriptura qñqz populũ desi= gnãt: iuxta illud Apoca. xvii. Aq̃ multe populi multi. Per septẽ autẽ dies designant̃ se= ptẽ mundi etates: quib⁹ trãsa ctis aque diluuii. i. hoĩes bo= ni et mali inundabunt sup ter= ram: scz in medio vallis Iosa= phat: vbi xps celebrabit finale iudiciũ. Tunc etiã rũpentur fontes abyssi magne: qđ refe= rendum est ad sepulchra mor= tuorũ: que tũc aperient̃ vt red dant mortuos suos. Insuper tũc cataracte celi. i. fenestre aperient̃. i. aperiri videbunt̃ vt siñt qui in celo sunt/ descen= dant ad dictum iudiciũ. Fiet deniqz tũc pluuia magna sup terrã: bonis quidẽ dulcis: sed valde amara malis: q̃ nõ erit aliud q̃ illa vox Christi. Veni te: et Ite. etc.

¶ Tertia clausula.

¶ In articulo diei il lius ĩgressus est Noe: et Sem: et Cham: et Japhet: filii ei⁹: et vxor eius: et vxores filiorũ eius cum eis in arcã: ipsi: et omne aĩal scdm gen⁹ suũ: vniuersaqz iumẽta in genere suo: et omne quod mouetur super terrã in genere suo: cunctũqz volati le secũdũ genus suũ. Vniuer= se aues: omnesqz volucres in= gresse sunt ad Noe ĩ arcã bina et bina: ex oĩ carne in qua erat spũs vite. Et que ĩgressa sunt/ masculus et femina introierũt ex omni carne: sicut precepe= rat ei deus. Et inclusit eũ do= minus de foris.

¶ Historialiter postq̃ legisla= tor Moyses in precedẽti clau= sula ostendit de diluuio qñ fa ctũ sit. s. q̃ ãno: q̃ mẽse: q̃ die: hic consequẽter agit de hora q̃ prĩo incepit cũ ait. In arti= culo diei illius: scz. xvii. secũdi mensis. Ac si aperte diceret. Transactis illis septẽ diebus de quib⁹ dictum est in princi= pio precedẽtis clausule: in q= bus ipse Noe cum adiutorio fi liorũ suorum: atqz vxorũ eorũ= dem: necnõ et aliorũ quos pre= cio cõduxerat: introduxit in arcam cuncta animantia vna cum alimentis ad ipsorũ sustẽ tationẽ necessariis: aduenit dies octaua: que erat. xvii. mẽ sis secundi. In cuius dici arti culo/ id est in prima parte diei ipse Noe et sui vna cum aliis de quibus fecerat sibi domi= nus preceptum/ ingressi sunt in arcam. Et nota q̄ dominus fecit ingredi Noe in arcam die clara et manifesta: vt in= sinuaret q̄ poterat eum erue re a malis hominibus illius tẽ poris qui cogitauerant eum occidere: vt dictum est supra Beda autem circa hoc dicit q̄ cuncta animiãtia vno eodẽ= que die ingressa sunt ad Noe in arcam. Nec circa eorũ colle ctionem aut introductionem in arcam ipse multũ laborauit

quia diuino nutu omnia illa fiebant. Et precunte illo: inquit idem Beda: vna cū liberis suis et vxoribus sequebantur animalia pariter et aues: que plus terrā incolunt: pariter ꝛ volucres que plus volāt. Omnia tamē fiebāt sine pressura: sed cū quodā decēti ordine. Singl'a quoqꝫ ad suas mā- siunculas se diuertebāt quasi propria sponte: solo dño ea dirigēte: vel forsan angelico ministerio. Qō autē ipse Noe cū suis precesserit: deinde alia secuta fuerint: patet ex illis verbis Moysi in textu dicentis. Uniuerse aues: oēsqꝫ volucres ingresse sunt ad Noe in arcam. Quibus oībus peractis: clausit ostium deforis dñs. Qz enim vt dicit glo. interli. homo hāc clausuram facere nō poterat: alias subintrassent aque: ideo dñs ipsum ostium clausit a foris ipsum bituminādo.

¶ Queritur circa hanc clausulam quare illi qui edificauerunt arcam cum Noe et filiis suis: non recluserunt se intra eam cum dicto Noe ꝛ filijs suis: maxime cum viderunt eos illic se recludentes: etiā cum multitudine animaliū atqꝫ volatilium. Parte ex altera videbant aquas inualescere. Mirū ergo est ꝙ tunc timore ducti non tentauerunt ingredi dictam arcā etiā vi ꝛ violentia: maxime cum tanti essent. Ad hoc potest assignari quadtuplex ratio. Prima vocatur indignitatis. Nam prauavita eorum reddebat eos indignos illic recludi vbi persone sancte et religiose cōgregate erāt q̄ erāt nūero octo: sꝫ potius exigebant eorum demerita vt sucterirent temporaliter ꝛ eternaliter: presertim quo ad multos. Secūda ratio dicitur incredulitatis. reputabāt enim Noe predicentē diluuium fore delusum. Et has duas rationes tangit Christus Mathei. xxiiij. dicens: Sicut erāt in diebus Noe ante diluuium comedentes ꝛ bibentes: ꝛ nuptui tradentes vsqꝫ ad eū diē quo intrauit Noe in arcā. Ecce prima ratio. Et nō cognouerūt donec venit diluuium: ꝛ tulit omnes. Ecce scḋa ratio Tertia ratio dicitur clausionis. Nā ꝙprimū Noe cum ceteris a deo ordinatis ingressa sunt in arcā: subito dñs clausit ostiū a foris: ipsum bituminando. Et ita illis vltra nō patebat ingressus in arcam: sed potuit illis responderi a dño: clausa est ianua. Quarta ratio dicitur perturbationis. Solent enim tonitrua: coruscationes: insolita abundantia aquarum/ꝛ similia adeo terrere hoīes atqꝫ eoꝝ sensus ꝑturbare/ vt nesciant quid agant/ aut agere debeāt. Sic autem fuit in ꝓposito. Ideo nō mirū si ꝑdicti nō intrauerūt arcā: eos diuino iudicio purgente.

¶ Moralr: iuxͣ illā clausulā vltimā in qua dr: Et inclusit eū dñs deforis: qz de ceteris ꝑcedentib⁹ satis dictū est s. Notādū ꝙ ꝑ noe intelligr̄ spūs hūanus/ qui est intra corpus sicut Noe intra arcā: qz sicut intra arcā erant multa animalia cū ipso predicto Noe: sic etiā cū humano spiritu intra corpus

humanū sunt multi motus animales: et interdū multū inmūdi et brutales. Sed quid est q inclusit dñs hunc Noe intra predictā arcā deforis: nisi qz ipse idem deus et dñs vult ostia et ianuas per quas intrat ad animā peccatū claudi: et debite reserari. Alias facile subintrabit aqua peccati intra arcam humane cōscientie: iuxta illud Threñ. iij. Ascēdit mors id est peccatū p fenestras vestras. i. per sensus corporeos: et hoc occasionaliter tantū. Ingressa est domos vestras. et de hoc habemus duplicē historiam in sacra scriptura scdm duplex genus peccati. Prima est de peccato gule. Geñ. iij. vbi legitur q mulier vidit q bonū esset lignū ad vescēdum et pulchrum oculis: aspectuqz delectabile: et tulit de fructu illius: et comedit. Secunda est de peccato luxurie. ij. Reg. xi. vbi legitur q Dauid vidit mulierem se lauantem et aduerso sup solariū suū. Erat autē mulier pulchra valde. Missis itaqz Dauid nūcijs tulit eā. Bonum ergo est includere humanū spiritū deforis: scilz q̄tum ad sensus corporeos: et pcipue q̄tum ad sensum visus: qui est ostium et ianua multorū peccatorū ad arcam conscientie humane. Qđ considerans psal. dicebat ad dominū: Auerte oculos meos ne videant vanitatē.

¶ Allegorice. In Christi incarnatione ille qui est incōprehensibilis: et quem celi capere non possunt: fuit quodāmodo inclusus deforis: qñ quidē virgo maria suo gremio contulit dei filium. Idē dic de eiusdē christi diuinitate in ordine ad suā humanitatē. Et similiter de eiusdē christi corpore in sacramento altaris in ordine ad species sacramentales.

¶ Anagogice. Noe intra arcam est quilibet electus intra secreta celi residēs: quē videtur dñs deforis includere. Illud autē deforis referendū est ad celum sydereū aut stellatū qđ videtur a nobis: et qđ quodāmodo claudit a nobis celū empyreū: sic scilz vt nō videatur a nobis p presenti: iuxta illud Esa. lxiiij. Oculus nō vidit deus absqz te: que preparasti expectantibus te. Et hoc idē repetit sub alijs tamen verbis Apo. j. ad Cor. ij. dicēs: Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: q̄ preparauit deus dili. se. Possumus autē circa hoc merito cōtēplari q si illđ qđ deforis est respectu ipsius celi empyrei: qđ est celum beatorū: sit ita pulchrum et luminosum: multo plus estimandum est de eo qđ intus clausum est. Et ideo ad illud debemus toto nisu leuare corda nostra.

¶ Quarta clausula.

¶ Factūqz est diluuium. xl. diebus: supple naturalibus: et multiplicate sunt aque: et eleuauerūt arcam in sublime a terra.

¶ Historialiter. Postqz egregius dei propheta Moyses in precedēti clausula ostendit in qua hora factū est primo diluuium: quia in articulo diei. i. in principio siue mane: hic cō-

sequenter ostendit/cõtinuationem eius: scilʒ q̃tũ ad augmẽtum: cũ ait. Factũ est diluuiũ quadraginta diebus sup terrã: et multiplicate sunt aque: et eleuauerũt arcam in sublime a terra.

¶ Queritur si Noe cum dicta naui naturaliter ꝛ secluso illo diuino impedimento de quo Geñ.iij. Collocauit dñs ante paradisum voluptatis cherubim ꝛ flammeũ gladium atq3 versatilem ad custodiendam viam ligni vite: potuerit redire in paradisum terrestrẽ. Uidetur ꝙ sic. Aque em̃ diluuij vt dicit Moyses/eleuauerunt arcã in sublime a terra: adeo ꝙ transcedebãt.xv.cubitis altissimos montes qui sunt sub vniuerso celo: vt dicetur ĩ sequenti clausula. Igitur flante vento ꝓpitio Noe cũ arca sua potuit naturalit̃ deuenire in paradisum terrestrẽ: ꝛ signãter priusq3 operiret aquis diluuij locus ille: aut etiã cũ ceperunt diminui huiõi aque. Ad hoc dubiũ respõdetur negatiue: et ad argumẽtũ negatur suppositũ. Supponit em̃ ꝙ aque diluuij ꝑuenerũt vsq3 ad paradisum terrestrẽ. Cui⁹ falsitas patʒ triplici instãtia. Prima est q2 diluuiũ missum est a deo vt purgaret terram ab illa immũditia quã cõtraxerat ex nephãdis immunditijs hominũ carnaliũ. Nusq3 autẽ in paradiso terrestri ɔmissum fuerat qðcũq3 carnale pctm̃: quinimo Adam et Eua inde virgines electi sunt: ideo locus ille purgatione que facta est per aquã contra pctm̃ carnis/ nõ indigebat. Secũda autem instantia talis est. Nã secundum nõnullos historiographos paradisus terrestris est tante altitudinis ꝙ ad ipsum minime peruenire potuerunt predicte aque diluuij. Tertia instantia est de Enoch q̃ ante diluuium translat⁹ est in paradisum terrestrẽ: vt patʒ supra v.c. vbi dicitur ꝙ tulit eũ de⁹/ et nõ apparuit. Si ergo aque diluuij cooperuissent paradisum terrestrem: submersissent ipsum Enoch. Et tamẽ fide tenemus eum adhuc ibi viuere: et inde exiturũ cũ helia in fine seculi ad predicandũ cõtra antichristũ: vt patet Apoc.xi. Et ad argumẽtum in oppositum dicẽdum ꝙ aque diluuii eleuauerũt arcam in sublime a terra: quã supple inhabitauit Adam cũ sua posteritate post eiectionẽ de paradiso terrestri. Et ꝑ idem patʒ ad id qð sequitur cum dicitur ꝙ dicte aque transcendebant.xv. cubitis altissimos mõtes qui sunt sub vniuerso celo. Hoc em̃ intelligẽdum est de vniuerso celo qð respicit terrã illam que homini spinas ꝛ tribulos germinat/ qualis est illa quam inhabitamus hodie: ꝛ nõ de vniuerso celo simpliciter. Et sic patʒ ad quesitũ. Et quia de diluuio in sensu morali sufficienter dictũ est supra sub secũda clausula ꝑsentis capituli: ideo transeundum est ad arcã quã aque eleuauerunt in sublime a terra.

¶ Moraliter igitur et primo arca est aĩa deuota: quã aque lachrymarũ fusarũ ꝓ peccatis

et vehementi contritione ele
uant in sublime a terra: scilicet
versus celum. Unde et de ma-
ria Magdalena legitur, quod cum
incognita hominibus sola habi-
taret in spelunca iuxta mare
marsilie: post lachrymarum flu-
uium septies in die eleuabatur
sursum ab angelis. Unde ad propo
situm loquens Augu. ad fratres
in eremo. ser. xj. dicit quod lachry
me sunt vie per quas ad paradi-
sum gradimur: et speciale con-
ductum per quod de inuio ad
viam transitur.
¶ Moraliter et secundo: arca
est status religionis: quem aque
lachrymarum debent eleuare in
sublime a terra, per contemptum
terrenorum: et desiderium superno-
rum. in cuius rei signum reli-
giosi deferunt magnam coronam
etiam plusquam ceteri ecclesiasti
ci. Capilli enim capitis qui ge-
nerantur ex superfluitate hu-
morum, designant diuitias ter
renas, que vltra victum et ve-
stitum sunt superflue, et que
etiam frequenter acquiruntur
atque possidentur per superfluum
amorem. Hos igitur capillos
debent viri religiosi a se abij-
cere: dicentes cum Apo. j. ad Ti-
mo. vj. Habentes alimenta: et
quibus tegamur: his contenti
sumus. Mente autem debent sur
sum eleuari: dicentes cum apo.
illud Philippen. iij. Nostra con
uersatio in celis est. Et nota
quod pre ceteris fratribus mundi
aque lachrymarum debent ele-
uare religiosum in sublime a
terra. Qui teste Hiero. j. parte
epistolarum suarum epla. x. quam
scribit contra vigilantium here-
ticum. et similiter recitat. xvj.
q. j. monachus. Monachus non
doctoris: sed plangentis habet
officium: qui vel se vel mundum
lugeat: et domini pauidus presto-
letur aduentum. vbi glos. super il-
lo verbo: qui vel se vel mundum
lugeat. i. peccata sua vel illorum
qui in mundo sunt lugeat.
¶ Moraliter et tertio arca in
sublime eleuata a terra: est ani-
ma deuota contemplationi dedi-
ta. Uita namque actiua demer-
git quodammodo animam circa
terrena et inferiora propter ni-
miam solicitudinem illi annexam.
In cuius rei signum christus
dixit hospite sue Marthe. Lu
ce. x. Martha, martha solici-
ta es, et turbaris erga plurima.
At vero ab hac solicitudine vi-
ta contemplatiua liberat animam
deuotam: et facit eam intendere
spiritualibus et eternis. Unde
et de Magdalena per quam de-
signatur vita contemplatiua: di-
citur vbi supra quod sedebat ad
pedes domini: et verba illius audie-
bat. Parum ergo sororum vna in-
tenta erat operi: altera vero con
templationi. Actiua quidem vita
etsi bona sit: cum ista tamen mor
tali vita deficit. Contemplatiua
vero in mortali vita plenius cre
scit. in cuius rei testimonium di
xit christus vbi supra. Maria
optimam partem elegit: que non
auferetur ab ea. Et vt dicit Gre-
gorius super Ezechie. homil. xiiij.
pars Marthe non reprehenditur:
sed pars marie laudatur et pre
fertur tanquam optima: quia non
auferetur ea. Patet ergo quid
significet arce in sublime ele-
uatio ad mores hoc referendo.
¶ Allegorice. Arca est eccle-
sia militans: quam olim aque tri-

bulationũ et aduersitatũ tyrã norũ et hereticorũ eleuauerũt id est eleuari fecerũt in sublime a terra. Nunq̃ enim melius profecit ecclesia q̃ tẽpore persecutionis predictorũ tyrãnorum atq̃ hereticorũ. Nam sicut ficulnea ventis agitata producit grossos suos seu botros: ita et ecclesia tẽpore persecutionis produxit egregios palmites et botros: id est viros moribus vita et literis refertos/ qui resisterent predictis aduersariis. Hinc psal. in persona eiusdẽ ecclesie loquitur dicens: Sepe expugnauerunt me: supple heretici et tyranni principes: a iuuentute mea: id est tempore primeuo: et nõ potuerunt mihi: supple tñ nocere q̃tum optabãt. Nitebãtur enim predicti totaliter exterminare xp̃ianos: vt totaliter deleretur mẽoria nõis xp̃i. Sed deo desup prouidente frauda ti sunt a desiderio suo: adeo q̃ pro vno catholico quẽ corporaliter pdiderũt: plures surrexerũt in xp̃m credẽtes. in cuius figurã legit̃ Exo.j. q̃ egyptij oderãt filios israel: et affligebant eos: sed q̃to opprimebant eos: tanto magis multiplicabãtur et crescebãt. Ecce ergo quomõ aque tribulationum multiplicate eleuant arcam. i. ecclesiam militantẽ in sublime a terra. In presenti q̃dem per vite meritũ: et in futuro p celeste premium.

¶ Allegorice et scdo arca est christi humanitas in qua reposita fuit diuinitas. Aque autẽ sunt tribulatiões p̃sentis vite et aduersitates: q̃ adeo multiplicate sunt aduersus ipsum xp̃m q̃ eleuauerunt. i. eleuari procurauerũt predictã arcã in sublime a terra. Hoc autẽ totũ factũ est qñ pilatus adiudicauit xp̃m eleuari in cruce in monte caluarie. Tũc ergo ipse xp̃s potuit dicere ad patrẽ illud psal. Saluum me fac deus/ qm̃ intrauerũt aque: scilz tribulationum et dolorũ: vsq̃ ad animã meã. i. vsq̃ ad separationem anime et corporis.

¶ Anagogice arca est xp̃i humanitas vt dictum est: que in eius ascensione eleuata est in sublime a terra: iuxta illud psal. Eleuata est magnificentia tua super celos. Itẽ Act. j. Uidentibus illis: scilicet discipulis: eleuat⁹ est: et nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Et Marci vlti. Et dñs quidẽ Iesus postq̃ locutus est eis: scilz apostolis: assumptus est in celum/ et sedet a dextris dei. Ecce igitur quomodo predicta arca eleuata est in sublime a terra. Postea vero illic eleuata est altera arca. i. virgo Maria: cuius vẽter fuit arca sub qua clausus est dei filius nouẽ mensibus. Et de eleuatiõe harum duarũ arcarũ in sublime a terra/ loquẽs Dauid orando dicebat. Surge dñe in requiẽ tuam tu et arca sanctificationis tue. Tandem autem completa generali omniũ resurrectione eleuabuntur similiter in sublime a terra omnes electi: quando Christus dicet eis illud Matthei. xxv. Uenite benedicti patris mei: possidete regnum et cetera.

¶ Quinta clausula.

¶ Vehementer enim inundauerunt aque: ⁊ oīa repleuerunt in superficie terre. Porro arca ferebatur super aquas: ⁊ aque preualuerūt nimis super terrā: operti𝔮 sunt oēs montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumpta𝔮 est oīs caro que mouebatur super terrā / volucrū / aīmātium / bestiarū / omniū𝔮 reptilium que reptāt sup terrā. Uniuersi hoīes / ⁊ cuncta in quib⁹ spiraculū vite est in terra / mortua sunt. Et deleuit deus oēm substantiā que erat super terrā: ab hoīe vs𝔮 ad pecus: tā reptile / ꝙ volucres celi: ⁊ deleta sunt de terra. Remansit autē solus Noe: et qui cū eo erant in arca. Obtinuerūt𝔮 aque terrā centū quinquaginta diebus.

¶ Historaliter. Postꝙ sanct⁹ Moyses in precedēti clausula egit de augmēto diluuij qđ factum est quadraginta dierum spatio: hic consequēter describit effectū illius: at𝔮 ꝓgressum: necnō totius durationis tēpus. Dicit ergo Moyses. Uehementer eñ inundauerunt aque: ⁊ oīa repleuerūt in supficie terre: scilꝫ valles et cōcauitates illi⁹. Sed ne dicte aque crederētur simili͛ cooperuisse arcam / statim subiungitur. Porro arca ferebatur super aquas: scꝫ naturaliter ꝙtum ad partē superiorē sursum eleuata: ⁊ ꝙtum ad partem inferiorem intra aquas inclinata: scilicꝫ .xij. cubitoꝝ spatio. Uel ꝙtum cōtinebat altitudo sentine ⁊ apothece: scđm Hugonē. Nō ergo tota arca ferebat͛ super aquas: sed maior pars illius. Et aque preualuerūt nimis super terrā: scilꝫ ꝙtū ad superficiē illius. Ideo sequit͛: Operti𝔮 sunt montes excelsi sub vniuerso celo: tam sydereo ꝙ aereo. Inde tamē excludit͛ mons paradisi t͛restris: vt dictum est in precedenti clausula sub decisione questionis. Quātū autē excesserit in altitudine predicta aqua montes etiā altissimos quos operuit: insinuat Moyses dicens ꝗ. xv cubitis. Utrū autē hmōi cubiti essent visuales vel geometrales: que sunt multo maiores: vt dictū est supra: incertū est. Sequitur. Cōsumpta𝔮 est oīs caro que mouebat͛ sup terram ⁊c. Ecce principalis ⁊ de per se intētus diluuij effectus .s. perditio oīm viuentiū sup terrā. Nō autē viuentiū in aquis. Et breuiter vt dicit moyses: remansit solus Noe: ⁊ qui cū eo in arca erant. Et qꝛ natādo super aquas possunt hoīes exercitati pariter ⁊ nonnulla aīalia aliquāto tempore saluare vitā suam: nō aūt per plures dies: ideo ne quispiā arbitretur ita cōtigisse tēpore diluuij gñalis / addit Moyses ꝙ tūc aque obtinuerunt .i. cooperuerūt vndi𝔮 terrā cētum quinquaginta dieb⁹. In quib⁹ scilicet non potuerūt liue hoīes siue iumēta natādo saluare vitā suam. Insuper illis deerant cibaria.

¶ Sed pro ampliori declaratione presentis clausule mouē

tur alique questiones.

¶ Prima igitur questio talis est. Utrum paruuli debuerint deleri ꝑ aquas diluuij? Videt̄ ꝙ nō: q₂ non inquinauerāt carnem suā. Modo causa principalis ꝓpter quā misit dñs diluuiū: fuit pctm̄ carnis. Nam vt dictū est supra in precedenti caplo: cū vidisset deus terram esse corruptā: omis qppe caro corruperat viā suam sup terrā: dixit ad noe: Finis vniuerse carnis venit coram me. Repleta est terra iniq̄tate: et ego disperdā eos cū terra. Cū ergo paruuli nō essent participes coinquinationis parentum: iniustū est ꝙ fuerit participes pene eoꝝ. Respondet̄ ad hoc ꝙ iusto dei iudicio dicti paruuli extincti sunt cū parentibus in dicto diluuio. Tū primo ad eorum vtilitatē. Sic enim decedētes tantū puniūtur ī alio seculo pena dāni/ sicut et ceteri paruuli qui olim mortui sunt absq̄ circuncisione/ ⁊ q̄ hodie moriunt̄ absq̄ baptismo. Q₃ si diutius viuentes peruenissent ad debitā etatē/ forsan fuissent in presenti imitatores scelerū parentū/ ⁊ per consequens damnationis eoꝝ in futuro. Unde simile est iudicium de talibus sicut de illis paruulis q̄ perierūt in subuersione Sodome/ de quib⁹ dicit aug. lib.j. quest. noui ⁊ veteris test. q.xiii. ꝙ ex decreto diuini iudicij simul cū parentib⁹ cremati sunt/ ne diu viuētes exēpla seq̄rētur parentū. A gehēna em̄ liberi sunt/ q̄ in aliena cā occisi sunt. Et post pauca: Difficile (inq̄t) est de malis ꝓgenitoribus natos/ ⁊ inter nequissimos educatos vel cōuersatos mētem suā tēperare ad disciplinā dei sequendā. Vide ergo inquit si nō magis bene actū est cū filijs perditoꝝ. hec august. vbi s. Tum secūdo ita factū est propter ipsorū progenitorū iniquitatē. Quāuis em̄ in alio seculo filius non portet iniquitatē patris: vt habetur Ezech.xviij. Bene tñ in p̄senti: iux̄ illō verbū dñi Exo.xx. Ego (inquit) sum dñs zelotes/ fortis/ visitans iniquitatē patrum in filios in tertiā ⁊ quartam generationē eorū q̄ oderunt me. Hec ille. Et ad argumentū patet facile ex dictis.

¶ Secūda questio. Utrū aiantia t̄re/ ⁊ volatilia celi debuerint deleri per aquas diluuij? Videt̄ ꝙ nō: tum q₂ nō peccauerant/ tū q₂ nō erāt deterioris cōditionis q̄ȝ pisces: qui tñ saluati sunt a diluuio. Responsio. Aliq̄s patit̄ tripliciter/ sc₃ ꝑ se/ aut ꝑ accidēs/ siue etiā ꝓpter aliud. Modo in proposito per diluuiū de per se passi sunt hoies: ⁊ signāter adulti. Propter q̄ꝝ iniq̄tates vindicādas principal'r fecit dñs inundare diluuiū. Propter aliō autē .i. propter hoies pctōres puniēdos passa sunt omia predicta alia ab hoie: etiam vsq̄ ad infantes/ qui nondū attigerāt vsum rōnis/ vt dictū est immediate supra. Q₃ si dicat̄ ꝙ simili rōne debuerūt pati mortem pisces q̄ erāt in aq̄s: sicut ⁊ aialia q̄ erant sup terrā: Dicendū ꝙ nō est simile/ tum q₂ aialia viuūt in terra ⁊ de t'ra: q̄ a pricipio sc₃ post pctm̄ ade

fuit maledicta. Aqua autē nō fuit aliqñ maledicta. Tum qr pisces viuūt in aquis/ quasi separati a ɔmuni cōuersatione hominū. Secus autē de aiantibus terre/ et volucribus celi. ¶ Tertia questio. Utrū aque diluuij debuerint tantū ascendere regionē aeris: vt scilȝ cooperirent altissimos montes quindecim cubitis? Videt̄ q̄ non. Ad hoc enim deo disponente ascenderūt aerē vt ipm purgarent. Sed nō videt̄ fuisse vsq̄ ad tantā altitudinē infectus et maculatus ex culpis hoīm: igit̄ non debuerunt tm̄ ascendere. Ad hoc dicendū q̄ conueniēs fuit vt dicte aque tm̄ ascenderēt q̄tū describit moyses in textu. Habebāt em̄ ex dei ordinatiōe duo facere/ scilȝ pctōres de terra absorbere: et sordes pctōꝝ tergere. Modo sic est q̄ sordes pctōrū ascenderūt supra altitudinem omniū mōtium. Nam vt dicit Petrus comestor: Hi q̄ sacrificabāt idolis: pruīcq̄ diluuium inundaret/ suā idolatriam vt plurimū exercebant in altissimis montib⁹. Et de hoc etiam q̄uis diu postea frequēter reprehenditur populus hebreorum in lib. Regū/ atq̄ Parali. In hmōi autē sacrificijs idolorum fumus sursum ascendens inficiebat proximū aerem: sil'r vapor/ et fauille: que oīa aerem maculauerāt vsq̄ ad certam distātiam. Propter quod iustū fuit vt vsq̄ ad dictam distantiam ad quā predicta ascēderant: et quam optime nouit dñs: hmōi aque diluuij ascenderēt: vt sic quodammodo dictum aerē prius infectū purgarent. Final'r autē ante iudicij diem ignis ante dñm precedet: qui iterum ad dicti aeris purgationē tm̄ ascēdet q̄tum ascenderunt predicte aque diluuij / vt videt̄ sentire beatus Petrus apl's in sua scda cano. ca. iij. Aduertendum tm̄ circa hoc fm̄ Petrū comestorem q̄ nōnulli putant altitudinē mōtium nō fuisse tantam ante diluuium sicut hodie cernimus. ¶ Quarta questio. Unde ē q̄ Moyses in precedēti clausula premittit cōsumptionē aīaliū atq̄ volucrum p̄ diluuiū/ et postremo subnuttit consumptionem hoīm? Ad hoc est duplex ratio. Prima/ q2 ipsi hoies arte et industria potuerūt se aliq̄to tēpore saluare cōtra predictum diluuiū/ vtpote recurrendo ad mōtes/ arbores/ aut turres: qd̄ non potuerūt cetera aīantia ratione et itellectu carētia facere. Secūda ratio est vt tales vidēres sibi imminere periculum submersionis sicut et ceteris creaturis peniterent/ vt saltē anime eoꝝ diluuium eternū euaderēt. Hoc autem non fecerunt. Propter quod grauior manet eos dampnatio in alio seculo. ¶ Quinta questio versat̄ circa finē p̄dicte clausule vbi dicitur q̄ obtinuerūt aque terram centū quinquaginta diebus. Querit̄ ḡ si sub hoc nūero cōprehendi debeant illi q̄dragīta dies in quibus factū est diluuiū/ siue in quib⁹ descēderunt aque/ vt dictū est ī penultima clausula. Rñdetur cōformiter ad magistrū histo. q̄

fic. Dicit enim φ a die ingressus Noe in arcam usque ad diminutionem aquarum fluxerunt dies centum quinquaginta. Oportuit autem fieri distinctionem quadraginta dierum ab alijs specialiter: ut determinaretur tempus pluuie dicti diluuij quo scilicet descendit. Cum ergo dicitur in textu φ obtinuerunt aque terram centum quinquaginta diebus: computandum est a principio inundationis diluuij usque ad diem quo ceperunt aque diminui: de quo dicitur in sequenti capitulo φ ceperunt aque minui post centum quinquaginta dies. Huius tamen opinionem tenet Rabi Salomon. Dicit enim φ predicti centum quinquaginta dies computandi sunt a fine descensus pluuiarum. Durauit autem huiusmodi descensus .xl. diebus / ut patet ex textu. Et ita secundum eum predicti .xl. dies precesserunt illos centum quinquaginta de quibus hic est sermo. Sed prima opinio communius tenetur.

¶ Sexta questio. Utrum noe fuerit prescius φ diluuium deberet tanto tempore durare / scilicet centum quinquaginta diebus: computando a principio usque ad diminutionem aquarum? Uidetur φ sic. Alias si fuisset incertus / fecisset ampliorem prouisionem intra arcam de victualibus tam pro se quam pro ceteris in ea habitantibus. Responsio. de hoc nihil dicit Moyses. Nec est necesse dicere φ ex diuina reuelatione dictum tempus cognouerit: quod aliter minime cognoscere potuit. Non enim semper est paratus deus reuelare futura contingentia etiam suis peculiaribus amicis / nisi quantum sibi placet: et secundum φ sibi placet: ut ex multis historijs sacre scripture deduci potest. Et ad argumentum dicendum φ Noe fecit talem et tantam prouisionem de victualibus quantam placuit domino eum in hoc dirigenti.

¶ Moraliter. Per diluuium aquarum multarum designantur tribulationes vite presentis. Quid est ergo φ arca ferebatur super aquas / nisi φ boni et iusti superant per virtutem pacientie aquas tribulationum presentis vite? sub quibus tamen demerguntur mali et impacientes: de quibus recte dici potest illud Exodi .xv. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Experientia enim docet φ homo mortuus in quo non est ultra spiritus vitalis / si fuerit in aqua / statim descendit in profundum. Si autem fuerit viuus: tunc de profundo aque ascendet superius. Sic peccatores qui sunt spiritualiter mortui / submerguntur sub predictis aquis tribulationum per aggrauationem sue future damnationis: ubi tamen veri patientes sursum eleuantur super predictas aquas: tum per vite meritum in presenti / tum per glorie premium in futuro: iuxta illud Luc. xxj. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

¶ Moraliter: iuxta illud verbum: Aque preualuerunt nimis super terram: notandum φ aque in sacra scriptura quandoque significant peccata: iuxta illud psal. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam: scilicet per consensum in peccatum. A quibus etiam aquis petere

bat idem Psal. liberari a dño cum dicebat: Libera me de aquis multis. Sed prohdolor hmõi aque hodie nimis preualuerunt sup terrã: quia repleta est terra iniquitate: vt dicitur in precedẽti ca. Et de hoc grauiter conqueritur dñs Osee iiij. dicens: Audite verbũ dñi filij israel: quia iudicium dño cũ habitatorib9 terre. non est veritas / 7 nõ est misericordia: 7 non est scientia dei in terra. Maledictũ / 7 mendaciũ / 7 homicidiũ / 7 furtũ / et adulteriũ inũdauerũt sup terram: 7 sanguis sanguinem tetigit. i. viri cognoscũt mulieres in gradibus phibitis. Ecce ergo qñ aque pctõrũ hodie preualent nimis. i. valde super terrã. Et nedum sup valles inuoluendo inferiores: verũetiam sup altissimos mõtes. i. superiores q̃ per mõtes designantur in sacra scriptura: iuxta illud Exo. xix. Qui tetigerit mõtem: morte morietur. Que verba cõmuniter exponũtur de inobediẽtia ad superiores q̃ sunt in ecclia xpi tanq̃ mõtes. Sed hos mõtes saltẽ pro magna parte cooperiunt hac tẽpestate aque pctõrum. Uideãt ergo tales 7 mẽte intelligãt periculũ suũ. Et qz mala vita prelatorũ cedit in detrimẽtum subditorũ: ideo sequitur in textu: Cõsumptaq3 est omnis caro q̃ mouebatur sup terram. Quia teste Gregor. in suo pasto. ca. xxviij. Cum pastor per abrupta graditur / restat vt grex in precipitium ducatur.

¶ Allegorice. Arca est ecclia militãs. Aque / tribulationes 7 aduersitates illi9 designãt. Tũc ergo arca sursum fertur quãdo ecclesia aduersa patitur. Nam tunc proficit in bonis: 7 eruditur: atq3 quodammodo recurrere ad sponsum suũ cogitur pro auxilio impetrãdo / dicendo illud ps. Leuaui oculos meos. in mõtes. i. in sanctos: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meũ a dño / supple pricipaliter dependet. Tẽpore eñi quo arca ecclesie est in pace / viri docti 7 literati parum vacãt sacris literis: sed potius se occupant circa sciẽtias seculares 7 vanas. Cũ vero insurgunt hereses 7 psecutiones cõtra huiusmodi arcã: tunc resumunt et reuisitantur sacri codices: et q̃ firmi sunt / decertãt p domo dñi vsq3 ad sanguinẽ. Sic enim cõpertum habem9 in primitiua ecclesia: vbi q̃ erãt primi in ecclesia: erant primi ad mortẽ. Et ideo q̃ tunc episcopatũ desiderabat / bonũ opus desiderabat: vt inq̃t Augu. et recitatur. viij. q. j. q̃ episcopatũ.

¶ Anagogice. Arca est ecclesia triũphans / que sursum eleuata est. Per paucitatem aũt eorũ q̃ intra arcã saluati sunt respectu eo2 q̃ diluuio perierunt: designatur q̃ paruus erit in fine numerus electo2 respectu dãnandorum: iuxta illud Matth. xx. Multi sunt vocati: pauci vero electi. De angelis quidem plures saluati sunt q̃ dãnati. De hominib9 vero totum contrariũ erit. In cuius etiam figurã legitur Lu. viij. q̃ de semine de quo facte sunt q̃tuor partes: tantum quarta pars cecidit in terram bonã.

Ubi p terrã bonã / itelligitur terra viuentium / id est in celo regnantium / versus quã terram cadent electi homines.

¶ Gen.viij.prima clausula.

¶ Recordatus autẽ dñs Noe: cunctorũqz animantium: & omniũ iumentorũ que erãt cum eo in arca: adduxit spiritũ super terrã: & imminute sunt aque: & clausi sunt fontes abyssi / & cataracte celi / et prohibite sunt pluuie de celo. Reuerseqz sunt aque de terra euntes & redeũtes / et ceperũt minui post centũ quinquaginta dies. Requieuitqz arca mẽse septio / vigesimoseptimo die mensis sup montes Armenie. At vero aque ibãt & decresce bant vsqz ad decimũ mensem. Decimo enim mẽse / prima die mensis apparuerunt cacumina montium.

¶ Historialr. Postqz sanctus Moyses in precedẽti capitulo: & signanr circa vltimã clausulã egit de progressu necnon et duratione siue statu totius diluuij: hic consequenter agit de diminutione illius / dicens: Recordatus autem dñs Noe. Pro quo notandũ qz sacra scriptura frequẽter loquitur de deo modo humano: vt sic simplices ea que ibi tradũtur capere & intelligere possint. Ad propositũ ergo cum Moyses in principio presentis clausule loquitur dicens: Recordatus autem dñs Noe / non vult innuere qz in deo proprie cadat obliuio aut recordatio: maxime cum in eo sit continua omnium intuitio: iuxta illd Eccli xxiij. Omnia videt oculus illi⁹. Sed dicitur obliuisci cum ad modũ obliuiscentis se habet: scz non iuuando vel non liberando eũ qui patitur. Et per oppositum recordari dicitur cum ad modum recordãtis se habet: scz iuuando & liberãdo eum qui patitur: sicut in proposito factũ est. Bene ergo dictum est a Moyse qz recordatus est dñs Noe: cunctorũqz animantiũ: & omniũ &c. Sequitur. Adduxit spiritum super terram. In proposito per spiritũ possunt duo itelligi fm venerabilem Bedã. Primo qdẽ per spm põt intelligi vẽt⁹: qui naturalit cõsumit aquã. Ideo sequitur. Et diminute sunt aq. Dicitur aũt vẽt⁹ spũs: eo qz habeat inuisibilẽ subtilitatẽ: occultã originem: & motũ occultũ atqz velocẽ. Et in his oibus proprietatibus vẽtus assimulatur substãtiis spũalib⁹. Scdo vero per spiritũ põt intelligi spũssanct⁹: qui sicut in principio creationis mũdi ferebatur super aquas: vt illis cõgregatis in vnũ locum terra appareret: ita nunc adducit vt ablatis aquis diluuij faciem terre reuelaret. Hec est ergo prima causa iter causas naturales diminutiõis aquarum diluuij: scz spũs.i. vẽtus suo flatu eas diminuẽs. Scda causa predicte diminutionis sumitur ab inferiori: qz clausi sunt omnes fontes abyssi: ne scz aque erũperẽt sicut prius. Tertia causa sumit a superiori: qz cataracte celi.i. nubes clause sunt: ne scz ita abundãter resoluerẽtur in pluuiam

sicut prius. Unde sequitur: Et prohibite sunt pluuie de celo/ scz aereo. Reuersęque sūt aque de terra/euntes et redeuntes: scz ad suū principiū. Per qđ aperte indicat Moyses q̄ oēs decursus fluuiorū atq̄ riuorū redeūt p occultas venas terre ad matricē abyssum.i. mare/iuxta illđ Eccles.j. Omnia flumina intrant in mare/et mare nō redundat. Ad locū vnde exeūt flumina/reuertūtur: vt iterum fluant. Sequitur: Et ceperunt minui post centū quinquaginta dies/scz perceptibiliter et notabiliter. Prius aūt scilz a q̄dragesimo die vsq̄ ad quem ceperāt cōtinue crescere: cōtinue decrescebant scđz opinionē Auguſ. sed hoc erat impceptibiliter. Expletis ergo illis cētū quinquagita diebus incipiendo a principio inundationis/ vt ē.dictū est: adeo decreuerant hmōi aque q̄ nō poterant in altis montibus vltra deferre arcā. Unde tūc requieuit arca super montes Armenie. Erat autē tūc mensis septim⁹ anni illius: et.xxvij. dies dicti mēsis. De Pal. autē pariter et de lyra faciunt magnum processum circa dictos mēses et dies: et qualiter cōputandi sunt: ad quos remitto lectorem propter vitādam prolixitatem: et vt ad alios sensus me trāsferam/ si modo aliqua dubia prius absoluero.

¶ Primum igitur dubium tale est. Cur dominus voluit diluuium tanto tempore durare? Nonne satis erat q̄ cōsumpta esset omnis caro que mouebatur super terrā: vt dictū est in precedēti clausula? Hoc autem fieri potuit in tempore multo minori. Igitur nō fuit necesse vt tantū duraret. Responsio. Opus fuit vt diluuiū multum duraret: tum vt omnis caro consumeretur. Sunt enim aliqua animantia que cito non extinguūtur in aquis: quinimo aliquanto tēpore ibi viuere possunt: sed nō semper et maxime spatio centum quinquaginta dierum. Tū secūdo q2 si cito mortuis animantib⁹ terre diluuiū cessasset: intolerabilis fetor ex cadaueribus genitus fuisset: qui facile aerem infecisset. Hoc autem vertisset in periculū animalium que intra arcā reseruauerat domin⁹ ad multiplicationem aliorum. Igitur.

¶ Secundum dubiū est tale. Quid faciebat Noe cum familia sua intra arcam? Nō enim verisimile est eos tanto tēpore semp dormiuisse: aut ocio vacasse: siue etiā tēpus tātū inaniter cōsumpsisse seu triuisse. Responsio. verisimile est ipsum Noe tantum tēpus optime et salubriter occupasse: et signanter in tribus. Primo quidem in reuisitando multum diligēter interiorem partem arce ne aliquid ibi deesset: et similiter perlustrando mansiūculas et tristega illi⁹: vt perspiceret ꝙ pacifica essent animantia et volatilia ibi quiescētia: et si eis aliquid deesset de necessarijs ad vitam. Secundo occupabat tempus in dei laudibus. Erat enim valde deuotus et syncerus dei cultor. In cuius etiam rei signum

statim postquam exiuit de archa: edificauit altare domino: super quod obtulit ei holocaustum: vt dicitur infra hoc capitulo. Tertio occupabat tempus in parte in instructione filiorum suorum. Docebat enim eos quod morum et vite erat: quod fidei et spei: atque charitatis tum ad deum: tum ad se inuicem: quod denique literarum. Verisimile enim est quod docuerit eos astrologiam: philosophiam: rhetoricam: et similes artes liberales.

¶ Sed circa hoc queritur incidentaliter quis fuit primus et precipuus preceptor Noe a quo didicerit predictas artes et ceteras scientias quas creditur tradidisse filijs suis et posteris. Pro solutione huius dubij premittendum est conformiter ad commentatorem berosi historiographi: cui nomen frater Joannes Annius ordinis fratrum predicatorum: quod litere et discipline primitus inceperunt ab adam: qui eas accepit a deo per infusionem etiam amplissime cum primitus ab eo conditus fuit: et hoc fide tenemus. Sed preter fidem hoc docent historie gentilium: et signanter chaldeorum: qui asserunt se astronomiam et literas habuisse ante Alexandri monarchiam tribus milibus et sexcentis annis atque triginta quatuor. Refert etiam Epigenes historiographus septingentos annos et amplius ante Ninum et Phoroneum inuentos Babylonie laterculos, id est paruos lateres coctiles inscriptos pro syderum obseruatione. Patet ergo quod ante diluuium iam erant in vsu ars coctilis et impressoria atque inscriptiua. Hec autem conueniunt ijs que Moyses et diuine litere tradunt. Nam vt patet Gene. v. sanctus propheta Enoch natus est ante inundationem diluuij anno .xxxiiij. supra mille: qui teste iuda apostolo cognomine thadeo in sua canonica prophetauit de duplici iudicio futuro: scilicet aquarum seu diluuij: et vltime conflagrationis. Que autem de huiusmodi duplici iudicio prophetauit dictus Enoch: accurate inscripsit teste Josepho libro primo antiquitatum: in duabus columnis: quarum vna erat erea: altera autem lateritia. Dicebat enim apud se dictus Enoch. Cum diluuium aquarum venerit, forsan delere poterit literas lateritias. i. in lateribus impressas. Quibus deletis: adhuc manebunt litere eree seu cupree. Et similiter cum iudicium conflagrationis venerit, poterit similiter delere literas ereas: sed non lateritias: atque semper iste vel ille litere ad perpetuam rei memoriam permanebunt. Patet ergo ex dictis quod litere et ars fusilis atque lateritia: et vaticinia siue prophetie erant in vsu annis mille et amplius ante inundationem diluuij generalis. Natus est autem Enoch predictus viuente Adam: et agente annum sexcentesimum et vigesimumsecundum: vt supputat Moyses Gen. v. Quare coniectura et argumentum firmum est: ab ipso atauo eius primo Adam eundem enoch

literas ꝛ disciplinas suscepis- se:cuius tēpore fuisse literas ꝛ disciplinas adē infusas theo logi asserunt. Et eodē tēpore chaldei se accepisse lr̄as affir- mant. Hic ergo Adam homo primus ex dei reuelatione te- xuit historiā de mundi atque suipsius creatione:ceterorū- q̄ gestorū vsq̄ ad Enoch : cui prosequēdā reliquit historiā. Enoch vero prosequēdā reli- quit Lamech prophete patri Noe:Lamech aūt filio suo:ei- dem scȝ Noe. Noe vero eandē historiā prosequendā reliquit chaldeis / ꝛ h̄ post diluuiū.Et ab eisdem chaldeis Abrahā ꝛ sequentes veritatē rerū ge- starū scripserunt. Unde histo- ria chaldaica de antiq̄tatib⁹ q̄ similia ē historie hebraice Non est igitur mirū si moyses et multi antiqui historiogra- phi conueniūt: qui ex eodē fon te historie cōbiberunt. Hec di ctus cōmētator . Ptȝ ergo ad quesitū:aquo scilȝ Noe fuerit primit⁹ instruct⁹. Itē q̄ñ exi stens in arca instruxerit filios suos de his scientiis de quib⁹ tā a suis maiorib⁹ fuerat istru ct⁹:ꝛ signāter de astronomia.

¶ Tertiū dubiū. Quid oli sen serūt histriographi gētilium de diluuio quod accidit tēpo re noe? Pro solutione in p̄mis premittēdū q̄ fuerūt alia di- luuia : que deleuerunt pluri- mas terras:sed illa fuerūt p- ticularia. Solū autē illud q̄d contigit tēpore Noe/ fuit sim- pliciter generale. Cuius noti tia peruenit ad fideles p moy sem famulū dn̄i:qui in spiritu prophetico illud cognouit:si- cut ꝛ alia mysteria que in lib. genesis inseruit. Insuper no- titia et fama dicti diluuij ad posteros gentiles ꝛ qui libros mosaicos non recipiūt:perue nit aut saltē peruenire potuit p ea q̄ scripto de hoc mysterio Noe reliquit atq̄ post eū filij sui.Unde ad ꝓpositū loquēs Iosephus libro primo de anti quitatibus.c.v.dicit sic. Hui⁹ diluuij ꝛ arce memoriā faciūt omnes qui historias barbari- cas cōscripserunt : quorū vn⁹ berosus chalde⁹ narrās de di cto diluuio : talit̄ est effatus. Dicitur ꝛ nauis ei⁹ que in ar- meniā venit/circa montē cor- dicū adhuc aliqua pars esse:ꝛ quosdam bitumen inde tolle- re:quo maxie hoīes ad expia- tiōes.vtūtur.i.i sacrificijs.Et subdēs de historicis egyptijs ꝛ phenicib⁹/meminit etiā in- quit horū Hieronymus egy- ptius:qui antiquitatē phenī- cū.i.assyriorū noscitur cōscri- psisse. Sed ꝛ maseas Damasce nus in nonagesimosexto histo- riarum libro ita de talib⁹ di- cit. Est super miriadā excel- sus mons in armenia qui ba- ris appellatur:in quo multos confugiētes sermo est diluuij tempore liberatos :ꝛ quēdam simul in arca deuectū in mōtī ocile sūmitate fuisse: lignorū- q̄ reliquias multo tēpore con seruatas. Fuit autem iste:quē etiam Moyses iudeorū legis- lator scribit:scilicet Noe. Hec maseas.

¶ Quartum dubium. Utrum euidētib⁹ ꝛ certis signis pos- sit ostendi ꝛ probari veritas diluuij generalis . Dicendum

q̃ illud magis tenemus fide et scripturis sacris: atq̃ histo-ris gentilium: q̃ euidentia signorum. Sũt tamen multa signa que a posteriori de hoc faciunt et dant magnam pro-babilitatem. Nihilominus om-nia illa sunt equiuoca. Primũ igitur signum sumitur ex ali-quibus reliquiis lignorum arce Noe: pariter et bituminis: que adhuc ostenduntur in monte cordico: siue vt alij libri habẽt in monte chardieo: qui est in armenie partibus: vt patuit in solutione precedentis du-bij. Secundum signũ sunt te-fte ostreorũ que adhuc inter-dum reperiuntur in altis mõ-tibus: et in locis distantibus tã a mari q̃ a cõmuni habitatio-ne hominũ: ita vt nulla sit ap-parentia tales testas ibidem fuisse aliquãdo delatas huma-no labore. Tertiũ signũ sunt magne valles et concauitates terrarum in certis locis: pa-riter et ingentium saxorũ cor-rositates: que omnia aut sal-tem multa ex talibus verisimi-liter creduntur processisse ex vehemẽti atq̃ impetuoso flu-xu et refluxu aquarum diluuij tam in crescendo q̃ in decre-scendo. Unde et vsq̃ in hodier-num diem vulgo ita referunt et loquuntur accidisse.

¶ Moraliter Noe in medio a-quarum: cuius recordatus est dominus: designat hominem in medio tribulationum vite presentis positum: quẽ non re-linquit totaliter dominus. Si enim cura sit illi de bobus: vt habetur .j. ad Corin.ix. multo amplius illi cura est de huma-nis creaturis: propter quas etiam ipse fecit ceteras infe-riores creaturas. Propter q̃d sapiens loquitur ad dominũ Sapien.xij. dicens. Non est a-lius deus nisi tu: cui cura est de omnibus. Et Christus Lu. xij. Nõne inquit duo passeres veneunt dipondio: et vnus nõ est in obliuiõe corã deo? Tã q̃ aperte diceret. Si omnia sũt sub puidẽtia dei: q̃to magis vos homines ad imaginẽ dei facti? Precipue autem domi-nus habet specialem curã de iustis et electis: qui in eo po-nũt omnem spem suam. Unde ps. Jacta cogitatum tuum in domino: et ipse te enutriet: et non dabit in eternum fluctua-tionem iusto. Bene ergo et ra-tionabiliter locutus est Moy-ses dicẽs q̃ recordatus est do-minus Noe: cunctorũq̃ ani-mantium: et omniũ iumentorũ que erãt cũ eo in arca. Sz qd est q̃ flante spiritu imminute sunt aque diluuij? nisi q̃ ipse dñs temperat pro magnitudi-ne mĩe sue aquas tribulatio-num et amaritudinũ vite pre-sentis: et hoc ne suffocent hu-manũ spiritũ: iuxta illd Naũ j. Increpat mare: et exsiccat il-lud: et oĩa flumina ad desertũ adducit. supple dominus. Itẽ Esai.l. Ecce in increpatione mea desertum faciam mare: ponã quoq̃ flumina in siccum. Patet ergo quomõ dominus di-minuit aquas vite presentis. Insuper ipẽ idẽ claudit fõtes abyssi. Et per hoc designatur temperamentũ concupiscen-tiarum interiorum: q̃d operatur dominus moderando motum.

huiusmodi concupiscentiarũ: ꝛ hoc ne notabilr insurgãt cõ tra iudicium recte rationis. Claudit deniq̃ ipse idem deꝰ ꝛ dominꝰ cataractas celi: ꝓ hibens ne pluuie descendant de celo: per quod designatur temperamentum tentationũ diabolicarũ: quod operatur in nobis dominus: iuxta illud j. ad Corin. x. Fidelis est deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet, cum tentatione prouentum: vt possitis sustinere: ꝛ ne deficiatis i lucta: vt dicit glo. interlinearis.

¶ Allegorice arca est mũdus presens. Noe ꝛ qui cũ eo erãt intra arcam: genus designãt humanũ. Aque vero insinuãt multitudinem peccatorum: precipue autem idolatrie atque vniuerse superstitionis: que maxime regnabat in mundo isto ante Christi aduentũ. Tandem ergo recordatus est deus pater Noe ꝛ cunctorum viuentium. i. ade ꝛ totius humani generis: qñ redẽptionẽ misit populo suo. Adduxit etiã spiritum super terram: qñ misit Gabrielẽ archangelũ ad virginem mariã qui salutauit eam verbis pacificis dicens. Aue gratia plena: dñs tecũ. Et extũc imminute sunt aq̃ predicte scʒ idolatrie ꝛ totius iniquitatis: q2 vbi prius abundauerat delictũ: postmodũ supabundauit ꝛ gratia: vt hr̃ Ro. v. Propterea in passionarijs sanctorũ frequenter legit̃ demones de simulacris exiuisse / et dicta simulacra minutatim cõfregisse. Silr̃ legitur de beato Antonio q̃ diabolꝰ semel sibi apparuit dicens. Ego ad nihilum sum redactus: q2 iam vbiq̃ regnat Christus.

¶ Allegorice arca est corpus hũanũ intra q̃d cõtinet̃ humanus spũs sicut Noe intra arcã materialẽ. Hmõi autẽ arca in pñti quasi continue agitatur ventis variarũ tentationum: vtpote cõcupiscentie: ire: gule. Propt̃ q̃d merito designat̃ per illã nauem de qua dicitur Marci. vi. q̃ erat in medio mari: eratq̃ ventus contrariꝰ illi. At vero cũ dicta arca post generalẽ resurrectionem per dei gratiã peruenerit ad portum salutis perpetue tũc erit in pace. Et hoc figuratũ est ꝑ hoc q̃ arca Noe mẽse septimo requieuit super mõtes armenie: per quos intelligit̃ mõs ille celestis qui est in vertice montium: super quẽ ꝑple to gñali iudicio requiescent electi i corpore ꝛ anima: ꝛ hoc mense septimo. i. cõpleta etate septima. Sic em̃ promisit dñs Esa. xxxij. dicens. Sedebit populꝰ meus in pulchritudine pacis: in requie opulenta. Tunc etiã apparebũt cacumina mõtium: scʒ xp̃us: virgo Maria: apostoli: pr̃iarche: ꝓphete: et martyres: qui pre ceteris electis videbunt̃ in celo sublimati i gloria ꝛ honore. Et de xp̄o quidẽ scribit̃ Esa. xxxiij. Regẽ in decore suo videbunt: supple electi. De virgine aũt Maria d2 in ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. De apostolis vero legitur Matt. xix. Sedebitis super sedes iudicã

tes duodecim trib⁹ israel. Ceteri etiam apparebũt in eminẽti loco in celo. De huiusmodi etiã montibus armenie. i. ecclesie triũphantis loquitur ps. dicens. Fundamenta eius in montibus sanctis. i. sunt mõtes sancti.

¶ Anagogice ꝛ scdo per diluuium designat̃ stat⁹ post mortem. Post qd̕ diluuium claudẽtur fontes abyssi: similiter ꝛ cataracte celi. Insup ꝛ pluuie de celo: qꝛ tunc non fiet misericordia reprobis: sed seuera iustitia: que oĩa in presenti ex dei gratia speciali sũt aperta: eo ꝙ venit tempus miserendi dñi / vt inquit ps.

¶ Secũda clausula.

¶ Cumq̧ trãsissent quadraginta dies: apiens noe fenestram arce quam fecerat / dimisit coruũ / qui egrediebatur / et nõ reuertebatur donec siccarẽt aque sup terrã. misit quoq̧ colũbam post eũ / vt videret si iã cessassent aque sup faciem terre. Que cũ nõ inuenisset vbi requiesceret pes ei⁹: reuersa est ad eum in arcam. Aque em̃ erant super vniuersam terrã. Extendit ergo manũ suã: et apphẽsam intulit in arcam. Expectatis autẽ vltra septem diebus alijs rursum dimisit colũbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperã / portans ramũ oliue virẽtibus foliis in ore suo. intellexit ergo Noe ꝙ cessassent aque super terrã. Expectauitq̧ nihilominus septem alios dies: et emisit columbã: que nõ est reuersa vltra ad eum.

¶ Historialiter. Postq̃ egregius vates dñi Moyses in precedenti clausula egit de apparenti diminutione aquarũ diluuij: ita vt apparerent cacumina montiũ: hic consequẽter prosequẽs hmõi diminutionẽ ostẽdit qualr̃ ipse Noe itra arcã adhuc existens voluit dupli ci indicio: scꝫ corui ꝛ columbe de hoc perãplius certificari. Cũq̧ ergo arca requieuisset sup mõtes armenie: eo ꝙ residue aq̃ diluuij pre sui diminutione non possent eã vltra sup dictos montes transferre flu ctuãdo vt prius: apparuissent quoq̧ cacumĩa mõtiũ: Noe in oĩb⁹ mature se hñs expectauit post hec adhuc. xl. dies. Quib⁹ expiratis apuit fenestrã arce. Que q̃dẽ fenestra nõ fuit illd̕ ostiũ p qd̕ prius ingressi fuerãt hoĩes ꝛ cetera in arcã: sed fuit illa fenestra de q̃ dñs superi⁹ pcepat Noe dicẽs: Fenestrã i arca facies. Cũq̧ apuisset dictã arcã: dimisit coruũ q̃ egrediebat̃ ꝛ non reuertebat̃ donec siccarẽt aq̃ sup terrã. Nec ex his verbis intelligẽdũ est ꝙ ip̃e coru⁹ reuersus fuerit in arcã ad Noe desiccatis aq̃s sed remãsit sup cadauera / vt cõiter dicit̃. Et iste modus loquendi similis est huic qd̕ de Joseph dr̃ Mat. j. ꝙ nõ cognouit Mariã donec pepit filiũ suũ primogenitũ. Nõ ꝙ postea eã cognouerit. Nihilomin⁹ Josephus dicit expresse ꝙ coru⁹ inueniens adhuc cũcta inundãtia / regressus est ad Noe in arcã. sed ne videamur contradicere Josepho historiographo solennissimo: dicimus ꝙ

coruus non est reuersus ad arcam secũdum intẽtionẽ Noe: q̃ intẽdebat ꝙ deberet reuerti afferẽdo in ore suo aliq̃d signum cessatiõis aquarũ: sicut postea egit colũba. Hoc autẽ nõ fecit: ⁊ ideo dicitur nõ fuisse reuersus: qui tñ scḋm dictũ Josephũ est reuersus. Et ita scḋm istũ modũ loquẽdi coruꝰ primo emissus nõ remãsit sup cadauera. Nec etiã hoc habet in translatiõe beati Hierony. Sed reuersus est ad arcam vt ibi quiesceret: qui extra locũ requiei nõ inuenerat propter aquarum inundantiã. Nam et adhuc aque cooperiebãt vniuersam terram planã: vt dicit in textu. Deinde post coruum emisit Noe columbã de arca: vt sciret si iam cessassent aque Uolebat eni facere quod in se erat: et nõ totũ ꝯmittere deo. Hoc eñ fuisset tẽtare deum. Emisit ergo Noe ter colũbã. Post primã emissionẽ rediit ad arcam absq; signo. Post secundam rediit ad arcam cum signo cessatiõis aquarũ: quia cũ ramo oliue virẽtibus folijs in ore suo. Post tertiã non est vltra reuersa ad eum.

Sed ꝓ ampliori declaratione presentis textus mouẽtur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubium tale est. Quomõ fieri potuit ꝙ Noe intra arcam inclusus potuerit cognoscere ꝙ diminute essent aque: ita vt apparerẽt cacumina montiũ: vt dictũ est in fine precedentis clausule: insup et postea transactis xl. diebꝰ aperuit fenestrã arce: ⁊ inde emisit coruum. Hoc autẽ nõ fecisset nisi certus fuisset ꝙ notabiliter diminute fuissẽt aque. Est igitur questio quomõ potuit cognoscere hmõi aquarũ iminutionẽ. Ad hoc breuis datur responsio. Dicũt eñ nõnulli ꝙ fenestra arce erat clausa crystallo: vt sic ꝑ eã posset lumen ingredi in arcã: vt dictũ est supra. vj. c. sub octaua clausula in expositiõe litere. Mediante ergo tali fenestra crystallina ad quam facile potuit Noe accedere: potuit cognoscere sufficiẽter diminutionẽ aquarum: ⁊ videre cacumina montiũ: ⁊ aliorũ locoꝝ inferiorum que successiue consequenter discooperta sunt durantibus illis quadraginta diebus succedentibus: de quibus agitur in prĩcipio presentis clausule. Hoc idem etiã potuerũt cognoscere ꝑ talem fenestram crystallinã filij ipsiꝰ Noe: similiter et vxores vtrorũq;.

¶ Secundum dubiũ. Cur potius Noe ꝑmo emisit coruũ de arca: q̃ aliã auem? Respõsio. primo potest dici ꝙ sua solavo luntas hoc effecit. Secũdo potest dici ꝙ coruus q̃ cõmuniter pascit cadaueribꝰ: et q̃ est optimi olfactus: intra arcam existens sentiebat fetorẽ cadauerum que supnatabãt aquis etiã vicinis arce. Propter q̃d cupiens saturari hmõi cadaueribus: agitabat se satis vehementer intra dictã arcã. Q̃d perpendens Noe emisit eum inde. Põt etiam assignari alia ratio moralis: de qua postea.

¶ Tertiũ dubiũ. Quid postmodũ factũ ẽ de dicto coruo? Respondet ad hoc magister in

historia scholastica ꝙ forte aquis interceptus est. Uel forte inquit inueniēs cadauer supnatās aquis allectus adhesit cadaueri: sicut in simili casu solent tales aues facere. Alii autē dicunt ꝙ post egressum de arca coruus q̄ remanserat in arca/extra cōparē suū inueniens: ⁊ naturaliter recognoscēs: sicut solet in genere auiū masculus femellā suā recognoscere: illi adhesit ad generationem. Josephus autē dicit vt supra allegatū est/ꝙ cū dictus coruus reperisset cuncta inundantia: regressus est ad Noe in arcam.

¶Quartū dubiū versatur circa illud verbū. Aque em̄ erāt sup vniuersam terrā. Contra hoc em̄ argui potest. Nā iam dictum est in fine precedentis clausule ꝙ ante quadraginta dies apparuerāt cacumia mōtium. Quomodo ergo nunc dicitur ꝙ aque erāt sup vniuersam terrā: postq̄ scʒ Noe emisit coruum de arca: ⁊ similiter columbā ꝑ primavice? Dicendum in primis ꝙ vniuersa terra hic capitur ꝑ synecdochē: scilʒ pars ꝓ toto. Tunc ergo aque erant adhuc sup vniuersam terrā. i. sup maiorē partē terre: quā adhuc occupabāt. Uel dicēdum ꝙ etsi prius apparuissent cacumina mōtium tāq̄ nudata aquis: forte nōdū erant siccata: sed adhuc paludosa ⁊ humida. Et ad hūc sensum dictū est ꝙ aque erāt sup vniuersam terrā. Uel vt dicit Petrus comestor: per recapitulationē prius potest intelligi factum/postea dictum.

¶Quintū dubiū est de columba: de qua queritur quomodo potest stare ꝙ nō inuenit vbi requiesceret pes eius: cū tamē prius etiā ꝑ dies. xl. apparuissent cacumina montiū. Ad qḋ dicēdum ꝙ etsi longe ante dis cooperta fuissent hmōi montium cacumina: nō tamen adhuc erant sufficienter desiccata ad recipiēdū columbā: que loca sicca frequētat. Neq̧ em̄ in loco lutoso solet residere pes illius. Nec mirū si adhuc tunc altissimi montes erāt paludosi: tum quia multo tēpore fuerant cooperta aquis: tū quia adhuc hyemis erat: quādo scilʒ paludes solent in locis humidis abundare.

¶Sextū dubiū. Quomodo factum est ꝙ colūba secundo ad arcam rediēs attulerit ramū oliue virentibus foliis in ore suo? Tale enim opus nō est ei datū a natura. Quāuis em̄ illi cōueniat colligere ramusculos siccos ad nidificandum: nō tamē ramos virentes oliuarū. Rn̄sio: plerūq̧ cū opib⁹ miraculosis se immiscēt opa nature. In proposito ergo aliquid fuit naturale: ⁊ aliquid supnaturale. Naturale enim fuit ꝙ colūba non inueniens terram sufficiēter siccatā redierit ad arcam tāq̄ ad colūbariū suū: maxime cū sit auis partim domestica: sed supnaturale fuit ꝙ attulerit deforis ramū oliue virētibus foliis in ore suo: in quo quidem facto specialiter dirigebatur a deo: aut ab angelo bono.

¶Moraliter et primo coruus significat peccantes ex certa

scientia. Colũba vero peccantes ex fragilitate aut ignorãtia. Utrico͡q recedũt ab arca: id est ab ecclia, saltẽ merito: sed non pari passu: quia primi raro aut nunq͡ ad arcam redeunt: eo q͡ cõmuniter efficiũtur obstinati et assidui in peccatis suis. Modo assidue peccantiũ nunq͡ miseretur deus: supple de facili: vt dicit glos. Insuper peccatum cõmissum ex certa scientia vocatur peccatũ in spiritũ sanctũ. Modo qui peccauerit in spiritũ sanctum: nõ remittetur ei neq͡ in presenti: neq͡ in futuro: vt habet Luce. xij. Secundi autem frequẽter et facile illic redeunt: q͡ ignorantia meretur veniã. Unde Apo. de seipso loquẽs. j. ad Tim. j. dicit: Prius blasphemus fui et persecutor et cõtumeliosus: sed miam dei consecutus sum: quia ignorãs feci in incredulitate. Caueat ergo quicũq͡ peccat, ne sequatur cõditionẽ corui: sed poti⁹ similis efficiatur colũbe que ad arcam reuersa est. Audiat etiam vocem Noe. i. benignissimi dei. Reuertere inquit reuertere ad me: et ego suscipiã te. Hiere. iij.

¶ Moraliter et secundo Noe significat deũ patrẽ: qui coruum et colũbam. i. malos et bonos emittit per creationem. Ipsosq͡ ad huius mundi diluuium. i. ad fluctũ tẽtationũ et tribulationũ transmittit. Uerũtamẽ quia mediante isto tẽtationũ vel tribulationũ diluuio quasi tot⁹ mũdus plenus est cadaueribus. i. immũditijs et carnalitatibus: ideo colũba id est persona simplex bona et colũbina nõ inueniens in mundo. i. in mundanis negocijs et delicijs vbi pes affectionũ ei⁹ requiescere debeat, iuxta illd Michee. ij. Surgite et ite: q͡ nõ habebitis hic requiẽ: volũtarie redit ad patrẽ suũ deũ: scilꝫ ad secreta cõscientie per cõpunctionẽ, refugiẽs cadauera deliciarũ, atq͡ vilipẽdens diluuium vitiorum: dicens illud Joã. xvj. Exiui a patre, et veni in mũdum: iterũ relinquo mũdum, et vado ad patrẽ. At vero coruus. i. homo coruin⁹ carnalis et imũdus: nõ curat de reditu ad deum: siue ad cõscientie sue secretũ: quinimo delectat se et occupat exterius in cadaueribus. i. in imũditijs et carnalitatibus vite presentis. Et ideo nunq͡ intrat arcã salutis siue paradisi. Hinc Hiere. v. dicitur: Indurauerũt facient suã sup petrã: noluerũt reuerti. Et hi sunt de quibus loquit dñs in psal. dicens: Quibus iuraui in ira mea: si (ꝓ nõ) itroibunt in requiem meam.

¶ Moraliter et tertio coruus designat peccatores, et signanter penitẽtiã differẽtes, et hoc propter tria. Primo quidem propter vocem. Coruus enĩ a crocitãdo dictus est: vel quia vox ei⁹ cras resonare videtur. Sic et miseri peccatores cum monentur ad penitẽtiã: ꝓcrastinant de die in diẽ: etiã plerũq͡ vsq͡ in finẽ vite inclusiue confidentes nimis de dei misericordia. Contra quos loquit scriptura Eccli. v. dicens: Ne tardes cõuerti ad dñm: et ne differas de die in diẽ. Subito.

enim veniet ira ei⁹: et in tpe vindicte disperdet te. Nota ad ppositū de illo diuite q̄ ponitur a xpo sub similitudie Luc.xij. Hic enim cū cogitaret destruere horrea sua: et maiora facere ad reponendū bona sua: facta est subito vox ad eum dicens: Stulte hac nocte demōes animā tuā repetēt a te. Ptz ergo q̄ nō est pcrastināda penitentia. Secūdo pter colorē. Est enim coruus nigerrima auis: ita et pctōris cōsciētia est nigerrima: iuxta illō Thre.iiij. Denigrata est sup carbones.i. plus q̄ carbones facies eox: id est ɔsciētia pctōx. Itē Naū.ij. Facies eox sicut nigredo olle. Carbo enim ignit⁹ rube⁹ est: sed extinct⁹ niger. sic et aīa in charitate existens: colorata est et pulchra. At vero qn̄ incidit in peccatū / tūc deturpatur. Iohelis.ij. Oēs vultus.i. cōsciētie peccatrices / redigent in ollam. Tertio pter refectionē. Coruus enim reficit et pascitur rebus immūdis / et signāter cadauerib⁹. Sic et peccator reficitur iniqtatib⁹ et abominationib⁹ multis: sicut spāliter ptz de detractore et c. Ecce igitur qd significat coruus: qr quēlibet pctōrē. Sed qd est q̄ Noe emisit coruum de arca: nisi q̄ homo coruinus.i. peccator eijciendus est de ɔsortio bonox: et signāter vbi presumitur de incorrigibilitate illi⁹: aut vbi timet ne alios corrūpat. Vn̄ pter has duas rōnes eijciūtur mali religiosi de arca claustri: et similiter heretici a consortio christifideliū: sicut oues scabiose a cetu et cōsortio aliarum / ne eas inficiant.

¶ Historialiter. Postquam in precedenti capitulo antiquus dei moyses egit de multiplicatione filiorum Noe per generationes suas: hic consequenter agit de diuisione eorundem abinuicem: et hoc in penam sue superbie. Quia enim facere disponebant turrim/ et ad hoc efficaciter laborabant/ que esset maxime altitudinis: vt sic esset perpetua memoria de ipsis: ideo dominus per penam sequentem que fuit confusio linguarum/ humiliauit eorum superbiam. Habuerunt nihilominus et aliam intentionem in constructione dicte turris/ vt scilicet in ea saluari possent si iterum diluuium inundaret super vniuersam terram/ sicut iam factum fuerat: quasi volentes se armare et protegere contra dei potentiam: quod valde stultum erat. Dicit ergo Moyses quod ante predicte turris inchoationem erat terra labij vnius/ id est omnes homines in terra habitantes habebant vnum commune idioma/ quod erat hebraicum. Nam vt communiter dicunt doctores: istud erat idioma quo vsus est Adam et descendentes ab eo vsque ad dicte turris constructionem. Erat ergo terra labij vnius quantum ad substantiam idiomatis: et sermonum eorundem quantum ad modum pronunciandi siue quantum ad proprietatem sonandi verba sua. Et vt dicit Augu. libro. xvi. de ci. dei: ista lingua hebraica prius omnibus communis post multiplicationem linguarum in. lxxij. in sola familia heber remansit. Propter quod hebraica dicta est.

¶ Sequitur. Cumque proficiscerentur: scilicet filij Sem Cham et Japhet: de oriente: forte de armenia: vbi noe primo habitauerat postquam de arca exierat: qui tamen tunc iam erat mortuus: inuenerunt campum in terra Senaar: que nunc dicitur chaldea fere planities maior totius mundi: et habitauerunt in eo. Nemroth enim semper laborabat eos in vnum sub suo dominio retinere. Quo inducente facile consenserunt in hoc facto: ita vt adinuicem dicerent. Uenite faciamus lateres etc. Terra enim illa est campestris non habens lapicidinas: ideo predicti proposuerunt inter se decoquere lateres loco lapidum: et vti bitumine pro cemento. Quod quidem bitumen postquam desiccatum fuerit/ non potest dissolui nec aqua: nec igne: sed solum sanguine menstrui. Fit autem huiusmodi bitumen de arborum corticibus: interdum etiam fit de terra permixta aquis. Unde in sequentibus dicitur de terra sodomorum: quod vallis illustris habebat mul

tos puteos bituminis. Formatis itaq; atq; decoctis igni lateribus dixerunt adinuicem. Uenite faciamus nobis ciuitatem ꝛ turrim: scilicet in medio ciuitatis quasi fortaliciũ toti⁹ ciuitatis. Sed iusto dei iudicio quo ostensa est eorum fatuitas: ꝛ detrusa ꝑsumptio nimia: neutrum perfecerunt. Cuius culmen pertingat ad celum: id est altissimam turrĩ Bene enim nouerant ꝙ vsq; ad celum edificare non possent. intendebant ergo tam altam turrim edificare ꝙ aque diluuij si rediret non possent ad summitatẽ illius pertingere. Hoc etiam facere intendebant ex vana gloria: ideo sequitur: Et celebremus nomen nostrum: id est tale ac tantũ edificium faciam⁹ vnde apud futuros nomen nostrum reddatˀ celebre ꝛ famosum. Et hoc supple faciamus anteq̃ȝ diuidamur in vniuersas terras. Bene enim videbant ex continua multiplicatione generis hũani ꝙ non poterant semper in vnum habitare: ideo dixerũt Neroth eos ad h̃ instigãte: faciamus hoc opus tam mirabile ꝛ tam excelsum anteq̃ȝ diuidamur abinuicem. Ipse enim intendebat medio huius turris tenere eos semper sub iugo: sicut in vnum habitarẽt: sicut abinuicem separarẽtur: sicut videmus de fortissimis munitionibus ꝛ castris que tenent sub seruitute vnam ferme prouinciam: sicut patȝ de castro mediolanẽ. Dicit tñ de lyra ꝙ in hebreo sic habetˀ vt non dispergamur sup faciẽ vniuerse terre. i. ne diluuium superueniens (si tamẽ aliquãdo contingat) dispergat cadauera nostra super faciem terre: sicut fecit de predecessoribus nostris. Patet ergo illius gentis fatuitas ꝛ presumptio vt dictum est.

¶ Sequitur. Descendit autẽ dñs vt videret ciuitatẽ ꝛ turrim quã ꝛc. Hic ponitur diuisio linguaꝝ inflicta a deo pro culpa supbie. Dicit ergo moyses. Descendit autem dñs. vbi ipse de deo loquitur secundũ modum humanũ. Uel vt dicit glo. interl. descendere dei est humanorum actuum cõsiderare prauitatẽ: sicut in sequẽtibus. xviij. ca. dicit dominus de sodomitis. Descendam et videbo vtrum clamorem opere compleuerint. Descẽdit ergo dominus vt videret ciuitatem et turrim quam edificabant filij Adam: scilicet primi transgressoris. Uel dicit filij Adã ad ostẽdẽdã coꝝ fragilitatẽ cõtra superbiã. Et nota ꝙ localr̃ nõ mouetˀ dñs: q; semper est vbiq; totus. Sed descẽdere dr̃ cũ aliquid noui facit in terra: qđ preter vsitatum nature cursum mirabiliter facit: p̃ñtiam quodãmodo eius ostẽdit. Nec videndo aliquid discit ad tẽpus: qui nunq̃ȝ põt aliquid ignorare: sed ad tẽp⁹ videre ꝛ cognoscere dr̃ quod videri ꝛ cognosci facit. Uel dic ꝙ ideo de⁹ descẽdisse dr̃ in ciuitatẽ babylonie: q; illic descẽderũt ei⁹ angeli ĩ qb⁹ habitat. Iõ subditˀ. Uenite igit descẽdam⁹: ꝛ ꝯfũdam⁹ ibi liguã eoꝝ: vt nõ audiat. Ubi notãdũ

quod hec sunt verba dei ad angelos qui sunt ministri sue iustitie. Possunt etiã esse verba sanctissime trinitatis ad seipsam sicut ibi. Faciamus hoiem ad imaginem et similitudinẽ nostrã. Ge.i.c. Quod autem dicitur consequẽter: vt non audiat vnusquisque linguã proximi sui: sensus est vt eam nõ intelligat: et ad modum nõ audiẽtis se habeat. Quod et factũ est. Propter quod cessauerũt edificare: quia quũ vnus petebat lapides: alius portabat sibi cementũ: vel aliud sile: et sic credebat vnus derideri ab alio. Propter quod mota est rixa inter eos atque contentio: intantũ quod oportuit eos cessare ab edificio incepto. Et idcirco vocatũ est nomẽ eius babel.i.cõfusio: quia ibi confusum est labiũ vniuerse terre: scz propter multitudinẽ idiomatũ. Finaliter autẽ dispersit eos dñs sup faciẽ cunctarũ regionũ: scz illos qui erãt vnius idiomatis ad vnã regionem: et alios ad aliam: et sic consequenter. Et licet ibi fuerint.lxxij.lingue: iuxta numerũ.lxxij.generationũ descẽdẽtium a tribus filiis noe: vt dictũ est ĩ precedẽti capitulo: fuerunt tñ tres solẽniores que adhuc sunt multum in vsu et reuerentia: scz hebraica: greca: et latina. Notandum etiã valde est scdm rabanũ: quod predicti nõ solũ fuerunt diuisi quãtum ad linguas: sed etiam taliter quod nullus faciẽ proximi sui cognoscebat: et ideo petenti lateres ministrabatur cementum: et ecõuerso. Propter quod habuerũt necessario ab opere cessare: et ab inuicem discedere. Ecce igitur quomodo et qualiter facta est cõfusio linguarũ. Pro ampliori autẽ declaratione presentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ versatur circa finẽ eiusdẽ textus. Queritur ergo vtrũ in tali dispersione populorũ iuxta numerũ linguarum remanserit Babylon absque habitatore. Dicẽdũ quod nõ. Vñ Beda. Dispersis per orbẽ cõstructoribus ciuitatis et turris: cessatũ est ab vlteriori edificatiõe: nõ tamẽ cessatum est ab inhabitatione illius. Vñ inquit colligẽdũ videtur aliis inde recedẽtibus et a structura cessantibus: Nemroth operis auctorẽ cũ sua domo ac familia ibidem remãsisse: donec progenito ex sua stirpe pignore: et in hac potentius regnare: et alias regno suo posset addere ciuitates. Neque ei nisi fallor aliter intelligendũ fuit quod supra dictũ de illo est: scz ca.precedenti. Fuit autem principiũ regni eius Babylon et Arach: Archat: et calane in terra Sẽnaar. Quãuis eandẽ vrbem Babylonie postea Ninus vel semyramis cõiunx illius maiorẽ ex tẽpore et augustiorẽ reddidisse ferãt. Et inter ceteros Nabuchodonosor de spoliis hierosolymorũ eã valde ditauit atque ornauit: ita vt diceret in superbiam elatus. Nonne hec est Babylon ciuitas magna quam ego edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee: et in gloria decoris mei? Dañ.iiij. Et nota quod dicit: quã ego edificaui, id est

ampliaui. Patet ergo q Babylon post dispersionem linguarum fuit inhabitata per Neroth & filios ei9. Hodie tn̄ penitus destructa est: ita vt sit habitatio demonioꝝ: & custodia omnis spiritus inmūdi & custodia omnis volucris imūde. Apocaly.xviij. Ecce q verissimū est illud verbū psal. vbi ait. Omnis cōsummationis vidi finem. De magnitudine huius vrbis aliqua notaui ex Paulo Orosio libro secūdo inter expositiones epistolarū quadragesimaliū: feria scōa post dominicam in passione.

¶ Secūdū dubium est de moribus ipsius Neroth. Dicēdū q erat in primis gigas decem pedum scōm methodium. Itē erat idolatris pessimus: vt notatum est in precedenti capitulo sub sexto dubio. Preter hec erat superbissimus hominum: cui nō satis erat vt rebellaret contra dominum: nisi etiam ceteros ad tantam vesaniam induceret. Hoc autem perpulchre ostendit Joseph9 antiquitatum lib.j.cap.ix. ita dicens. Neroth filius Cham filij Noe fecit multitudinem iuuētutis que inerudita erat esse elatam ad iniuriam & cōtēptum dei. Nā cū esset audacior ceteris: et manu fortissimus: suadebat eis vt non deo ascriberēt quia per illum hominibus felicitas eueniret: sz q eis propria virtute preberetur: et cognatos generis sui ad causam tyrannidis adduxit: solus ipse presumens homines a dei timore reuocare: et spē suā in ppria virtute reponere: vlcisciqz se dementes in deum putabāt internunantem ferre diluuiū terre. Hoc est q illi perirent diluuio terre qui timerent deū. Ob quā causam turrim altiorem edificandam suadebat: vbi aque non possent ascendere. Multitudo autem prona erat vt Neroth preceptionibus obediret: graue putantes seruitium obsequi deo: et turrim edificabant in nullo sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem: & plusquā sperare quis posset: multis manibus fabricata crescebat. Latitudo tamen ita erat fortissima vt prope eam respiciētibus lōgitudo videretur minui. Edificabatur autē ex latere cocto colligato ex bitumine: ne forte penetraretur ac solueretur aquis. Deinde subdit Josephus dicens. Sic illos insanientes deus intendens exterminare omnes nō decreuit: quomodo nec alijs dudum perditis formidabāt: sed discordiā illis immisit diuersarum linguarum: vt per multas absonasqz voces intellectu carere potuissent. Hec Josephus vbi supra. Ex quib9 verbis patet q arrogās extiterit dict9 Neroth: & qui cū eo erant homines. De quib9 etiā dicit q eos deus a semetipsis migrare fecit: qm̄ non illius propitiatione putabāt se bona habere: sed propriā fortitudinē sibi putabant causam esse diuitiarū. Unde apposuerunt vt volūtati dei inobediētes existerent: putantes q p inuidiā eius ab alterutris im

grarētur: vt diuisi facili⁹ possent subiugari deo. Hec ille.
¶ Tertium dubiū est de Sēnaar: de quo queritur vtrū consenserit malis actib⁹ Nēroth. Dicendū q̄ non. Cū enim per eum cōtinuata fuerit ciuitas dei: atq̄ cultus vni⁹ veri dei: absit vt imitator fuerit predicti Nēroth: q̄ tā q̄ idolatra nequissim⁹ adorabat ignē: alios etiā inducēs τ cogēs ad tā nephariū actum. Qui cū esset robustissimus oppressor hīm: illi q̄ q̄ adhereret maria pars populi: sibi resistere non potuit dictus sem. Qui tñ partē suā semp faciebat bonā corā deo: τ forsan in secreto cordis sui: ne opprimeretur a Nēroth: sicut a suis.
¶ Quartū dubiū. Utrū facta diuisione linguarū fuerit vna ligua ī toto mūdo differēs tñ ſm ꝓprietates τ modos loq̄ndi: vel plures ſm substantiā: Dicendū ſm petrū comestorē q̄ in hac diuisione linguarū nullā linguā nouā fecit deus sed tñ variauit modos τ formas loquendi: diuersis gentibus diuersas. Uñ easdē lr̄as τ eiusdē proprietatis syllabas: aliter tñ τ aliter cōiūctas ſm varietatē linguarū inuenim⁹: insuper τ eadem noīa aliud τ significātia. Uñ hec vox sydera in greco: idem est q̄ ferrea: τ in latino idem est q̄ stelle.
¶ Moralr̄ ſm dñm petrū de pal. tūc terra est labij vni⁹ et sermonū eorūdem q̄ñ oēs vno ore honorificāt deū trinitatē nō diuisi schismate: nec odio: nec errore. Tūc aūt ꝓficiscuntur illi de oriente qui recedūt a prima charitate vel innocētia: de qua orti sunt per baptismū de ecclesia matre spūali. Uel dic q̄ oriens est xp̄s: qui visitauit nos oriens ex alto: vt habetur Lu. j. Mali ergo recedūt ab isto oriente. i. xp̄o: q̄ est fōs lucis eterne. Merito ergo mali possunt dicere illd̄ Sap. v. Sol intelligētie nō est ortus nobis. De bonis vero dicit̄ Malac. iiij. Orietur vobis timētib⁹ nomē meū sol iustitie. Mali ergo ab oriēte recedūt: τ veniūt in cāpū sc3 voluptatꝭ mūdi: τ ibi inueniūt maximā latitudinem: q2 lata τ spatiosa est via que ducit ad perditionē: vt habet̄ Mat. vij. In hoc cāpo interfect⁹ est abel a fratre suo: τ silr̄ sedechias excecat⁹ per regē Babylonie. Iste cāpus est in terra Sēnaar: qđ interpretat̄ fetor: q2 latitudo mūdana est in fetore per luxuriā τ alia vitia. Job. xx. Quasi sterquilinium in fine pdet̄. Sequit̄. Et habitauerūt ī eo. nō dicit trāsierunt per eū: qđ esset tolerabile: s3 dīt q̄ habitauerūt in eo: sc3 mali ī mūdo per affectum τ amorē nimiū: quasi inde nunq̄ā recedere volentes: sed dicentes. Bonū est nos hic esse: faciamus hic tabernacula: id est edificem⁹ domos sumptuosas. Faciam⁹ lateres: id est exerceamus nos in operibus terrenis per auaritiam: que vrit τ ardet: sicut lateres igni decoquuntur. Et quia sicut quanto magis lauans laterem: tanto immundior efficitur: ita quāto plus temporalia possidentur: tanto magis possideri desiderātur.

Et hoc idē denotat p bitumē qd colligat sara in iuicē: ita et bona tpalia colligāt secum cor auari quasi indissolubiliter.
¶ Moraliter iuxta illum textum. Uenite faciamus nobis ciuitatē ⁊c. notandum ꝙ mali volunt facere ciuitatē contra deum/ quādo p supbiā contra ipsum se erigunt. Specialiter autē tales superbi turrim edificant: nō qua ascēditur in celum: sed qua descēdit in infernum: quando de bonis operibus superbiunt ⁊ inaniter gloriantur. Et hoc maxime displicet deo. Celebremus inquiunt nomen nostrū. Superbi enim imponūt sibi nomina honoris iuxta illd psal. Uocauerūt nomina sua in terris suis. Humilibus autē de⁹ imponit nomina: iuxta illud eiusdē psal. Numerat multitudinē stellarū. i. humiliū/ qui p stellas designātur: et omnib⁹ eis nomina vocat. Sꝫ quid sibi vult id qd sequit: anteꝗ̄ diuidamur in vniuersas terras? nisi ꝙ superbi sunt in presenti semp inter se diuisi: iuxta illd Prouer. xiij. Inter superbos semp iurgia sunt. In futuro autē velint nolint perpetuo in vnū locū tormentorū recludentur.
¶ Uel dic ꝙ sicut filij Adam recedētes ab oriēte se mutuo hortati sunt ad ciuitatem et turrim edificādam: ita homines recedentes a deo per peccatum/ hortātur se mutuo ad peccarū: tū exēplo malo/ tum verbo/ dicētes illud Prouer. j. Ueni nobiscū/ insidiemur sanguini ⁊c. Hinc apo. j. ad Cor. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.
¶ Uel dic iuxta illd Erat aūt terra labij vnius: ꝙ p t'rā homo intelligitur: q etiā de terra format⁹ est: vt hr gen̄. i. Est ergo terra: id est homo labij vnius: qn̄ similiter loquit de proximo in presentia ⁊ absentia eius. Ecōtra autē tunc est linguarū diuersarū: qn̄ quidē bona loquit de eodē pximo in ipsi⁹ pn̄tia: ⁊ mala i ei⁹ absentia: vt solēt facere hoīes bilingues. i. duarū linguaꝝ siue susurrones p quos multe lites ⁊ dissensiones oriūt int' mortales. Et de talib⁹ scribit Eccli. xxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledict⁹. mlt'os eñi turbauit pacē hn̄tes.
¶ Moraliter per turrim Babylonicam quā edificauit Nēroth cum sibi adherentibus: ⁊ que iam ascenderat ad duo miliaria in altum secūdū Orosium: ⁊ scḋm beatū Hiero. super Esa. xiiij. designatur mundana pspèritas. Nā sicut turris Babel tādē deiecta est ad terrā: sic ⁊ mundana prosperitas postꝗ̄ multū exaltata fuerit: tādē turpit' cadit. Uñ ps. Uidi impium superaltatum ⁊ eleuatum sicut cedros libani. Trāsiui/ ⁊ ecce nō erat: q̄si uit eū/ et nō est inuētus loc⁹ eius. Et de hoc habem⁹ pulchrā historiā de Aman supbissimo: q cū eēt scḋs post regē Assuerū: atqꝫ ad ei⁹ impiū cūcta dom⁹ regia ꝯponeret/ randem tamē turpit' suspēsus est in patibulo mire altitudis qd mardocheo pauerat: vt legit' Hester. vij.
¶ Uel aliter. Per predictam turri intelligūt' ingētia edificia q̄ i ciuitate hui⁹ mūdi sibi

edificant mundani hoies etiã interdũ prelati ecclesie: ꝛ hoc de sanguine pauperũ: qꝛ bona ecclesie sunt bona pauperum. Sed quare hoc? Profecto qꝛ volũt celebrare nomẽ suuũ in presenti prius q̃ diuidant: scilꝫ per mortẽ: vbi anima diuidit a corpore. psal. Uocauerũt nomina sua in terris suis. i. in locis pertinentibus ecclesijs in quibus sunt beneficiati: affigẽtes in singulis angulis ꝛ locis patẽtibus eorũdẽ locorũ arma sua seu scuta. Sꝫ plerũq̃ hmõi ingentia edificia iusto dei iudicio ruunt et in terrã turpiter ꝛ cito sepe deijciuntur.

¶ Aliter ꝛ in bonã partẽ turris excelsa cui⁹ altitudo pertingit ad celum: designat spirituale edificium aie deuote: quo mediante tandẽ ascendit in paradisum. Huius itaq̃ turris fundamẽtũ est fides. Et de hoc fundamento loquẽs Apo. j. ad Corin. iij. ait: Fundamentũ aliud nemo põt ponere preter id qð positũ est: qð est xp̃s Jesus. i. fides de xp̃o: q͛ scꝫ sit verus deus et homo pfectus. Erectio huius turris est spes: que eleuat hoiem ad celestia. Unde August. Spes est certa expectatio future beatitudinis: ex meritis ꝛ grã puenies. Opertimentũ vero huius turris est charitas: q̃ operit multitudinẽ pctõꝝ: vt hr̃. j. Pet. iiij. Item Prouer. x. Uniuersa delicta opit charitas. Hec est igitur turris fortissima ad quã fugiẽs nedũ iustus: verũ etiã peccator volẽs relinquere peccata sua: saluabitur.

¶ Allegorice: p t̃rã intelligit ecclesia militãs. Per labiũ vno vnũ designatur predicatio et doctrina primitiuorũ doctoꝝ ecclesie: qui in vnũ conueniebãt: nec erãt iter eos schismata. Tũc em̃ erat inter eos vn⁹ de⁹: vna fides: vnũ baptisma: vt hr̃ Ephe. iiij. At vero in recessu aliquoꝝ ab oriẽte. i. a p̃a fide: ꝛ a xp̃o: de q̃ dr̃ Zacha. vj. Ecce vir oriẽs nomẽ eius: turris superbie tunc fabricata est est: ex qua secuta ẽ diuisio linguarũ per doctrinã ꝛ predicationẽ diuersaꝝ heresium. Unde Isido. ꝛ recitatur. xxiiij. q. iij. quidã aũt heretici. enumerat ibi. lxxx. hereses varias cũ suis auctoribus seu heresiarchis.

¶ Mystice turris ĩ bonã partẽ designat xp̃m: de quo Prouerbi. xviij. Turris fortissima nomen dñi: ad eam fugiet iustus. i. deuotus catholicus: et saluabit. Hec ẽ etiã turrĩ illa cui orantes dicim⁹: Esto nobis dñe turris fortitudinis a facie inimici. ꝛ sumit ex illo textu psal. dicentis: Deduxisti me dñe: qꝛ factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Turris etiã est p̃go maria: de qua Cant. vij. dr̃: Collum tuũ sicut turrĩ eburnea. Mille clypei pẽdent ex hac turri: vt hr̃ vbi supra. iiij. c. Per quos itelliguntur mille modi quib⁹ succurrit hec turris omnib⁹ confugentib⁹ ad eã. Secure ergo ad eã recurrere nos oportet.

¶ Anagogice p Nemroth qui vt dictũ est supra interpretat quatuor modis: vꝫ tyrannus: profugus: trãsgressor: vel apostata: intelligitur lucifer: q̃ est tyrãnus in tẽtãdo hoies: et sa

luti eorum aduersando. Item est profugus a celesti patria: ad quā nunq̄ est reuersurus. Insuper est trāsgressor diuine voluntatis p inobediētiā. Denique est apostata respectu religionis et claustri celestialis. Iste igitur Nēroth cū sibi adherētibus angelis malis tunc voluit facere ciuitatē et turrim cuius culmē pertingeret vsq̄ ad celū: atq̄ celebre reddere nomen suū: q̄n voluit in celum conscendere: et sup astra dei. i. super ceteros angelos exaltare soliū suū: ita vt diceret illud Esaie. xiiij. Similis ero altissimo. Sed sicut dn̄s confudit totā illam multitudinē hominū superborum: et inaniter gloriantiū: atq̄ inde eos dispersit sup faciem cunctarū regionum: ita idem deus et dn̄s cōfudit luciferū cū oībus cōplicibus suis: eijciēdo eos de celo et in pfundū abyssi eos detrudendo: dicēs ei illud eiusdem Esaie verbū: vbi supra. Uerūtamen ad infernū detraheris in profundū laci. Uerū nō oēs demones vsq̄ in presens descēderūt in dictū pfundum laci infernalis localiter seu presentialiter: q2 aliqui adhuc habitant in hoc aere caliginoso ad exercitiū hominū: nihilomin9 in finali iudicio illic perpetuo detrudent: q̄n quidē illis dicetur cū hoib9 reprobis. Ite maledicti in ignē etn̄ū. Mat. xxv.

¶ Secunda clausula.

¶ Hee sūt generationes Sem. Sem erat centū annorū quādo genuit Arphaxat biennio post diluuiū. Uixitq̄ Sem postq̄ genuit Arphaxat q̄ngētis ānis &c. vsq̄ ibi: Thare genuit Abrā / Nachor & Arā.

¶ Historialiter. Postq̄ in precedenti clausula egit Moyses eximius ppheta de diuisione linguarū que facta est: cū edificaret turris Babylonica per Nēroth & cōplices suos: & consequēter de dispersione populi prius in vnū habitantis: hic cōsequenter psequit generationes descēdentes a Sem: p quē cōtinuata est ciuitas dei: nō tamē sic q oēs descēdētes a Sem ptinuerūt ad ciuitatē dei: sed aliqui sic: & aliqui nō. Tāgit ergo Moyses in presenti textu decē gn̄ationes descēdētes a Sem vsq̄ ad Abrahā. Sed pro ampliori declaratiōe textus mouent aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū est circa etates aliquorum hominū. Prius enim dixerat dn̄s: scz. vj. ca. Eruntq̄ dies illius. cxx. annorum. Et tamē in presenti textu legitur de aliquib9 q vixerūt post diluuiū sexcētis annis: vt Sem: alij quingētis annis: alij quadringētis annis: et hmōi. Est ergo questio quō ista possunt simul coherere. Ad hoc breuiter dicēdum q predicta verba sumpta ex p̄cedenti sexto capitulo: nō sunt intelligēda de termio vite humane: vt aliqui opinant. Sed tm̄ de termino durationis seculi vsq̄ ad inundationē diluuij. Quē q̄dē terminū dabat dn̄s peccatoribus qui erāt sup terrā vt penitērent: et q2 auxerūt culpā: vbi eam diminuere debuerāt: iuxta illud Job. xxiiij. Dedit ei deus locū penitētie: scz popu-

lo ante diluuium: et ipse abuti-tur eo in supbiā. Ideo dñs de illo nūero annoꝝ subtraxit vi-ginti annos secūdum quosdā: ac si eius iustitia nō posset ho-minū maliciā vlteri⁹ sustinere.

¶ Scdm dubiū est de deter-minata etate Sem post dilu-uium. Nam vt inquit venera-bilis Beda/ magna nobis q̄stio secūdum literā nascitur: quo-modo scilz ipse Sem biennio post diluuiū centū esse annoꝝ dicatur: cū quingētesimo an-no patris sui Noe natus assera-tur: vt patet supra. v. c: et sex-centesimo anno etatis eius-dem Noe diluuium venisse di-catur: vt patet supra. vij. c. Si eñ quingētesimo anno etatis sui patris natus est: consequēs est dicere q̄ qñ diluuiū inun-dauit sup terrā/ipse habuit an nos centum. Et cū vlterius nō genuerit post diluuiū nisi p-transitis annis duobus: vt hic dicitur: cōsequēs est dicere q̄ ipse tunc habuit annos centū et duos. Et tamen in presenti textu dicitur q̄ erat centum annoꝝ quādo genuit Arpha xat. Hāc igitur cōtrouersiam soluēs Beda dicit duos plusq̄ quingētos ānos habuisse Noe quando nat⁹ est ei Sem. Solet inquit nōnunq̄ sic loqui scri-ptura: vt etsi modicū supersit vel desit/ plenarium tamen et perfectū in computo numerū sonet. Unde Noe cū natus es-set Sem/ duos super quingen tos annos habuit. Nec falsum dixit scriptura q̄ quingentos annos habuerit tunc: quia mi-nor numerus intra maiorē cō-tinetur: et signanter in propo-sito: quod sic patet. Dicit eñ scriptura supra. v. et. vj. capitu lis q̄ Noe cū quingētorū esset annoꝝ/ genuit Sem/ Cham/ et Japhet: cum tamē nulli dubiū sit q̄ vno eodemq̄ anno vnus vir de vna coniuge tres filios generare nō possit. Resoluto-rie ergo tenēdum est Noe fuis se quingentorum et duorum annorum quādo genuit Sem: postmodum superuenisse di-luuium priusq̄ ipse Sem cen-tum annos cōpletos haberet. Hos autē cōpletos habuit an-no secundo post diluuiū qñ ge nuit Arphaxat.

¶ Tertium dubiū. Quare est q̄ scriptura sacra in genera-tionibus Sem enumerat Ar-phaxat tantū: cum tamen post illius generationē dicat scri-ptura eadem q̄ genuit filios et filias. Et idē q̄ri pōt de aliis genealogiis seq̄ntib⁹. Dicēdū q̄ hic tm̄ illi exprimūt de qb⁹ pricipalit intēdit loq ipa scri-ptura: cuiusmodi ē Arphaxat pmogenit⁹ Sem: et sic de aliis primogenitis: p quos texūtur genealogie nedū vsq̄ ad abra-ham: verū etiā vsq̄ ad Chri-stum: vt patet Luce. iij.

¶ Quartum dubiū. Quare est q̄ in istis decē gñatiōib⁹ q̄ ter minātur ad Abrahā: nō addit in fine cuiuslibz (et mortu⁹ est) sicut fit i illis gñatiōib⁹ q̄ pre-cesserūt diluuiū: de qb⁹ supra. v. c. Ad hoc rñdet venerabilis Beda hanc esse rationē: qz in istis decē gñationib⁹ nemo est q̄ euaserit mortis debitū: sicut in illis q̄ pcesserūt diluuiū. Ibi nēpe legit de Enoch q̄ ābula-uit cū deo: et nō apparuit: sup-

ple in fine dieꝝ suoꝝ/ q̄ fuerūt trecēti sexagita q̄nq̄ʒ: q2 tulit eū deꝰ: inq̄t Moyses: scʒ absq̄ʒ morte. In istis aūt genealogijs nullus est a morte exēptus. Et ideo nō fuit opus addere illō et mortuus est. Nihilominꝰ de his q̄ secuti sunt Abrahā/ bñ repetit Moyses illud cōmune dictum: Et mortuus est: sicut ptʒ de Arā fratre ipsius abrahe. Similiter de Thare patre suo: eo q̄ iterū deueniendum erat ad aliquē q̄ a mortis debito eximendus erat. Hic autē fuit Helias: de quo legit̄ .iiij. Regū .ii. q̄ p turbinē ascendit in celum: aspiciente seruo suo Heliseo.

¶ Quintū dubiū est de numero generationū vsq̄ʒ ad Abraham. Ad qḋ dicendū q̄ aliter loquendum est circa hoc scḋm hebreos: ⁊ aliter secundū latinos. Hebrei nēpe nullam mentionem faciunt de Caynā: sed sine medio dicunt Arphaxat filiū Sem: genuisse Sale. Latini vero insequētes in hoc septuaginta interpretes: ponūt Arphaxat filiū Sem genuisse Caynā: ⁊ postmodū Caynam genuisse Sale: vt refert Petrus comestor allegās Bedā. Sed vnde talis discrepantia? Certe ex vitio scriptorum: vt plerūq̄ʒ fit in sacra scriptura. Resolutorie ergo tenēdum est conformiter ad genealogiam saluatoris secundum ordinem sacerdotalem: quam describit beatus Lucas .iij. c. q̄ post diluuiū Sem filius Noe genuit Arphaxat. Arphaxat genuit Caynā. Caynā genuit Sale. Sale genuit Heber. Heber genuit Phalech. Phalech genuit Ragau: qui in presenti textu vocatur a Moyse reu. Ragau genuit Saruch. Saruch genuit Nachor. Nachor gēuit Thare. Thare genuit Abraham: qui primo appellatus est Abram.

¶ Sextum dubiū est quis de tribꝰ filijs Thare q̄ dicti sunt Abram/ Nachor/ ⁊ Aram: fuerit primogenitus. Dicendū q̄ circa hoc ē duplex opinio. Prima est cōmunis apud multos hebreos et catholicos/ q̄ fuerit Abraham: ⁊ hoc videt̄ pretendere textꝰ q̄ preponit ip̄m Abraham: deinde subdit Nachor ⁊ Aram Hoc etiam dicit venerabilis Beda. Sed hāc opinionē reprobat magister Nicolaus de lyra satis apparenter. Cōstat (inq̄t) secundū oēs doctores q̄ Sara vxor Abraham fuerit filia Arā. Hoc em̄ dicit Moyses in presenti capitulo. De ip̄a vero Sara scribit̄ infra .xvij. c. Putas ne cētenario nascet̄ filius: inquit Abraham ad angelū: ⁊ Sara nonagenaria pariet? Ex quo patet q̄ Sara erat iunior Abraham decem annis tantum. Si ergo Aram fuit iunior ipso Abraham: sequit̄ q̄ ipse nō habebat decē annos qñ genuit Saram immo nec octo: q2 inter natiuitatē Abrahe/ ⁊ natiuitatem Arā fuerunt plusq̄ʒ duo anni. Uidetur autem incōueniēs dicere q̄ in tali etate genuerit Arā filiā suam Sarā: ⁊ maxime illo in tēpore in quo hoies incipiebāt gñare qñ erant .lx. vel .lxx. annoꝝ. Secūda igitur opinio est q̄ Abrahā fuit vlti-

mus nat⁹ iter tres filios Tha re. In presenti tamē tertiu pre ponitur alijs duob⁹ fratribus ꝓpter ipsius dignitatē. Erat eñi ponēdus stipes ⁊ caput ge nerationis sequētis. Itē quia facta est ei repromissio expres sa de xp̄o. Et breuiter vt dicit Petrus comestor: Hic est ordo prepostérus. Nec attēdendus est in his ordo natiuitatis: sꝫ significatio future dignitatis. Nam ordine natiuitatis Arā primogenitus: ⁊ Abrahā vlti mogenitus fuit. Et sic ptꝫ de secunda etate mundi que vsqꝫ ad natiuitatē Abrahe extēdi tur: scd̄m eūdē Petrū cōesto. Durauit aūt scd̄m septuagita interpretes: annis mille.lxxij. Secūdum aūt Hebreos annis mille.ccxcij. Dicta tamē etas scd̄m istos terminat in thare

¶ Moraliter decē prenomina te generatiōes ꝑ quas ꝑuenit vna cum plurib⁹ alijs vsqꝫ ad xp̄m: vt ptꝫ Luce.iij. decē pre cepta decalogi designant: ꝑ q̄ peruenit vsqꝫ ad xp̄m: in p̄sen ti quidē per gratiā: in futuro autē ꝑ gloriā: iuxta illd̄ Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi: ser ua mandata. Q̄d autē addun tur alie generationes vsqꝫ ad xp̄m: designat ꝙ obseruantia consilioꝝ euangelicoꝝ multū confert ad perueniēdum vsqꝫ ad dictū terminū. In cui⁹ rei signū idem xp̄s loquēs vbi su pra de vno opere cōsilij q̄d est abrenūciatio tēporaliū in par ticulari: ait cuidā adolescenti. Si vis perfectus esse: vade et vēde oīa que habes: ⁊ da pau peribus: ⁊ habebis thesauꝝ in celo. Q̄d si q̄ras ad qd ꝓdest opus cōsilij respectu glīe cele stis vltra precepta: Respōsio. ad hoc prodest vt facili⁹ ⁊ bre uius ꝑ ipsum illuc perueniatur. Da exēplum de semita ꝑ quā si bene teneatur: breuius ꝑue nitur ad terminū ꝙ ꝑ viā cō munē. Hinc psal. clamabat ad dn̄m dicēs: Deduc me in semi ta mandatoꝝ tuoꝝ.i. per viam consilioꝝ: qr ipsam volui.i. ele gi. Et ista possunt esse verba veri religiosi cupientis salua re animā suam.

¶ Moraliter ⁊ secūdo confor miter ad dn̄m Petrū de pal. possumus exponere dictas ge neratiōes ꝓcedentes a Sem in hunc modū: ita vt ꝑ eas ge neratiōes rectoꝝ intelligant.

¶ Sem ergo qui biennio post diluuium genuit Arphaxat: ⁊ qui interpretatur famosus: re cte designat Christum: qui est valde famosus in celo ⁊ in ter ra. Hic ergo Sem generat spi rituales filios post diluuium peccatorum: sed tamē biennio transacto: per quod recte in telligitur duplex dilectio: dei scilꝫ ⁊ proximi. Nō eñi potest esse generatio rectoꝝ: que be nedicitur a dn̄o: nisi cessante diluuio peccatorū: ⁊ cū chari tate gemina duorū principa lium mandatorū: que sunt de dilectione dei ⁊ ꝓximi. Alias miseri hoīes in diluuio aqua rū multarū.i. peccatoꝝ: ad eū scilꝫ deū nō approximabūt. Quinimo in tali diluuio pec catoꝝ peribit omnis praua et adultera generatio.

¶ Arphaxat qui interpretat sanās vel saluās: genuit Cay nam: qui iterpretatur acquis

ſitio populi: q2 poſtq̄ quis ſa=nus fuerit intus in cōſcientia facile ſuo bono exēplo acq̄rit aliū populū dn̄o. Matt. v: Sic luceat lux veſtra coram homi=nibus: vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificēt patrem. ⁊c̄.

¶ Caynā q̄ interpretaꝛ acq̄ſi=tio populi vt dictū eſt/ genuit ſale: q̄ interpretaꝛ egrediens. Per qᷣ denotaꝛ ꝙ popul⁹ acq̄ſitus dn̄o ꝑ grāz dꝫ egredi de medio nationis ꝑuerſe/ ꝓpter periculū iterū redeūdi ad peccatū/ ſm̄ ꝙ admonet dn̄s ſuos dicēs illᷣ Apoc. xviij. Exite ᷣ illa popule me⁹/ ⁊ ne ꝑticipes ſitis delictorum eius: ⁊ de plagis ei⁹ nō accipiatis: qm̄ ꝑuenerūt pctā eius vſq̄ ad celū.

¶ Sale q̄ vt dictū eſt interp̄tatur egrediēs/ genuit heber q̄ interpretaꝛ victor: q2 poſtq̄ quis egrediꝛ de ſocietate mala ⁊ peruerſa/ atq̄ a peccato ⁊ iniquitate/ facile vincit diabolum tā in vita q̄ in morte: ita vt facile trāſeat ex hoc mūdo ad patrem: ſicut filij Iſrael egreſſi de egypto interfecerūt duos reges ī deſerto. Item egrediētes ſiue tranſeūtes iordanem victis multis regibus: tandem tranſierunt ad poſſidendam terram ꝓmiſſionis.

¶ Heber q̄ vt dictū eſt interpretatur victor/ genuit Phalech: qui interpretaꝛ diuidēs/ aut diuiſus: q2 qui vincit demones tranſmigrans de vitijs ad virtutes: hoc ipſo talis diuidit inter amarū et dulce: vt ſciat reprobare malū/ ⁊ eligere bonū. Tandē autem diuidetur a reprobis ī die iudicij: qn̄ quidem xp̄s ſegregabit iuſtos ab iniuſtis/ ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Mat. xxv.

¶ Phalech qui vt dictū eſt interpretatur diuidēs aut diuiſus/ genuit Ragau/ ſiue Reu: qui interpretaꝛ paſcēs aut paſtus. Per qᷣ denotaꝛ ꝙ q̄cūq̄ in preſenti ſe diuiſerit a peccatis/ ſiue ab hominibus malis: ⁊ pauerit paupes ſuis bonis: talis diuideꝛ a reprobis in iudicio vt dictū eſt: ⁊ paſceꝛ tandem in celo: vbi inhabitantes non eſurient neq̄ ſitient in eternum: vt habetur Eſa. xlix. Item Apoc. vij.

¶ Reu ſiue Ragau q̄ vt dictū eſt interpretaꝛ paſcens vel paſtus/ genuit Saruch/ q̄ interpretatur ꝑfectio. Per qᷣ deſignatur ꝙ q̄cūq̄ pauerit pauperes in preſenti: ꝓpter Chriſtum: nō ſolū paſceꝛ in celo: verum etiā perfectionē obtinebit: primo q̄dem ex parte anime/ que dotabiꝛ in celo trib⁹ dotibus. Secūdo autē ex parte corporis: qᷣ in generali reſurrectione dotabiꝛ et ꝑficieꝛ quatuor dotibus que ſunt agilitas claritas. ⁊c.

¶ Saruch qui vt dictū eſt interpretatur perfectio/ genuit nachor: q̄ vno modo interp̄tatur reqes luminis. Per quod denotatur ꝙ quicunq̄ peruenerit ad vite perfectionē: q̄tū patitur hūana fragilitas: talis in futuro requieſcet in celo/ vbi eſt lumē indeficiens: et claritas inextinguibilis. Ibi nempe claritas dei/ id eſt que deus eſt/ circunfulget beatos: quinimmo penetrabit corda illorum: quia ibi illabetur mentibus beatorum. Ps. Signatū

est super nos lumen vultus tui dñe. Item Nachor interpretatur alio modo obscuratio nouissima. Per qđ designatur q̃ quicũq; peruenerit ad vite pfectionem: tandem in nouissima obscuratione/ id est in mortis articulo quando lumē oculorum obscurabitur siue extinguetur in eo: tũc ascendet spiritus eius in celum/ scʒ ad illũ qui creauit eum.

¶ Nachor qui vt dictũ est interpretatur obscuratio nouissima/ genuit Thare: q̃ interpretatur depulsor. Per qđ designatur q̃ quicũq; peruenit ad obscurationē nouissimã .i. ad mortis articulũ/ talis debet fortiter ꝺpellere diabolũ: ⁊ hoc per synceram ⁊ integrã fidem. Sic enim esse faciendũ consulit beatus Petrus in sua prima cano. v. ca. dicens: Fratres/ aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Dicitur etiam Jaco. iiij. Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vobis.

¶ Thare qui vt dictum est interpretatẽ depulsor/ genuit Abrahan/ qui interpretatur pater multarum gentiũ. Per qđ designatur q̃ quicunq; laborãt efficaciter ad depellēdum peccatum siue diabolum tam a se q̃ ab alijs/ vt est bonꝰ prelatus/ siue ꝑdicator feruidus: talis est pater multarum gentium/ scilicet oĩʒ illorum quorum saluti cooperatur. Et sic patet de sensu morali.

¶ Allegorice. Predicte decē generationes naturales ⁊ corporales/ quarum stirps ⁊ origo fuit Sem: designãt decē generationes spirituales/ q̃ a principio mundi vsq; ad cõsummationē illius currunt tanq̃ vna etas. Prima igitur generatio fuit patriarcharũ/ secũda ꝓphetarum/ tertia apostolorũ/ quarta martyrũ/ quinta cõfessorum/ sexta virginũ/ septima viduarũ/ octaua coniugatorũ debite conjugio vtentiũ: nona sanctoꝝ innocentium: decima ceterorum electorum. De quibus Joan. Apoc. vij. Post hec vidi turbam magnam/ quã dinumerare nemo poterat/ ex omnibus gētibus/ ⁊ tribubus/ ⁊ populis/ ⁊ linguis ⁊c. Hec enim omnes spirituales generationes ⁊ que precesserunt/ ⁊ q̃ sequuntur/ ordinãtur ⁊ tēdunt ad vnũ summum patriarcham Christũ: cui coniungũtur per fidem. In cuius figuram legiẽ Matth. xxj. q̃ veniēte Christo in hierusalem in die palmarũ/ turbe que precedebant et que sequebantur/ clamabant dicētes: Osanna filio Dauid.

¶ Anagogice. Predicte decē generationes decē sunt ordines creaturarũ tã intellectualium q̃ rationaliũ in celo cõmorantium: quorũ quidem ordinũ nouem sunt angeloꝝ: decimus vero hominũ. Nam ꝭm nõnullos doctores hoies in celo constituent inter se specialē ordinē: q̃uis Gregor. dicat homines ad ordines angelorũ assumēdos: et hoc pro varietate meritorũ. Sed qđ est q̃ dicte decē generationes tendũt ad abraham? nisi q2 ille creature celestes tam angelice q̃ humane toto affectu ⁊ desiderio tē-

dunt in vnū ideniq̄ obiectum beatificū: Quis nō eq̄liter ab eis participatū: de quo Ioā. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verū deū: ⁊ quem misisti Iesum xp̄m. Nec tamē pater ⁊ filius sunt duo obiecta beatifica, sed vnum tantū: iuxta illud Ioan.x. Ego ⁊ pater vnū sumus. Item eiusdē.xiiij. Qui videt me, videt ⁊ patrem meum, inquit Christus ad philippum.

¶ Tertia clausula.

¶ Thare genuit Abram, Nachor, ⁊ Aram. Porro aram genuit Loth. Mortuusq̄ est aram ante Thare patrē suum in terra natiuitatis sue in hur chaldeoꝝ. Duxerūt autem Abram ⁊ Nachor vxores. Nomē vxoris Abram Saray: ⁊ nomen vxoris Nachor Melcha: filia arā patris Melche: et patris Iesche. Erat autem Saray sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaq̄ Thare Abram filium suū, ⁊ Loth filium Aram, filium filij sui, ⁊ Saray nurum suam, vxorē Abram filij sui, ⁊ eduxit eos ꝺ hur chaldeorum, vt irent in terrā chanaam. Ueneruntq̄ vsq̄ aram, et habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quindecim annorū: ⁊ mortuus est in Aram.

¶ Historialiter. Postq̄ famulus dn̄i Moyses in precedenti clausula egit de decē generationibus descendentibus per Sem filium Noe: hic cōsequēter in speciali prosequitur generationē thare: narrās qualiter genuit tres filios, quorū ista sunt nomina, Abram, Nachor, Aram. Erat autem thare septuaginta annorū quando genuit p̄dictos tres filios. Nec tamen intelligendum est q̄ vno et eodem anno eos genuerit. Non enim potest fieri vt de vna eademq̄ vxore vir possit distinctis generationibus generare tres proles vno eodemq̄ anno. Intelligēdum est ergo q̄ Thare erat.lxx. annorum cum genuit abraham: supposito tamen: sed non concesso q̄ Abraham fuerit eius primus filius. Deinde tempore sequēti genuit fratres eius Nachor scilicet ⁊ Aram: de q̄bus minus curauit scriptura tempus natiuitatis eorū precisum exprimere q̄ Abrahe: de quo erat principalis questio et mentio habenda. Huic simile est quod dicitur supra vj.c. videlicet q̄ Noe cū quingentorum esset annoꝝ, genuit Sem, Cham, et Japhet. Sed ad maiorē declarationē presentis text⁹ more solito mouentur alique questiones.

¶ Prima igitur questio est de sensu illorum verborum: Mortuus est aram ante Thare patrem suum in terra natiuitatis sue: in hur chaldeorū. Aduertendum ergo q̄ circa hoc sunt due opiniones. Prima dicit q̄ debet sic ītelligi litera: Mortuus est Aram ante thare, id est presente ⁊ vidēte thare patre suo: quinimmo ⁊ procurante mortem illius. Nam vt refert de lyra: Hebrei dicunt q̄ cum ipse Thare tanq̄ pessimus idolatra adorares

ignem, quem & Chaldei colebant: & vidisset quod filius suus Abraham hoc nollet facere: sed tanquam fidelissimus adoraret deum celi & terre, accusauit eum apud Neroth, qui adhuc superstes erat: & qui iusserat per vniuersam chaldeam ignem esse pro deo adorandum. Propter quod ipse Neroth tanquam crudelissimus tyrannus iussit eum proijci in ignem, vt experiretur virtutem illius. Aram autem frater eius qui illic astabat, dicebat in corde suo. Si frater meus Abraham vicerit ignem illesus exiens ab eo: sequar fidem illius. Sin autem, colam ignem sicut & ceteri chaldei. Cum igitur abraham virtute diuina illesus euasisset ignem, & quereretur a dicto fratre suo Aram de eius cultura: respondit se velle sequi fratrem suum abraham. Propter quod mox proiectus est in ignem: in quo & mortuus est: eo scilicet quod non fuit tante fidei sicut frater eius, vt patet ex dictis. Insuper quia non tanta bona futura erant per ipsum sicut per abraham. Sed hanc opinionem Petrus comestor reputat puram fabulam. Quam etiam reprobat de lyra ex textu presentis clausule in quo dicitur. Tulit itaque Thare abram filium suum, & loth filium filij sui Aram: & eduxit eos de hur chaldeorum. Non autem eduxit eos de incendio: maxime cum secundum hanc opinionem vt iam dictum est, per eius accusationem dicti filij sui fuissent proiecti in ignem. Et ideo melius videndum quod hur sit nomen ciuitatis: vt dicit Josephus, & similiter magister histor. In qua quidem ciuitate sepultura eiusdem Aram ostenditur. Secunda opinio & verisimilior dicit quod debet sic intelligi presens littera. Mortuus est Aran ante Thare patrem suum, id est ipso adhuc viuente. Alij vero duo filij scilicet abraham & nachor mortui sunt post patrem. Iste autem aran post se reliquit vnicum filium nomine loth: & duas filias. Nomen prime melcha, nomen vero secunde Jesche: que binomia fuit. Nam & Saray dicta est. Thare ergo secundum dictum Pe. Comest. odio habens terram chaldeorum propter luctum filij sui Aram: nec sustinere valens iniurias que fiebant ei vt ignem coleret: statuit alibi peregrinari. Prius tamen dedit filio suo nachor Melcham filiam Aram defuncti in vxorem. Abrahe vero Jesche siue saray assignauit in vxorem. Loth autem fratrem vxoris sue adoptauit in filium: eo quod ipsa sterilis esset.

¶ Secunda questio est de ortu idolatrie. Hec autem questio mouetur occasione illorum verborum in quibus dictum est chaldeos colere ignem pro deo. Quod quia facere noluit thare, coactus est inde recedere: quamuis Chryso. super Matth. dicat expresse eum fuisse idolatram Et quidem possibile est quod pro tempore talis fuerit: & quod tandem predictam sectam tanquam damnatissimam ad instantiam filij sui Abrahe qui fidelissimus semper extitit, reliquerit. Alias non video qualiter petrus comestor saluari possit. Ad propositam ergo questionem dicendum conformiter ad eundem comestorem quod idolatria ortum habuit a Nino, qui niniuem ciuitatem magnam edificauit, que in assyria sita est: & quam vi armorum sibi subiugauerat. Hic enim mortuo patre suo belo nerothide & rege babylonis: in solatium doloris imaginem patris sibi fecit: cui tantam exhibebat

reuerentiã vt quibuslibet reis q ad eam cõfugissent parceret. Proinde hoies de regno ei⁹ diuinos honores imagini ei⁹ ceperunt impẽdere. Hui⁹ itaq exẽplo plurimi charis suis mortuis imagines dedicarũt. Et sicut ab idolo Beli cetera idola traxerũt originem: sic ab eius noie gñale nomẽ idolorũ traxerunt. Nã sicut dictus est belus ab assyrijs, sic alie nationes ẽm idiomata lingue sue dixerũt: alie bel, alie beel: alie baal, alie baalim. Quinimo et noia specificauerũt: alie beelphegor, alie beelzebub dicentes. Ecce g̃ vnde primo ortum habuit idolatria, scz ab amore inordinato suorũ amicorũ. Hoc tñ intelligendũ ẽ de idolatria publica & cõi: Nã & ante Ninũ fuerũt aliq idolatre, q in priuato colebãt idola, sicut in superiorib⁹ dictũ est de nẽroth. Fuerũt & alie cause inducẽtes hoies ad idolatriã, vcz timor potentũ hoc precipientiũ. Itẽ adulatio apd reges & pncipes. Insup & diligẽtia artificũ circa sculpturã. Deniq demones in idolis latẽtes: & i eis responsa dantes hunc errorem valde auxerunt atq cõfirmauerũt. Accessit insuper fraudulenta poetarum laudatio, qui miseros dãnatosq hoies in celum compositis carminib⁹ extulerunt, vt dicit quidam.

¶ Tertia q̃stio est de Abrahã & Nachor filijs Thare q duxerũt ambas filias fratris sui arani iã mortui i vxores. Videt em φ hoc nõ licuerit eis, cum essent neptes eorũ. Ad incestũ enim ptinet cognoscere neptẽ suam. Dicendũ φ licuit eis ita agere. Nondũ em erãt nuptie prohibite inter patruos & neptes: que etiã in principio inter fratres & sorores fuerũt celebrare. Talis aũt prohibitio pmo facta est tẽpore moysi: vt ptz Leui. xviij. Et q̃uis tẽpore abrahe essent multe filie alie: rõnabiliter tñ cõtraxit cũ nepte sua. i. cũ filia fratris sui arã que dicta est saray: ppter cõuenientiã in cultu vni⁹ dei. Et idẽ iudicium est de fratre suo nachor in ordine ad suam vxorem nomine melcham.

¶ Quarta questio est quid factũ fuerat de nachor filio thare quando ipse thare eduxit de hur chaldeorum filium suũ abram vna cum saray vxore sua & loth filio arã. Nulla enĩ fit ibi mẽtio de nachor: neq de eius vxore. Rñsio. vtrũq cũ alijs duxit vsq in aram pr: & ibi manserũt. Ratio autem cur de ipso nachor ac eius vxore non facit mentionẽ moyses in tali eductione, est qr ipẽ nõ erat descensurus cũ Abrahã & Loth atq saray in terram Chanaã: que mõ dicitur terra iuda: sed erat mãsur⁹ in via scilicet in aram, que est in mesopotamia syrie. Insuper ipse moyses principaliter curauit loqui de Abraham plusq de nachor: tũ qr patriarcha sanctissimus: tum quia ex eo xp̃s erat descẽsurus. De Loth autem incidentaliter loquitur Moyses: tum qr comes auunculi sui Abrahe: tum vt esset testis subuersionis sodome.

¶ Moraliter thare q interp̃tat depulsor: vt dictũ est i pre

cedenti clausula/ signat deuotum catholicũ q̃ debet depellere ꝓcul a se vitia ꝛ tẽtatiões vniuersas/ vna tñ cũ dei adiutorio. Hic ḡ Thare dꝫ generare abrahã/ q̃ interp̄tat̃ pr̄ multitudinis: siue pr̄ multarũ gentium: q: dꝫ eẽ ꝗstũ pōt pr̄ multarũ gentiũ ꝑ operũ pietatis realẽ exhibitionem: vt merito dicere possit cũ ad iudicij diẽ venerit/ illud iob. xxix. Pr̄ erã pauperũ. Itẽ dꝫ generare Nachor/ q̃ interpretat̃ vno modo spes in nouissimis: q: talis dꝫ ponere spem suã in nouissimis .i. i bonis futuri seculi: ꝛ nõ in bonis seculi p̄ntis. Vñ apos. ad Col. iij. Que (inqt) sursum sunt q̃rite: vbi xp̄s est ĩ dextera dei sedẽs: q̃ sursum sunt sapite/ nõ que sup terrã. Itẽ talis dꝫ generare Aram. Arã eñ q̃ mortuus est in igne (s̄m vnam opinionẽ) designat charitatẽ/ siue dilectionẽ dei ꝛ p̄ximi: quã dꝫ ḡnare .i. in se h̄re/ ꝛ ad h̄ laborare thare .i. o͡is catholic⁹.

¶ Moꝛalr̄: iuxta illã partẽ in qua dr̄: Tulit itaqꝫ thare abrã filiũ suũ ꝛ loth/ ꝛ saray vxorem Abrahe: et eduxit eos de Hur chaldeoꝝ/ vt irẽt in terrã chanaã: notãdũ ꝙ in hoc instruũt̃ parẽtes educere filios suos: et si͡lr p̄lati subditos suos de hur chaldeorũ .i. de incẽdio peccati. Nã ꝛ hur incẽdiũ interpretatur. Quod aũt maius incendium ꝗ pctm̄? De quo recte dr̄ Job. xxxi. ꝙ est ignis vsqꝫ ad cõsummationẽ deuorãs. Cũqꝫ eos inde eduxerit/ debẽt ꝗstũ in eis est deducere eos versus terram chanaã: que alio noĩe terra ꝓmissionis appellatur. per quam recte terra illa celestis que fluit lacte ꝛ melle/ designatur: de qua ps̄. Credo videre bona dñi in terra viuẽtiũ. Et Paul⁹ post Esaiã. Oculus nõ vidit: nec auris audiuit nec in coꝛ hoĩs ascendit q̃ preparauit deus diligentibus se. Esa. lxiiij. Et .j. ad Coꝛ. ij. Quẽadmodũ ergo Moyses eduxit filios israel coꝛpoꝛalr̄ de terra egypti: quos tãdẽ Josue ĩtroduxit in terram pꝛomissionis: ita ꝛ predicti debẽt spiritualr̄ agere circa sibi commissos.

¶ Moꝛalr̄ iuxta id q̄d dictũ est de arã ꝙ ꝓpter defectum fidei igni fuit cõbustus: vbi tñ frater eius Abrahã ꝓpter fidei sue ꝯstãtiã ab incẽdio fuit liberatus: recte designatur ꝙ hoĩes in igne tẽtationis ꝛ tribulationis positi nõ succẽdunt nec succũbũt nisi ꝓpter fidei defectũ: q: si bene aduerterẽt in cordib⁹ suis ꝗ vehemens ꝛ ardẽs sit ille ignis infernalis qui nunꝗ̄ extinguit̃: mallẽt multo plus affligi etiã ꝗtũcũqꝫ grauiter in p̄nti tẽpoꝛalit̃/ ꝗ̄ illic eternalr̄. Propter q̄d dicit Apo. Hebꝛ. xj. ꝙ sancti per fidẽ vicerũt regna .i. cogitando q̃ fides credit de suppliciis alteri⁹ seculi ipsi cõtempserũt minas terroꝛes et cruciatus regum ac pꝛincipũ presentis seculi: pꝛo nihilo talia reputantes.

¶ Allegoꝛice Thare habens tres filios/ Chꝛistũ designat: cuius tres filij sunt apostoli: martyꝛes: confessores. Nam Abꝛaham qui pater multarũ gentiũ interpꝛetat̃/ recte designat ipsius xp̄i apostolos: q̃

euntes in mundū vniuersum: ⁊ sanctum euāgeliū pdicātes oī creature/ pfes extiterūt omniū illoꝝ quos ad fidē catholicā traxerunt. Arā autem qui mortē obijt ante pfez suum thare: reliquēs tñ semē post se: recte xp̄i martyres designat. Inter quos aliq passi sunt ante ip̄m xp̄m: quē tñ futurū credebant ⁊ expectabāt Quis eñ nō credat abel fuisse verū martyrē xp̄i? Idē dic de multis sanctis prophetis: de Maccabeis: ⁊ Joāne baptista. Sed qd significat semen derelictū ab arā: nisi futuros martyres qui sequuti sunt patrē suū ⁊ saluatorē iesum xp̄z? Isti enim sunt ille turbe q̄ p̄cedebāt ⁊ sequebant xp̄z: sternentes vestimēta sua.i. corpa i. via: clamātes ⁊ dicētes: osanna filio dauid. Mat.xxj. Ecce ergo q̄ bene arā sanctos dei martyres significat. Nachor vero qui vno modo interpretatur requies luminis: vt dictū est in p̄cedēti clausula: recte designat xp̄i cōfessores: in quib⁹ requieuit lumen doctrine quo ad multos. Itē lumen recte fidei ⁊ sancte exēplaritatis q̄ ad oēs. Mat.v. Sic luceat lux vestra corā hoīb⁹ vt videāt opera vestra bona: ⁊ glorificēt ⁊c. Sed quid est q̄ thare tulit abrā filiū suum cū ceteris: educens eos de hur chaldeoꝝ: vt irēt in terram Chanaā? nisi q̄ xp̄s post suam resurrectionē relinquēs presens seculum corporali p̄ntia: ascendit in altum secū ducens totam familiam suam quā in limbo inuenerat? Hec enim est vera terra p̄missionis: abundans oībus bonis: ⁊ que p̄mittitur post hanc miserā vitam oīb⁹ fidelib⁹: q̄ sunt semē electum: ⁊ a deo benedictum.

¶ Anagogice Thare est de⁹ pater. Tres ei⁹ filij: tres sunt hierarchie āgelicoꝝ spirituū. Aram mortu⁹ ante thare patrē suum in terra natiuitatis sue: designat tertiā partē angelorum qui lapsi sunt. Hi eñ vere mortui sunt: morte q̄dē sp̄uali ⁊ eternali: et hoc ante thare patrē suum.i. priusq̄ deus qui est pater eorū p̄ crea tionē/in carne humana pateretur. Certissimū enī est: nec de hoc ambigit populus fidelis: q̄ lōge ante filij dei īcarnationem ceciderūt de celo spirit⁹ illi maligni. Uel dic q̄ tales mortui sunt spiritualiter per peccatū ante thare p̄rem suum.i. deo sciente: ante cuius oculos omnia nuda sunt ⁊ apta. Sed vbi mortui sunt? Profecto in terra natiuitatis sue .i. in celo empyreo/in quo et peccauerunt. Reliquerunt tamen semen post se: quod referendum est ad peccatum primi parētis: quod ortū habuit a diabolo in forma serpentis. De q̄ q̄dē semīe recte pōt dici illud Sap.xij. Semē erat maledictum ab initio. Sed quid sibi vult q̄ alij duo filij thare: Nachor scilicet ⁊ Abram: mortuo fratre duxerunt vxores? Nisi q̄ descendentibus malignis spiritibus in abyssum: ceteri qui in duplo plures erāt adeo firmiter adheserūt deo per charitatem et obedientiam/ q̄ indissolubiliter cū eo

coniuncti sunt. Ecce spirituale angelorū matrimoniū. Tandem thare tulit Abram filiū suum: ⁊ Loth filiū filij sui: vt duceret eos ī terrā Chanaā: qn̄ quidē magnus ille parens deus participes effecit sue ingentis glorie ⁊ visionis beatifice sanctos angelos qui remāserāt: ⁊ qui priusq̄n scʒ primo creati sunt / illius essentiā non viderant. Hec enim est terra promissionis ad quā feliciter deduxit dn̄s dictos sanctos angelos: ad quā nos tādē post eos deducere dignetur.

¶ Gen̄.xij. prima clausula.

¶ Dixit autem dn̄s ad Abram. Egredere de terra tua: et de cognatione tua: ⁊ de domo patris tui: ⁊ veni in terrā quā monstrauero tibi: faciāq; te in gentē magnā: et benedicā tibi: ⁊ magnificabo nomē tuū: eris q; bn̄dict⁹. Bn̄dicam bn̄dicentib⁹ tibi: ⁊ maledicā maledicentib⁹ tibi: atq; in te benedicentur vniuerse cognationes terre.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula Moyses egit de apparitione domini facta abram: vna cum promissione: necnon ꝛ de progressu illi⁹ versus meridiem: hic consequenter agit de egressu eiusdem a dicta terra: et de ingressu illius in egyptū. Et huius causam assignat idem Moyses dicens q̄ fames preualuerat in terra Chanaan: quam inhabitabat siue ihabitauerat pri⁹ per aliquod temp⁹ dict⁹ abrā. Et nota q̄ terra illa olim dicta terra Chanaan: nunc dicitur syria: cuius caput Damascus est: vbi Abraham habitabat. Nota etiam iuxta illud. Descēditq̃ abram in egyptū:

ꝙ egyptus scdm Isid. lib. xiiij etym. sic nominata est ab egypto fratre Danai: qui ibi aliquādo regnauit: que coniuncta est syrie ac mari rubro: ferax frugib⁹. i. abūdans ⁊ fecūda granis oībus: multam ꝑtē terrarum frumento alens: cūctorūqꝫ negocioꝝ adeo copiosa vt impleat necessarijs mercibus etiam orbem terrarum. Illic ergo descendit abram tēpore famis: vt prudenter ꝓuideret sibi ⁊ sue familie. Et notanter dicitur ꝙ abram descēdit in egyptum: qꝛ terra egypti est iferior respectu iudee. Sed pro ampliori declaratione textus presentis mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium tale est: cur dñs permisit terrā in qua habitabat abrā affligi fame: maxime cū ille eēt vir sanctissimus? Respōsio. Hoc ꝑmisit dñs vt ostenderetur fides eius. Nam parū ante dñs dixerat ei ꝙ multiplicaret eum: ⁊ nihilominus vigente inedia ⁊ fame oportebat eū inde exire: quo non obstante non est diffisus de diuina promissione. In quo facto multū cōmendatur eius fides ⁊ spes in dño.

¶ Secundū dubiū: cur Abrahā descendit in egyptū, maxime cum ibi esset fames sicut ⁊ in terra Chanaā: dicēte Moyse in presenti textu: ꝙ fames erat in terra: nec specificat in hac aut in illa. ex quo videtur intelligi ꝙ huiusmodi fames erat in omni terra vniuersalis ⁊ cōmunis. Respōsio. falsum est ꝙ predicta fames esset vniuersalis: sed tātū preualuerat in terra Chanaā. In egypto autē erat abūdantia tēporaliū et fertilitas. Et cū esset ꝓpinqua predicte terre de facili se potuit illic transferre Abrahā: sicut et Iacob in simili casu fecisse legitur in sequentibus. c. xlvj. Cum ergo dicitur in textu ꝙ facta est fames in terra: subintelligendū est de terra in qua tunc tēporis erat Abraham: que terra Chanaan dicebatur.

¶ Tertiū dubiū: vnde processerat huiusmodi fames? Responsio. forsan a causis secundisque nō erant sufficienter disposite ad generationē necessariorū ad vitam humanā. Nō enī aspectus corporū celestiū in hec inferiora est semꝑ in equali dispositione: ⁊ ꝑ ꝯsequens non semꝑ equaliter influūt hmōi corpa. Forsan etiā ꝓcessit a causa pⁱma q̄ est de⁹: qui ꝑ sterilitatē terre voluit flagellare chananeos q̄ ⁊ idolatre erant. Sepe enī cōpertum est dñm immisisse sterilitatem suꝑ terrā ꝓpter pctā hoim: sicut ipse cōminat Deutero. xxviij. Unī legit. ij. Regū xvij. ꝙ Helias ꝓpheta dñi p̄dixit famē venturā suꝑ israel ꝓpter iniq̄tates regis Achab et Iezabel vxoris sue. Hinc xvj. q. j. reuertimini. dicit Hierony. Siquando fames et penuria ⁊ oim rerū egestas opprimit mundum: sciamus hoc ex ira dei descēdere. Ubi glos. dicit ꝙ sepe homo ꝓpter peccata sua affligitur. Pro quo facit. c. sciscitaris. vij. q. j. Item cap. si quos. xxiij. q. iiij. Item cap. si gens. distin. lvj.

¶ Moraliter ⁊ primo terra est humana cōscientia: que debet irrigari imbre gratie spiritus sancti ad hoc ꝙ fiat fertilis et pinguis. Alias sequet fames in terra illa. i. defectio ⁊ carētia cuiuscūqꝫ boni operis meritorij. Tunc autē preualet fames in terra. i. in humana cōscientia: qñ nō solū vacat a bono opere meritorio: sicut est cōmune in oī nō habente gratiā: verū etiā qñ vacat ab ope bono morali. Et tūc est ibi maxima fames ⁊ indigentia boni operis: que in paucis reperit: nisi forsan in illis qui ordināt oīa opera sua de genere bonorū ad indebitū finem: quales erant illi scribe et pharisei: de quibus loquebat dñs Matth. xxiij. dicens: Oīa opera sua faciunt vt videantur ab hoībus. Finaliter aūt tūc Abrā descēdit in egyptū: que tenebre interpretat: quādo miser peccator patitur tenebras interiores: que nō sunt aliud ꝙ cecitas mentis: cōtra quas clamare debet ad dñm dicēs: A cecitate cordis libera me dñe.

¶ Moraliter ⁊ secūdo notandum ꝙ duplex est gen⁹ famis que preualet in terra huius mūdi. Prima laudabilis: ⁊ hec est appetitus eternorū ⁊ celestium. Secūda vituperabilis: ⁊ hec est appetitus terrenoꝝ. Primā famē patiuntur iusti ⁊ electi: q̄ nō satiabunt quousqꝫ fuerint in celo cū deo. psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et August. lib. j. cōfes. Fecisti nos dñe ad te: ⁊ inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. Nam in celo dñs de⁹ esurientes implet bonis: vt habet Luce. j. Secūdam famē patiūtur auari ⁊ diuites huius mūdi. Tales nēpe videntur habere bulimū spūalem. Bulimus enī est infirmitas que cōtinue facit hominē esurire: ⁊ appetitum caninū habere. Nā reuera tales auari ⁊ cupidi bonis presentib⁹ nequeūt satiari: quinimmo ꝑ auaritiā more canum cōtinue esuriunt ⁊ famescunt. Prouer. xiij. Venter impioꝝ. i. appetit⁹ auaroꝝ: insatiabilis. Et in psal. Famē patientur vt canes. Inter autē omnes istos famelicos auaros illi sunt deterioris conditionis ⁊ insatiabiliores qui ꝗuis nō habeant sequelam: nō tamē cessant cōgregare. Unde de vnoquoqꝫ tali dicit Eccles. iiij. Considerans inquit Salomon reperi aliam vanitatem sub sole. i. in mundo isto. Unus est ⁊ secūdū nō habet: nō filiū: nō fratrē: et tamen laborare nō cessat: nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicēs: Cui laboro ⁊ fraudo aīam meā bonis: supple spiritualibus ⁊ eternis. In hoc quoqꝫ vanitas est: et afflictio pessima. Hec ibi. Pꝫ ergo de fame vituperabili auarorū: que ꝑfecto hodie preualet in terra. i. in mūdo isto.

¶ Allegorice ante filij dei aduentū in hunc mūdū erat magna fames in terra: q̄ nō erat aliud ꝙ ingens desideriū antiquorū patrum sup aduentu predicto. Unde bene ad ꝓpositū loquit Amos. viij. dicēs: Ecce dies: supple icarnatiōis dñice: veniūt: dicit dñs: ⁊ mittam famē in terrā. i. vehemēs

desideriū dicte incarnationis in cordibus patriarcharū, ꝓphetarū, ⁊ sctōꝝ patrū. Qualis aūt sit predicta fames ostēditur cū subditur: nō famē panis, neqꝫ sitim aque: sed audiēdi verbū dn̄i. Nō quidē verbū qd̄ ore formatur, ⁊ cito trāsit: sed qd̄ a deo patre eternaliter procedens: tandē in vtero virgineo est cōceptū, et cōsequēter inde natū: de quo Joan. j. Uerbū caro factū est, ⁊ habitauit in nobis. i. inter nos hoīes tanqꝫ vnus nostrū. Tunc etiā abrahā. i. dei filius descēdit in egyptū. i. i mūdū istū totū tenebrosum respectu lumis glorie: ⁊ hoc vt peregrinaret ibi: id est ad modū peregrini conuersaret in eo. Nā sicut peregrinus transit p aliena hospitia, sic ⁊ xp̄s nō habuit ꝓpriū hospitiū in presenti: ita vt diceret Matth. viij. Uulpes terre foueas habent: et volucres celi nidos: filius autē hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Hinc psal. in ꝑsona illius aiebat: Aduena ego sum apd̄ te, et peregrinus.

¶ Anagogice. Terra est celū. In hac autē terra est mirabilis fames que non est aliud qꝫ ingens desideriū qd̄ ibi habēt anime de resumptiōe suoꝝ corporū: nec dicta fames satiabit ante diem resurrectiōis generalis. Tunc vero facta vnione anime ad corp⁹, dicet dn̄o de quolibet electo hoīe illd̄ psal. Desideriū cordis eius tribuisti ei. Uel dic ꝙ p̄dicta fames quā habēt beati in celo, nō est aliud qꝫ desiderium qd̄ habēt de visione diuine essentie. Nā dum esuriūt satiantur: ⁊ dum satiantur desiderant atqꝫ amplius animātur: iuxta illd̄ ps. In diebus famis saturabunt. Et Eccli. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. Sic autē loquitur scriptura de illa visiōe btā vt per talem modū loquendi excludat fastidiū ab ea. Hinc canit ecclesia in ꝓsa de oībus sanctis. Mirātur nec deficiūt in illum quē ꝓspiciunt: fruuntur, nec fastidiūt; quo frui magis sitiunt.

¶ Quinta clausula.

¶ Cūqꝫ prope esset Abram vt ingrederet egyptū dixit Saray vxori sue. Noui ꝙ pulchra sis mulier: ⁊ ꝙ cū viderit te egyptij, dicturi sunt: vxor illi⁹ est: ⁊ interficiēt me: ⁊ te reseruabunt. Dic ꝗ obsecro te ꝙ soror mea sis: vt bn̄ sit mihi ꝓpt̄ te, ⁊ viuat aīa mea ob gratiā tui. Cūqꝫ ita ingressus esset Abrā egyptū: viderunt egyptij mulierem ꝙ esset pulchra nimis: ⁊ nūciauerūt principes pharaoni, ⁊ laudauerūt eā apd̄ illū. Et sublata est mulier in domū pharaonis. Abrā vero bn̄ vsi sunt ꝓpter illam: fuerūtqꝫ ei oues ⁊ boues ⁊ asini et serui, ⁊ famule, ⁊ asine, ⁊ cameli. Flagellauit autē dn̄s pharaonem plagis maximis ⁊ domū eius ꝓpter Saray vxorem Abrā. Uocauitqꝫ pharao Abram, ⁊ dixit ei: Quidnā est hoc qd̄ fecisti mihi? Quare nō indicasti mihi ꝙ vxor tua eēt? Quā ob causam dixisti esse sororē tuā: vt tollerē eā mihi in vxorē? Nūc igit̄ ecce coniunx tua: accipe eā et vade. Prece-

ꝑitꝫ pharao sup Abrā viris:
et deduxerūt eū ⁊ vxorē eius:
et omnia que habebat.

¶ Historialiter. Postq̄ in pre-
cedenti clausula egregius dei
famulus Moyses egit de fame
que oppressit terrā Chanaā:
silr ⁊ de descēsu Abrā in egy-
ptū: vt ibi pasceret tpe dicte
famis: hic cōsequēter agit de
his q̄ cōtigerūt in tali descēsu
et signanter de flagellatione
pharaonis regis egypti ꝓpter
raptū Saray vxoris Abram.
Sed ꝓ ampliori declaratione
presentis textus mouebuntur
aliq̄ q̄stiōes: quaꝝ solutio erit
eiusdē text⁹ apta declaratio.

¶ Prima igit questio est: cur
Abrā cū obsecratione petiuit
ab vxore sua vt diceret se esse
illius sororē? Hec questio sol-
uitur in textu. Uoluit eñ per
talem modū saluare ꝓpriam
vitā. Nam vt dicunt doctores
egyptii estimabant adulteriū
esse grauius peccatū homici-
dio: qđ tamen falsum est. Nam
Exodi.xx. ⁊ similiter Deut.v.
vbi enumerantur decē prece-
pta legis: secūdum ordinē suū
ꝓhibitio homicidii prefertur
adulterio. Sic eñ ibi legitur:
Non occides / nō mechaberis.
id est nō copulaberis carnalr
cū quocūq3 aut q̄cunq3 extra
matrimoniū. Abrahā ergo cō
siderans q̄ grāde ⁊ periculo-
sum peccatū esset apud ipsos
egyptios adulterium: vtpote
morte plectendū: itē ꝙ apud
eosdē minus pctm̄ esset homi-
cidiū q̄ adulteriū: ideo timēs
ab eis occidi: vt sic eo mortuo
possent cōmisceri cū vxore sua
q2 tūc nō essēt adulteri: vt sati
cōstat: nisi forsan ex parte sua:
ad hoc periculū euitandū di-
xit vxori sue. Dic obsecro ꝙ so-
ror mea sis ⁊c̄.

¶ Secūda q̄stio. Utrū Abra-
hā licite rogauerit vxorē suā
vt diceret se esse illius sororē?
Uidet ꝙ nō: q2 rogabat eā mē
tiri. Respōsio. licite eam roga
uit sic loqui: vt sic occultaret
veritatē quā nō erat necesse
tūc palam facere. Cōmune eñ
prouerbiū est / ꝙ non est semꝑ
tēp⁹ dicēdi veritatē: qđ vtiq3
verū est. Et vt dicit Augusti.
de ciui. dei lib.xvj.c.xix. Abra
hā voluit tūc veritatē celari /
nō autē mendaciū dici. Cū er
go descendit Abrahā in egy-
ptū: nō expediebat vt Saray
diceret se esse vxorē illius: et
hoc ꝓpter vitādū ꝑiculū mor
tis illi⁹: s3 rōnabilit potuit di-
cere se eē sororē illi⁹ etiā absq3
mēdacio: qđ sic ptz. Nam tūc
tꝑis viri et mulieres de eadē
cognatiōe ꝓpinq̄ fratres ⁊ so
rores nominabant. Unde ⁊ se-
quenti capitulo ipse abraham
vocauit Loth fratrē suū: cum
tamen esset nepos illius: puta
filius Arā / q̄ erat frater eius-
dem Abrahe. Sic eñ dixit ad
eū. Ne queso sit iurgiū inter
me et te / ⁊ iter pastores meos
⁊ pastores tuos. Fres eī sum⁹:
id est de eadē ꝓria cognatiōe
Et huic est silr qđ dr Joā.vij.
Dixerūt ei: scȝ xpo: fres ei⁹. i.
cognati. Transi hinc ⁊c̄.

¶ Tertia questio est de ipso
Abrahā quō scȝ fieri potuit ꝙ
hō tāte ꝑfectiōis exposuerit
vxorē suam periculo obruenti
adulterii. Uidet eñ ꝙ ipse po
tius debuisset eligere mortē:

q̄ eam tanto pic̄ulo adulterij exponere. Ad hoc respõdet de lyra q̄ homo in periculo positus debet semp̄ agere ad sui liberatione illud qđ põt scđm viã hũanã: vt nõ videat̄ tẽtare deũ omittendo illud per qđ põt euitare pic̄ulũ q̄tũ põt: et qñ nihil põt vltra: tũc absq̄ dei tẽtatione põt residuũ cõmittere dispositioni diuine. Abrahã autẽ cũ esset in terra Chanaã/habebat familiã magnã: nec habebat bona naturalia: puta panẽ/vinũ/ & similia vnde posset eã sustẽtare/cũ esset ibi pegrinus. Insup non habebat pecuniã magnã cum qua posset talia emere. Deniq̄ vbi etiã habuisset pecuniã p̄õ ptam/forsan incole egypti nõ vendidissent sibi vite necessaria: maxime cũ essent & ipsi in necessitate constituti: q̄uis nõ in tãta sicut habitatores Cha naã. Ex q̄b⁹ oib⁹ elicere possumus q̄ si Abrahã mãsisset diu in terra egypti: statim imminebat sibi & familie sue periculũ mortis p̄pter famẽ. Et ideo il li periculo p̄mo debuit occurrere: qđ & fecit descẽdendo in egyptũ. Periculum autẽ casti tatis vxoris sue nõ erat ita p̄pinquũ: q2 p̄babiliter estimabat q̄ vxor sua reseruaret̄ regi: qđ & factũ est. Insup nouerat ipse Abrahã q̄ reges illo tp̄e nõ accedebant ad vxores suas de nouo acceptas: nisi p⁹ anni circulũ: q2 sicut hr̄ in lib. Hester. ij. c. p̄mis sex mẽsibus vngebant̄ oleo myrtino: & post ea alijs sex mensib⁹ q̄busdã vnguentis & varijs pigmẽtis vtebant̄. Postea p̄o ad regis cubi culum transibãt. infra aũt tãtũ tẽpus sperabat Abrahã de dei adiutorio sibi vxori ac familie affuturo. Et sic patet q̄ ipse nõ exposuit vxorẽ suã obruenti periculo incõtinentie.

¶ Insup dicũt hebrei q̄ Abra hã vt nihil omitteret de his q̄ poterat facere ad conseruãdã castitatem vxoris sue/incluserat eam infra vnã arcam ne vi deretur ab egyptijs: quos scie bat esse luxuriosos. Sed cũ p̄uenissent ad quoddã passagiũ vbi scrutabantur ea/que ferebantur/custodes passagij aperuerunt arcam illam: in qua inueniẽtes mulierẽ formosam valde/iudicauerũt q̄ illa esset apta coniugio regis propter suã pulchritudinẽ. Ideo subdi tur. Et nũciauer̄t p̄ricipes. i. p̄dicti custodes passagij: pharaoni. i. regi egypti. Tũc enim tp̄is oẽs reges egypti vocabãtur pharaones: sicut & aliquo tp̄e oẽs ĩpatores romani voca bant̄ cesares. & laudauerũt illam apđ eum: forte dicẽtes q̄ eẽt valde cõueniẽs sibi. Hoc tã men dicebant tanq̄ adulatores: scʒ ad captiuãdã grãm re gis. & sublata est mulier in domũ pharaonis: vt scʒ fieret illi vxor. Abraham vero bene vsi sunt p̄pter illã: ipsum honorã do: & vite necessaria tribuẽdo: credẽtes q̄ esset frat̄ ei⁹ & nõ marit⁹. Et q2 etiã docuit egy ptios tunc astronomiã quam ignorabãt: vt dicit Josephus. Petr⁹ aũt come. plus dicit de eo: scilʒ q̄ tradiderit egyptijs arithmeticã: & q̄ de astrologia sunt: q̄ erãt eis prius ignota: & q̄b⁹ postea p̄uener̄t ad grecos.

¶Quarta questio. Utrum saray vxor Abrahe excusetur a peccato mortali que vt videtur consensit vt introduceretur in domū pharaonis? Ad hoc respondet raban⁹ in glos. ordina. ꝙ excusatur. Sic enim de ea dicit. Excusatur saray q̄ in domū pharaonis transfertur inuita: non solū in hoc ꝙ non inquinatur corpus nec anima nisi mentis consensu: sed etiā in hoc ꝙ conniuente ⁊ permittente viro suo Abrahā factū est. Idem videtur sentire beatus Hiero. in lib. de hebraicis questionibus. Qꝛ si in ꝯtrariū obijciatur virū non debere vxorem suā prostituere: istud gratis conceditur. Nec etiā dicimus ꝙ Abraham prostituerit vxorem suā: sed ꝙ permiserit eam introduci ad regē: eo ꝙ regali potētie resistere nō posset. Insup sperabat abrahā ꝙ deus ꝓuideret vxori sue de cō seruanda castitate sua: ⁊ marime cū non esset fas regibus egypti statim accedere ad vxores suas: sed tantū post cōpletū annū/infra quē inungebātur: vt dicitur Hester. ij. Potuit ꝗ fieri/ vt dicit Hiero. vbi supra: vt Saray postꝙ placuerat regi: dum ꝑ annū speraret eius introitus ad regē: et Abrahe pharao mlta donauerit: ⁊ ipse pharao sit postea percussus a dño: illa adhuc intacta ab ei⁹ concubitu permanente.

¶Quinta questio. Quomodo Pharao cognouit de Saray ꝙ esset vxor Abrahe: propter quā causam nō cognouit eā? Respōdetur secūdū Josephū et Petrū cōesto. ꝙ hoc cognouit per triplex mediū. Primū fuit reuelatio demonū in idolis. Nā cū oipotens deus q̄ est solus verus deus/ ⁊ custos castitatis: iuxta illud verbū sapientis Sap. viij. Non possum esse cōtinēs nisi deus det: grauiter flagellasset ipsum pharaonē/ qui imminēte fine anni deliberabat dormire cum Saray: vt sic eius prauū desiderium impediret ne eam tāgeret/ sacerdotes idolorꝫ sacrificātes idolis ꝑ sanitate regis acceperūt responsum ab ipsis idolis ꝙ ideo flagellabatur quia rapuerat vxorē peregrini hominis: scilꝫ abrahe. Et hoc modo reuelatū fuit Abymelech regi palestinorꝫ de rebecca ꝙ esset vxor Isaac: quā tamē ipse dixerat esse sororē suam/ne interficeretur dicēdo eā eē vxorē: vt eo mortuo rex abuteretur ea. Secūdum fuit flagellatio mulierum egypti: ⁊ signāter vxorū regis/ que plures erant et oēs steriles. Cuius quidem sterilitatis causā suspicate sunt ꝓcedere ex parte Saray: quā suspicate sunt alium virū habere. Tertium fuit manifestatio veritatis ꝑ ipsammet Saray. Nam cum rex egrotaret/ ⁊ sacerdotes responsa idolorū illi indicassent: ipse accersiri fecit Saray: vt fateretur rei veritatē/ an scilꝫ Abraham esset vir eius. Illa autē confessa est ꝙ sic. Quo audito/ ille accersiri fecit ipsum Abrahā: vt dicitur in textu: ⁊ ait illi: Quid nā est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi de Saray ꝙ vxor tua esset? Quā ob causam dixisti esse sororem

tuam / vt tollerē eā mihi? Ac si apte diceret: Si sciuissem a pricipio eam esse tuam vxorē: nequaq̄ eam tulissem. In quo patet q̄tū horrebant egyptij adulteriū: etiā multo plus q̄ multi xp̄iani: etiam vsq̄ ad reges et principes. Propter quorum nephāda adulteria sepe puniuntur in subditis p ipsorū mortem. Et de hoc extat historia aperta et cunctis nota de adulterio Dauid / et punitione illius. Nā filius quē taliter genuerat: non multo post natiuitatem mortem obijt: vt ptz .ij. Regum. xij.

¶ Sexta questio est de flagellatione Pharaonis / qualis scz fuerit hmōi flagellatio. Respō sio: de hoc nihil dr̄ i textu. Dicunt tamē hebrei / vt refert de lyra / q̄ fuit fluxus seminis tā in rege q̄ in seruis eius: ita q̄ cōcubitus esset grauis aut impossibilis ipsi Pharaoni et seruis eius. Expositores autē latini dicunt q̄ fuit cōclusio vulue vxorū Pharaonis / et seruorum eius: ita q̄ parere nō possent: et hoc totum propter Saray vxorem abraham. Nam vt refert idem de lyra: hebrei dicunt q̄ saray habebat angelū dn̄i secū / custodē corporis sui / sicut etiā de beata Agnete legitur. Et quando Saray diceb at illi angelo vt percuteret Pharaonem plaga predicta / tunc pcutiebat eum: et sic eam cognoscere non poterat. Propter quod ipse vocauit Abrahā / vt predictum est.

¶ Septima questio. Cur pharao eiecit Abraham et vxorem eius de Egypto / dicēs ei: Nūc ecce coniūx tua / quam scilicet minime tetigi: q̄uis tamen p me non steterit supple. Accipe eam / et vade: scilicet extra terrā Egypti. Respōsio. Precepit rex Pharao viris super Abraham inde deducendo / timens sibi et regno suo si iniuriam ibi pateretur. Illi autē preceptū regis implentes deduxerūt de Egypto abraham et vxorem eius / atq̄ omnia que habebat. Et est hic argumentum / vt dicit de Palude / q̄ domini terrarū debent ducatum securum peregrinis et mercatoribus. Propter quā causam accipiunt pedagia a trāseuntibus mercatoribus. Nō dixit ergo Pharao ad abrahā. Terra coram te est / vade vbicūq̄ placuerit / et habita ibi: sicut postea dixit ei Abimelech rex gerare / vt dicitur in sequētibus. xx. ca. Sciebat enim pharao Egyptios luxuriosos esse. Ob quā causam non potuisset habitare secure inter eos cum vxore sua pulcherria. Et ideo precepit quibusdam viris terre sue vt conducerent eū secure donec esset extra terram egypti / ne scilz aliqua molestia siue iniuria inferret̄ sibi / aut vxori / siue famulie sue: vt dictum est.

¶ Moraliter. Secundū petrū de Pal. per Abraham descendentem de terra Chanaan tēpore famis ī terrā egypti / designatur bonus prelatus / q̄ tēpore et loco / et signanter vrgente necessitate debet deserere vitam contēplatiuā / et ad actiuam descendere q̄tum est necesse: non tamē in ea manendo

quasi indigena / sed quasi pe=
grinus. Qui completa necessi=
tate stati redire debet ad con
templatiuam. Actiua enim vi
ta: ⁊ maxime in prelato debet
esse in tolerantia: contēplati=
ua vero in desiderio. Unde in
huius rei signum sponsa in cā
ticis quādo vocatur vt exeat
ad agrū actiōis / dicit: Laui pe
des meos / quomodo coinquina=
bo eos? Cañ. v. Per Saray au
tem sponsam Abrahe: ⁊ quam
sororē suam esse dixit: designa
tur prudētia / quā loco vxoris
⁊ sororis debet habere ꝓlatus
iuxta illud Prouerbi. vij. Dic
sapiētie: Soror mea es: ⁊ pru=
dentiam voca amicā tuā. Itē
eiusdem. viij. Quesiui eā spon=
sam mihi assumere / et amator
factus sum forme illius.

¶ Moralr̃ ⁊ scḋo: ſm eundem
de Pal. per descēsum Abrahe
in Egyptū / figuratur descen=
sus clerici ad sapiētiā secula=
rem. Et iste descēsus debet es=
se quasi peregrinus / vt scȝ pa=
rum ⁊ ad horam ibi stet / ⁊ ꝗci
tius in idipsum redeat / scȝ ad
veram sapiētiam sacre scriptu
re / que ducit ad vitā eternam.
In cuius figurā legr̃ Exo. xij.
ꝙ filij Israel tulerūt farinam
de Egypto / per quā intelligit
secularis sapientia: qualis est
studium legū / poetarū / diale=
ctice ⁊ hmōi. Nihilominꝰ dicti
israelite nō sunt vsi dicta fari=
na nisi quousqꝫ misit eis dñs
mānā de celo. Per quod itel=
ligitur ꝙ dicta sapiētia mun=
dana ⁊ secularis nō debet refi=
cere humanam mētem nisi ad
tēpus: ⁊ quousqꝫ sit tēpus va=
candi studio sacre scripture: ⁊

presertim in clerico / ⁊ peram=
plius in religioso. Nihilominꝰ
sicut fame vrgente Abraham
descendit in Egyptū vt pere=
grinaretur ibi: ita etiā in ꝓ=
posito tolerari posset descen=
sus clerici ad secularē sapien=
tiam / vbi esset defectus studij
sacre scripture. In cuius figu
ram dicitur. j. Regū. xiij ꝙ qꝛ
non inueniebatur faber ferra=
rius in terra israel / descende=
bant filij israel in philistiim vt
ibi acuerēt gladios suos. Sed
hodie ad q̄d descendunt tot ⁊
tanti filij Israel etiam clerici
ad predictas scientias secula=
res: cū per dei gratiā sint tot
fabri theologie in Israel cum
quibꝰ possent acuere gladios
suos .i. exercitare ingeniosos
intellectus suos?

¶ Moralr̃ et tertio. Per hoc
ꝙ Abraham peregrinatur de
Aran in terram Chanaan: et
de terra Chanaā in egyptum
tempore famis: iterū de Egy=
pto eijcitur / et vnde venerat
reuertitur: designatur ꝙ viri
iusti qui reputant vitam pre=
sentem tanꝗ verā peregrina=
tionem versus celū / sicut est a
ꝑte rei: habēt multa pati / scili
cet famem / sitim / iniuriam / la
borē ⁊ hmōi priusqꝫ ꝑueniant
ad gloriam celestē. Hoc idem
etiā nobis insinuatur ꝑ Isaac
⁊ iacob patriarchas sanctissi=
mos: necnō ⁊ per filios eiusdē
Jacob. Hi eñi omnes cogente
necessitate eandē terrā ꝓmis=
sionis quādoqꝫ reliq̄runt. Et
sicut dicit ps̄. Pertransierūt
de gente in gentē: ⁊ de regno
ad populū alterū. Hoc igitur
non casu / vt dicit beda: sed su

pernavticꝫ permissione factū esse credēdum est: vt ⁊ ipsi videlicet ⁊ omnes eiusdē ꝓmissionis heredes intelligerent ita se diuine benedictionis dona suscepisse: vt in hac tamen vita labor esset ⁊ afflictio sustinenda temporalis: ⁊ in futuro sit requies ac beatitudo expectanda perennis. Hec beda.

¶ Moraliter ⁊ quarto. Abraham descendens in Egyptum cum vxore sua: quam rex Egypti rapit: postmodū tamē intactam eam restituit eidē, significat hominē iustū, habentem gratiā tāq̄ vxorē sibi vnitam. Talis autē homo quandoꝫ in Egyptum descendit, quando incipit mēte vagari p varias tētationes, siue p mundanas solicitudines aut delectationes. Quo facto stati adest Pharao rex Egypti, id est diabolus, qui vocatur princeps mūdi huius a Christo Jo. xij. Qui rapit eius vxorē pulcherrimam quando facit eū cadere a gratia dei. Ueruntamen quādoꝫ deus ex specialissima gratia ipm ad penitētiam reducit: ⁊ vxorem suam. i. gratiā sibi reddit: ⁊ tunc cessante fame. i. desiderio peccandi: iterum ipsum ad terram promissionis reducit. i. ad statum salutis. Ecce quomodo implet illud. j. Reg. ij. Dominus mortificat ⁊ viuificat, deducit ad inferos ⁊ reducit.

¶ Allegorice. Abraham fame vigēte descēdēs de terra chanaan in egyptum est christus: q̄ sterilitate immissa in iudeis trāsiuit ad gentes: vt in eis se reficeret. Nam in iudeis fame moriebatur. In cui⁹ figuram legitur Matth. xj. ꝙ cum exiret Jesus a Bethania, esuriuit. Cumqꝫ vidisset ficū iuxta viam, venit ad eam. In qua cū nihil inuenisset p̄ter folia, maledixit ei: que statim aruit. Ficus sunt Judei, in quibus christus nō inuenit fructum bone operationis, sed tantum folia pulchrorum verborū, vel apparētiam sanctitatis. Et ideo illis maledixit, et transiuit ad gentes, scilꝫ in apostolis suis, siue xp̄tum ad gratiam suam: iuxta illud Matth. xxj. Auferetur (inquit) a vobis Judeis regnū dei: ⁊ dabitur genti faciēti fruct⁹ illius. De hoc etiā figuratiue legit. iij. Reg. xvij. vbi dicitur ꝙ Helias facta fame valida in israel, trāsiuit in sareptā sydoniorū: vbi refect⁹ est ⁊ recept⁹ a muliere vidua. Ecce ergo quomodo Abrahā descendit in Egyptum tempore famis, id est Christ⁹ ad gentes. Uxor autem huius Abrahe que cum eo descendit in egyptum, est ecclesia, q̄ est vxor ⁊ soror christi: iuxta illud Cañ. iiij. Uulnerasti cor meū soror mea, sponsa mea. Hanc itaqꝫ vxorem Egyptij voluerūt tūc corrumpere, quando gentiles nondum ad fidem conuersi voluerunt ⁊ conati sunt fidē destruere, secundū ꝙ ipsa pie cōqueritur in Psalmo dicenꝫ: Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea, dicat nūc israel, id est ecclesia militās: sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim nō potuerūt mihi supple tantum nocere xp̄tū optabāt. Sꝫ q̄re bis dt, Sepe

expugnauerunt me ꝛc. Certe ideo q̄ꝛ dupliciter gētiles conati sunt destruere ecclesiam catholicam/ christi sponsam ꝛ sororem: scilꝫ corporaliter corpora Christianorū trucidādo: ꝛ animas fideliū subuertēdo. Tandē autē sicut Pharao cognito ꝙ Saray esset vera vxor abrahe/ illā sibi restituit cum pace: ita ꝛ imperatores Romani/ ceteriqꝫ reges et principes egypti.i.terre gentiliū/ agnita veritate fidei catholice tū per predicatiōes/ tum per miracula/ destiterunt ipsam psequi: in pace eam relinquētes: ꝛ magnis ꝑuilegijs atqꝫ beneficijs eam plurimum dotātes: etiam armis defendentes.

¶ Anagogice. Egyptus q̄ꝫ interpretatur tenebre/ recte designat articulū mortis: in quē abraham descendit.i. quilibet iustus sicut ꝛ iniust⁹: quia statutum est omnibus hominib⁹ semel mori: vt dicit Apost. ad heb.ix. Et Ps. Quis est homo qui viuet ꝛ non videbit mortē? quasi dicat: nullus. Tūc ergo Abraham descēdit in egyptū quādo homo iustus descendit ad passagiū mortis. Uxor hui⁹ abrahe est cōscientia siue anima hominis iusti/ que reuera est pulchra ꝛ formosa valde: ita vt merito de ea possit dicere homo iustus si illi datum esset eā videre/ illud Can.iiij. Quā pulchra es amica mea/ ꝙ pulchra es? Pharao rex egypti ē diabolus/ qui est rex super omnes habitatores egypti/ id est super omnes illos qui sunt in tenebris peccati. Hic ergo pharao in descensu Egypti/ id est in articulo mortis hominis iusti nititur rapere omni via possibili pauperculam Saray/ vt trahat eam in domum suā inferni. Sed huic ac tanto periculo subueniēs benignissimus deus/ flagellat hunc Pharaonem/ coercēdo potestatem inimici/ siue per se/ siue per sanctos angelos ministros suos ꝛ custodes animarū fideliū/ ne scilicet tantū noceant ꝙtūꝗ cupiunt/ vt dicit Isidor. de summo bono.lib.j.ca.xi. Tandem autē Saray erit de domo pharaonis/ quando psa anima in mortis articulo omnino liberatur a tētatione demonis/ atqꝫ redit in domum sponsi sui Jesu Christi incōtaminata/ id est in celum/ āgelis eam illuc deferentibus.

¶ Gen.xiij. prima clausula.

¶ Ascendit ergo Abram de Egypto/ ipse et vxor eius/ ꝛ omnia que habebat/ et Loth cum eo ad australē plagam. Erat autem diues valde in possessione auri et argenti. Reuersusqꝫ est pariter q̄ venerat a meridie in Bethel/ vsqꝫ ad locum in quo prius fixerat tabernaculum inter Bethel ꝛ Hay/ in loco altaris quod fecerat prius/ et inuocauit ibi nomen domini.

¶ Historialiter. Postqꝫ noster legifer Moyses in precedenti capitulo egit de egressu abrā de Aran iuxta preceptū dñi: et de ingressu illius in terram Chanaan: egit etiā consequenter de egressu illius de predicta terra Chanaan: eo ꝙ op-

presserat eam fames: et de descensu eiusdē in terram Egypti: et de piculo castitatis cui subiacuit Saray vxor illius: a quo liberauit eā deus: hic consequēter agit de egressu illius pariter & vxoris sue de egypto: & regressu in predictam terram Chanaan: atq3 in locū in quo prius habitauerat cū primū illic venerat. Dicit ergo Moyses q postq3 rex egypti fecit p seruos suos deduci Abraham vna cum vxore eius et familia extra limites regni sui: tandē ipse ascēdit ad australem plagam terre Chanaan. Et bene dicit Moyses q ascēdit: quia terra promissionis est alta respectu terre Egypti: quinimo vt dicit Beda: Terra ipsa egypti est ceteris terris & regionibus vniuersis inferior. Et e-contra regio scytharū alijs terrarū partibus fertur eminere tanq3 sublimior: quod etiā potest facile conuinci: vt dicit idē Beda: et cursibus fluminū ex dicta regione profluētium: et hincinde defluentium. Alijvero dicūt terram promissionis citra paradisum terrestrē ceteris regionibus altiorem. Et hoc propter illud verbū Deuteronomij.xxxij. Cōstituit eū (scilicet dn̄s) populus israeliticum super excelsam terram. Quod si fiat instantia de montibus Armenie: super quibus stetit arca post diluuiū tanq3 super excelsam terram: Dicendum q hic est questio de regionibus: et non de mōtibus inhabitabilibus. Circa autem hunc textum mouētur alique questiones.

¶ Prima igitur questio pulsat animū lectorū. Cū enim superius dictum sit q egyptus in ordine et in respectu terre promissionis sit ad austrū siue ad meridiem: quod idē est: nūc est questio qūo Abraham ascendēs de egypto ibat versus australē plagam vt iret vn̄ venerat cū in egyptum descēderat: sc3 in terrā Chanaan. Ad hoc r̄ndet de lyra q non est intelligēdum q terra promissionis ad quā ascēdit abraham rediens de egypto: sit in pte australi respectu egypti: sed est ī parte aquilonari. Australis ergo plaga hic accipit respectu hierusalē. Nam illa pars terre promissionis q̄ est vicinior egypto: est pars australis iudee. Eandē sententiā ponit venerabilis Beda.

¶ Secūda q̄stio oritur ppter illud verbū Gen̄.xij. Erat autē Abrā diues ī possessione auri & argenti. Est ergo questio vnde illi tante diuitie: presertim cum esset peregre cōstitutus. Ad hoc respōdendū q per artem suam hec sibi cōtigerant Ut enim dictū est supra conformiter ad Josephū & petrū comest. ipse abrahā docuerat egyptios artes mathematicas: & que de astrologia sunt: que oīa erant illis prius ignota: & per eos cōsequenter deuenerunt ad grecos. Deo igitur sibi bona mobilia multiplicante: vt illi supra promiserat: et egyptijs ei multa donaria facientibus tum ppter suam doctrinam quā docebat tum propter regis sui fauorem: tum propter viri valorē

et honestatē: valde ditat⁹ fuit in egypto. Et est hic argumē tum: inquit dñs Pet. de Pal. q doctores possunt licite reci pere ab auditoribus collectā: & presertim in scientijs mundanis: quia nemo militat suis sti pendijs: vt dicit Aposto.j. ad Corinth.ix.

¶ Tertia questio versatur cir ca illud verbū: Reuersusq̄ est per iter quo venerat &c. Est er go q̄stio cur ipse Abraham reuerti voluit per eandem viam per quam descēderat in Egyptum. Dicēdū q propter tria. Primo quidem propter notitiam vie. Ambulanti enim per viam incognitā multa possunt occurrere incōmoda: a quib⁹ frequēter liberatur qui viam nouit. Scit enim talis vitare multa mala passagia. Nouit etiam bona hospitia: & frequen ter ad illa declinat redeundo: in quib⁹ locatus fuerat honeste eundo. Secūdo propter satisfactionem. Nam vt dicit de lyra: quādo Abraham descendit in Egyptum: non habebat pecuniam sufficiētem pro soluendis expensis: & ideo necesse illi fuerat contrahere debita in multis hospitijs Et ideo redeundo cū esset valde diues voluit p dicta hospitia redire vt solueret priora debita. In q̄ apparebat viri equitas. Tertio pter tedij vitationē. Secundū enim philosophū in problema. tediosum est incedere per viā p quā ambulās nunq̄ incessit: magis q̄ p eā p quam sepe incessit: eo q arbitratur terminū breuiorē q̄ sit a parte rei. Abrahā ḡ volēs euitare tedium itineris: voluit redire de egypto per eādem viā per quam illic de chanaan descēderat.

¶ Quarta questio versat circa illud vltimū verbū in quo dicit. In loco altaris qđ fecerat pri⁹: & inuocauit ibi nomē dñi. Queritur ergo cur spālē locum elegit Abrahā ad inuocandū nomen dñi: scȝ in terra Chanaan? Responsio. vt dete posset ipm inuocare. Quādiu enim fuit in egypto: quasi assidue fuit in cōmotione & solicitudine pter vxorē suā quam tulerat sibi rex egypti. Postquā vero rediit in terrā Chanaā: liber fact⁹ ab hmōi solici tudine: dedit se cōtēplationi & cultui diuino inuocādo nomē dñi: scȝ gr̄as reddens deo de hoc q ipm cū vxore & fami lia cōseruauerat eūdo: stādo: et redeūdo de egypto. Itē de hoc q ipsum ita copiose ditauerat in possessione auri & argenti: atq̄ etiā pro ceteris beneficijs que illi ptulerat dñs. Item & scdo in predicto loco voluit spālit inuocare nomen dñi: quasi in spū pphetico puidens futurā visionē Jacob. Nā fm bedā in eodē loco in q̄ abrahā altare cōstruxerat: atq̄ nomē dñi inuocauerat: postmodū Jacob ibidē dormiens vidit in sonnis scalā erectam vsq̄ ad celū: & angelos dñi p eā ascendētes & descendētes: atq̄ dñm innixū scale: dicētē ei. Ego sum dñs deus patris tui abrahā: & deus Isaac. Terram in qua dormis dabo tibi: & semini tuo &c. Dicunt autē hebrei q licet nō sit expssum

nomen loci illius: estimat tamen q fuerit mons moria: in quo postea voluit ipse Abraham ad preceptū dñi immolare filium suū Isaac. In quo s3 nonnullos post multa tēpora cōstructū fuit templū Salomonis: in quo specialiter fuit inuocatum nomē dñi. De hoc tñ nihil affirmo: qz nihil certū reperio apud postillatores. ¶ Moraliter per abrahā in proposito intelligitur ver⁹ penitens: ⁊ hoc ꝑpter multa que i pñti textu dicūtur de ipso abrahā: scz q ascēderit de egypto cū vxore ⁊ familia sua. Itē q redijt valde diues. Item q redijt per eandē viā per quā venerat. Itē q stetit in tabernaculo ab eo prius constructo inter Bethel ⁊ hay. Itē finaliter dicit q ibi inuocauit nomen dñi. Ad ꝑpositū hec oīa ⁊ singula possunt applicari et exponi de vero penitēte. Hic igitur in primis debet deserere egyptū: que interpretatur tenebre: per quam designat peccatum: qđ est priuatio luminis grē. Uñ de veris penitētib⁹ dicit apost. Ephe. v. Eratis aliqñ tenebre: nūc aūt lux i dño. Nec solū pctm̄ ē i se tenebrosum: verū etiā ducit hoīez finaliter ad locū tenebraꝝ infernaliū: de quib⁹ figuratiue legitur Exo. x. q facte sunt tenebre horribiles per totā terrā egypti. i. i inferno. Uñ de q̄libet reprobo dicitur Iob. iij. Obscurēt eum tenebre. Et in ps̄. Contererūt me tenebre: inquit quilibet damnatus. Ab istis ergo tenebris culpe exeūdum est: ⁊ transeūdū siue ascēdendum ad terram promissionis. i. ad statum gratie: etiam cū vxore ⁊ familia. i. ad sitr agendū alios pctōres pro posse inducēdo: qz vnicuiqz mandauit de⁹ de proximo suo. Eccli xvij. Qui autē taliter exit de egypto: exit diues quo ad possessionē bonorum spiritualiū: ⁊ restitutionem meritorū mortificatorum per peccatū precedens. In cuius figurā legitur Job vl. q addidit de⁹ Job cūcta duplicia. Itē postea. Dñs bñdixit nouissimis Job magis q̄ principio ei⁹. Itē debet penitēs redire per eādē viā per quā venerat. i. ad pctm̄ descēderat: quod fit qñ voluntas q̄ fuerat causa peccati: est etiā causa sine qua nō destructionis illi⁹ per vehemētē ꝯtritionē: que pricipaliter est a deo: ⁊ secundario ab homine: quia teste August. lib. j. Confessio. qui fecit te sine te: non iustificabit te sine te. Uel dic econtrario q penitens debet redire per aliam viā ad deum oppositam vie per quā ab eo recessit. Uerbi gratia: qui abijt in egyptum per viam supbie: debet redire ad terrā promissionis per viam humilitatis. Et similiter qui illic descēdit per viam auaritie: debet inde exire per viam liberalitatis. Et qui per viam luxurie cecidit: debet resurgere per viam castitatis. Idē dic de gula et abstinētia: ⁊ sic de alijs vitijs ⁊ virtutib⁹ illis oppositis. In cuius figuram legitur Matt. ij. de tribus regibus q postq̄ adorassent dñm: p aliā viā reuersi sunt in regionem suam.

Consequenter verus penitens debet stare inter Bethel et hay.i.in medio virtutis: que semper habet extrema vitiosa. Uel inter spem et timorem. Debet enim de dei mia sperare.ps. Beat⁹ vir qui sperat in eo. Et sit in continuo timore stare. Prouerb.xxviij. Beatus homo qui semper est pauid⁹. Finaliter ver⁹ penitēs debet inuocare nomen dñi: tēpore et loco vacando orationi: recollectioni: et contēplationi. Precipue autem qn̄ est in tabernaculo dñi.i.in ecclesia: que propterea vocatur a xp̄o domus orationis. Jo.ij. Psal. Adorabo ad tēplum sanctū tuū: et cōfitebor nomini tuo dñe.scz cōfessione diuine laudis: que nō est aliud q̄ deuota oratio deo exhibita.

¶ Uel dic fm̄ dñm hugonem cardi. q̄ tunc ascendit Abram de egypto qn̄ qs recedit a mūdana cōuersatione possidens aurum contritionis: quod est optimū: et argētū cōfessionis. Cū his nēpe duob⁹ necesse est de egypto exire.i.de peccato Ro.x. Corde creditur ad iustitiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē ps. Eduxit eos cū argento et auro. Sequit: reuersusq₃ est p iter quo venerat: qz sicut pctā fecimus: sic debemus singulatim q̄tū possumus illa cōfiteri. Esai.xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos &c. Et ps. Lauabo per singulas noctes lectū meū.i. per singula pctā cōsciētiā meā purgabo: scz gemitib⁹: lachrymis: et oratione. Sequit. Usq₃ ad locū vbi pri⁹ fixerat tabernaculū. Apoc.ij. Memor esto vñ excideris: et age penitētiam: et priora opa fac. Inter Bethel et hay: quia oīs penitēs debet facere penitentiā in spe remunerationis eterne: aliter nō valet intrare ecclesiam.

¶ Allegorice Abrahā est xp̄s. Nā sicut Abraham nō habuit passum pedis in terra iens et rediens p terrā alienam: vel in tētorijs hospitatus: sic filius hoīs nō habuit i presenti vbi caput suum reclinaret: vt hr̄ Mat.viij. Hic ergo abrahā ascendit de egypto qn̄ exiuit de limbo q̄ ad aiam: vel de sepulchro quo ad corp⁹: vel de h̄ mundo quo ad vtrūq₃. Ecce ḡ triplex xp̄i ascēsus. Fuit et ali⁹ ascensus eiusdē Abrahe.i.xp̄i in pn̄ti: scz in montē caluarie: et in arborem crucis: post quē etiā ascēdit eius spōsa ecclia: qz i p̄mitiua ecclesia multitudo xp̄ianorū trucidabat morte a tyrānis. Fuit aūt iste Abrahā diues valde in thesauro mirabili: qui non est aliud q̄ meritū passiōis sue: qd fuit quodāmodo infinitū: tum qz fuit opus suppositi diuini: qd erat infinitum: tū qz fuit acceptum pro infinitis hominibus saluandis si tot fuissent. Uel qz non pro tot: quin pro pluribus sufficienter. Tandem iste Abraham per eandem viā ascēdit per quam pri⁹ descenderat: scz per viam humilitatis: iuxta illud Joā.iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hoīs qui est in celo. Et de descensu qdē ipsius xp̄i q̄ humilis fuerit satis cōstat. De ascēsu p̄o eiusdē

in celum/hoc idē probare pos=sumus:q2 illic non ascendit cū fastu mundano: sed cū obsequio nubecule:atq3 in pñtia paupe rum ⁊ simplicium apostolorū. Act.j.Uidentib⁹ illis eleuat⁹ est:⁊ nubes suscepit eū ab ocu lis eorum. Tandē autē idem xp̄s ascendit vsq3 ad locū in q̄ prius fixerat tabernaculū/in=ter Bethel ⁊ hay.i.vsq3 ad de=xteram dei patris:ita vt dica tur hodie sedere ad dexterā dei patris. Hinc canit eccle=sia dicēs i hymno de ascēsiōe dñi: Jam xp̄s astra ascēderat: regressus vnde venerat. Ibi autē inuocat nomē dñi oran=do patrē pro fidelib⁹ xp̄ianis: iuxta illud.j.Joan.ij. Sed ⁊ si quis peccauerit/aduocatū ha bem⁹ apō patrē iesū xp̄z iustū ⁊ ipse est propitiatio pro pec=catis nostris. Nō pro nr̄is/aūt tantū:sed etiā pro toti⁹ mūdi ¶ Anagogice Abrahā q̄ vno miō interp̄taṫ p̄r excelsus: de=signat quēlibet sp̄m btificū q̄ est valde excelsus in gloria ce=lesti. Hic ergo Abraham per mortē ascendit de egypto in aran.i. de loco tenebrarū ad lumen claritatis eterne: cum quo post generalē resurrectio nem ascendet vxor illius.i.hu mana caro. Ascendit autē di=ctus Abraham cum oībus bo nis.i.cum meritis ⁊ virtutib⁹ quas in presenti egypto acqui siuit. Per loth aūt qui cū auū culo suo Abraham ascendit in terram Chanaā: designātur illi quorum salus per alios p=curata est. Omnis autem talis Abraham est valde diues in possessione duplicis boni: sc3 auri ⁊ argenti.i.in bonis gra=tie ⁊ glorie:que quidem bona mobilia dici possunt:eo q2 ho=mo illa vbicūq3 vadit secū por tat:ita vt merito dicere possit cum illo poeta qui solit⁹ erat dicere. Oia mea mecū porto. Qd̄ si q̄raṫ p quā viā hūanus sp̄us vadit ad celū: Profecto per iter quo venerat.i. sicut a deo creatore suo in hunc mū dum primo missus fuerat per creationē:ita ad eundē p mor tē corporis reuertitur. Uadit ḡ iust⁹ p mortē ad tabernacu lum dei Jacob.i.in terrā pro=missionis/scilicet glorie cele=stis.vñ ps̄. Si dedero somnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationē:⁊ requiem tēpo ribus meis.i.vite mee: donec inueniam locū dño: taberna=culū deo Jacob. Cūq3 ibi fue=rit human⁹ sp̄us: tunc incipit inuocare nomen dñi: gratias illi agens perennes de tot et tātis bñficijs sibi a dño colla=tis.Uñ ps̄. in persona cuiusl3 sp̄us beatifici. Quid ind̄t retri buā dño pro oīb⁹ q̄ retribuit mihi? Calicē salutarj accipiā .i.corp⁹ meū siue organū cor=poreū resumā in gñali resur=rectione:⁊ cum eo nomen dñi inuocabo: iuxta id quod scri=ptum est. Exultationes dei in gutture eorū. Item alibi. Bea ti qui habitant i domo tua do mine:in secula seculorum lau=dabunt te.

¶ Secunda clausula.

¶ Sed et Loth qui erat cū abram/fuerūt greges ouiū:⁊ armēta:⁊ tabernacula nec poterat eos capere terra

vt habitarent simul. Erat q̄p pe substātia eorū multa: ⁊ nequibant habitare cōiter. Unde facta est rixa inter pastores gregū Abram ⁊ Loth. Eo dē autem tēpore Chananeus ⁊ phereseus habitabāt in terra illa. Dixit ḡ Abram ad loth Ne queso sit iurgiū inter me ⁊ te: ⁊ inter pastores meos ⁊ pastores tuos. fratres enī sum⁹. Ecce vniuersa terra corā te est: recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris: ego dexteram tenebo. Si tu dexterā elegeris: ego ad sinistram pgam.

¶ Historialiter postq̄ sanct⁹ moyses in p̄cedēti clausula egit de regressu abrahā i terrā Chanaā secū reducētis illuc vxorē suā: ⁊ Loth nepotē suū vna cū pecorib⁹ suis: hic cōsequenter agit de rixa orta inter pastores vtriusq̄. Nā vter q̄ habebat greges multos et armēta: ita vt nō possēt simul pacifice hītare. Propterq̄ ad sedandā dictam rixā ⁊ iurgiū visum est bonū ipsi Abrahe vt abinuicē separarent loco: q̄uis nō aīa aut corde. In optione ḡ nepotis sui posuit eligere terrā quā vellet: siue q̄ ad sinistrā respiciebat: siue q̄ ad dexterā. Dicit ergo moyses q̄ Loth nepos Abrahe: vt puta filius aram fratris abrahe iā mortui: erat valde diues ī abundantia ⁊ copia gregū ouiū ⁊ armētorū. Ut autē dicit de palu. greges ⁊ armēta sic differūt. Nā greges p̄prie impor tant multitudinē minorū aīalium: cuiusmodi sunt oues. Armenta vero multitudinē grossorū animaliū. Unde armētū dicit ab armis: eo scz q̄ hmōi aīal sit aptū armis vel ferēdis vel exercēdis: vel fiēdis: vt q̄z sit cornib⁹ ⁊ vnguib⁹ vl' dētib⁹ aut aliq̄ sui pte armatū. Uel etiā armentū dicitur q̄si aramentū: ab arando: eo q̄ sit aptū ad arandū terrā. Tanta ergo erat p̄dictorū aīalium copia q̄ nō poterat ea capere terra: ⁊ est modus loquēdi: q̄z a parte rei terra sufficiēs erat ad ea capienda ⁊ cōtinenda. Uel loquitur Moyses de terra prima in qua habitabant Abrahā ⁊ Loth: que non sufficiebat ad alēdū tot ⁊ tāta animalia: que multis pascuis indigebant. Sed pro maiori declaratione presentis text⁹ mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit̄ dubiū tale est: cur abrahā ⁊ loth tātā multitudinem aīalium secū ducebant? hoc eñi erat eis valde laboriosum: ⁊ maxime ea circūducendo per tot ⁊ tāta spatia terrarū: puta ab egypto vs q̄ ad terrā promissionis. insuper dicta terra promissionis talibus abundabat: que quantum illis necesse erat poterāt nūmis sibi cōparare: maxime cum dictum sit in precedenti clausula de Abrahām q̄ erat valde diues in possessione auri: ⁊ argenti. Responsio. dicta animalia circūducebāt rationabiliter: tum vt inde sustentarentur: tum vt per commutationem talium in alias merces cōpararent sibi vite necessaria tam in via redeundi de egypto: q̄ in terra Chanaan postquam ad illam peruenerunt. Non enim habebant im-

mobilia siue possessiones agrorum: sed erant tanq̄ peregrini i terra illa. Rationabiliter ergo prouidebāt sibi de mobilibus .i. de ouibus ꝛ armentis propter causam predictā. Tū vt haberent vnde dn̄o sacrificiū offerre possent. Bene em̄ estimare poterant ꝙ in terra Chanaā erat adhuc penuria aīalium: eo ꝙ fames que paulo ante afflixerat terrā illam/ adeo cōsumpserat aīalia terre ꝙ valde pauca remanserāt ibidem. Propter qḋ voluerūt sibi prouidere ante exitum de Egypto de talibus: eo ꝙ ibi satis abundabant: et vili precio comparari poterant.

¶ Secundū dubiū. Quāto tēpore steterunt Abrahā ꝛ loth cū familijs suis in terra Egypti? Responsio/ de hoc nihil dicit scriptura. Possumus tamē conijcere ꝙ nō nisi ꝑ annū/ ꝑ hunc modū. Nā q̄ primū abraham ingressus fuit terrā egypti/ vxor sua saray ꝓpt̄ pulchritudinē suā sublata ē in domū regis egypti/ q̄ tn̄c tn̄ nō attētauit tangere eam: q̄ vt dictū est sub quita clausula precedētis capl'i in solutiōe ad tertiā qōnē: tūc tp̄is reges nō accedebāt ad vxores suas de nouo acceptas nisi post anni circulū. Cū ḡ finis anni de ꝓpinq̄ instaret/ dn̄s grauiter afflixit regē egypti: ita vt nō posset quācūq̄ mulierē cognoscere. Cuius causam cū sacerdotes idoloꝝ ꝑ demones cognouissēt esse raptū saray vxoris abrahā: atq̄ regi hoc idicassent: ille ↄuocato stati ad se dicto abrahā ait illi: Quidnā ē hoc ꝙ fecisti mihi? Quare nō indicasti mihi ꝙ saray vxor tua esset? Nūc igit eccę ↄiunx tua/ accipe eā ꝛ vade. Ex q̄bus eiꝰ ptꝫ intentū.

¶ Tertiū dubiū. Que fuit cā discordie ꝛ rixe inter pastores abrahe et loth? Rn̄sio. illa fuit sola cupiditas: q̄ certe frequēter est cā ↄtētiōis ꝛ discordie inter hoīes etiā ꝓpinq̄s ꝛ amicos. Nā pastores vtriusq̄ volebāt sibi p̄occupare meliora pascua ꝛ meliores aquas. Hebrei aūt aliā causam assignāt scd̄m ꝙ refert de lyra: dicētes ꝙ cā huiōi ↄtētiōis fuit eo ꝙ pastores loth pascebāt aīalia sua in bladis alienis. Super q̄ pastores abrahā increpabāt eos: eo ꝙ erant edocti in iustitia ꝛ eq̄tate a magistro suo. Nō sic autē pastores loth. Sꝫ p̄ma expositio videtur verisimilior.

¶ Quartū dubiū: quomō fieri potuit ꝙ chananei ꝛ pheresei adhuc habitātes in terra chanaan: que alio noīe vocata est terra ꝓmissionis: ibi permiserint Abrahā ꝛ loth pacifice viuere cū tanta multitudine animalium? Respōsio. certe a dn̄o factum est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris: marie cū apud christianos incole terrarū vix permittant aduenas apud se ditari. Dn̄s nempe mitigabat corda eorum ne illis nocerent. Est ꝛ alia ratio: scilicet ꝓpria vtilitas quā illis afferebant abrahā ꝛ loth cū vniuersa familia sua. Erant enim industriosi in multis: ꝛ ꝑ consequens vtiles Chananeis et phereseis: insuper cōuersatio eoꝝ erat gratiosa ꝛ pacifica. In cuius rei signū q̄ primū

surgium inter pastores eorum ortum est: statim extinctū est per separationem abinuicem. Postremo dici potest ꝙ predicta terra Chananeoꝝ et pherezeorū erat amplissima: adeo ꝙ popul⁹ terre nō sufficiebat eam replere. Quo factū est vt facile Abrahā ⁊ Loth nemine cōtradicente se cōtulerūt ad terrā inhabitatā: ⁊ ꝓ alendis pecoribus valde ꝓpitiā: ⁊ forsan cū aliquo tributo moderato. Et ꝙuis dicta terra esset Abrahe ⁊ semini suo a deo ꝓmissa: nō tamen adhuc erat in effectu illi tradita. ꝓpter qđ ipse habitabat in t̄ra illa tāꝙ peregrinus ⁊ aduena.

¶ Quintū dubiū est de veritate illi⁹ dicti abrahe ad loth. Fratres em̄ sumus: quomodo fratres? Cōstat em̄ Loth fuisse filium Arā fratris Abrahe. Ambo em̄ erant filij Thare: vna cū Nachor: vt dictū est supra. xi. c. Et vt ibidem dicitur Arā moriens reliquit filiū nomine Loth. Erat ergo Loth nepos Abrahe / et non frater. Quomō ergo hūc dicit Abraham esse fratrē suū? Ad hanc questionē frequēter dictū est supra: ꝙ scȝ mos sacre scripture sit germanos vocare fratres. Est ergo sensus. Fratres em̄ sumus. i. de eodem genere. Pro quo notandū cōformiter ad Petrū de pal. in postilla sua ꝙ i scriptura sacra fratres dicuntur quinꝙ modis. Primo quidē ex eodē parēte. Et hoc modo fuit Abel frater Caim: secūdum ꝙ ait dn̄s ad ipsum Cain. Ubi est Abel frater tu⁹? Secūdo ex eodem genere: vt hic. Tertio ex speciali gente: et maxime cū illa tota gēs ex eodem parēte descēdit: vt ibi ij. Paralip. xi. Non ascenderis neꝙ pugnabitis cōtra fratres vestros. Quarto ex cōmuni religiōe: vt ibi. ij. Thessa. iij. De cetero fratres inquit Paulus orate ꝓ nobis vt sermo dei currat. Quinto ex vniuersali creatione: vt ibi Matth. xxiij. Oēs vos fratres estis.

¶ Sextum dubiū. Utrū Abraham ratiōabiliter posuerit in optione nepotis sui Loth eligere quācūꝙ partē terre vellet? Dicendum ꝙ sic. Cū enim esset etate antiquior / fuit etiā in rebus secularib⁹ peritior: et ita in diuidēdo partē sinistrā terre siue pascuaꝝ cōtra partem dextrā ⁊ ecōuerso / potuit min⁹ errare / ⁊ magis ad equalitatē inter p̄dictas duas partes peruenire. Unde ex hoc facto inoleuit in aliqbus regionibus cōsuetudo ꝙ in diuisione hereditatis inter fratres antiquior facit partes: ⁊ iunior eligit. Dixit ergo Abraham ad Loth. Si ad sinistram ieris ⁊c̄. Ac si diceret licet separemur abinuicem loco: nō tamē ita elongabor a te quin succurram tibi ī necessitate: sicut in effectu paruit per id qđ legit̄ cap. sequenti.

¶ Moraliter: rixa habita iter pastores Abrahe ⁊ Loth / designat rixas / lites / et discordias que hodie oriuntur inter pastores ecclesie / et. hoc ratione pascuarū. i. decimarū vel possessionū ecclesie: vno dicente talem decimā aut possessionē esse suā; alio vero reclamāte, ⁊

cōtradicēte. Et qz nō possunt inter se cōcordare, trahūt materiam z litem corā iudicibus: qui diu tenēt eos in pcessibus et quasi nutriūt ipsos ī discordijs z litibus: vt sic exhauriāt eoz substantiā: qua exhausta consulunt vt inter se cōponāt z cōueniant. Idē etiā iudiciū est de beneficijs ecclesiasticis: siue curatis: siue nō curatis: etiā de abbatijs z ecclesijs cathedralib⁹, vno se tuēte p viā electionis: alio p preuentionē romani pontificis: alio p donationē principis: alio p presentationē ordinarij quo ad minora beneficia: adeo q vix inuenitur bñficiū regulare vel seculare etiā vsq ad supiores dignitates qd in principio nō sit litigiosum. Et hoc gratissimū est et acceptissimū curijs etiam laicalib⁹ q de talib⁹ volunt cognoscere, mittētes nō dubiū falcem in messem alienam. Ecce igitur inter quos, z a quibus fit hodie rixa z cōtētio inter pastores ecclesie: et quare, quia substātia eoz multa: z ideo nequeunt cōmuniter habitare. Ideo dz Amos vi. Ve q opulenti estis in sion id est in ecclesia.

¶ Uel dic secundum dñm patriarcham de pal. q sicut illa antiqua rixa int pastores abrahe z loth, nō fuit pter oues: sed pter pascua: ita z hodie pastores ecclesie rixantur non propter aīas: sed pter tēporalia. Unde Ber. de numero oblationū z reddituū frequēs est ministris ecclie discussio: de peccato aūt populi vix aut nulla collatio. Chanane⁹ autē qui interpretatur negociator et pheresĕus q interpretatur diuisio vel cōtentio: erāt eodē tēpore in terra illa. i. in ecclesia: quia negociatores clerici et tēporalia alijs diuidentes sunt in ecclesia sup tēporalib⁹ contēdentes. vñ. i. ad Cor. iij. Cū sit inter vos zelus z contētio: nōne carnales estis. i. nōne exteriorib⁹ q ad carnē ptinēt: et nō spūalib⁹ itēditis? Sedz: Ne qso iurgiū sit iter me z te. zc. Seneca. Quietissime viuerēt hoīes si hec duo pnomina meū z tuū de medio tollerēt. Nota de illis duob⁹ eremitis: de qb⁹ legit in vitas patrū q mirabant quō hoīes rixabant. Uolētes ergo hoc expiri dixit vnus. Nos ponemus alidd in medio, z tu dices, meū ē. Ego autē ecōtra dicā meū est: z sic rixabimur. Qd cū factū esset z vnus dixisset de re posita in medio q sua esset, alter rñdit si tua est, tolle eā: z sic non potuerūt rixari. Sic autē factū est de Abrahā z Loth: ita vt diceret Abrahā. Si tu dexteram elegeris, ego dexterā tenebo: quasi dimittens sibi qcquid vellet occupare: et ideo nō fuit rixa inter eos.

¶ Moraliter et tertio pdicta rixa referēda est ad illā discordiam que p presenti est inter carnē z spm: de qua apo. Gal. v. Caro concupiscit aduersus spm: z spūs aduersus carnem. Hec enī zc. Itē ad Roma. vij. Uideo aliā legē ī mēbris meis repugnātē zc. Et breuit spūs siue ratio dz dicere carni cū Abrahā ad Loth. Si tu dexterā. i. cōcupiscētias tuas elegē

ris: ego sinistrā tenebo: scʒ re castigādo: quia scriptū est ad Rom̄.viij. Si spū scto car.ꝛc̄.

¶ Mystice Abraham ꝛ Loth designāt duos stat⁹: scʒ ꝓspe ritatis ꝛ aduersitatis: q̄ opposi to mō se habēt i p̄nti ꝛ in futu ro. Nā q̄ eligūt statū ꝓspitatꝭ in p̄senti: sunt q̄si ad dexterā. At ꝟo in futuro erūt ad sini strā aduersitatis. Et ecōtra q̄ eligūt sinistrā aduersitatis in p̄nti: erūt i futuro ad dexterā ꝓsperitatis. in cui⁹ figurā legit Gen̄.xlviij. ꝙ cū Jacob bn̄ diceret filijs suis in fine dierū suoꝝ: bn̄dixit etiam filijs Joseph: scʒ Manasse ꝛ effraī. Cū ergo fuit questio de eoꝝ bn̄di ctione: Joseph pat̄ eoꝝ posuit Effraim ad dexterā suā.i.ad sinistrā Jacob: manassem ꝟo ad sinistrā suam.i.ad dexterā iacob. Jacob autē cuius oculi caligauerāt: extēdēs manum suā dexterā posuit eā sup caput fratrꝭ iunioris: sinistram aūt manū suā posuit sup caput manasse q̄ maior natu erat: cō mutās man⁹. Sicq; cācellatis manib⁹ bn̄dixit Jacob duob⁹ filijs Joseph. Applicatio ē facilis. vn̄ huic figure alludit hi storia q̄ hr̄ Luce.xvj. de diuite epulone: et mēdico lazaro. Nā dicto diuiti petenti guttā aq̄ cū esset in tormētis ifernuit pater Abrahā. Fili recordare q: recepisti bona in vita tua: ecce dextera diuitis: ꝛ lazar⁹ similit̄ mala. Ecce sinistra il li⁹. Sʒ q̄d post mortē illis acci derit audiant⁹. Nūc aūt h̄ ꝯso lat: scʒ lazarus. Ecce mutatio sinistre in dexterā. Tu ꝟo cru ciaris. Ecce ꝑ oppositū mutatio dextere in sinistram.

¶ Allegorice: Loth cū Abrahā designat hītationē gētiliū cū iudeis in primitiua eccl̄ia: eoꝝ scilʒ quoꝝ deus tetigerat corda. Et q: futuꝝ erat vt post modū dispergerent̄ in diuersas regiōes: tū in odiū xp̄i: tū vt vbiq; scā dispgeret̄ eccl̄ia: ideo sola mobilia possidebant: imobilia vēdētes: puta agros domos ꝛ hmōi: ꝛ preciū afferē tes ad pedes apl̄oꝝ: vt habet̄ Act̄.iiij. Et q: ananias cū saphira vxore sua vendito agro p̄cē attulit: ꝑtē fraudulēter sibi retinuit: ideo rep̄hēsus a Petro apl̄oꝝ principe cecidit in t̄rā: ꝛ ꝯtinuo expirauit. Nec multo post idē cōtigit vxori il li⁹: vt dr̄ in seq̄nti cap̄lo. Tādē autē suadēte actore discordiarū diabolo: q̄ scʒ seminat inter fratres discordias: facta est rixa inter p̄dictos primos xp̄ianos: vn̄ legit̄ vbi supra.vj.c. ꝙ crescēte numero discip̄loꝝ: factū est murmur grecoꝝ aduer sus hebreos: eo ꝙ despicerent̄ in ministerio quotidiano vidue eoꝝ. Sʒ q̄d est ꝙ eodē t̄pe scʒ quo abrahā ꝛ loth ascēderunt in terrā chanaā: chananeus ꝛ pherese⁹ hītabāt in terra illa: nisi ꝙ in p̄imitiua eccl̄a sp̄us malignus infestabat eandē ecclesiā: iuxta illō ps̄. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nūc isrl̄.i.ecclesia. Sed q̄d est ꝙ abrahā tanq̄ sapientior pfectior ꝛ antiquior laborauit ad pacē sedandam inter se ꝛ nepotē suū Loth: dicens. Ne queso sit iurgium inter me ꝛ te: ꝛ inter pastores nostros: nisi ꝙ medio.xij. discipu

locū qui erant ceteris pfectiores & sanctiores: sedatū ē murmur pdictū. hoc etiā factū est industria & medio btī stephani q̄ ordinat⁹ ē primiceri⁹ & q̄si prelat⁹ rotius illi⁹ multitudis.

¶ Uel dic in eodē sensu allegorico φ predicta rixa inter pastores Abrahe & Loth referēda est ad illam rixam & discordiam q̄ in primitiua ecclia orta est inter quosdā pastores ecclesie: scʒ Petrū & Paulū ppt obseruationē legaliū. Nā Petrus cū esset ap̄ls iudeorū: videbatur aliqualiter plus fauere iudeis ad fidē conuersis q̄ expediebat: ita vt diceret eos licite debere circūcidere paruulos suos: cū tamē circūcisio iam cessasset et mortua esset: quis nondū mortificata: quia nondū sufficienter pmulgata erat obligatio d̄ baptismo suscipiendo. Ne ergo dicti iudei ex facto Petri ponerent spem suā in circūcisiōe: Paulus restitit ei in faciē corā multitudine xp̄ianorū cōgregata apd̄ Antiochiā: eo φ reprehēsibilis esset: vt dicit Gal.ij. Tunc autem potuit Petrus dicere Paulo p̄dictū verbū Abrahe ad Loth. Nō sit iurgiū inter me & te: nec similiter inter pastores meos / & pastores tuos. i. inter conuersos ex iudeis & ex gentib⁹. Nō em̄ debet esse distinctio iudei et greci quo ad ipsam fidē. Nā idē dn̄s oim̄: vt hr̄ ad Ro.x. Et sicut abrahā & loth corpore separati sunt ab inuicem: secundum φ dixerat Abrahā ad ip̄m Loth. Si ad sinistram ieris / ego dexteram tenebo ꝛc. ita etiā Petrus et Paulus corpore abinuicē sunt separati: vno tenēte dexterā: & alio sinistrā. Hoc aūt fuit q̄n Petrus docuit iudeos: & Paulus gētiles. Et hoc est qd̄ loqt̄ ipse Paulus Gal.ij. dicēs: Creditū est mihi euāgeliū preputij: sicut & Petro circūcisiōis. Qui em̄ operat⁹ est Petro in apostolatū circūcisionis: operatus est & mihi inter gentes. Hec ille.

¶ Anagogice. Abrahā & loth due sunt differentie angelicorū spirituū: scʒ bonoꝝ & malorū. Horū diuitie mobiles fuerūt gr̄e virtutes et merita: in quibus valde ditati sunt a p̄re celesti cū primū ab eo creati sunt. Tandē facta est rixa inter eos q̄n factū est preliū magnū in celo: vt hr̄ Apoc. xij. q̄n scʒ michael & angeli ei⁹ p̄liabant̄ cū dracone & āgelis ei⁹: & nō valuerūt: supple mali bonis resistere: neqꝫ loc⁹ inuēt⁹ est eorū ampli⁹ in celo. Et piectus est draco ille magn⁹ serpens antiquus / q̄ vocat̄ diabol⁹ & sathanas / q̄ seducit vniuersum orbē ponēdo scʒ inter fratres discordias. Tūc ergo dixit michael sathane. Recede a me: scilʒ ab habitatiōe celi. Tādē aūt loth qui interpretat̄ declinās siue vict⁹ / p quē intelligit̄ diabol⁹ qui ab archāgelo michaele victus in celo / declinauit in pfundū inferni: talis inq̄ Loth iuit tunc ad sinistrā / quā etiā tenebunt vniuersi reprobi in die iudicij. Abrahā aūt. i. dict⁹ michael cū sibi adherētib⁹ bonis angelis dexterā tenuit / in qua hucusqꝫ permanet.

¶ Tertia clausula.

¶ Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnē circa regionem Jordanis que vniuersa irrigabatur anteq̄ subuerteret dn̄s sodomam & Gomorrā: sicut paradisus dn̄i: & sicut egypt⁹ venientib⁹ in segor. Elegitq̄ sibi Loth regionem circa Jordanē: & recessit ab oriēte. Diuisiq̄ sunt alteru trum a fratre suo. Abrahā habitauit in terra chanaā. Loth vero moratus est in oppidis q̄ erant circa Jordanē: & habitauit i sodomis. Homines autem sodomite pessimi erant: & pctōres corā dn̄o nimis.

¶ Historia.lr. Postq̄ in precedēti clausula magnus ille dei propheta moyses egit de rixa orta iter pastores abrahe pte ex vna / & pastores Loth parte ex altera: & de modo pacificationis / que facta est per separationem abinuicē: hic consequēter agit de determinatione terre quā elegit loth iuxta optionē quā dederat ei Abraham patru⁹ suus. Elegit enim regionē circa iordanē / in qua recedendo ab oriente / & de cōsortio patrui sui / habitauit. Priusq̄ tn̄ eligeret habitare in regione illa: ascēdit eminētem locū ex quo potuit facile explorare omnē circa regionē vt meliorē suo iudicio eligeret: & signāter p pascēdis gregibus ouium suarū / & armētis qb⁹ abūdabat valde. Eleuās g oculos / & hicide circūspiciēs / vidit oēm circa regionē iordanis.i. vidit ī circuitu iordanis fluuij oēm regionē ad hoc valde ꝓpitiā: eo q irrigabatur totaliter ab ipso iordane / anq̄ subuerteret dn̄s sodomā & gomorrā: de qua subuersione dicetur postea: sc3.c.xix. Irrigabatur inq̄ sicut paradisus domini.i. sicut paradisus terrestris a dn̄o factus irrigatur a fonte oriente in eius medio: vt dictum est supra.ij.c. Et sicut egyptus venientibus in segor. Terra em̄ egypti in illa parte qua de egypto veniunt hoīes in segor / est pulcherrima & fertilissima / eo q irrigat a fluuio Nili / q̄ illic influit. Segor aūt est illa parua ciuitas ī qua saluatus est ipse Loth ꝯtra incēdium sodome: vt postea dicet. Alij autē dicunt q hoc nō d3 referri ad terrā egypti: s3 ad terrā circa iordanē: ita vt sit sensus / q sicut egypt⁹ Nilo irrigatur / sic & terra illa iordane. Propter ergo fertilitatem regionis et terre Loth elegit ibi habitare. Abrahā autē habitauit in terra Chanaan. Et sic diuisi sunt abinuicē. Uerū tamē p ampliori declaratiōe textus mouent aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: quare Moyses cōparat regionē ad quā declinauit Loth / paradiso dn̄i.i. paradiso terrestri: vt dictum est. Respōsio. ꝓpter duo hoc facit. Primo quidem ad ostendēdum pulchritudinē et fecunditatem regionis illius. Ista est em̄ regio dicta pētapolis / in qua erant quinq̄ ciuitates: quas subuertit dn̄s: vt dicet postea. Et dicebat dicta regio ante illi⁹ subuersionem: sicut paradisus dn̄i: nō p equalitatē: sed p quādā similitudinē. Secūdo ad ostēden-

dum grauitatem delicti; et ingratitudinem populi ibi habitantis. Unde Beda in glos. ordina. Fertilitatē terre laudat Moyses: stimulum incolarū notat impietatē; vt eo maiori dānatione digni esse intelligant: quo maria dei munera non ad fructum pietatis: sed ad incrementum vertere luxurie.

¶ Secundum dubiū. Quomodo Loth dicitur hic morarus fuisse in oppidis que erant in regione illa, qui pastor erat ouium? Non enim pascua querūtur in oppidis, sed in cāpis. Dicendum quod morabatur in oppidis: quia morabatur in locis circunuicinis illis quinque oppidis que subuersa sunt, que sunt Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim et Segor. Dicitur autem specialiter habitasse in Sodomis, eo scilicet quod principaliter habitaret in sodoma: vel quia tota illa terra denominabatur a Sodoma, tanque a principaliori. Dicit autē Josephus quod habitauit in campo contra Jordanem fluuium, nō lōge a ciuitate Sodomorum. Alij autem dicunt quod habitabat in riparia in tentorijs sicut peregrinus et pastor: nunc quidem in terminis vnius ciuitatis, nūc in terminis alterius. Sed quia frequentius pascebat pecora sua in terminis Sodome: propter hoc dicit Josephus eum habitasse in campo non longe a ciuitate Sodomorum.

¶ Tertium dubium est: quomodo loth presumpsit habitare in Sodomis. Nō enim verisimile est eum latuisse quod sodomite pessimi erant: et peccatores coram dño nimis: vt habetur in presenti textu: et ita videtur vituperandus de hoc quod voluit habitare cū populo terre illius. Ad hoc dubiū aliter respondent hebrei, et aliter latini: vt dt de lyra. Hebrei enim hoc exponunt in vituperiū ipsius Loth: qui quāuis sciret homines illius terre esse pessimos, voluit tamē habitare cū eis: et exinde peioratus est. Econtra autem catholici doctores et signanter latini hoc exponūt in laudem ipsius loth. Ac si diceretur. Quāuis Loth habitaueritinter pessimos homines, ita men inter eos custodiuit nun ditiam et innocētiam. Hoc autem ad laudem eius cedit nō modicam. Et hoc modo exponit hunc textū beatus Grego. in sule moral lib. j.

¶ Quartum dubiū. Que fuerunt illa peccata preter peccatum illud nephandissimū quibus illi pessimi Sodomite implicati erāt? Responsio: hmōi peccata multa erāt: prout cōmemorat scriptura Ezec. xvj. vbi propheta dñi loquitur ciuitati hierusalē dicēs: Hec fuit iniquitas sodome sororis tue: superbia, saturitas panis et abundantia, et ocium ipsius, et filiarum eius, et manū egeno et pauperi non porrigebant, et eleuate sunt, et fecerunt abominationes coram me. A quibus omnibus malis immunem fuisse beatū loth textus sacre scripture testatur, quem angelos hospitio recepisse, ac per eos a pereuntibus impijs ereptū esse declarat: et sententia bea

ti Petri apostoli pbat/que di cit. Et iustū loth oppressum a nephandorum iniuria ac luxuriosa ꝯuersatione eripuit. Aspectu enim ꝛ auditu iustus erat/habitans apud eos qui de die in diē animā iustā iniustis operib⁹cruciabant. Nouit em̄ deus pios de tētatione eripere. Iniquos vero in diem iudicij cruciandos reseruare. Magis autem eos qui post carnē in concupiscētia immunditie ambulant. Hec Petrus in sua secunda canoni.ij.ca.

¶ Quintum dubiū. Quare de sodomitis dicitur in presenti textu ꝙ pessimi hoīes erant/ꝛ peccatores coram dn̄o nimis? Responsio:q2 peccabant nō solum coram dn̄o cognoscēte sicut ceteri pctōres:sed ꝛcoram dn̄o detestante ꝛ ꝑ seipsum puniēte etiā in presenti/sicut rei probauit euentus: sicut supra x.ca.dictum fuit de Neroth ꝙ erat robustus venator.i.hoīm oppressor corā dn̄o. Et.ij. Paralip.xxxiij.dicit de rege Manasse ꝙ fecit malū coram dn̄o/iuxta abominationes gētium: quas subuertit dn̄s corā filijs Israel. Potest etiā dici ſm de Pal.ꝙ ratio naturalis erat in sodomitis ita eneruata,ꝑpter ardentē cōcupiscētiam ꝙ non iudicabant pctm̄ suū esse grāde pctm̄. Iudicio tamen dei ꝛ proborū virorū pessimi hoīes erant:ꝛ grauissimi pctōres. Mali enim sunt illi qui peccāt cōtra legē discipline/scʒ facientes illud quod est malū q2 ꝓhibitū:sicut Adam in comestione fructus vetiti. Peiores vero sunt q̄ faciunt ꝯ legem conscientie ꝛ rōnis/sicut Cain occidēdo Abel fratrē suum. Pessimi autem sunt q̄ faciunt contra legē nature: vt sodomite. Bene ergo de eis hic dicitur ꝙ pessimi homines erant.

¶ Sextū dubiū mouet̃ ꝑpter illū terminū: oppidū : de quo fit mētio in prece.textu. Dubitatur ꝗ q̄d sit ꝓprie oppidū? Respondet̃ ꝙ oppidū dr̄ quasi dās opes vel opem. Dat enim opem ꝯ hostes. Item opes ibi recondunt̃. Uel oppidū dr̄ ab oppositione murorū. Et nota ꝙ qlibet ciuitas pōt dici oppidum preter Romā/ que antonomatice dicit̃ vrbs. Nā vrbs ab orbe dicitur/vt dt̄ catholi. et quia olim Roma dn̄abatur toti orbi in tēporalibus / nunc sūt in spūalib⁹: ideo ꝑ quādā excellētiam dr̄ vrbs:cetere autem ciuitates et ville oppida dici debent.

¶ Moralr̃ loth qui recedit ab oriente/ꝛvenit ad regionē circa Iordanem pulcherrimā et fertilissimā/ in qua tandem captus est ab aduersarijs/ vt dicetur in seq. capi.designat humanum spm̄/siue hominē mūdanum:qui cū relicto oriente gratie dei declinat p⁹ carnis delicias ꝛ mūdana solatia/statim vicitur ab aduersarijs demonib⁹per peccatū:prout bene insinuat interp̄tatio ip̄ius nois loth:quod idē valet sicut declinās vel vict⁹. Hic Grego. in mora. Loth amena elegit/ꝛ vtilia refugit:de loci pulchritudine capitur: ab hostib⁹ captiuatur. Uirtutū enim deserit cōsortiū qui speciem eligit non veritatem. Et Augus. Ue

illis dñe qui diligunt nutus tuos pro re.

¶ Uel dic: q Loth eligens regionem circa Jordanem propter sui amenitatē ꝛ fertilitatem, que irrigatur aqs sicut paradisus dñi: et simul recedens ab oriēte: designat quosdam modernos religiosos siue mēdicātes, siue redditnatos: quibus fastidit oriens religionis, qui tamē summe placet Abrahe: id est syncero religioso: et ideo vult ibi manere vsq ad finē vite. Predicti autem designati per Loth, querentes delicias suas in ꝓsenti, ꝛ abhorrētes austeritates religionis, faciunt se dispensari a sede aplica, dicentes se nō posse ferre onera religionis, aut q a parētibus ꝛ tutorib⁹ cum adhuc penderēt ad vbera matrum, positi sunt in religiōe: ꝛ hoc forsan in fraudē vt forte ꝛ successione sibi debita priuarentur. Alij aūt dicūt se nūq corde ꝯsensisse in ꝓfessionem: et q quicqd tunc dixerūt aut fecerūt, non nisi inuite ꝛ cū timore, aut forte nescientes ad quid tūc se astringebant, totū egerunt: atq in hūc modum: interueniente tamē ꝛ nō alias multitudine ducatorum extorquent iure vel iniuria dispensationem ꝛ licentiā redeundi ad seculū: ꝛ habitādi in regione circa Jordanem. i. in domo parentū, aut possidendi ecclesiasticū beneficiū. Frequēter etiā tales post hec oīa habitant cū loth in Sodomis. i. in locis minus honestis, in dānationem ꝛ perditionē animarū suarum. Et certe mirū q tam facile sedes aplica cū talibus dispensat: cū tamen nō dispenset cū coniugato qui cōtraxit post annos pubertatis, vt relicta priori vxore aliā ducat, nisi probet se habere legitimam causam: qcqd dicat. ita ī proposito nō est facile standū verbis talium nisi probent mēdacia sua. Quid autē talibus cōmuniter accidat audiam⁹. Nā sicut loth q interpretat declinās: postq declinauit ī terrā sodomorū relicta societate patrui sui abrahe, ab hostibus captiuatus est: ita et tales apostate religionū declinantes a societate bonorum fratrum: ꝛ versantes circa Jordanē mundane cōuersationis: sepe multa aduersa iusto dei iudicio patiuntur in presenti: ꝛ tandē in fine dierum capiuntur ab aduersarijs salutis humane, scꝫ demonib⁹, qui trahunt eos ad carceres inferni perpetuos: ꝛ hoc nisi aliqn eos peniteat statum suū priorē reliquisse. Patet ergo qnto periculo subsunt illi qui absq causa rationabili dispensationem impetrant super mutatione sui status: sed tātum vt liberius ꝛ voluptuosius viuant. Unde bene ad ꝓpositum dicit Gen. ij. q nō est bonum hominem esse solum.

¶ Allegorice. Loth q vno modo interp̄tatur cōclusus: figurat xp̄m, q fuit cōclusus multipliciter et ī multis locis, vcꝫ in matris vtero, in sepulchro, ꝛ in limbo. Hic ergo loth recessit ab oriente ꝛ a societate Abrahe, quando descēdit de celo, etiam dimissa quodāmodo societate angelorum: et venit

in regionē circa Iordanem/quasi descēdit in hūc mundū carnē assumēdo. Insup tūc moratus est in oppidis q̄ erāt circa Iordanē/ habitauit in sodomis: quā per multa tēpora cōuersatus est in presenti cū pctōrib⁹/ vt eos lucrifaceret. Sup quo admirantes Pharisei dixerūt discipulis eius: Quare cū publicanis et pctōribus mādūcat magister vester? Mat.ix. Sed qd designat q̄ hoīes sodomite ad quos descēdit loth/ pessimi erāt: et pctōres nimis corā dn̄o? nisi q̄ mūdus tēpore aduentus xp̄i corruptus valde erat: et repletus peruersis moribus: ita vt dicat apost. ad Ro. v. q̄ vbi abundauit delictū/ superabundauit et gratia/ supple humane redēptionis. Nā tunc tēporis maxime regnabat idolatria/ pro qua eliminanda pene īfiniti martyres/ etiā vtriusq̄ sexus/ passi sunt mortem.

¶ Anagogice. Loth qui vt sepe dictū est/ interpretatur declinans/ vel vinctus/ siue cōclusus: designat multitudinē malignorum spirituū / qui statim post creationē suam declinauerunt a via iustitie et veritatis: propter quod vincti sunt a domino et conclusi in carcere inferni. Cito ergo recesserūt ab oriente/ id est a celo empyreo: et habitauerunt in Sodomis/ id est in profundo inferni. Sodoma enim interpretatur silens: et ideo recte designat locum inferni/ in quo dānati tā demones q̄ hoīes reprobi silent a laude dei: sed non a blasphemia sacratissimi nominis illius: vt habetur Apoca.xiij. Sed quid sibi vult q̄ homines sodomite pessimi erant/ et peccatores corā dn̄o nimis? nisi q̄ omnes habitātes in Sodomis.i. in inferno pessimi sunt/ et peccatores corā dn̄o nimis: et hoc precipue ꝓpter obstinatione. Alias si mali nō essent/ quomodo dānati fierent? Neminem enim damnat dn̄s/ nisi quē perseuerātem in peccato inuenit. Sicque diuisi sunt alterutrū.i. vterq̄ a fratre suo/ scilicet boni angeli a malis/ q̄ sunt eoꝝ fratres eo q̄ ab eodē patre deo processerūt ꝑ creationem. Illi quidem habitauerunt in terra Chanaan/ id est in t'ra pinguissima celestis hereditatis. Isti vero in sodomis .i. in inferno.

¶ Quarta clausula.

¶ Dixitq̄ dn̄s ad abram postq̄ diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos in directū: et vide a loco in quo nūc es/ ad aquilonē et meridiē/ ad oriētem et occidentē. Omnem terram quā conspicis: tibi dabo/ et semini tuo vsq̄ in sempiternum: faciamq̄ semē tuum sicut puluerē terre. Si qs potest hominū numerare puluerem terre/ semen quoq̄ tuum numerare poterit. Surge ergo et perambula terrā in longitudine et in latitudine sua: quia tibi daturus sum eā. Mouens igitur tabernaculū suum abram venit et habitauit iuxta conuallem mambre: que est in Ebron. Edificauitq̄ ibi altare domino.

¶ Historialiter. In preceden ti clausula dei amicus moyses

locutus est de terra ad quam declinauit loth postq̃ diuisus est a fratre suo siue patruo abraham / que est circa Jordanem: vbi etiam Sodoma edificata erat. hic consequenter loquitur de promissione quã fecit dñs abrahe. Dixit ergo dominus post huiusmodi separationem ad abrahã: Leua oculos tuos in directum: ⁊ vide a loco in quo nunc es / ad aquilonem ⁊c. Hic enumerat Moyses post dominum quatuor climata mũdi / scilicet orientem ⁊ occidentem / septentrionem ⁊ meridiem. Jn hoc ergo textu facit dñs deus duplicem promissionem Abrahe. Nam primo promittit illi maximã terre latitudinem et longitudinem. Secũdo mirabilem prolis multiplicationem: cum tamen adhuc prolẽ nõ haberet. Cui nihilominus credidit ipe Abraham. Circa autem hunc textũ occurrũt aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ. Quare dominus non fecit hanc promissionẽ Abrahe anteq̃ ab eo diuideretur loth? Responsio: ad ostendendum q̃ ad solũ Abraham pertinebat. Est et alia ratio quam assignat de lyra / dicens q̃ diuine reuelationes solent fieri mentibus quietatis / et a perturbationibus passionũ sedatis. Societas autem ipsius Loth propter rixã famulorũ suorũ erat causa perturbationis: ⁊ ideo conueniẽter reuelatio diuina facta est Abrahe post ipsius Loth separationem.

¶ Secundum dubiũ. Utrum dominus promiserit abrahe dominium totius mũdi: ⁊ similiter semini suo ⁊ Uidetur q̃ sic: q2 promisit illi omnẽ terram aquilonarẽ: meridianã: orientalẽ: ⁊ occidẽtalem. Sed omnis terra continetur sub istis quatuor terris scd̃m quatuor climata terre. igitur. Jn oppositum arguit: q2 nõ promisit sibi nisi illam terrã quã conspiciebat: iuxta illud verbũ dñi ad eũ. Omnẽ terram quam cõspicis / tibi dabo: ⁊ semini tuo. Sed ipse nõ cõspiciebat omnẽ terrã simpliciter: sed tantũ certã ⁊ determinatã: scd̃m q̃ intuitus oculorũ eius ferebat vsq̃ ad certã distantiã terre. igitur. Dicẽdũ q̃ promittebat sibi totã terram Chanaan cũ pertinẽtijs: ⁊ solũ talem promittebat scd̃m Augu. lib. xvi. de ciu. dei. Habebat aũt huiusmodi terra a loco in q̃ tũc stabat abraham / quatuor partes principales: vnam versus aqlonẽ: aliam versus meridiem: aliam versus oriẽtẽ: ⁊ aliã versus occidẽtem. Et vt dicit Hiero. dicta regio que et pars palestine dicitur: cingit mari a parte occidentali. Plus autẽ predictam terrã explicat Isidor. Etymol. libro. xiiij. ca. iij. dicens q̃ terra Chanaan siue syria ab oriente fluuio eufrate: ab occidente mari nostro ⁊ egypto terminatur: attingens a septentrione Armeniam et cappadociam: a meridie vero sinum arabicum: situs eius porrectus in immensam longitudinem: in latro angustior. Habet autẽ in se prouincias comagenam: phenicíam: et palestinam: cui⁹ pars

est Judea. Judea ergo secundum eundem Isidorum regio siue prouincia est palestine: ex noie iude appellata: ex cuius tribu reges habuit. Hec prius Chanaan appellata est: a filio Cham / siue a decem Chananeorum gentibus: quibus expulsis/ eandē terrā Judei possederunt. In medio autē Judee ciuitas Hierosolyma sita est/ quasi vmbilic⁹ regionis totius terre. Hec regio olī fuit sanctis patrib⁹ promissa. Propter quod dicta est terra promissionis/ que propter sui fertilitatem dicebatur olim lac & mel gignere. Hoc est ergo terra illa quā olim Chananei inhabitabant/ et quam promisit dn̄s Abrahe/ & semini eius: vt hic dicitur.

¶ Et ad argumētum/ cum dicitur ꝙ dominus non dedit abrahe & semini suo nisi illā terram quam tunc conspiciebat: non autem poterat tunc conspicere totam terram Judee/ tum ꝓpter sui magnitudinē/ tum propter montes et colles quibus satis abundat: Dicendum ꝙ ipse vidit totam illam terram primo sub quadam generalitate / dum de monte in quo fixerat tabernaculū/ montana illius cōspexit. Sed quia plana & valles illius conspicere non poterat impediētibus mōtanis: ideo iubetur eā perambulare secundum longitudinem et latitudinem illius: vt sic totam eā videat. Quod vt libentius faciat/ replicatur ipa promissio cum ait illi dn̄s: q2 (inquit) datur⁹ sum tibi eā.

¶ Tertium dubium. Quando in effectu dedit dn̄s predictā terrā semini Abrahe? Dicēdū ꝙ dicta promissio non statim fuit totaliter īpleta. Fuit autem pro maiori parte impleta tēpore Josue: quando scilicet ipse diuisit terram illā tribubus israel in funiculo distributionis. Item maxime fuit impleta tēpore Dauid et filij sui Salomonis: cui etiam oēs vicine nationes erant tributarie. Quod si aliquid defuerit: hoc impeditum fuit propter peccata ipsorū iudeorum: qui vt illis iuste improperat btūs Stephan⁹/ semper spūi sancto & legi dei restiterūt. Act. vij. Alias occupassent totam illā terram quam illis promiserat dn̄s loquens ad seruum suum Josue/ & dicens. Surge & trāsi Jordanem istū tu & oīs populus tecū in terra quam ego dabo filijs israel. Omnem locū quē calcauerit vestigiū pedis vestri/ vobis tradam: sicut locutus sum Moysi. A deserto et libano vsq3 ad fluuium magnum eufratem: omnis terra etheorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vite tue. Hec ibi.

¶ Quartum dubium oritur ex illis verbis domini ad abraham. Omnem terram &c. vsq3 in sempiternum. Queritur nēpe quomodo dominus dederit predictam terram semini Abrahe non quidem immediato: sed mediato: vsq3 in sempiternū: presertim cum inde sepe iudei eiecti fuerint / et maxime hodie inde exules in-

nenlantur: et hoc a tempore Titi et Uespasiani Romanorū Imperatorum. Dicendum q predicte promissioni subintelligenda erat hec conditio: si scilicet custodirent fideliter mādata domini. Hinc Iudic. ij. legitur q angelus in persona domini locutus est iudeis dicens. Eduxi vos de egypto: et introduxi vos in terrā pro qua iuraui patribus vestris et pollicitus sum vt non facerē irritum pactum meū vobiscū in sempiternum: ita duntaxat vt non feriretis fedus cum habitatoribus terre hui⁹: et aras eorum subuerteretis: et noluistis audire vocem meā. Quā obrem nolui eos delere a facie vestra: vt habeatis hostes: et dij eorum sint vobis ī ruinā. Qr ergo predicti minime seruauerūt pactum domini: ideo merito expulsi sunt de terra quam dederat illis dominus. ¶ Quintum dubiū oritur iterum circa illud verbum: vsq in sempiternū. Est ergo questio de illo termino, sempiternum. Cōstat enim terrā finem dam in fine seculi. Quid est ergo q domin⁹ promittit terrā promissionis possidendam per eos qui descensuri erant de semine abrahe vsq in sempiternū: dūmodo supple custodiāt mandata eius? Pro solutione huius notandū q sempiternū potest capi tripliciter. Primo quidē pro illo qd nō habet principiū neq finē. Et hoc modo solus deus est sempitern⁹. Secūdo pro illo qd habet principiū sui esse atq sue durationis. Et hoc modo celū et terra dicuntur sempiterna: qr nunq cessabunt qtum ad suum esse substantiuū. Et idē iudicium est de oībus elementis: item de substantijs spūalibus: vt sunt angeli: et aīe rationales. Tertio modo capitur sempiternū siue perpetuū improprie et large: scilz pro illo qd diu durat: aut quod semp durat ī se vel in suo equiualenti: sicut dñs Exo. xij. locutus est de solennitate phase q obseruanda erat in gñationib⁹ iudeorū cultu sempiterno: siue ritu ppetuo. Nō quidē in se: sed in suo equalēti: scz in solēnitate diei pasche: sicut xpiani faciunt. Idem dic de circūcisiōe quā precepit dñs Gen. xvij. q adhuc obligat nō in se: sed in suo equiualenti: qd est baptism⁹. qr ergo adueniente luce cessat vmbra: ideo aduenientib⁹ mysterijs noue legis cessauerunt figure eorū: que etiā in eis eminēter continētur. Ad propositū ergo cum dicit dñs ad abrahā: Omnē terrā quam cōspicis: tibi dabo et semini tuo vsq in sempiternū: subintelligendū est in se vel in suo equalēti: illud aūt equalēs et supequalēs est terra celestis: quā indubie datur⁹ est dñs semini spūali abrahe. i. veris xpianis. insup sēpiternū pōt capi p eo qd diu durat: vt dictū est. Et qr filij israel descēdētes ab Abrahā p Isaac et Iacob diu inhitauerūt terrā pmissiōis: et pserti post regressū de terra egypti: iō ptz ipleta dei pmissio ad abrahā. Pōt etiam dici q p semen Abrahe qui credidit deo, designātur veri xpiani

ni: q̄ per multos annos posse-derunt terram sanctā. Quorum successores propter sua pecca ta inde eiecti sunt. Nūc quoque inhabitatur ab illa nephan da gēte Mahumetistarū: et hoc ex magna dei prudentia et pa tiētia. ipse enim nō tantū indi gnatur aduersus dictā gētē: sed tū olim indignat⁹ est aduer sus xp̄ianos peruersos cū illā inhabitarēt. Da exemplum de rege qui nō tantum indigna-tur aduersus canes stercoran tes in aula sua: quantum in simili casu aduersus famulos suos.

¶ Sextum dubiū oritur pro-pter illud verbū dn̄i ad abra-ham. Si quis pōt hominū nūe rare puluerē terre: semen quoque tuum numerare poterit. Ui-detur comparatio nō bona: quia simpliciter difficili⁹ est nume-rare puluerem terre: q̄ semen descendens ab Abraham. Re spōsio. dicendū q dn̄s per ta-lē cōparationē nō aliud voluit ostēdere nisi q dinumeratio predicti seminis propter sui multitudinē erat q̄si impossibi-lis via humana. Et huic est si-mile qd in sequētibus. c. xv. di-xit dn̄s ad ip̄z Abrahā. Nume ra stellas celi si potes. Sic in-quit erit et semē tuum. Est er-go s'm p̄iti textu hyperbolica lo cutio: que tūc cōtingit qn̄ il-lud quod dicitur lōge est am-plius q̄ illud quod dicto signi ficatur.

¶ Septimū et vltimū dubium oritur pp ter sequētē textum precedentis clausule vbi dicit Mouens igitur tabernaculū suū Abraham: scz tanq̄ promptus obediens ad dn̄i prece ptū: venit: scz de loco in quo habitauerat pri⁹: scz inter Be thel et hay: et habitauit iuxta cōuallem mābre que est in Ebron. Queritur ergo quid per mābre designatur? Ad qd di-cedū q mābre est nomen pro-priū hoīs. Pro quo notādum s'm Petrum co. q in dicta cō ualle habitabāt tūc temporis tres fratres q̄ dicti sunt: man bre: auer: et escol. Et oēs tres fuerūt confederati Abrahe. Fuit aūt dicta vallis denoīa ta mābre a mābre progenito eorū. Tunc aūt habitauit ibi abraham iuxta quercū vel te-rebinthū: cuius s'm petr. co. adhuc radices apparēt. Quā proprio noīe Josephus voca-uit dicens: habitabat Abram circa ilicem mābre. Ibique pro-misit dn̄s ipsi Abrahe q da-ret ei et semini suo omnē ter-ram circūstantē per quatuor partes orbis.

¶ Notandū etiam circa Ebrō de qua fit hic mentio: q olim dicebatur caryatharbe scd̄m eundē comestorē. Et dicitur caryatharbe a caryath: quod est ciuitas: et harbe quatuor: quasi ciuitas quatuor homi-num ibi sepulterū cum vxori-bus suis. Qui nēpe fuerūt adā: Abraham: Isaac: Jacob. Uñ Ebron interpretat coniugiū: vel coniugum: eo q quatuor patriarche cū coniugib⁹ suis ibi incinerati sunt: vt dictum est. Et nota q dicta ciuitas e-bron est in tribu iuda: distans ad meridianā plagam ab hie-rusalē miliarib⁹ circiter. xxij. vt dicit Petrus de palude.

¶ Moraliter Abrahā qui vno modo interpretatur pater excelsus: recte designat hominē iustū: et signāter excelsum per mentis contēplationē: qui in primis et ante oīa debz separari a fratre suo loth.i. ab occupatione et amore terrenorum: siue a carnalibus desideriis q̄ militāt aduersus animū cōtēplationi deditum: iuxta illud Sap.ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat aīaz: et terrena cogitatio deprimit sensum multa cogitantē. Huic itaq abrahe.i. viro cōtēplatiuo dicit dn̄s. Leua oculos tuos ī directum: et vide a loco in q̄ es.i. q̄diu in hac mortali vita peregrinaris: ad aquilonē etc̄. In quibus verbis notantur quatuor que videre debet homo iustus et bon⁹ conformiter ad quatuor partes orbis.

¶ Primo igitur debet videre ad aquilonē. Ubi per aq̄lonē q̄ est ps orbis frigida et sterilis designāt illi paupes q̄ sūt frigidi nudi et steriles ꝓpter defectū quē patiunt in reb⁹ secūdis: qz sicut dr Hiere.i. Ab aq̄lone pandet omne malū. Ad aquilonē ergo tūc respicimus quotiēs paupes et miseros homines videmus: et illis in effectu q̄tum possumus et eoꝝ miseria requirit cōpatimur: iuxta illud Esa.xliii. Dicā aquiloni: da. Hinc de diuite loquit ps. dicēs. Oculi ei⁹ in paupērem respiciunt.

¶ Scd̄o debet videre hō iust⁹ ad meridiē. Ubi p meridiē q̄ est ps orbis calidissima: designāt multi pctōres: q̄ sunt calidi plusq̄ sit necesse: vt sūt illi qui feruēt per carnalia desideria: per irā et cholerā: p auaritiā et frenā cupiditatē. De q̄b⁹ oib⁹ Esa.lvii. dr: Impij quasi mare feruēs: qḋ q̄escere nō pōt. Ad meridiē g tunc homo iust⁹ respicit qn̄ intuet p cōpassionē miseros pctōres: ad infernū ꝓperātes si se non correxerint. ps. Uidi impium superexaltatum et eleuatū sicut cedros libani. Trāsiui: et ecce non erat etc̄.

¶ Tertio debet videre hō iustus ad oriētē. Ubi per oriētē ex qua pte orbis sol et claritas orit: designat padisus vbi est lumē glie īdeficiēs. Ex q̄ etiā pte orit ē sol iustitie xp̄s de⁹ noster: qn̄ carnē assumpsit humanā. Ad istam g partē orbis debet videre deuot⁹ et syncerus catholic⁹ recte credendo dn̄icam incarnationē passionē resurrectionē ascensionē: et ad futurū iudiciū descēsionē.

¶ Quarto debet videre hō iustus ad occidētē. Ubi per occidentē ex qua pte orbis sol occidit et abscondit se a nobis: finis nr̄ significat: in q̄ claritas vite nostre cessat et morit. Josue.i. Usq ad solis occasum erūt termini vestri. Debet etiā homo iust⁹ videre per mētis cōtēplationē id qḋ sequit mortē: vcz celestē glīa quo ad electos et iustos: inferni horrorē q̄ ad reprobos et pctōres. Itē purgatorij ardorē quo ad purgādos. etc̄. Et h̄ g loq̄t scriptura p̄ntis clausule cuiꝰ deuoto catholico dicēs: Leua oculos tuos supple interiores et mētales in directū: et vide a loco in quo nunc es: et vide ad aqui

tionem et meridiem: ad orientem et occidentem.

¶ Vel dic in eodem sensu morali quod debemus in presenti respicere ad predictas quatuor plagas terre. ¶ Primo quidem ad orientem per considerationem nostre natiuitatis: videndo oculo mentis quam fragilis feda et pauper extiterit. Unde bene ad orientem respiciebat sapiens Sap. vij. cum diceret. Sum et ego mortalis homo similis omnibus: et ex genere terreno illius qui prior factus est: et in ventre matris figuratus sum caro: decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis: et delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem: et in similiter factam decidi terram: et primam vocem similem omnibus emisi plorans. Sequitur. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Ecce igitur qualis est oriens hominis .i. initium vite illius: ad quem leuare debemus oculos mentis: vt humiliemur ex consideratione illius.

¶ Secundo debemus leuare oculos mentis ad occidentem per considerationem nostri finis: considerantes quod sicut sol quam primum oritur tendit continue ad occasum: sic et nos mox nati tendimus omni die ad mortem. Propterea Au. de ci. dei. lib. xiij. c. x. Quid inquit est tempus vite huius quam cursus ad mortem? in quo neo vel paululum stare: vel aliquanto tardius ire permittitur: sed omnes vrgentur pari motu: nec diuerso impelluntur accessu.

¶ Tertio debemus leuare oculos mentis ad meridiem per considerationem beneficiorum dei: tam exhibitorum quam exhibendorum: que sunt pene infinita.

¶ Quarto debemus leuare eosdem oculos ad aquilonem per considerationem versutiarum diaboli: et periculorum huius mundi. Psalmus. Sic qualiter debemus leuare oculos mentis versus quatuor partes orbis.

¶ Allegorice Abraham christum designat: cui promisit deus pater latissimam terram: quia vniuersam ecclesiam militantem congregandam ex omni parte mundi: siue ex omni natione que sub celo est: vel ex parte orientali: occidentali: meridionali: et aquilonari. Huius autem Abrahe semen sunt omnes electi: quod pre sui multitudine per puluerem terre qui numerari non potest designatur. Et de huiusmodi semine congregando scribitur Esa. xliij. Ab oriente adducam semen tuum: et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da: supple semen: et austro noli prohibere: supple populum venire ad dominum deum suum per fidem. ideo sequitur. Affer filios meos de longinquo: et filias meas ab extremis terre. Et ista possunt esse verba dei patris ad filium quo ad congregationem dicti seminis fidelium christianorum.

¶ Anagogice Abraham (vt dictum est) christus significat: cui promisit deus pater latissimam terram: vel ecclesiam triumphantem: quam plene possedit in sua gloriosa ascensione in celum: quam tunc congregauit ex animabus quas de limbo secum duxerat in celum: et angelis sanctis. Nunc etiam eam et vsque ad iudicij diem congregare non cessat: et hoc ex omni natione que sub celo est .i. ex omnibus predestinatis ad vitam eternam. Huius ergo abrahe sequen sunt omnes electi: quorum numerus est tan

quã puluis terre pre sui multitudine: qr tãt⁹ est vt soli deo sit cognitus: hoibus autẽ incognit⁹: qđ bene ostẽdit Apo. vij. vbi loquit Joãnes dicẽs: Vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat: et oibus gentibus: ⁊ tribub⁹: ⁊ populis: et linguis: stantes ante thronum / ⁊ in cõspectu agni: amicti stolis albis ⁊c.

¶ Gen. xiiij. prima clausula.

¶ Factum est autem in illo tẽpore vt amraphel rex Sẽnaar: ⁊ Arioch rex ponti: ⁊ Chodorlaomor rex elamitaꝝ: ⁊ thadal rex gentiũ inirẽt bellum contra basam regẽ Sodomorum / cõtra Bersa regẽ Gomorre / cõtra Sennaar regem Adame: ⁊ cõtra Semeber regem Seboim / cõtraqꝫ regem bale / ipa est Segor. Omnes hi cõuenerunt in vallẽ silueſtrẽ: que nũc est mare salis. Duodecim enim annis seruierãt chodorlaomor: et tertiodecio anno recesserũt ab eo. Igr̃ quartodecimo anno venit chodorlaomor et reges qui erãt cum eo / et percusserunt Raphaim in astaroth / ⁊ carnaym ⁊c. vſqꝫ ibi. At vero melchiſedech.

¶ Historialiter. Postq̃ in pcedenti capitulo descripsit moyses regressum Abrahe de egypto cum vxore sua: et Loth filio fratris sui Aram: vna cum bonis suis oibus / necnõ ⁊ de separatione cõrũdẽ abinuicem ꝓpter litem ortam inter pastores suos sedandam: in qua quidẽ separatiõe Loth elegit regionẽ circa iordanẽ: Abrahã vero remãsit in terra chanaan: cui a dño facta est mirabilis ꝓmissio: necnon ⁊ semini eius: hic consequenter agit idẽ Moyses qualiter ipse abrahã se habuerit ad eundẽ loth in aduersitate cõstitutum: eũ egregie subuenire studuit in expugnãdo aduersarios illi⁹. Et hoc ẽ qđ dr̃ in pma clausula hui⁹ capli. Factũ est: inqt legislator moyses: in illo tpe vt amraphel rex sennaar ⁊c. Sed pro ampliori ⁊ faciliori declaratione ꝑsentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igit dubiũ / qđ fuit iste ãraphel rex sennaar / Rñdẽt hebrei q iste ẽ nẽroth: de q̃ supra dcm̃ ẽ q regnuit i babylone q̃ est ciuitas sita i t̃ra sennaar. Iste ğ nẽroth fuit pmus rex babylonis q̃ adhuc supſtes erat tpe abrahe ⁊ loth fr̃is sui .i. nepotis. Et nõ obstãre antiqtate dieꝝ: erat tñ adhuc in armis potẽs. in cui⁹ rei signũ venit vna cũ trib⁹ alijs regib⁹ pugnaturus ꝯ qnqꝫ alios reges: de qbus statim dicet. Ptꝫ ğ q dict⁹ amraphel erat binomi⁹.

¶ Scđ̃ dubiũ tale ẽ: quõ ĩra illa sodomoꝝ potuit simit ferre exercitus nouẽ regũ: q̃ꝫ qnqꝫ erãt extra pte / ⁊ q̃tuor ex altera: vt hr̃ in textu. Rñdẽdũ ẽ nõ eẽ mirũ: eo q nõ erãt tales reges q̃les sũt reges moderni sꝫ poti⁹ dicẽdi erãt reguli. Nã vt dicit petr⁹ co. tũc tpis itm̃ ꝓcesserat libido dñandi apud mortales q vnaqꝫ ciuitas regulũ hẽbat: quoꝝ plimi alicui maiori regi seruiebãt. tãdem oẽs subditi erant monarche assyrioꝝ. Quinqꝫ ğ ciuitates sodomoꝝ q̃ enumerãt i textu

quinq reges siue regulos habebāt/quos sibi subiugauerat Chodorlaomor rex elamitarū: et tributarios sibi fecerat cū ciuitatibus suis. Quorū quidem regū scōm Josephū ista sunt noīa/Ballas/Balleas/Synabarus/Synoborus/et ballomorum. Aliter tamē nominātur in presenti textu. Josephus autē loquēs de predictis regib9 sodomorū dicit q ppriē erant gubernatores puincie/et duces belli/ sic tū q singuli eorū habebāt propriū principatū: aduersum quos ꝯgressuri assyrij quatuor partes sui exercitus facientes obsederunt eos. Quos prelio vincētes illis imposuerunt tributum.

¶ Tertium dubium. Que fuit causa rebellionis quinq regū Sodome aduersus assyrios: et cessationis a tributo soluēdo? Dicēdū q duplex fuit fm Josephū: scz rex copia: et electorū iuuenū ad preliū preparatorū multitudo. Nā valde florebāt diuitijs/et iuuētute mltā/ inqt Josephus. In quib9 illi cōfidētes rebellarunt/et tributū soluere recusarunt/qđ primo sup eos dicti assyrij imposuerant qñ ipsos subiugauerant prelio et signāter chodorlaomor rex elamitarū. Postq ergo annis xij. elapsis predictū tributum soluere renuerūt huiōi sodomite: hoc vidēs chodorlaomor conuocatis alijs trib9 regibus in auxiliū/iniit cōtra eos grāde bellum. Causa autē quare alij tres reges iuuerūt regem Chodorlaomor in tali pugna fuit quasi in recōpēsam: eo scz q ipse cum esset potētior alijs trib9 /iuuerat eos in expugnatione aliquarū ciuitatum aut regionū/quarū nomina exprimuntur in textu. Victoria ergo cessit Chodorlaomor/et sibi adiunctis alijs trib9 regibus: ita vt multis occisis ex aduersarijs/alij fugā caperent/ alij vero captiui efficerentur. De quorū numero fuit Loth q in sodomis habitabat: vt dictum est/ ibi pascens pecora sua. Abrahā ergo audito q filius fratris sui captus esset/ mox illi succurrere studuit i effectu scilz cū trecentis decē et octo vernaculis expeditis et aptis ad militiā. Et est ppriē vernaculus filius natus in domo ex seruo aut serua. Abrahā ergo cū tali comitatu/et tribus fratribus predictis: scilicz mābre auer et escol: ꝓsecut9 est aduersarios/irruens sup eos nocte. Nam vt dicit Petrus co. dormientes trucidauit: vigilātes autem pre ebrietate pugnare nō valentes effugerūt. Quib9 percussis reduxit fratrē suū Loth/et oēm pplm ei9/ cū vniuersa substātia illi9. Cui occurrit rex sodomorū gras illi agēs de tanta victoria habita de illis qui prius eum deuicerant cū alijs regibus sodomorum.

¶ Quartū dubiū est de loco in quo conuenerūt predicti quatuor reges Assyriorū pugnaturi cōtra alios quinq reges sodomorum. Ad hoc respondet moyses in presenti textu q cōuenerunt in valle siluestri. Hebrei autē dicunt q in valle cāpestri. Alij vero dicunt q in valle illustri. Sed quō hoc fieri potuit q i diuersis locis cō

uenerint? Videtur enĩ esse re-
pugnantia. Ad hoc pōt primo
dici ꝙ in diuersis vallibus ꝓ
diuersis tēporibus simul cōue-
nerunt: querentes aptiorē lo-
cũ ad se tuēdum / ⁊ aduersari-
os expugnādũ: sicut mořis est
bellantiũ. Secundo dicit ꝙ di-
cta vallis diuersis nominibus
appellabat ꝓpter diuersas ra-
tiões. Primo nēpe appellabat
vallis siluestris: eo ꝙ ex vno
latere habebat siluas ⁊ nemo-
ra. Secũdo dicebat vallis cā-
pestris: eo ꝙ ex alio latere ha-
beret loca cāpestria / siue cam-
pos arabiles. Tertio dicebat
vallis illustris ꝓpter fertilita-
tem amenitatē ⁊ pulchritudi-
nē loci. Et sic ptз ꝙ erat tri-
nomia. Nunc autē vocat mare
salis: vt habet in textu. Cuius
ratio est: quia postꝙ̃ predicte
quinqꝫ ciuitates q̄ erant in il-
la regiõe / subuerse sunt: locus
ille factus est lacus magnꝰ sal-
sissimus / ⁊ valde spissus: intm̄
ꝙ vestimenta ibi proiecta ma-
gis sordidantur ꝙ̃ lauant. Et
ideo ꝓpter illius spissitudinē
nullus piscis potest ibi viuere:
ꝓpter quā causam vocat ma-
re mortuũ. Et nota scđm po-
stillatores ꝙ vallis siluestris
est illa regio que olim pētapo-
lis dicebat: eo ꝙ in ea essent il-
le quinqꝫ ciuitates prenoīate.
Alij autē appellabāt eā ꝓuin-
ciam Sodomorũ / a sodoma q̄
erat principalior ciuitas. Nũc
autē post illius incendium di-
cit mare salis / siue mare mor-
tuum in sacra scriptura. Apđ
autē grecos dicit lacus asphal-
ti. i. bituminis / eo ꝙ olim ibi
abundaret bitumen. Unde di-
citur in textu ꝙ habebat pu-
teos bituminis. Est autē bitu-
men cemētũ fortissimũ ⁊ quasi
indissolubile: cuiꝰ materia siue
sabulum ibi accipiebatur: ⁊ ex
hoc remanebāt ibi quedā fos-
se que interdũ replebant aqͣs /
et tunc vocabantur putei bi-
tuminis.

¶ Quintũ dubiũ. Unde tanta
audacia Abrahe vt cum pau-
cis viris tentauerit aggredi
et expugnare quatuor reges
redeuntes victores ad ꝓpria
cũ multa preda: que oīa pote-
rant eos reddere animosiores
ad pugnam? Videt ergo abra-
ham in hac re fuisse p̄sumpto-
rem: aut saltē nimis audacē.
Ad hoc dicendũ ꝙ nec p̄sum-
ptor / nec nimium audax fuit
abraham: qꝛ vt dicit Josephꝰ
nō cōfidebat in virtute ꝓpria
nec suoꝝ militũ: cũ paucissimi
essent respectiue: sꝫ in deo tm̄ /
cui tam facile est dare victo-
riā in paucis sicut in multis:
vt ait Jonathas ad seruũ suũ
cũ pararet se vna cũ eo solo ad
expugnandũ exercitũ philisti-
norum qui ex aduerso montis
erant. Ad quos reptādo cum
peruenisset / occidit ex eis. xx.
bellatores: ceteris in fugā cō-
uersis: vt legit. j. Regũ. xiiij.
Huic quasi simile legitur Iu-
dicũ. vij. de gedeone q̄ cũ ve-
nisset cũ magna multitudine
bellatorũ contra madianitas:
ait illi dñs. Multꝰ tecũ est po-
pulus. Nō enĩ tradet madian
in manu eius: ne gloriet israel
cōtra me: ⁊ dicat: meis viribꝰ
liberatus sum. Et breuiter vt
habet ibidem de. xxxij. milibꝰ
bellatorũ tm̄ elegit dñs trecē.

tos viros: p quos liberauit israelem de manu madian: cesis ex ipsis madianitis centũ viginti milibus viroꝝ pugnatorũ ꝛ educentiũ gladiũ: tãtũq; eua serũt quindecim milia viroꝝ. Ecce q̃ bene hec historia congruit presenti ꝓposito. Hinc vegetius de re militari lib.iij. c.xxj. Uictoria indt p paucos fieri consueuit.

¶ Sextũ dubiũ oritur ꝓpter illud qḋ habetur in textu: videlicet q̄ Abrahã veniens ad conuallem mãbre| inijt fedus cũ ipso mãbre| ꝛ duobus alijs fratrib⁹ suis| q̄ dicti sunt escol| et auer. Huius autem federis conditio fuit q̄ mutuo se iuuarent cõtra oẽs aduersarios. Facit ergo hic questionẽ Augusti. quomodo ipse Abraham licite potuerit inire fedus cũ predictis tribus fratrib⁹: maxime cũ dñs prohibuerit filijs israel ne haberent fedus cum chananeis: vt ptz Deute.vij. Ad hoc respõdet idẽ August. dicẽs q̄ illi licuit inire predictũ fedus| q2 nõdũ fecerat dicta ꝓhibitionẽ: sed longe post scilz tẽpore Moysi. Insup vt dicit de pal. isti tres erãt satis boni viri. Nec poterat de facili trahi abraham p eos ad idolatriam: propter quã causam dominus postea fecit predictã prohibitionem.

¶ Septimũ dubiũ. Utrum licuerit Abrahe arma ducere cõtra quatuor reges assyrioꝝ recedentium a Sodomis cum multa preda tam bonoꝝ temporaliũ q̃ hoĩm? Uidet̃ q̄ nõ: q2 nõ erat princeps: nec cõmissus a principe: ꝛ p consequens nullam habebat iurisdictionẽ in eos. Dicẽdum ad hoc cõformiter ad dñm Petrũ de pal. q̄ in tali pugna bene ꝛ laudabiliter se habuit abraham| eo q̄ hoc fecit pricipaliter vt nepotem suũ Loth qui etiã erat filius eius adoptiu⁹: liberaret de manib⁹ inimicoꝝ: a quibus iniuriam grauissimã patiebatur. insup hoc fecit cũ moderamine inculpate tutele. Nec valet si dicat̃ q̄ aggressus est hostes p insidias| quia nocte: item quia cum manu armata: quia nisi sic egisset: et in eos valide irruisset: vix aut nunq̃ Loth liberare potuisset. Deniq; ipse abrahã tenebat̃ liberare nepotẽ suum: quia vt dicit Ambrosius libro de officijs qui nõ repellit iniuriam a socio cum potest| tam est in iudicio| q̃ ille qui facit. Dicit etiã et secundo idem de palude| q̄ quicquid in hoc opere gessit Abrahã| hoc fecit quasi diuinitus inspirat⁹: ꝛ quasi a deo auctoritatem adeptus. Uallis nempe mambre vnde ipse processit ad factum istud| erat in Ebron: vbi postea incepit regnum| ꝛ maxime regnũ iuda. Abrahã ergo in hoc loco iam incipiebat regni negocia agere instinctu diuino: que quidẽ negocia maxime consistunt in repugnatione hostiũ: ꝛ defensione innocentium: sicut fecit Moyses Exodi.ij. quando interfecit egyptiũ: et liberauit hebreum qui iniuriã patiebatur. Jam enĩ instinctu diuino agebat negocia ducat⁹ populi hebreoꝝ. Neuter ergo in facto suo peccauit.

¶ Moral'r: rex Sodomoꝝ designat diabolū/ qui est rex super oēs filios supbie: vt dicit Job. xlj. Abrahā aūt qui interpretatur pater multaꝝ gētiū/ significat prelatum/ qui est pater spiritualis suoꝝ subditoꝝ. Huic ergo abrahe dicit predictus rex. Da mihi animas/ cetera tolle tibi. Heu multi plati faciunt mirabile pactum cū diabolo. Ipse nēpe habet animas subditoꝝ suorum: ipsi vero cetera omnia. i. lac et lanā. Christus vero q̄ ⁊ animas creauit/ atq; eas suo precioso sanguine redemit/ nihil habet q̄si proscriptus. ad Gal. iij. Ante quoꝝ oculos Jesus Christ⁹ proscriptus est. Nonne hodie multi prelati ipo facto dicunt diabolo illud Prouerb. j. Sortem mitte nobiscū: marsupiū sit vnū omniū nostrū? Non em̄ est illis cure si subditi male viuant/ et si post mille demones in infernū vadant: apud quos breuiter nō est questio nisi de decimis ⁊ oblationib⁹. Hi sunt qui interdū solicitant predicatores ad eos declinātes vt predicent cōtra illos qui male soluunt decimas suas et iura ecclesie. Unde Bernard. Prelati copiosissime charitatis sunt in suscipienda immo accipienda animarū cura/ ac de his illis cura minor. Nam apud eos de ipsarum animarū salute est cogitatio nouissima. Itē idem Bernar. de cōsideratione ad eugeniū. li. iiij. Quid (inquit) epo turpius q̄ incūbere supellectili/ scrutari oīa/ sciscitari de singulis/ mordeři suspicionibus: moueri ad queq; pdita vel neglecta? Ad verecūdiam dico quorundā eiusmodi scrutantiū quotidie omnē substantiam suā/ numerātiū singula: de minutis ⁊ quadrātib⁹ rōnē exigentiū. Non sic aūt agebat ille Egypti⁹/ qui Joseph omnib⁹ traditis/ ignorabat quid in domo sua hēret. Mira res. Episcopi ⁊ prelati ad manum habēt quibus animas credāt: ⁊ cui cōmittāt suas facultatulas/ nō inueniūt. Optimi estimatores reꝝ/ qui magnam de nūmis: paruā aut nullā de maximis curā gerunt. Sed vt liquido dat intelligi/ patiētius christi iacturā gerimus q̄ nostram. Quotidianas expensas quotidiano reciprocami⁹ scrutinio/ ⁊ cōtinua xpi detrimenta nescim⁹. De precio escarū/ ⁊ nūero panū: cū ministris quotidiana discussio est: ⁊ rara admodū cū presbyteris celebrat collatio de peccatis populoꝝ. Hec Bernardus.

¶ Moral'r. Notandū iux̄ illud verbū: Leuo manus ⁊c. ꝙ ille platus aut iudex leuat manus suas ad deū excelsū/ q̄ excutit eas ab omi munere: vt hr̄ Esa. xxxiij. Pro q̄ notādum ꝙ sunt quidā q̄ nō q̄runt munera: nihilominus oblata gratant̄ recipiunt. Alij sunt q̄ similr̄ nō querunt talia: sed respuūt tepide: vnde ⁊ tādē ea recipiūt. Alij vero sunt q̄ nec talia que-

runt/nec omnino recipiunt: et isti sunt valde rari et pauci. Alij autē ecōtrario vbi non pñtantur eis munera/ nō erubescūt impudenter ea petere/ et letanter recipere: vt sunt multi prelati circa collationes beneficiorum et ordinum. Itē circa dedicationes ecclesiarū/ et benedictiones rerū ecclesiasticarū/ etiam abbatū et hmōi. Itē circa collationes mandatorum suorum pro permissione promulgationis indulgentiarum: et certarū confraternitatū per suas dioceses/ et hmōi. Et quamuis tales in propria nō querat munera: nihilominus officiales eorum bene sciūt care vendere ceram qñ est questio de signandis hmōi mandatis/ aut publicis instrumētis: dicētes quod oportet soluere iura dñi/ siue obseruare laudabiles consuetudines. Quo fit vt si nummus detur quam querant: mandatum nō expedietur/ nec litera sigillabitur: etiā quātūcunque causa sit rationabilis aut pia. Que oīa sapiūt simoniacam prauitatē. Gratis tamen oblata possunt iuste recipi.

¶ Allegorice. Rex Sodomorum est Christus dñs noster/ qui est rex regum/ et dñs dominātiū. Iste autem potentissimus rex valde egregie militauit contra regem Chodorlaomor/ et alios reges sibi confederatos. i. contra diabolum et vniuersam militiam eius: quos omnes deuicit in monte caluarie cū lācea crucis: iuxta illud Io. xij. Nūc princeps mūdi huius eijcietur foras. Abstulit que ab eo predā quam tenebat: et spolia in quibus cōfidebat. Et pro omni labore suo nō querit nisi animas nostras: quas vult secū ducere post hanc miseram vitā ad palatium regni eterni. Dicit ergo vnicuique nostrū: Animam tuā da mihi/ solicite eā seruādo: et seruitio meo eā deputando. Cetera autē tolle tibi/ scilicet tēporalia vsibus tuis licitis applicando: quia talibus nō egeo. ps. Si esuriero/ nō dicā tibi: meus est enim orbis terre. Nunquid mā ducabo carnes taurorum/ aut sanguinem hircorum potabo? q. d. non.

¶ Anagogice. In morte iustorū fit quedā partitio de bonis eorum/ vt ita dicā/ inter deū et mundū. Deus enim tanque dignior et nobilior primo eligit partem suā/ et reliquū relinquit mundo dicēs: Animas da mihi/ vt eas mecū deferam i terram meā celestem. Tu autem cetera/ scz tēporalia et corporalia tolle tibi/ scz ad tēpus quo ad corpora: quia in generali oīm resurrectiōe necesse erit tibi iterum illa restituere. Et ideo nō manebūt apud te nisi ad tpˀs. Propter quod dicebat sanctus ille iob. xix. In nouissimo die de terra surrecturus sum/ et rursum circundabor pelle mea.

¶ Geñ. xv. Prima clausula.

His itaque transactis factus est sermo dñi ad abram per visionem dicēs. Noli timere abrahā/ ego protector tuus/ et merces tua mag nimis.

¶ Historialr. Postque in precedēti capl'o sanctus dei amicus Moyses egit de pugna regum inter se/ et de victoria Abra-

he qui liberauit loth filiū fratris sui aram: quē captiuū ducebāt in terrā suā reges assyriorū. Silr secū reduxit vniuersam pdā quā illi tulerant. Itē de oblatiōe quā fecit rex melchisedech eidem Abrahe redeūti a cede quatuor regū. Et silr de adductione aiarū et ceterorū bonorū in pugna captorū ad regē sodomorū omia illi offerēs. Hic cōsiter agit idē Moyses de pmissione dñi facta eidē abrahe: et hoc iterum dupliciter scʒ in generali et in particulari. De promissione ǵ in generali loquens ipse dñs ad Abraham ait: Noli timere abraham et c. Quia eni abrahā tāq̄ hō poterat timere ne quatuor reges assyriorū paulo ante deuicti p eū: iterū in vnū conuenirent, et ↄ eū bellū durissimū inirēt quasi se vindicantes de eo: ideo ↄ hoc cōfortat eū dñs dicēs: Noli timere Abraham scʒ de eo de quo cogitas: quia ego ptector tuus et p ↄ̄s non sic fiet vt cogitas. Itē qr ipse Abrahā mercedē tēporalē recusauerat a rege Sodomorū noie Basan post habitā victoriam cum illi dixerat q nihil simplr accipet de bonis illi⁹: et hoc ne derogaret honori diuino: ideo subdit dñs dicens: Et merces tua magna nimis, id est valde. Ac si illi dñs diceret: Nō perdes mercedē tuā. Dignū est eni pro tā strenuo et laudabili opere qd egisti aduersus reges Assyriorū te habere mercedē magnā, quam a me percipies tpe et loco: et quā ego reseruo tibi. Et vt dicit venerabilis beda: Benedictionē quam abraham pceperat a sacerdote Melchisedech, hanc ipse dñs p se ↄfirmat. Dixerat quippe Melchisedech ad eū. Et benedictus de⁹ excelsus q̄ protegente hostes in manibus tuis traditi sunt. Et dixit dñs ad eū: Ego ptector tuus sum. Item dixerat idem melchisedech: Benedictus abrahā deo excelso. et dñs dixit: Merces tua magna nimis. Mercedem aūt vt nō tm̄ dilectionis quā fratri loth in angustia posito exhibuerat: sed et totius deuotionis qua ipi dño pro quo patriā penitusq̄ deseruerat, integro ex corde fulcebat. hec ille.

¶ Queritur. Utrū visio p quā dñs locutus est ad Abraham, fuerit corporalis siue imaginaria aut spiritualis? Dicēdum fm Aug. de ci. dei. lib. xvj. ca. xxiiij. q fuit spiritualis, sicut et visiones ille que olim fiebāt prophetis: nō quidem in somnis, sed in vigilia. Quod patet per hoc qd de eo dr. Credidit Abrahā deo, et reputatū est ei ad iustitiā. Nullus aūt pfecte dormiēs potest aliqd mereri: nec p ↄ̄s aliqd facere quod ei reputet ad iustitiā. Igr̄ et c.

¶ Moralr: Abrahā designat quēlibʒ iustū, q in mūdū ē nimiū timid⁹ et pusillanimis i aduersis, quē ↄsolat dñs dicēs: Noli timere. Ego eni sum ptector tuus. Insup et post hāc vitam merces tua magna nimis. i. valde. Hinc dñs p Psal. de q̄libet tali loqt̄ dicēs: Qm̄ in me sperauit, liberabo eū: protegam eum qm̄ cognouit nomē meū, ipsum deuote colendo. Clamauit ad me, supple auxilium

petens: et ego exaudiam eum. Cū ipso sum in tribulatione, dans sibi patiētiam in aduersis: a quibus tandem eripiam eum: ⁊ glorificabo eū: longitudine dierum ⁊c. Ecce merces eius magna nimis.

¶ Allegorice. Ista visio facta Abrahe designat illā visionē angelicā factā xp̄o ī orto cum oraret patrē dicēs: Pr̄ si possibile est trāseat a me calix iste. Et ecce mox apparuit illi angelus ꝯfortans eū: vt hr̄ Luc. xxij. Ac si illi diceret: Noli timere. Quia eni͂ xp̄s secundum hūanitatē erat inferior angelis, ꝑm illud ps̄. Minuisti eum paulominꝰ ab angelis: ideo ab eis cōfortari poterat: ⁊ presertim secūdū partem sensitiuā. Uel ꝯfortans eū .i. ad modum cōfortantis se habens: puta dicendo illi aliqua verba cōsolatoria: ⁊ hoc ꝯtra pauorē ⁊ mestitiam quā tunc patiebat̄: vt dicit idem euangelista. Qꝫ autē subdit̄: Ego ꝓtector tuus, designat inseparabilē vnionē diuinitatis cū humanitate in xp̄o. Cuiꝰ etiā merces magna nimis extitit, intantū ꝙ nulla pura creatura tātā mercedē ꝑcepit eternam. Que eni͂ creatura vnita est hypostatice verbo preter humanitatē in Christo? Profecto nulla.

¶ Anagogice. Predicta verba potest dicere dn̄s cuilibet fideli in articulo mortis cōstituto: ⁊ ad celū tendenti. Quia enim demones cōmuniter assunt cuilibet ī tali articulo cōstituto: ideo iustꝰ posset inde nimiū terreri. Sed cōtra hoc ipsum consolatur dn̄s dicens: Noli timere: ego ꝓtector tuꝰ sum. Insup merces tua, quam statim ꝑcepturꝰ es in celo: magna nimis, id est valde. Tum quia copiosa absque omni indigentia. Matt. v. Merces vestra copiosa est in celis. Tū qr gaudiosa sine omni tristitia. Hiere. xiij. Quiescat vox tua a ploratu: ⁊ ocl'i tui a lachrymis: quia est merces operi tuo. Tū quia gloriosa ab omni ignominia. Sap̄. v. Apud dn̄z est merces eorū: ⁊ cogitatio eorū apd̄ altissimū: ideo accipiēt regnū decoris, et diadema speciei de manu dn̄i. Insuper dicta merces est magna nimis: qr est supra merita. Item qr est incomprehensibilis ꝑm illud Esaie lxiiij. Oculꝰ nō vidit deꝰ absqꝫ te, que preparasti expectantibus te.

¶ Uel dic ꝙ sicut post cedes quatuor regū fit statim ꝓmissio Abrahe de mercede valde magna: sic postqꝫ deuictis vitiis homo ad virtutes trāsit: statim ei dn̄s in presenti se ꝓtectorem: ⁊ in futuro promittit mercedē: iuxta illud Esaie xxxj. Proteget dn̄s exercituū Hierusalem, protegens ⁊ liberans: transiens et saluans. Et Apoc. vlti. Ecce ego venio cito: ⁊ merces mea mecū ē, reddere vnicuiqꝫ secūdum opera eius. Nam quēadmodū magni mercatores in nundinis expectant tempus generalis solutionis: parui autem et pauperes statim exigūt solutionem: ita ⁊ mundani homines faciētes modica bona statim remunerantur, iuxta illud Mat. v. Receperunt mercedem suam.

Justi autem et electi facientes opera charitatis et iustitie in presenti: et que sunt magni valoris: expectant mercedē in futuro. Eccli.ij. Qui timetis deū credite illi: et nō euacuabitur merces vestra. Item nota q Abraham respuit munera regis Sodomorum: et dominus statim dixit illi. Protector tu9 sum: et merces tua magna nimis. Per quod denotatur q illi qui excutiūt manus suas ab omni munere: protegentur a domino in vita: pariter et in morte: et post mortem merces eorum erit magna apud dominum. Econtra autem illi q diligunt munera: et qui sequuntur retributiones: deserentur a dño in presenti: et post hanc vitam nō habebunt aliam retributionem q̄ penam eternam: vna cum malo diuite Luce.xvi.

¶ Secunda clausula.

¶ Dixitq3 Abram: Domine deus qd dabis mihi? Ego vadam absq3 liberis: et filius procuratoris domus mee iste Damascus Eliezer. Addiditq3 Abram. Mihi autem nō dedisti semen: et ecce vernaculus meus heres me9 erit. Statimq3 fact9 est sermo domini ad eum dicēs: Non erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo: ipm habebis heredem. Eduxitq3 eum foras: et ait illi. Suspice celum: et numera stellas si potes: et dixit ei. Sic erit semen tuum. Credidit Abraham deo: et reputatum est illi ad iustitiam.

¶ Historialiter. Postq̄ in precedenti clausula egregius dei amicus Moyses egit de pmissione in generali facta Abrahe a dño deo: hic consequenter agit de promissione eidem facta in speciali ab eodem domino deo: scilicet de herede sibi nascituro ex vtero suo. Videns nempe Abraham se iam multos annos cū vxore sua saray pertransisse: nec adhuc liberos procreasse cepit aliquātulum diffidere de prole procreanda: et quasi firmiter tenere ad alienigenam hereditatem suam transiturā: scilicet ad filium procuratoris domus sue: q quidē procurator dicebatur eliezer: q erat vernaculus eius: id est seruus in domo sua natus. Fili9 autem eius damascus appellat9 est: a q postea ciuitas damasci denominata est. Sic enim exponunt iudei hunc textum. Sed q2 non est verisimile Abrahā titubasse circa promissionem iam sibi a domino factam de multiplicando semen suum sicut puluerem terre: vt patuit supra.c.xiij.sub quarta clausula: ideo aliter dicendū est. Refert ergo famulus dñi Moyses in presenti clausula Abraham post illam domini pmissionem ad eum factam qua dictum est ei. Merces tua magna nimis: dixisse ad eum. Domine deus quid dabis mihi: tēporale supple: cū heredem nō habeā? Nec tamē dubitat de promisso semine: nec similiter de promissa mercede. Sed q̄rit modum implendi diuinam promissionem: sicut beata virgo Luce.j.cum ait. Quomodo

fiet istud? Unde querit an sci=
licet semine naturali procedē
te ab ipso debeat sibi nasci ꝓ=
les siue heres. Ego vadam sup
ple de hac vita: absq̄ liberis:
ortꝫ supple de me / ꝛ vxore mea
sara. Tales nempe filij ꝓprie
dicuntur liberi: ꝛ filius procu
ratoris domus mee: iste dama
scus eliezer. Et ē hic defecti=
ua locutio / q̄ fit cū ex magnitu
dine doloris / siue gaudij / aut
admirationis / seu indignatio=
nis ꝛ hm̄oi vix hō valet expri=
mere quod intendit. Debet au
tem sic suppleri: Tu nō dedi=
sti mihi semē / ꝛ dedisti eliezer
procuratori domus mee. Nam
filiū habuit / qui dictus est da=
mascus: a quo scilicet ciuitas
Damascenorū fuit condita vel
reparata / siue ampliata: ꝛ sic
vocata / scilicet Damascus / vt
dictū est. Vel sic supplet: Tu
non dedisti mihi semen: ita q̄
oportet filiū Eliezer procura=
toris domus mee: q̄ scilicet di
ctus est Damascus: esse here=
dem meum. Et hec cōcordant
his que sequūtur. Nam primo
intellectui respōdet quod im=
mediate seq̄tur: mihi autē nō
dedisti semē: quod tamē dedi=
sti procuratori meo. Secundo
autē respōdet q̄d subditur: Et
ecce vernaculus heres me⁹ e=
rit. Et per cōsequēs q̄uis cre=
dam firmiter promissionē tuā
implendam: non tamen in na=
turali semine meo: sed magis
in adoptiuo. Intēdebat enim
ipse abrahā eum in filium ad=
optare. Et nota secundum Be
dam q̄ iste vernaculus filius
procuratoris domus Abrahe
erat binomius. Vocabat̄ enim
Damasc⁹ eliezer. Tu vero ad=
de q̄ pater ei⁹ qui erat procu
rator domus abrahe / et q̄ vo=
cabatur eliezer / forsan nomen
suum imposuit filio suo. Et pre
ter dictū nomē dict⁹ est dama
scus ab euentu: scilicet a ciui=
tate damascenorum quam in
melius reparauit / et plurimū
auxit. Alij vero sic exponūt: iste
damasc⁹ eliezer .i. fili⁹ eliezer.
¶ Cūq̄ Abrahā hec tacitus
apud se tractaret: fact⁹ est ser
mo dn̄i ad eum dicēs. Nō erit
hic heres tu⁹: scꝫ damasc⁹ elie
zer filius procuratoris tui: sꝫ
q̄ egredieť de vtero tuo .i. quē
gn̄abis de vxore tua: sumendo
vterū large: eo q̄ ꝓprie loq̄n=
do vis gn̄atiua in mulieribus
est in vtero: siue ī vmbilico: in
viris aūt ī renib⁹. Vel forte s̄ꝫ
dn̄m petrū de pal. sic locutus
est dn̄s ad abrahā ꝓpter xp̄m:
qui solū fuit in lūbis Abrahe
scd̄m corpulentā substātiā: et
nō scd̄m seminalē rationē .i. s̄ꝫ
substātiā corporis sui: quā ha=
buit a virgine Maria: nō aūt
scd̄m virtutem seminis forma=
matiuam corporis: q2 nō ex vi=
rili semine: sed mystico spira=
mine formatum fuit Christi di
gnissimū ꝛ purissimum corp⁹.
In premissis ergo verbis fa=
uit dn̄s desiderio beati viri a=
brahe: q2 mercedē quā quere=
bat / illi promisit cum ait. Non
erit hic heres tuus: sed qui e=
gredietur de vtero tuo / ipsum
habebis heredem. Hoc autem
de Isaac et semine eius dictū
est: de quo etiā ipse abraham
postmodum audiuit dominū
dicentem. In Isaac vocabit̄
tibi semen. In sequentib⁹ .xxj.

ea. Nec certe ſolū ei promiſit dñs ſemen: verū etiā ſucceſſionis multitudinē ⁊ nobilitatē. Unde eduxit eum foras/⁊ ait. Suſpice celum: ⁊ numera ſtellas ſi potes: ꝑ qđ pꝫ ꝙ promiſſio iſta facta ſit ei de nocte: qñ ſcꝫ ſtelle apparent in celo. Sequitur. Sic erit/iquit dñs Abrahe/ſemē tuū/ſcꝫ innumerabile: nō quidē deo nec angelis: ſed hoibus: ⁊ hoc ad hunc ſenſum ꝙ vix aut nunꝙ poterit ab hoibus plene numerari. Sequitur. Credidit Abrahā deo: in nullo heſitās de diuino promiſſo. ⁊ reputatū eſt ei ad iuſtitiā: qꝛ fides formata ꝑ dilectionem ⁊ charitatē: illa ſola eſt que vere iuſtificat formaliter humanam mentem.

Sed pro ampliori declaratione preſentis textus mouentur alique queſtiones.

¶ Pria igiť queſtio verſať circa illud dñi verbū ad abrahā. Numera ſtellas celi ſi potes. Queriť ergo ſi aliquis poſſit deuenire ad verā notitiā determinati et preciſi numeri ſtellarum celi? Reſponſio. hoc poteſt dupliciter intelligi poſſe fieri. vno modo per lumē naturale: alio modo per ſupernaturale. Si prio modo intelligatur: ſcꝫ ꝙ aliquis per naturalē inueſtigationem poſſit peruenire ad verā notitiā determinati ⁊ ꝑciſi numeri ſtellarum: tūc dicimus ꝙ non: tū propter earū multitudinē: tū propter earū confuſam ſituationem. ſine enim ordine celo affiguntur. tū propter earum occultatiōem. mouenť eñ ad motum orbis ſui: vcꝫ circulariter: ⁊ per cōſequēs neceſſe eſt partē earū eſſe ſupra nos: ⁊ aliā ſub nobis. tū qꝛ aliq̄ tm̄ diſtāt a nobis: q̄ etiā ſūt ſup hemiſpheriū nřm: ꝙ nō poſſūt a nobis videri. Et ideo Aug. de ci. dei lib. xvj. ca. xxiij. vbi etiā ponit ꝑdictas rōnes/ dicit ꝙ quicūꝗ ſe iactāt numerū ſtellarū cōprehēdiſſe ⁊ cōſcripſiſſe: ſicut arat⁹ vel eudox⁹: vel ſi qui alij ſunt: eos libri huius cōtēnit auctoritas. Et ſic pꝫ ꝙ naturaliť null⁹ pōt ꝑuenire ad verā notitiā determinati nūeri ſtellarū celi. Si autē fiat q̄ſtio de ſecūdo modo ꝑueniendi ad notitiā dicti nūeri: tūc dicēdum ſm oēs theologos ꝙ deus pōt alicui reuelare ꝑdictū nūerū. Ipſe eni eſt qui iuxta dictū pš. numerat multitudinē ſtellaꝝ: ⁊ oib⁹ eis noia vocat. Poſſunt etiā angeli ſancti qui vtiꝗ dictū numerū veraciter cognoſcunt: ipſum ex dei permiſſione hūanis creaturiſ reuelare: ⁊ forſan demones qui ipſum nō ignorant/idem poſſunt.

¶ Scđa q̄ſtio. Qđ ē illđ ſemen de q̊ dixit dñs ad abrahā ꝙ nō poſſꝫ ꝑ ſui mltitudīe dinūerari: ſicut neꝗ ſtelle celi? Pro ſolutiōe ad q̄ſitū premittēdū ꝙ duplex fuit ſemē abrahe: q̄ddā carnale: ⁊ qđdā ſpūale. Utrūꝗ aūt fuit illi ꝓmiſſū. Prio q̄dē ſemē carnale ibi. g̃. xiij. Faciā ſemē tuū ſicut puluerē terre: vľ ſm aliā lřam: ſicut arenā maris. Scđo ꝟo fuit poſtea ꝓmiſſū ſemē ſpūale eidē qꝛ vt dr apo. j. ad Corin. xv. Non prius quod ſpūale eſt: ſed quod aiale: deinde quod ſpirituale. Et

istud semen spirituale cōsistit in sanctis filijs τ hoībus celū replētib⁹: q̄les fuerūt Isaac: Jacob: ioseph: moyses τ ꝓphete: qui fuerunt quasi stelle ꝓpter sciētie claritatē: τ cōtēplationē eminentem. Dan. xij. Qui ad iustitiā erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates: supple erunt. Uñ hic ꝓmittitur abrahe lux glorie: scilȝ sub metaphora claritatis stellarū: scd̄m φ cantat in officio mortuorū vbi dicit. Sanctus signifer Michael representet eas: scȝ animas defunctorū: in lucē sanctam: quā abrahe ꝓmisisti τ semini eius. Nusq̄ aūt alibi inuenit sibi facta ꝓmissio huius scte lucis. Uñ ex hoc loco creditur eē acceptū predictū verbū qđ canit ecclesia. In p̄nti ergo ꝓmissione facta Abrahe a dño cū ait illi. Suspice celū: τ nūera stellas si potes: sic erit semē tuū: cōparat dñs predictū semen stellis celi. Per qđ innuitur φ ipse dñs per talia verba intēdebat illi τ semini suo ꝓmittere vitā eternā: que erit in resurrectione mortuorū. In cuius etiā rei signū dicit Apost. j. ad Cor. xv. φ sicut stella differt a stella in claritate: sic et resurrectio mortuorum erit.
¶ Nā sicut arguit dñs de pal. multiplicatio ꝓlis carnalis: et quecūq̄ bona temporalia non possunt esse merces vel finis principalis operū iustitie vel virtutis: q2 finis p̄ncipalis melior est his q̄ sunt ad finē. Premiū aūt a deo p̄ncipaliter ꝓmissum semper est melius q̄ opus meritoriū ꝓpter qđ ꝓmittitur: alias de⁹ nō premiaret vltra condignum: sed citra aut equaliter. Bona autē tēporalia etiā q̄tacunq̄ sint: sunt minora bona q̄ opera iustitie. Et ideo τ hic τ in alijs locis sacre scripture: vbi ꝓ operibus virtutis vere τ ꝓprie dictis promittūtur aliqua tēporalia bona: non intelligunt principaliter ꝓmissa per modū finis: sed quasi manuductiua ad bona sp̄ualia τ eterna q̄ principaliter intelligūtur pro missa: τ hoc maxime cōueniebat tēpori legis mosaice: piter et nature: in quo hoīes erant imperfecti respectu tēporis gratie: scd̄m φ dicit apo. Hebr. vij. Nihil inquit ad perfectū adducit lex. Modus aūt īpfectorū estvt adducant ad amorem bonorū sp̄ualium τ eternorū per amorē terrestriū τ tēporalium: vt scd̄m φ dicit Greg. anim⁹ ex his que nouit: surgat ad incognita que non nouit: atq̄ ꝑ hoc φ scit notū diligere: discat et incognita amare.
¶ Quod aūt Abrahā in hoc loco itellexit sibi τ semini suo non solū esse ꝓmissa terrena: sed τ celestia que per xp̄m sūt impleta: ptȝ ꝑ illud verbū xp̄i Jo. viij. ad iudeos. Abrahā ī qt pater vester exultauit vt videret diem meū: vidit: τ gauisus est. Dies aūt xp̄i vel tempus intelligitur tēpus passionis τ resurrectionis eiusdē: sȝ φ ipsemet dixit imminēte passiōe sua Mat. xxvj. Tēp⁹ meū ꝓpe ē τc̄. Et tūc apta ē ianua celestis: τ reducti sūt scti pres de inferno. Cōsiderandū etiā

est vt indicat de pal. q̄ i hoc pas su ꝛ cōsilib⁹ est aliq̄uo duplex sensus literalis: vn⁹ quidē de bonis terrenis q̄ min⁹ pncipa lr̄ ꝛ manuductiue pmittunt. Ali⁹ po de sp̄ualib⁹ ꝛ eternis q̄ pncipalr̄ intēdunt. Et iste ē sensus lr̄alis pncipalr̄ intēt⁹. Uterq; tn̄ pōt dici vn⁹: qꝛ sm̄ philosophū vbi vnū ppt alterū: vtrobiq; vnū tm̄. Min⁹ etiā principale semp est ppter magis principale. Et sic patet diffuse ad secundā questionē.

¶ Tertia q̄stio versat circa illud vltimū verbū. Credidit abrahā deo: ꝛ reputatum est ei ad iustitiā. Quare sic de eo loquit scriptura? Nūqd pri⁹ nō crediderat deo? Ulas q̄uo ad ei⁹ pceptū reliquisset terrā suā: cognationem: ꝛ domū pr̄is: ꝛ venisset in terrā quā erat illi mōstratur⁹ nisi illi credidisset? Rn̄sio. vtiq; prius crediderat abrahā deo: sed nō eodem modo sicut tūc. Nā tūc habuit fidē explicitā q̄ de vtero suo siue de semie suo naturali ꝛ nō adoptiuo nasciturꝰ esset xp̄s: sm̄ tn̄ corpulētā substātiā: vt dictū est. Itē q̄ semē suū spirituale deberet mltiplicari ad modū stellarū celi. Prius aūt nō habuerat talē fidē explicitā: sed tm̄ implicitā: ꝛ p̄sertim quo ad xp̄m venturū ꝛ descensurū de semine suo. Prius em̄ nesciebat si de semie suo naturali: aut adoptiuo: q̄lis erat filiꝰ pcuratoris dom⁹ sue: nasciturus esset xp̄s. Quinimo magis videbat credere q̄ de filio adoptiuo q̄ȝ de naturali: tū ppt sterilitatē ꝛ senectutē vroris sue: quā nō estiabat vlteri⁹ cōcepturā aut pariturā: tū qꝛ ꝛ ipe iā senex erat. Nūc aūt exp̄sse ꝛ explicite credidit de semie vteri sui xp̄m venturum: ꝛ electos multiplicandos.

¶ Moraliter ꝛ p̄io abrahā qui post habitā victoriam de quatuor regib⁹ solicitus fuit de seie. i. de herede: designat virū iustū: q̄ post expugnationē quatuor vitioꝝ que sunt cōcupiscētia carnis: ꝯcupiscētia oculoꝝ: supbia vite: ꝛ hypocrisis: dꝫ ad hoc laborare vt hēat semen boni operis. Parū em̄ pdest nō facere malū: nisi etiam fiat bonum. Item sicut Abrahā timēbat ne migraret ab h̄ sc̄lo absq; liberis: ꝛ ne damasc⁹ esset heres ei⁹: ita etiā viri sācti timēt ne post se relinquāt tm̄ gn̄atione terrenā: ꝛ nō sp̄ualē. i. filios peruersos.

¶ Moralr̄ et sc̄do p filiū q̄ egredit de pprio vtero intelligit bonū op⁹ meritoriū ꝛ p̄sonale q̄d facit i gr̄a existēs: cui debet hereditas celest̄s de cōdigno. Non aūt debet isto mō pdicto hereditas vernaculo .i. opi bono p aliū facto in ordine ad aliū p q̄ fit: qꝛ nullus p̄ter xp̄ꝫ pōt alteri mereri de cōdigno siue primā gr̄aꝫ siue augmētū illius siue etiā vitā eternā: sꝫ vnusquisq; accipiet ppriā mercedē sm̄ suū laborē: vt dicit. j. ad Coꝛ. iij. Ista debēt attēdere nonnulli delicati hoīes qui alijs imponūt onera grauia pro se facere: cōuentione inter eos facta: siue sint ieiunia: siue peregrinationes: aut similia: que tamen digito suo mouere nolūt. Quē admodū ergo per procurato

res faciunt huiusmodi opera que grauant tātū operantē: ita etiā tales per ꝓcuratores intrabunt vitam eternam.

¶ Moraliter ꝛ tertio abrahā qui postꝙ̄ ad mādatū dn̄i dimisit terram suam: cognatio=nē: ꝛ domū patris: venit in terrā Chanaan: atꝙ̄ tandē post victoriā quatuor regū interrogauit dn̄m dicēs. Dn̄e deus quid dabis mihi? recte designat viꝝ religiosū: q̄ deo inspirāte dimisit mundū affectu ꝛ effectu: ꝛ īgressus est terrā ꝓmissionis .i. vitā regularē: dimicans in ea cōtra carnē mūdū diabolū ꝛ ꝓpriā volūtatē: eam subijciens prelato. Talis ergo cū ad extrema deuenerit: si cōtingat eū pie interrogare dn̄ꝫ ꝛ dicere cū Abrahā Dn̄e de⁹ q̄d dabis mihi? profecto poterit illi dn̄s r̄ndere ꝛ dicere id q̄ð in sı̄li ferme casu r̄ndit xp̄s petro. Nēpe cum semel Petr⁹ interrogasset magistrum suū xp̄m pro se ꝛ ceteris fratrib⁹ suis dicēs. Dn̄e ecce nos reliquimus oīa: ꝛ secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Ad quem Christus: Amē dico vobis q: omnis qui reliquerit domū: vel fratres: vel sorores: aut patrē: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros ꝓpt̄ nomē meū: centuplū accipiet: supple in presenti: q: pro vno fratre carnali centum spirituales accipiet: ꝛ vitam eternam possidebit: supple in futuro: tanquam hereditatem indeficientem. Religiosus ergo mercando cum Christo multū lucratur.

¶ Moraliter ꝛ quarto multi sunt ecclesiastici beneficiati qui cum senescunt faciunt vernaculos suos .i. nepotes et consanguineos suos quasi heredes suos. Forsan enim auūculi eorū cū essent inuestiti aliq̄ bn̄ficio: sentiētes se senescere illð eis resignauerāt: ꝓpt̄ q̄ð in simili casu volūt similē gratiam suis nepotulis facere: ac si aperte dicerēt. Hereditate possideamus sanctuariū dei. Cōtra quos loquit̄ dn̄s ꝑ p̄s. dicens. Nō congregabo cōuēticula eorū de sanguinib⁹. Nota de Moyse qui nō resignauit ducatū suum alicui de tribu sua: sed Josue de aliena trību. vij. q. j. Moyses. Alij vero ecclesiastici faciūt quasi heredem beneficij sui aliquem spurium egressum de vtero suo: interueniēte multitudine dn̄catorū: q: vt habetur Eccle. x. pecunie obediunt omnia.

¶ Moral'r iuxta illud verbū dn̄i ad Abraham. Suspice celū: ꝛ numera stellas si potes: sic erit semen tuū: notandū q̄ duplex ē semē: ſꝫ variū: scꝫ bonū ꝛ malū: itegrū ꝛ corruptū: dei ꝛ diaboli. Et vtrūꝙ̄ est q̄si innumerabile pre sui multitudine. Primū ꝯparatur multitudini stellarū ꝓpter sui claritatē. Scðꝫ pulueri terre ꝓpter sui vilitatem. Scðm est maius in presenti: q: stultorū .i. peccatorū ī p̄nti infinit⁹ est numer⁹. Sꝫ in futuro ediuerso erit. In celo nēpe hoīes iusti cōgregabūt̄ in vnū horreū cū angelis sanctis. Et tūc ista duo semina simul iūcta faciēt maiorē numerū q̄ꝫ reprobi homines cū demonib⁹ ī inferno: ꝛ

hoc ratione cōparatiōis mul- titudinis angelorū ad multi- tudinē demonū. Quāuis eni numer⁹ reproborū hoim sup- excedat multo numerū electo rū hoim: iuxta illud xpi verbū Matth.xx. Multi sunt vocati pauci vero electi. Dicit etiam idē Mat.vij. q lata est via que ducit ad pditionē: et multi sūt qui vadūt p eā. Angusta vero q̄ ducit ad vitā: et pauci sunt q inueniunt eā. Hoc etiā visus est innuisse xps i parabola de semine: vbi dicit q tm̄ quarta pars cecidit i terrā bonā. Lu. viij. Nihilominus econtra nu- merus angelorū multo maior est nūero demonū: ita vt me- rito dicere possint illud. iiij. Reg.vj. Plures sunt nobiscum q̄ cum illis, scz demonibus et angelis malis.

¶ Allegorice fm de Pal. A- braham significat pfiarchas. Querimonia illius de liberis non habitis: designat feruens eorum desideriū de incarna- tione filij dei: ita vt vnus dice ret. Putas ne videbo? Alias autē. Putas ne me hic inueniet illa natiuitas? Sed vnicuiq3 talem ꝯsolat pphēta Abac.ij. dicens: Si morā fecerit, expe cta eū: q2 veniēs veniet: et non tardabit. Ad idem etiā loqui- tur Esaias.xxviij. dicēs: Man da, remanda, expecta, reexpe cta, modicum ibi, modicū ibi. In loquela em̄ labij, et lingua altera loquetur ad populum istum. Eliezer pcurator abra- he signat legem. Filius eius Damascus iudeos literatos. Hoc enim timuerunt antiqui patres iudeorum ne non suc- cessorem haberent in fide: qd est habere filium: sed tales qui essent sub onere legis, et ex ti more seruirent, et non amore. Sed quid est q Abrahe dictū est a domino. Qui egredietur de vtero tuo: ipm habebis he- redem? Profecto omnes fide- les nati sunt de vtero Christi: quia eos per passionē in cruce peperit cū de latere eius san- guis nostre redemptionis: et aqua nostre ablutiōis exiuit: iuxta illud Esaie.xliiij. Audi- te me domus Jacob, et omne residuum domus Israel: qui portamini a meo vtero. Hinc Christus Esaie. lxvj. loquitur dicens: Nūquid ego qui alios parere facio: ipse nō pariam?

¶ Vel dic et clarius q Abra ham est Christus. Habet autē iste Abraham vernaculum: ha bet et heredem. Vernaculus qui est seruus in domo natus et nutritus, est populus iudai cus. Et iste vernaculus nequa- q̄ erit heres Christi. Fili⁹ au- tem egressus de vtero christi, est populus Christianus: quē genuit de ecclesia per fidem, et baptismi inundationem. Et iste filius est verus heres chri sti. ad Romañ. viij. Si filij, et heredes. Bene ergo ad propo situm loquitur Apo. ad Gala- thas.iiij. dicēs: Scriptum est supple in genesi per plura ca- pitula: quoniā Abrahā duos filios habuit: vnum de ancilla. Iste est vernaculus: quia ser- uus. et alium de libera: scilz Isaac: quia liber. Prim⁹ filius designat populū Judaicū. Se cundus vero populū xpianū. Sz quid de vernaculo factum sit

sudiamus. Eijce inquit dñs ad Abrahã/ancillam & filiũ eius. Non enim erit heres scilz regni celestis/filius ancille cum filio libere.i.cũ deuoto populo christiano/ qui est filius christi et ecclesie.

¶ Uel dic in eodẽ sensu allegorico/ ꝙ abrahã est deus pater: de cuius vtero egredit̃ ꝑ eternam generationẽ tanꝗ̃ illi cõsubstantialis deus fili⁹/qui est verus heres ipsi⁹: q2 si filius/ et heres: vt argumentat̃ apo. ad Roñ.viij. Itẽ ad hebre.j. ad ꝓpositũ loquit̃ idem Apo. dicens: Nouissime diebus istis locutus est nobis/supple deus pater in filio.i.ꝑ filium incarnatum: quẽ constituit heredẽ vniuersoꝝ: scilz celestiũ terrestrium & infernoꝝ. Ab isto autem herede dei patris ꝓcessit mirabile semen/ scilz populus christianus: q̃ dictus est christianus ab eo: & hoc sub isto nomine Christus. Sic enim primitus ordinatũ fuit antiochie tẽpore apstoloꝝ. Et de isto semine recte poterat de⁹ pater dicere ad ipm̃ suũ heredẽ xp̃m cũ adhuc ambularet in terris id qͦd sequit̃. Suspice celum: & nũera stellas si potes: sic erit semen tuum.

¶ Anagogice. Uernaculus q̃ idẽ est ꝙ famulus in domo natus: significat multitudinem demonũ. Hi enim fuerũt primitus in domo dñi.i.in celo nati per creationẽ/ vna cum bonis angelis. Nõ enim extra paradisum celestẽ/ sicut Adam extra paradisum terrestrem/ creati sunt: sed in predicto nobilissimo loco: in quo p̃tz coꝝ ingratitudo maxima. Sed q̃d talibus vernaculis acciderit audiamus. Profecto instãte eoꝝ peccato qͦd redegit eos in seruitutẽ/ nõ fuerũt heredes dei patris in regno celesti: q2 scriptum est Jo.viij. Seruus non manet in domo in eternũ: fili⁹ autẽ manet in eternũ. Iste filius designat multitudinẽ angeloꝝ bonoꝝ et sanctoꝝ: qui tanꝗ̃ heredes dei patris in dicto regno ibidem ꝑpetuo manent tanꝗ̃ stelle in perpetuas eternitates/ que pre sui multitudine vix dinumerari possũt. Et hoc significatur ꝑ hoc qͦd ait dñs ad Abrahã. Numera stellas celi si potes. Sic erit & semen tuum.

¶ Uel dic in eodẽ sensu anagogico ꝙ vernaculus est malus populus infidelis et peccator. Filius autẽ q̃ egredit̃ ex vtero christi & ecclie/ est deuotus pópulus xp̃ianus. De quo Joã.j. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri his q̃ credunt in noĩe ei⁹/ qui nõ ex sãguinib⁹/ neqꝫ ex voluntate carnis/ neqꝫ ex voluntate viri/ sed ex deo nati sunt. Uernaculo ergo nõ dabit̃ hereditas illa preclara fertilis & immẽsa celestis patrie: sed tm̃ predicto legitimo filio: iuxta psal. Justi hereditabũt terrã/ et inhabitabũt in seculũ seculi sup eam. Unde iusti & predestinati recte dicere possunt illud eiusdẽ psal. Elegit nobis hereditatẽ suam/ speciẽ iacob quã dilexit. Et ideo ꝑcipitur Eccli.xxiiij. In iacob inhabita et in israel hereditare: & in electis meis mitte radices. Et est circa hoc notandũ ꝙ ista he-

reditas celestis est nobis acq̃sita more hereditatis terrene per mortẽ patris nostri Jesu Christi. Prius enim erat ipignorata p Adam: sed nobis restituta est p mortẽ xp̃i: q̃si quidẽ ipso moriente solutũ est preciũ pro quo impignorata fuerat. Propter qd dauid dicebat ad ipsum xp̃m quem preuidebat. Tu es q̃ restitues hereditatẽ meã mihi. Recte etiam de hac hereditate dicere potest ipse xp̃s illud Esaie.lxv. Hereditabunt eã electi mei: ꝛ serui mei hereditabũt ibi. Nihilominus sicut ad hereditatẽ terrenam solum admittũtur tria genera hoim: vꝫ illi q̃ sunt legitime procreati: q̃ spurij ad hereditatẽ nõ admittunt. Nõ ligati: quia criminosi ꝛ maxime lege iulia maiestatꝭ hereditate priuantur. Paretib⁹ nõ ingrati: q̃ ꝑpter vitiũ ingratitudinis hoies hereditate priuari merentur. Sic spũaliter loquẽdo ad hereditatẽ celestẽ ꝑcipiendam solum debẽt admitti q̃ legitime ꝑcreantꝭ et nõ spurij.i. solum boni ꝛ nõ mali. Itẽ qui criminib⁹ mortalib⁹ nõ grauãtur. Itẽ q̃ patri celesti nõ sũnt ingrati. Studeam⁹ ergo charissimi esse tales vt tandẽ predictam hereditatẽ celestẽ valeamus ꝑpetuo possidere.

¶ Tertia clausula.

¶ Dixitq̃ dominus ad Abrahã: Ego dñs q̃ eduxi te de hur chaldeoꝝ: vt darẽ tibi terrã istã: ꝛ possideres eã. At ille ait: Dñe deus vnde scire possuꝫ q̃ possessur⁹ sum eã? Et respondit dñs: Sume indt mihi vaccã triennem ꝛ caprã trimam: et arietẽ annoꝝ triũ: turturem quoq̃ ꝛ columbam. Qui tollẽs vniuersa hec diuisit ea p mediũ: ꝛ vtrasq̃ ptes contra se altrinsecus posuit. Aues autẽ nõ diuisit. Descenderũtq̃ volucres sup cadauera: et abigebat eas abraham. Cũq̃ sol occumberet: sopor irruit sup abram: et horror magnus ꝛ tenebrosus inuasit eũ.

¶ Historialiter. Postq̃ in p̃cedenti clausula sanct⁹ ille moyses egit de promissione in speciali quam fecit dñs Abrahe: scilicet de herede sibi nascituro ex vtero suo: hic consequenter agit de precepto eidẽ abrahe facto ab ipso dño: scilicꝫ de immolatiõe diuersoꝝ animaliũ ꝛ auium. Sed primo tangit qualiter ipse dñs reducit abrahe ad memoriã duplex beneficium qd eidem prius contulerat. Primũ fuit q̃ ipsum eduxit de hur chaldeoꝝ ꝛ de medio natiõis peruerse. Nam et chaldei erant pessimi idolatre: vtpote adorãtes ignem ꝓ vero ꝛ summo deo. Jnde ergo eduxerat Thare Abrahã filiũ suum: vna cũ Loth filio Aram filij sui: qui in predicta vrbe dicta hur mortu⁹ fuerat: similiter et Saray vxorem filij sui Abrahe: vt irent in terrã chanaan: vt legitur supra.xj.cap. Dixit ergo dñs ad Abraham: Ego dominus qui eduxi te de hur chaldeoꝝ: id est a periculo incendij qd passus es in dicta ciuitate: eo q̃ nolles adorare ignem: vt supra expositum est secundum vnã opinionem: videlicet.xj.c.sub tertia

clausula in expositione histo= riali. Uel qui eduxi te de hur chaldeorũ: id est de tali loco ꝛ ciuitate que est in chaldea: vt darem tibi terrã istam: scilicz terram chananeorũ / que post= ea dicta est terra promissionis ab euentu: scilz propter pro= missionẽ a deo factã eidẽ abra he de ea. et possideres eã: sup= ple in semine tuo in heredita= tem perpetuã. Ad quem abra= ham. Domine deus vnde scire possum ꝙ possessurus sum eã: id est per qđ signum?

¶ Queritur circa hoc vtrum abrahã dubitauerit de dei p= missione quo ad possessionem dicte terre. Uidetur ꝙ sic: qꝛ super hoc interrogauit dñm / dicens: Unde scire possum ꝛc̃. Ad hoc respõdetur conformi= ter ad dñm de pal. ꝙ Abrahã firmiter credidit promissioni sibi a dño facte: sed petiuit si= bi ostendi modũ quo implẽda esset / per aliquod signũ. Unde Augusti. libro. xv. de ciui. dei. ca. xviij. Abraham signũ que= rit nõ tẽtando: sed sperando / et modũ querendo. Et ex hoc loco: vt dicit Petrus cõestor: inoleuit iudeis cõsuetudo si= gna petere: vt dicitur. j. ad Co rinth. j. Unde Beda: Nõ est pu tandus abraham postꝙ credi= dit deo: ꝛ reputatum est illi ad iustitiã: in fide defecisse: vt di ceret: Dñe de⁹ vnde scire pos= sum ꝙ possessurus sum eã? Nõ eñ quasi adhuc icredulus si= gnum cui credat inquirit: sed obsecrat vt ei rei quã credide rat / aliqua similitudo adhibe= retur qua ei⁹ modus agnosce= retur. Queadmodũ ergo vir= go maria nõ ex diffidentia in= terrogat gabrielẽ / dicens: quõ fiet istud qm̃ ꝛc̃. sed modũ quo fieret inquirebat: et hoc cum quesisset audiuit: ita ꝛ hic si= militudo data est de aĩalib⁹ ꝛ auibus: vt scđm hec futurũ sci ret qđ futurũ esse nõ ambige= bat. De lyra autẽ dicit ꝙ abra= ham nõ dubitauit quin habi= turus esset prolem sibi a dño promissam: ꝛ similiter heredi= tatẽ chananeorũ in ꝓpria pso na / vel filioꝝ ex eo descẽdẽtiũ / siue imediate / siue mediate: aliter nõ esset verũ qđ dictũ est: credidit deo abrahã / ꝛ re= putatũ est ꝛc̃. Sed nouerat ꝙ bona obtẽta q̃nq3 ꝓpter ingra titudinẽ auferũtur / ꝛ ideo ad cõseruationẽ boni diuinit⁹ col lati requirit ꝙ hoĩes sint soli= citi de exercitio boni opis deo placiti / vt sic ipsum cõseruare possint. Propt hoc ergo abra= hã quesiuit a dño dicẽs: Dñe deus vnde scire possum ꝙ ꝛc̃. Ac si aperte diceret: Quid est illud p qđ cõseruabit bonũ qđ mihi ꝓmisisti? Cui dñs: Su= me inquit mihi. i. in sacrificiũ meũ vaccam triennẽ ꝛc̃.

¶ Querit circa hoc cur dñs precepit abrahe vt sumeret p̃= dicta aĩalia parit ꝛ volucres / et inde sibi faceret sacrificiũ. Pro solutione huius q̃stiõi pre mittẽdum est conformiter ad de lyra: ꝙ sicut ptz ex discur= su toti⁹ veteris testamẽti: q̃diu filij israel steterũt ꝛ pseuerauе rũt in cultu vni⁹ dei veri / posse derũt pacifice trã ꝓmissionis sibi collatã. vbi ꝟo declinaue= rũt ad idolatriã / tũc fuert ab alijs nationib⁹ infidelib⁹ impu

gnati & delecti: sicut ptz in libris Judicũ/Regũ/et Paralipomenõ:& alijs locis. Quinimo vbi eoꝝ malitia nimiũ abũdauit/fuerũt de terra sua ad tẽpus eiecti/& in terra aliena captiuati nunc ꝑ pharaonẽ/ nũc per Nabuchodonosoꝛ/nũc per Romanos:et signãter in penã persecutiõis iniuste quã exercuerũt aduersus xp̃m. Uerus igit̃ cultus vnius veri dei est illud ꝑ qđ possideri poterat terra illa abrahe promissa. Hmõi autẽ cultus principaliter cõsistit in bonis actib⁹ interioribus mẽtis:ſm ꝙ dicit beatus Aug. in ẽchiridio/ꝙ fide spe & charitate colit̃ deus. Uerũtñ cũ hmõi cultu interioꝛi req̃rit̃ cult⁹ exterioꝛ/q̃ est quasi q̃dã ꝓstatio cult⁹ iteriois. Talis aũt cult⁹ exterioꝛ in veteri lege cõsistebat & fiebat ꝑ sacrificia q̃ deo offerebãt̃. Et iõ de talib⁹ sacrificijs in lege ſñedis dñs istruit abrahã/dicẽs illi: Sume mihi vaccã triẽnẽ/ & capzã triẽnẽ & arietẽ ãnoꝝ triũ & h̃ iõ qz de istis trib⁹ specieb⁹ aĩaliũ solũ erãt sacrificia fienda in lege:vt ptz in lib. Leuit̃. ꝑ multa capl'a:vcz de bobus & tauris/de vaccis & vitulis. Itẽ de arietib⁹ ouib⁹ & agnis. Itẽ de capzis/hircis &c. Et ideo de qualibet specie dñs nominat vnum indiuiduum.

¶ Cõsiderãdũ ẽ etiã ꝙ de q̃libet specie ꝑdicta fiebat i lege triplex sacrificiũ. Unũ vocabatur hostia ꝓ pctõ:qđ fiebat ꝓ expiatiõe alicui⁹ pcti cõmissi. Aliud vocabat̃ hostia pacifica qđ offerebat̃ deo ꝓ aliq̃ bono obtẽto vl' obtinẽdo a deo. Aliđ erat hostia in holocaustũ: qđ totũ incẽdebat̃ ad dei honoꝛẽ. Et ideo ad hoc triplex sacrificiũ designãdũ dr̃ i p̃nti textu ꝙ qđlibet indiuiduũ predictũ debebat ex dei oꝛdinatiõe esse trium annoꝝ. Uel hoc iusserat dñs abrahe vt ipe fctõ & signo ꝓstaret trinitatis mysteriũ. Jussit etiã dñs eidẽ vt offerret duo indiuidua de genere auiũ:scz turturẽ et colũbã:qz futurũ erat in lege danda per moysem vt fieret sacrificiũ de istis specieb⁹ auiũ tñ: p̃terq̃ in emundatiõe lepꝛosi: vbi fiebat oblatio de duobus passeribus. Et sic patet ad questitum. Abrahã ergo volens obtẽperare diuino precepto/ tollens oĩa q̃ predicta sunt/diuisit ea per mediũ:vt dicit̃ in textu.

¶ Querit̃ circa h̃ cur diuisit ea ꝑ mediũ. Rñsio. qz tũc tp̃is qñ hoĩes faciebãt adinuicem aliqđ pactũ vel fedus inuiolabile & perpetuũ/ ad hoc designandũ interficiebãt vnũ animal/ diuidẽtes ipsum in duas partes/& consequẽter transibant inter illas duas partes: ad designandũ ꝙ digni essent morte si pactũ illud transgrederentur. Dñs autem pepigit hoc pactũ & fedus cũ abrahã. Propt̃ qđ dicta aĩalia diuisit abraham in duas partes. Partes autem sic oꝛdinate fuerũt inter se ꝙ poterat esse transitus inter illas. Aues autẽ nõ diuisit/vt dicit in textu:qz in confirmatione talis pacti vel federis aues non diuidebant̃ etiam cum alias immolabant̃ in holocaustum domini: vt patet Leuit.j.

¶ Queritur ⁊ quarto vñ processit sopor et horror ille magnus qui inuasit abrahã occũbente sole. Dicendum ꝙ a dño ꝓcessit. Nã vt dicit Petr⁹ comestor, iste horror magn⁹ fuit pars signi qđ petierat Abraham a dño. Ex quo ptꝫ ꝙ fuit a dño. Notandũ ergo ꝙ cum nox iam instaret: sopor irruit super abrahã. In hebreo autẽ vt dicit de lyra, đr: extasis irruit super abrahã. Extasis vero ꝓprie significat raptum a sensib⁹ exteriorib⁹. Similiter horror magnus qui inuasit abraham, fuit vehemẽs mot⁹ in carne cũ obscuritate: hoc est, caligo tenebrosa incutiens timorem ⁊ horrorẽ: inuasit eum diuinitus, vt dicit de pal. Potuit ergo fieri a dño vt in virtute imaginatiua ipsius abrahe acciderit subito aliquid qđ eam perterruit, sicut sepe accidit in somnis.

¶ Moralr ⁊ primo: dñs precipit cuilibet ꝓlato similiter et cuilibet predicatori vt sumat sibi. i. ad se ꝗ̃tũ potest trahat, tria genera animaliũ. i. paupe res peccatores trib⁹ vitijs mãcipatos. Nã ꝑ vaccam que agros habitat: ⁊ inde pastũ sumit: designãtur auari. Per arietẽ ducẽ gregis suꝑbi. Per capram fetidã luxuriosi. Per turturem vero ⁊ colũbam designanꝫ boni tam actiui ꝗ̃ cõtemplatiui. Hos itaq; omnes siue malos siue bonos debent predicti trahere ꝗ̃tũ possunt ad xp̃m: in presenti quidẽ per gratiã: in futuro aũt ꝑ gl'iam. Nã tam boni prelati ꝗ̃ predicatores feruidi similes sunt sagene misse in mari, que secum trahit pisces bonos et malos: vt habetur Matthei. xiij.

¶ Moraliter et secũdo ꝑ totã istam clausulã denotanꝫ actiui ⁊ contẽplatiui. Primo q̃dẽ actiui, ⁊ hoc per animalia que iussit dñs Abrahe sibi immolari. Nam sicut aĩalia circa terram occupanꝫ tam in pascendo ꝗ̃ in operãdo: ita ⁊ actiui circa terram. i. circa terrena negocia solent occupari ⁊ manere: in quo facto multas distractiones patiunꝫ. Unde et Christus dixit ad Marthã, ꝑ quã dicit Greg. vitã actiuam designari: Martha, Martha solicita es, ⁊ turbaris erga plurima. Luce. x. Inter aũt istos sunt vacce iugo subdite: que significãt subditos bonos ⁊ virtuosos: ⁊ tales debẽt esse triẽnes ꝑ fidem sancte trinitatis, quã debent simpliciter credere, ⁊ hoc fide formata ꝑ charitatem. Et tunc erũt idonei ad hoc ꝙ presententur corã dño. Uel ꝑ vaccas possunt intelligi boni religiosi, q̃ similiter ad hoc ꝙ presentenꝫ dño, debent esse triennes, ꝑ debitã obseruantiam triũ votorũ religionis. Item inter hmõi actiuos sunt arietes. Arietes autẽ qui precedunt gregẽ, designãt bonos prelatos, qui debent precedere suos subditos verbo et exemplo: instar illius boni pastoris xp̃i: de quo đr Act. j. ꝙ cepit facere ⁊ docere. Hi etiã debent esse triẽnes ꝑ tres virtutes theologicas, que sunt fides, spes, charitas: que maxime debẽt in eis relucere etiã abundantius ⁊ excellentius ꝗ̃

in subditis. Quib⁹ loqtur dñs Matt.v.dicēs: Sic luceat lux vr̃a corā hoībus/ et pserti corā subditis/ vt videāt opa vr̃a bona/ et glorificēt patrē ec. Item inter actiuos qdā sunt capre. Capre eñ q̄ a natura sunt macilēte/ designāt veros penitentes/ q̄ laborādo in ieiunijs/ vigilijs/ peregrinationib⁹/ disciplinis et hmōi/ efficiūtur macilēti. Et isti sir̃r debēt esse triēnes/ et hoc ฅm tres ptes pñie/ q̄ sunt cordis ptritio/ oris pfessio/ opis satisfactio: dicētes illud Exo.iij. Ibimus viā trium dierū in solitudinē. Ecce quō actiui designāt p tria pdicta gña aīaliū. Nec tñ sic stricte quin qñq etiā p eadē significentur cōtemplatiui/ vt patet intuenti que dicta sunt.

¶ Scdo: per cōtenta in dicta clausula denotātur cōtēplatiui: et signanter p turtures et colūbas: de qbus precepit dñs Abrahe sibi sacrificiū offerri. Cōtēplatiui ergo dicunt̃ turtures propter castitatē quam seruant. Dicūtur et colūbe ppter simplicitatē quā amant. Iste igr̃ aues iusse sunt nō diuidi in sacrificio abrahe: p eo q cōtēplatiui nec p mūdi negocia: nec per affectiones varias sunt diuisi: quinimo p cōtemplationē in deū tēdūt integri et pfecti: ad illud scil3 de quo Lu.x.dr̃. Porro vnū ē necessariū/ sc3 iugiter deo per amorē inherere. Sed qd est q in dicta clausula dr̃/ vc3 q volucres descenderūt sup cadauera.i.sup pdicta sacrificia tā aīaliū q̄ auiū: quas abigebat ide abrahā/ nisi q pdicte psone tā dedite vite actiue q̄ cōtēplatiue/ sepe impetūt̃ tā ī vita q̄ in mortis articulo ab auib⁹.i.a demonib⁹ tentantib⁹/ q̄ in sacra scriptura qñq volucres celi vocant̃: vt p3 Lu.viij. ī parabola de semine/ vbi dr̃ saluator q volucres celi q̄ comederūt illā ptē seminis q̄ cecidit sec⁹ viam/ sunt demones. Has igr̃ volucres abigit abraham .i.deus pr̃ vel bonus angelus a predictis psonis. Alias certe non possent ferre hmōi tētationes et infestatiões demonū.

¶ Moralr̃ et.iij. Per aīalia pdicta q̄ iussa sūt diuidi/ pctōres et maligni hoīes significātur/ q̄ cōiter inter se sunt diuisi: iux̃ illō prouerb.xiij. Int̃ malos semp iurgia sunt. Ipsi eñ q̄rūt q̄ sua sunt/ et nō q̄ Iesu xp̄i. Ubi aūt qlibet q̄rit qd suū est/ nō pōt esse vera et pfecta vnitas. Hinc Apl̃s.j.Cor.iij.loquit̃ talib⁹ dicēs: Cum sit inter vos zelus et cōtentio: nōne carnales estis? Per aues vero q̄ non sunt diuise/ boni designant̃: q̄ semp seruant vnitatē spūs in vinculo pacis. Et tales aues erant illi deuoti catholici primitiue ecclie: de qb⁹ dr̃ Actu.iiij. q multitudinis credentiū erat cor vnū et aīa vna in deo: qbus etiam oīa erāt cōmunia/ in signū pfecte vnitatis. Uolucres aūt descēdentes sup sacrificia sunt dēones/ q̄ sepe descēdūt sup humanas cōsciētias per immissionē malarū cogitationum. Sed tales aues p posse suo vna cum dei adiutorio debet a se repellere oīs tētatus. Sic eñ cōsuluit esse agendū beatus Petr⁹ in sua

prima cano.v.c.dicēs.Fres so-
brij estote/ꝛ vigilate:supple in
orōnib⁹: qꝛ aduersari⁹ vr dia-
bolus tanq̄ leo rugiēs circuit
q̄rēs quē deuoret:cui resistite
fortes in fide.Uel dic ꝙ per a-
brahā abigētē aues a predi-
ctis sacrificiis/ designat beni-
gnissimus deus/q̄ ꝓ pn̄ti sepe
repellit malignos sp̄us ab hoi-
bus bonis et malis/ne scilꝫ tm̄
illi noceāt q̄tū nocere optāt.
Tandē in mortis articulo effi
caciter effugabit eos a bonis.
Malos vero ꝛ obstinatos relin
quet in ptāte eorū/ quos stati
deducēt in infernū. Et hoc est
qđ dr̄ Hiere.vij. Erit mortici-
nū ppl̄i hui⁹in cibos volucrib⁹
celi/ꝛ nō erit q̄ abigat.i.defē-
dat.ps̄. Constitue sup eū/scilꝫ
pctōrē in extremis laborantē
aliū pctōrē scꝫ diabolū. Ideo
seqꝛ: ꝛ diabolus stet a dextris
eius.Cū iudicaꝛ/ exeat ꝯdēna
tus/ꝛ orō eius fiat in peccatū.
Seqꝛ. Non sit illi adiutor ꝛc.
¶ Moraľr quarto. Cōformiꝛ
ad dn̄m cardi.ꝑ vaccam desi-
gnaꝛ hūilis subiectio/ ꝑ caprā
pn̄ia/ꝑ arietē fortitudo/ꝑ tur
turē castitas/ ꝑ colūbam cha-
ritas.Uacca offerēda ꝑ Abra-
hā debebat eē triēnis: ꝑ qđ
denotaꝛ ꝙ verus hūilis tribus
gr̄ibus hoim̄ se subijcit/ vcꝫ su
periori/equali/minori. Silr̄ ca
pra debebat eē triēnis:qꝛ tres
sunt pn̄ie partes/ vcꝫ ꝯtritio/
cōfessio/ satisfactio. Itē aries
debebat eē triēnis/ in signū ꝙ
debem⁹ esse fortes ad hec tria/
vcꝫ ad iniurias/ad ꝯtuellas/ꝛ
adverbera. Cetera aialis iussa
sūt ꝑ eū diuidi:ꝛ pmo vacca/ i
signū ꝙ hūilitas q̄ ꝑ vaccā de

signaꝛ/superiori exhibeaꝛ in his
q̄ sunt s̄ꝫ deū/ꝛ nō i his q̄ sunt
ꝯ deū. Scđo capra diuidebaꝛ/
in signū ꝙ pn̄ia q̄ ꝑ caprā de-
signaꝛ/discrete fiat/ vt scilꝫ ne
q̄d nimis vľ ne q̄d min⁹ fiat q̄
fieri deceat. Tertio aries di-
uidebaꝛ/ in signū ꝙ fortitudo
q̄ ꝑ arietē isinuaꝛ/ nō sit effre
nata/sed discreta. Turtur ṽo
ꝛ colūba nō diuidebanꝛ:qꝛ ca-
stitas mētis ꝛ corporis vtraq̄
exigr̄. Et silr̄ charitas ad deū
ꝛ ꝓximū vtraq̄ necessaria est.
¶ Allegorice. Abrahā est xp̄s
quē eduxit de⁹ pr̄ de hur chal
deorū.i.de synagoga iudeorū/
ꝛ dedit sibi terrā eccl̄ie xp̄ia-
ne vt possideret eā. Iste autē
Abrahā obtulit deo pr̄i mul-
tiplex sacrificiū:scꝫ caprā/ vac
cam/ arietē/ turturē/ ꝛ colum
bam:secūdū ꝙ ꝓ diuersis sta-
tibus assimilat⁹ fuit predictis
aialib⁹ ꝛ auib⁹. Nam in incar-
natione sua assimilat⁹ fuit ca-
pre. Capra em̄ cōiter affert fe-
tum geminū. Et xp̄s fuit quo-
dāmodo genin⁹/non q̄dem in
supposito aut ꝑsona:sed in na-
tura:qꝛ simul de⁹ verus/et hō
ꝑfectus.ps̄. Simul in vnū di-
ues ꝛ pauper. Ac si apte dice
ret ꝙ ipe xp̄s simľ ꝛ semel fuit
diues rōne diuinitatis/ꝛ pau-
per rōne hūanitatis. De pmo
Ro.x. Diues est in oēs q̄ inuo-
cāt illū. De scđo in psal. Paup
ego sum/ ꝛ in laborib⁹ a iuuen-
tute mea. Deide in passiōe sua
fuit silis vacce siue boui. Bos
enim est cōis generis. De boue
autē in antiq̄ testamēto fiebat
sacrificiū dn̄o. Bene ḡ xp̄s fuit
silis boui in passione sua: quia
tunc immolatus fuit ꝓ nobis,

De quo recte potest dici illud Prouerb.vij. Quasi bos q̄ ducitur ad victimam/ fuit supplex xp̄s in passione sua. Cōsequenter i resurrectiōe sua fuit siṁs arieti. Aries eñ cū cornibus pcutit: τ xp̄s resurgens a mortuis adeo fortiter percussit custodes sepulchri φ facti sunt velut mortui: vt hr̄ Mat.vl. Tādem in ascēsione sua se habuit ad modū turturis τ colūbe, ppter volatū in celū. Actu.i. Uidētibus illis eleuatus est: τ nubes suscepit eū in celū. Nā tūc ascendit sup cherubim: τ volauit sup pennas ventorū. i. sup omnē creatā naturam. Et breuiter tam alte tunc volauit φ puenit vsq̧ ad dexteram dei pr̄is: ibi ppetuo sedēs. Qđ aūt subdit: Cūq̧ sol occūberet/ sopor irruit sup abraham/ τ horror magn⁹ τ tenebrosus iuasit eū: referendū est ad illas tenebras q̄ acciderūt occidēte sole xp̄o in passiōe/ qñ ēt terra tremuit/ τ petre scisse sūt/ atq̧ monumēta multa apta/ τ hmōi.

¶ Aliter τ mystice. Ista clausula fz Isidoꝝ de iudeis exponitur. Dicit ḡ φ vacca est pp̄ls iudaic⁹ legis onere τ iugo oppressus: q̄ siṁr dr̄ capra ppter petōꝝ feditatē. Item dr̄ aries xp̄t duo cornua legis/ q̄ sunt dilectio dei et p̄ximi. Colūba siue turtur fuerūt illi viri spirituales q̄s soli habuit synagoga iudeoꝝ / vel apl̄i τ alij viri sancti q̄ in lege gr̄e inde pdierūt/ vt stephan⁹/ gamaliel/ Joseph ab arimathia/ nicodem⁹/ τ plures siṁles q̄ amplexati sūt fidē xp̄i in p̄ñti: τ postmodū volauerūt in celū. Per volucres vero celi q̄ descenderūt super aīalia diuisa/ dsignāt spūs maligni/ q̄ delectant τ pascunt in discordijs. Hoc aūt ipletū ē in exordio eccl̄ie p̄mitiue/ qñ scz ad procuratione dictoꝝ malignoꝝ spirituū crescēte nūero discipuloꝝ factū est murmur grecoꝝ aduersus hebreos: eo φ despicerent in misterio q̄tidiano vidue eoꝝ/ vt legit Act. vj. Sed tūc abrahā q̄ interptat pr̄ multarū gētium/ volucres abigebat / qñ q̄dē stephan⁹ q̄ fuit q̄dāmodo pr̄ multitudinis predicte/ τ hoc ex ordinatione aploꝝ/ sedauit predictū murmur/ discordantes ad ɔcordiā et pacem bonam reuocās. Qđ aūt subdit: Cumq̧ sol occūberet / sopor irruit sup abraham et horror magnus τc. exponit de fine τ cōsummatione mūdi: vt plenius postea dicetur.

¶ Anagogice: abrahā est xp̄s: vt sepe nūero dictū ē: quē de⁹ pr̄ eduxit de hur Chaldeorū/ qñ ipm eduxit de sepulchro in sua gl̄iosa resurrectione. Tūc etiā dedit sibi terrā p̄missionis qñ introduxit eū in terrā viuētiū i sua gl̄iosa ascēsione. Per h̄ aūt φ abraham obtulit dn̄o aīalia τ volucres/ dsignat illa scā oblatio quā iugiter facit xp̄s i celis deo pr̄i p nobis de corpore suo τ aīa. Semel eī illa duo obtulit eidē pr̄i p nobis moriēdo i cruce. Nūc p̄o p modū gr̄aꝝ actionis illa offerre nō cessat in celis. Per volucres aūt descēdētes sup dictā oblationē/ angeli scti nō imerito itelligūt q̄ assistūt xp̄o i celo ɔgratulātes sue imēse gl̄ie/ atq̧ dicētes. Gl̄ia tibi dn̄e.

¶ Quarta clausula.

¶ Dictūq; est ad Abraham. Scito prenoscens q; peregrinum futurū sit semen tuum in terra non sua: et subijcient eos seruituti: et affligent quadringētis annis. Uerunta men gētem cui seruituri sunt ego iudicabo: et post hec egredientur cū magna substantia. Tu autē ibis ad patres tuos in pace: sepultus in senectute bona. Generatione quarta reuertētur huc. Necdū enim cōplete sūt iniq̄tates amorreorum vsq; ad presens tēpus. Cū ergo occubuisset sol: facta est caligo tenebrosa: et apparuit clibanus fumās: et lāpas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dñs fedus cū Abram dicēs: Semini tuo dabo terrā a fluuio Egypti vsq; ad fluuiū magnū Eufratem. Cineos et cenezeos: cethmoneos: et cetera vsq; ad finem capli.

¶ Historialr. Postq; in precedenti clausula vates dñi moyses egit de precepto qd fecit dñs abrahe de inmolādis sibi certis animalib⁹ atq; volucribus: hic consequēter ostendit q̄uo idem dñs informat eū de his que vētura sunt sup semen quod egredieẜ de vtero suo: similiter et de futura sui disposi tione: dicens: Tu autē ibis ad patres tuos etc. Refert ḡ moyses dominū dixisse ad abrahā: Scito prenoscens: scilz anteq; fiat: q; peregrinum futurū sit semen tuū in terra: scz egypti: non sua.i.non sibi promissa: et subijcient eos seruituti: et affli gent quadrigētis annis. Qualiter autem istud intelligi debeat: diceẜ in solutione sequētis questionis tertie. Sequitur. Uerumtamē gentē cui seruituri sunt: scilicet gentē egyptiorum: ego iudicabo: scilz percutiēdo multis plagis eam: vt habetur in exodo p plura capla: et tandē in mari eā submergēdo: preter penā quam p̄dicta gens post hāc vitam patieẜ in inferno. Et post hec egredientur: scz q̄ de semine tuo descēdent: egredietur inq̄ de egypto: cū magna substātia. Nam vt legitur Exo. xij. filij Israel de mādato domini mutuo acceperūt ab egyptijs multa vasa aurea et argētea: pariter et vestes plurimas: que om̄ia secum asportauerunt cum inde exierūt. Tu aūt (supple Abraham) ibis (secundū animā) ad patres tuos in pace: scz anteq; ista cōpleātur.i.priusq; predicta seruitus et afflictio superueniat semini tuo: sepult⁹ q̄tum ad corpus: senectute bona: vt legitur in seq. xxv. ca. Et nota q; sepeliri siue mori in senectute bona: est decedere in gratia: qd nō nisi de iustis dr. Generatione autē quarta reuertentur huc: scilz in terram chanaā abrahe p̄missam. Ipse nēpe actu in dicta terra erat quando dñs sic loq̄batur cum eo: qd notatur cum diciẜ huc. Qualiter aūt iste quatuor generationes accipiēde sint: statim dicetur. Deinde dominus subdit causam tāte tarditatis implēde promissionis dicens: Nondū enim ɔplete sunt iniq̄tates amorreorū: p̄pter quas

supple debeat amittere terrã suam: vt dr glo.in fi. Uoluit ğ dñs in verbis predictis dicere ad abrahã ſm Pet.comeſt. Ne expectes te nõ regnaturũ in terra hac: ꝛ ſemen tuũ poſt te. Te eñ ꝑus mortuo poſt.cccc. annos implebit̃ ꝓmiſſio mea.

¶ Sequit̃. Cũ ergo occubuiſſet ſol.ꝛc. Hic Moyſes repetit qđ ſupra dixerat: vt ſic reuertatur ad cõſummationẽ ſacrificij Abrahe. Dicit ğ ꝙ cũ ſol occubuiſſet: facta ẽ caligo tenebroſa: ꝛ apparuit cliban⁹ fumans: ꝛ lãpas ignis tranſiens inter diuiſiones illas: ſcʒ animaliũ triũ generũ. Quare aũt dñs dederit tale ſignũ: dictũ eſt in preced.clauſ. Quia enim deus in ſe nõ poteſt videri oculis corporeis ꝛ ſenſibilibus: iõ apparuit abrahe ignis repreſentãs ꝑſentiã dei: ſicut poſtea apparuit Moyſi in rubo ardenti ꝛ nõ cõburenti. Exo.iij. Tranſiuit autẽ dñs cũ tali ſigno inter ptes predictoꝝ aialium: ad oſtendendũ firmitatẽ pacti ſui cũ abrahã. Pepigitꝙ fedus cũ Abrahã in illo die dicẽs: Semi tuo dabo ꝛc. Ubi nota ꝙ fedus idẽ eſt ꝙ firmũ pactũ. Et dr fedus federis ꝑ pacto: a fedus feda fedũ: quia ſm Pet.de pal. olim cũ fedus iniebatur inter duos magnos pricipes: ſacrificabat̃ tũc qdã porca: q̃ turpiter occidebat̃: ꝛ ſic dicebat̃ fedus a porca fede .i. turpiter occiſa. Per qđ innuebatur ꝙ ſic fieret de illo q̃ fed⁹ pacis violaret. Finaliter moyſes loqt̃ de t'mis t're ꝓmiſſe ſemi: abrahe. Text⁹ ẽ clar⁹. Circa hãc clauſulam poſſunt moueri plura dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ. Quare dñs non ſtatim dedit terrã Chanaan ipſi Abrahe ponendo eũ in actuali poſſeſſione illius. Sic eñ nõ oportuiſſet eũ hincinde vagari: ꝛ in egyptũ deſcendere cũ multa penuria Et tñ de eo dicit beat⁹ ſtephanus loquens iudeis Act.vij. ꝙ dñs non dedit illi hereditatẽ terre ꝓmiſſionis nec paſſũ pedis in ea: ſed repromiſit dare illi eã in poſſeſſionẽ: ꝛ ſemini eius poſt ipm. Rñſio. Ad hoc põt quadruplex ratio aſſignari: cõformiter ad quatuor ſenſus ſacre ſcripture. Prima igitur rõ hui⁹ eſt literalis: q̃ etiã tãgit̃ in pñti textu cũ dr. Nec dũ enim cõplete ſunt iniquitates amnioreoꝝ vſqꝫ ad preſens tẽpus. Ac ſi aperte diceret Moyſes ꝙ iniquitates populi Chananei qui habitabat in terra illa: pro illo tpe nõ tã tum icreuerant ꝙ ꝑpter hoc deberet eos inde dñs expellere. Ipſe enim in talibus expectat mẽſurã iudicij ſui. Scða rõ eſt moralis. Per hoc eñ ipſe dñs facto et opere oñdit ꝙ per multas tribulatiões oportet nos introire in regnũ dei: vt habet̃ Act.xiiij. Et Gre. Nõ meruit dulcia q̃ non guſtauit amara. In cui⁹ etiã rei ſignũ popul⁹ iſrael pri⁹ tranſiuit ꝑ deſertũ ꝙ̃ veniret in terrã ꝓmiſſionis. Tertia rõ eſt allegoricalis. Abrahã nẽpe xpm preſignauit nedũ in ꝓſperis: verũ etiã in aduerſis. Quẽadmodũ ğ ipſe abrahã hincinde vagar⁹ eſt tanꝗ̃ aduena ꝛ pegrin⁹: puta ſine poſſeſſionib⁹

terrenis existēs: ita ⁊ xp̄s ī pn̄ti nō habuit vbi caput suū reclinaret: vt hr̄ Mat. viij. sꝫ vagabat p iudeā ⁊ galileā predicās regnū dei. De q̄ ēt dr̄ Lu. vlti. ꝙ oportuit eū pati/ et ita intrare in gloriā suā. Quarta rō ē anagogicalis. Nā discursus abrahe p̄signabat discursū sāctoꝝ pſꝫ quē fecerūt p⁹ mortē descēdētes ī libū ꝑusꝗ ꝑuenirēt ī celū cū xp̄o illic ascēdēte.

¶ Scd̄ꝫ dubiū versat circa illud ꝟbū dn̄i ad abrahā dicētis ꝙ vsꝗ tūc nō erāt ꝯplete iniq̄tates āmorreoꝝ: sic scꝫ ꝙ ī penam earū meruissēt expelli de terra sua. Certū eñ ē eos tūc fuisse pessimos idolatras: ⁊ in multis alijs ꝯuit deliquētes: ita vt iā meruissent gehēnam multiplr̄. Ergo mlt̄o forti⁹ digni erant amissione terre sue. Preťea Hiero. dt ꝙ pctōr non est dign⁹ pane q̄ vescit. Solutio. Nō seqt̄. iste pctōr meruit gehēnā/ g̃ q̄ntācūq; penā minorē. Suspēdiū enim est pena multo minor pena gehenne/ ⁊ tñ nō seqt̄/ fornicator nō suspēditur/ g̃ penā gehēne nō debꝫ pati. Pōt ēt dici ꝙ āmorrei digni erāt amissione ťre sue ꝑ𝔫 merita sua. Nihilominus nō erāt adhuc ab ea repellēdi scd̄ꝫ misericordiā ⁊ patiētiā dei q̄ ipsos voluit adhuc expectare ad pn̄iaꝫ/ iuxta illd̄. ij. Pet. iij. Nō tardat deus ꝓmissionē suā sicut q̄dā estimāt / sꝫ patiēter agit ꝓpter nos/ nolens aliquē perire/ sed oēs ad pn̄iaꝫ reuerti. Et sic ptꝫ ad dubiū secūdū.

¶ Tertiū dubiū versat circa illd̄ verbū: Affligēt eos q̄drin gētis ānis. Cōtra hūc textū vr̄ alius textus militare qui inseritur Exo. xij. vbi dicit ꝙ habitatio filioꝝ israel qua manserūt ī egypto/ fuit. cccc xxx. annoꝝ. Ex quo ptꝫ ꝙ isti duo textus nō cōcordāt. Ad hoc dubiū rn̄detur ꝯformiter ad Augu. in de ci. dei. lib. xvj. ca. xxiiij. dicentē ꝙ a prima ꝓmissione facta Abrahe cum esset lxxv. annoꝝ de qua habitū est s̄. xij. ca. vsꝗ ad exitum filioꝝ israel de egypto fuerūt. cccc. triginta anni. De quib⁹ etiam meminit Apost. ad Gal. iij. dicēs. Hoc aūt dico testamentū cōfirmatū a deo/ q̄ post q̄drin gentos ⁊ triginta annos facta est lex. i. data. Fluxerunt autē xxv. anni a dicta prima ꝓmissiōe vsꝗ ad natiuitatē Isaac. Sed a natiuitate Isaac vsꝗ ad predictū exitū fuerūt quadringēti q̄nꝗ anni. Hec autē ꝓmissio de qua hic agit/ facta est inter ꝓmissionē primā ⁊ natiuitatē Isaac. Moyses aūt vł cōputat h̄ a natiuitate Isaac: vel ab ista ꝓmissiōe: ⁊ vtroq; dimittit paucos annos: more scꝫ scripture sacre: q̄ in multis locis nō curat minutias nūeroꝝ: sꝫ tm̄ numeros ꝑfectos. Et eodē mō loquit Stephan⁹ Act. vij. vbi solū ponit quadrīgētos ānos. Qd̄ aūt dicit: affligēt eos q̄drigētis ānis: exponit Aug. dicēdo ꝙ determinatio q̄tuor cētoꝝ dꝫ referri tm̄ ad illud qd̄ p̄mittit. s. ꝑegrinū futuꝝ semē: nō āt ad h̄ qd̄ interponit/ scꝫ subijciēt eos ꝯ̄ultu ti: ⁊ affligēt eos. cccc. annis. i. in afflictione cōplebunt: q2 ꝓpe finē trecētoꝝ affligebant. Nō ei fuerūt in afflictione nisi

cxliiij.vel.cxlv.annis: vt dicit in q̄dā glo. sup Exod.xij. Hoc idē etiā vt gl. Aug. ibidē. Itē Petr⁹ cōe. allegans Isido. ita exponit p̄dictū textū q̄ dr. Semen tuū peregrinū erit.cccc. annis. Siue indi. in terra chanaā: siue in egypto pegrinum fuit semen Abrahe: donec habuit hereditatē ex p̄missione dei. Illud aūt iterpositū: subijciēt eos ꝛ affligēt nō refert ad cccc.annos. Hec Petr⁹. Dicit etiā q̄ lr̄a subticet quinq̧ annos i p̄ori cōputatione.cccc. annorū. Silr̄ de lyra vt q̄ isti q̄dringēti anni nō p̄nt referri ad s̄uitutē vel afflictionē quā passi sunt filij israel i egypto. Hoc autē probat multū appare̅ter ꝛ diffuse. Uide ibidem.

¶ Quartū dubiū versat̄ circa illud verbū. Post hec egredie̅tur cū magna substātia: q2 cū vasis aureis ꝛ argenteis atq̧ vestib⁹ q̄ oīa mutuo accepant ab egyptijs paulo an̄q̧ de t̄ra egypti exirēt. Uidet̄ ei q̄ i h̄ male fecerit: sc3 fallēres egyptios q̄ bōa ꝛ simplici fide talia eis mutuauerāt. Quinimo videt̄ incurrisse crimē furti: sc3 ɔtrectātes rē alienā inuito dn̄o lucrifaciēdi gr̄a. Ad hoc dubiū r̄ndet beat⁹ Tho. ij.ij. q.lxvj.art.v. in sol. ad primū dicēs q̄ accipe rē alienā vel occulte vel manifeste auctoritate iudicis hoc decernentis nō est furtū: q2 talis res fit iā sibi debita p̄ hoc q̄ per sētētiā iudicis est sibi adiudicata. Unde multo minus furtū fuit q̄ filij israel tulerunt spolia egyptiorū de p̄cepto dn̄i hoc decernētis: ꝛ hoc pro afflictionibus quibus dicti egyptij eos sine causa affixerant. Et iō signanter dicit̄ Sap.x. q̄ iusti tulerūt spolia impiorū. Dn̄s g̃ prescius futurorū longe ante p̄dixit de ipsis hebreis q̄ post longam captiuitatem et iniustam afflictionem tandem egrederētur cum magna substantia.

¶ Quintū dubiū versatur circa sensum illi⁹ promissionis domini. Generatione quarta reuertētur huc. Queritur ergo q̄ōo intelligi debeat hec generatio quarta. Ad hoc respōdet Petr⁹ cōest. q̄ hoc intelligi debet scd̄m tribū sacerdotalē. Nā scd̄m eum leui genuit Chaat: qui genuit Arani vel Amrā: qui genuit Aaron: qui eleazar: qui cū Aaron egressus est de egypto. Nec dicas inquit quatuor gn̄ationes: p̄sonas quatuor: s3 successiones vt tot sint generatiōes: quotiēs ibi legitur genuit. Et nota vt ibi dicit̄ q̄ fuerunt due tribus in populo israelitico. Prima sacerdotalis: que a leui habuit principiū. Secunda regalis: que a iuda habuit p̄ncipiū. Non sunt ergo accipien de predicte quatuor gn̄ationes ab abrahā: sed a iacob qui descēdit in egyptū: vel ab ei⁹ filijs iuda ꝛ leui. Nā si p̄ lineā regiā cōputātur h̄mōi gn̄ationes a iacob incipiēdo inueniunt̄ quatuor vic̄ in reditū terre p̄missionis: q2 Jacob genuit iudā. Judas aūt genuit Phares. Phares autem genuit Esrō: vt habetur Mat.j. esrō aūt genuit caleb: vt legit̄ .j.pali.ij. Et iste Caleb in quo

completa est quarta generatio / fuit vn⁹ de intrantib⁹ terrã pmissionis / vt legitur Nume.xiiij. Itẽ Josue.xiiij. Trãslatio vero.lxx.interpretũ habet. Quinta gñatiõe reuertẽtur huc. Et istud est verũ si cõputent hmõi gñationes per lineã sacerdotalẽ. Nã sic cõputãdo z a Jacob incipiẽdo Jacob genuit leui. Leui genuit Caath. Caath genuit Amrã. Amrã genuit Aarõ: vt dr Exo. vj. Aarõ genuit Eleazarũ sacerdotẽ. Et iste eleazarus in q̃ cõpleta est quĩta gñatio / fuit vnus de intrantib⁹ terram pmissionis. Nã ipse z Josue fili⁹ Nun diuiserunt terram illam filiis israel: vt hr Josue.xiiij.

¶ Sextũ dubiũ versatur circa illud verbũ: affligent eos. Contra q̃d instari põt de Joseph qui imperauit i egypto. Erat ei scds post regẽ pharaonem. Cui etiã dixit rex. Tu eris super domũ meã: z ad tui oris imperiũ cũctus populus obediet. Uno tñ regni solio precedã te. Dixitq̧ iterum ad eũ. Ecce ɔstitui te sup vniuersam terrã egypti. Tulitq̧ rex annulũ de manu sua: z dedit eũ in manu ei⁹: vestiuitq̧ eum stola byssina: z collo torquem aureã circũposuit. Fecitq̧ eũ ascendere super currũ suũ sz clamante precone vt oẽs corã eo genu flecterent: z prepositũ esse scirẽt vniuerse terre egypti. Iterũ quoq̧ dixit ei rex egypti. Absq̧ tuo imperio non mouebit quisquã manum aut pedem in omni terra egypti. Et breuiter in tñ honorauit rex egypti Joseph q̧ vocauit eum saluatorem mundi: vt ptz in sequentib⁹.xlj.ca. Certissimũ est autẽ ioseph descendisse ex semine abrahe. Et tñ q̃tum discrepẽt que de eo dicta sunt a seruitute z afflictione / nullus dubitat. Quod si dicat Joseph ex speciali priuilegio z gratia pharaõis obtinuisse tantã gloriã: ceteros autẽ de semine abrahe in egyptũ descẽdẽtes fuisse afflictos per quadringentos annos: atq̧ seruituti subiectos: contra hoc iterũ põt instari de iacob pre ipsius Joseph: de quo legitur in sequẽtibus.xlvj.ca. q̧ dñs appãruit illi in visiõe: dicẽs ei. Ego sum fortissimus deus pris tui. Noli timere: sz descẽde in egyptũ: qz in gentẽ magnã faciam te ibi. Et breuiter vt habet in fine dicti capituli: fuerũt septuaginta aĩe de domo Jacob que descẽderũt in egyptũ: quib⁹ oĩbus ad instantiã ipsi⁹ Joseph pharao assignauit terrã Jessen que optima erat: z signãter pro pecoribus pascendis quibus iacob abũdabat. Ibi ergo habitantes Jacob z vniuersa familia / creuerũt nimis / z prospere illis fuit multo tẽpore. Falsum ergo ẽ q̧ filij isrl̃ fuerũt subiecti seruituti z afflicti quadrĩgentis annis in egypto.

¶ Ad hoc dubium iã in parte rñsum est sub tertio dubio. Ibi enim dictum est q̧ filij israel a prima promissione facta abrahe de datione terre Chanaã vsq̧ ad actualẽ possessionem z pacificam habitationẽ illius pegrinati sunt hincide.cccc. xxx.annis. Quib⁹ durantibus

non fuerūt cōtinuo afflicti: sicut bene probatū est. Nā multo tēpore bene illis fuit ī egypto: vt dictū est. Successu ꝟo tēporis postꝙ mortu⁹ est Joseph cum vniuersis fratribus suis ⁊ cognatione sua: surrexit rex nouus in egypto qui igno rabat Joseph. Et iste fuit qui primo cepit persequi filios israel: vt dicit Exodi.j. Unde ex tūc fuerunt in continua afflictione quousꝙ deo ꝓpitio de dicta captiuitate regis egypti qui pro tēpore erat: libera ti sunt. In qua quidē liberatione iudicauit dñs gētē egyptiacam cui seruierant annis multis: qñ quidem transacto mari rubro pede sicco a predictis filijs israel: ipse dñs redu xit sup egyptios aquas maris in quibus submersi sunt quasi plūbū in aquis vehementib⁹: vt legitur Exo.xiiij.

¶ Moraliter per semē abrahe quod fuit multo tēpore peregrinū: scꝫ duꝯꝙ post q̄rtā generationē redijt in terrā chanaan: que terra promissionis postea est appellata: designāt iusti ⁊ electi: qui reputant vitā p̄ntem quasi peregrinationē. Uñ Apo.ij.ad Cor.v. Quā diu sumus in hoc corpore: peregrinamur a dño. Propt' quod etiā beat⁹ petr⁹ in sua p̄ria canonica.ij.c. nobis loqt' dicēs. Obsecro vos tanꝙ aduenas ⁊ peregrinos. Nōne queso verum peregrinū se esse dicebat sanct⁹ ille p̄triarcha Jacob: qñ q̄dē pharaoni eū interroganti sup nūero annorū suorū rñdit dicēs. Dies peregrinatiōis mee cxxx. anni sunt. Gen.xlvij. Ad idem etiam p̄s. cū dicebat. Cātabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Itē idē. Aduena ego sū apud te / supple dñe deus: ⁊ peregrinus sicut oēs patres mei. Istud aūt semē peregrinū habet multa pati priusꝙ redeat siue perueniat in terram promisse hereditatis celestis. Uñ Act.xiiij. Per multas tribulationes oportet ⁊c. Affligit' enim per varias temptationes ab aduersarijs suis.i. demonibus: qui nitūtur ꝗtū possunt eū subijcere seruituti.i. peccato: qꝛ q̄ facit peccatū: seru⁹ est peccati. Joā.viij. Silr' caro nititur subijcere sibi spiritū: atꝙ eum affligit suis desiderijs peruersis ⁊ malis. Uñ Apost. Ro.vij. Mēte seruio legi dei: carne aūt legi peccati. In fine tñ hoīs iusti iudicat dñs demones qui eū trahere studuerūt ad seruitutē pc̄ti: ad eternū suppliciū: l3 iā ad ipsum iudicati sint. Ipse vero homo iustus tūc egreditur de hoc seculo nec̄: vel de potestate demonū: aut spiritus de carne: cū multa substātia.i. cū omni merito quod acquisiuit ī p̄nti. Sicꝙ generatione quarta reuertitur ad dominum. Pro quo notandum ꝙ omnis volēs tre in terram promissionis.i. glorie celestis: que promittit' oīb⁹ electis: debet illic tendere per quadruplicē gñationē. Prima igitur gñatio dr' bona cogitatio. Scd̄a bona volitio. Tertia bona opatio. Quarta autē bona pseuerātia ⁊ continuatio in bono. Uñ scriptū est Matt.x. Qui perseuerauerit

vsqz in finẽ: hic saluꝰ erit. Cõformiter aũt ad istã q̃druplicẽ gñationem qua iustus reuertitur finaliter ad dñm: loquitur sponsus xp̃s spõse sue aie scilz deuote sub nomine sunamitis Cañ. vi. dicens. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt ituеamur te: sup ple i celo. Ecce ergo qualiter aĩa deuota gñatione quarta reuertitur ad dominum.

¶ Uel dic ꝙ generatio q̃druplex sic est intelligẽda: sic scz ꝙ prima generatio dicat generatio nature. Scd̃a culpe originalis: que tñ retrahit a duabꝰ sequẽtibꝰ. Tertia gñatio gratie. Quarta gñatio glorie. Et in hac quarta gñatione iusti reuertẽtur ad celestẽ patriã: a qua modo pegrinãtur: iuxta illud verbũ apostoli p̃allegatũ. ij. ad Cor. v. Dũ sumus i hoc mortali corpe: pere grinamur a domino.

¶ Uel dic ꝙ gñatio pria fuit status innocentie siue nature cõdite: i quo primi parẽtes cõditi sũt a deo. Et i hac gñatione nullꝰ intrauit celũ: vt certũ est. Generatio scd̃a fuit status nature destitute: ⁊ tũc similiter nullꝰ intrauit celũ: culpa ipediẽte. Gñatio aũt secunda fuit statuit legis scripte: In q̃ etiam nullus intrauit celũ: qꝛ lex neminẽ ad perfectũ adducebat. Gñatio ṽo q̃rta est status legis gr̃e. Et in hac q̃rta gñatione hoĩes iusti ⁊ boni p mortẽ reuertunt in celestẽ patriã: iuxta illud Mat. iij. Penitẽtiã agite: appropinquabit regnũ celorũ. In cuiꝰ etiã rei signũ dixit xp̃s latroni in cruce pendenti. Hodie mecũ eris in paradiso. Luc. xxiij.

¶ Allegorice i presenti textu tria dicunt de semine Abrahe que fuerũt in xp̃o: scz peregrinatio: seruitus: afflictio.

¶ Primo nẽpe de dicto semine abrahe p̃dictũ fuit a dño ꝙ futurũ pegrinũ deberet eẽ sup terrã. Sic ⁊ xp̃s pegrinꝰ fuit q̃diu in p̃nti vixit. Nam sicut peregrinꝰ p varias vias incedit: insignia suaꝝ peregrinationũ super se assumit: ⁊ plurimos labores sibi tolerare cõuenit: sic ⁊ de xp̃o fuit. Ipse nẽpe p varias vias incessit: vt pote de celo in terrã descendẽs: extra portã hierl'm crucẽ baiulãs: ⁊ demũ de mundo ad celũ rediens. Vñ ꝗ Lu. xix. sub parabola de eo dr̃ ꝙ hõ q̃dã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipe sibi regnũ ⁊ reuerti. Itẽ ipse xp̃us plurimos labores tolerauit i vita sua: q̃ tota fuit laboribus plena: iuxta illḋ ps̃. Paup ego sũ: ⁊ i laboribꝰ a iuuẽtute mea. ⁊ tãdẽ mortẽ amarissimam sustinuit. Cetcrũ ipse tãq̃ verꝰ pegrinꝰ pacta pegrinatiõe sua: postq̃ resurrexit a mortuis: insignia sue passionis. i. cicatrices vulnerũ i suo corpe portauit. Patent ergo tria de pegrino nostro Christo.

¶ Scd̃o de semie abrahe p̃dictũ fuit ꝙ deberet subesse futuri i t'ra nõ sua. Sic ⁊ xp̃s dimissa hereditate ⁊ p̃ria ꝑpria scz celo: venit in hũc mũdũ q̃si i t'rã nõ suã: qꝛ ibi nõ bñ sibi obedit: i q̃ q̃si suꝰ ãnis. xxxiij. mãsit: propt' qḋ dicebat Mat. xx. Filiꝰ hoĩs nõ venit ministrari

sed ministrare. Ecce seruit⁹ illi⁹. Item ipse in hoc nobis seruiuit: q2 pctã nostra in corpore suo portauit. De qua seruitute ipse querit Esa.liij. dicẽs. Seruire me fecistis in pctis vris: et prebuistis mihi laborẽ in iniquitatib⁹ vestris.

¶ Tertio de semine Abrahe pdictũ fuit q deberet affligi multis ãnis. Sic et xps dñs ac redẽptor noster fuit valde afflictus in pñti: et signãter in passione: tũ in flagellatione: tũ in coronatione: tũ in crucifixiõe. Prima flagellatio fuit dura. Scda durior. Tertia durissima. Prima cũ virgis. Secũda cũ spinis. Tertia cum clauis. Ecce ergo quomodo illa tria que fuerũt in semine Abrahe/ fuerunt etiam in xpo. Ex quo patet q predictũ semen valde bene prefigurauit xpm. Quod autem subditur: Uerũtamen gẽtem cui seruituri sunt / ego iudicabo: referendum est ad iudeos: quib⁹ quodãmodo seruiuit Christus: et ideo dictam gentẽ iudicauit dñs pater qñ in vltionẽ passionis Christi p Titum et Uespasianũ mirabiliter afflicti sunt. Ipse autem Christus cũ magna substantia id est cum maximo merito regressus est vnde venerat: scilz in sua ascẽsione. Qd aũt subditur q nõdũ cõplete sunt iniqtates ãmorreoꝝ: p hoc innuit q nõdum cõpleta est pena iudeorũ p iniquitate coꝝ aduersus Christũ debita. Nec certe cõplebit aliquãdo in presenti: sed tantum in inferno. Et hoc hoc quidem bene innuitur in presenti textu cum subditur. Cum ergo occubuisset sol: id est Christus per mortẽ: facta est caligo tenebrosa. Ecce cecitas iudeorum que vsqz in presens manet super corda iudeorum: et hoc respectu diuinitatis Christi quam credere nolunt. Hinc Aposto. ad Roñ. xj. Cecitas inquit ex parte cecidit in israel. Sed quare dicit ex parte/ et nõ ex toto? Respõsio. q2 iudei bene qdẽ cõfitẽtur Christũ hoiem: sed negant ipsum esse deum: in quo ostendunt suam cecitatem. Ecce ergo caligo tenebrosa que secuta est post solis occasum. Qd autem subditur/ Et apparuit clibanus fumans / et lampas ignis transiens etc. vtiqz referendum est ad illum ignem inextinguibilem quẽ post hanc vitam patiuntur miseri iudei in alio seculo. Unde in psalm. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omes: qui te oderũt. Que quidem verba referenda sunt ad dictos impios iudeos qui fuerunt formales inimici Christi: et qui eum oderũt facto et opere. Sed quid de his tandem fiet/ audiam⁹. Pones eos inquit Psal. vt clibanum ignis in tempore vultus tui: scilicet in die iudicij: quando quidem ipse Christus ostẽdet illis faciem suam iratam. Nam tunc ipse in ira sua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis scilicet conflagrationis: qui precedet iudicij diẽ. Hoc etiã potest referri ad ignem inferni qui deuorabit dictos iudeos / sine tamen consumptione eorundem.

¶ Anagogice. Semē peregrinum fuit vniuersa multitudo angelorum: que ꝗ̄primū fuit creata: peregrinabatur a dño. Nam sicut peregrini ꝓficiscūtur per terrā nō suā: sed alienam: ita ⁊ angeli: cum primū creati sunt a dño: erant quodammodo extra terrā suam.i. extra dei visionē. Alias nulli eoꝝ aliquādo peccassent mortaliter: quia cū dei visione nō stat peccatū: eo ꝙ hmōi visio totaliter satiat desideriū vniuerse creature: siue itellectualis: siue rationalis. Sed q̄d est ꝙ egyptij afflixerūt semē abrahe multis annis: nisi ꝙ draco et angeli eius.i.lucifer cū sibi adherētibꝰ angelis malis: preliabatur statim post creationē cū michaele ⁊ angelis eius: victoria tamē cessit ipsi michaeli: vt dicit̄ Apoc.xij. Et ex tūc iudicauit dñs ad eternū supplicium multitudinē malignorū spirituū. Angeli autē boni ḡnatione quarta regressi sunt in terrā suam cū magna substātia. Pro cuius intellectu sciendū ꝙ istas quatuor generationes sic possumus pie interpretari: ita vt prima ḡnatio angelorū referatur secundū nostrū modū intelligendi ad productionem eorum in esse nature. Secunda ad ꝓductionē eorūdem in esse gratie ⁊ meriti: ꝗ̄uis a parte rei ista duo simul fuerint: et presertim secūdum opinionē beati Thome dicentis angelos in gr̄a fuisse creatos: atq₃ in primo instanti oēs meruisse. Tertia ḡnatio referenda est ad continuationē et perseuerantiā in esse gratie ⁊ meriti: quā doctores vocāt secundum instans angelorū bonorum. Ecōtra autē tūc mali peccauerūt. Nec tamē adhuc erant dicti boni angeli in terra sua. Quarta autē generatio eorūdē angelorū bonoꝝ referenda est ad cōmunicationē ⁊ participationē visionis beatifice: quā nōnulli doctores vocant tertium instans eorūdem angelorū bonoꝝ: ⁊ tunc plene redierūt in terrā suā: id est ad beatitudinē supnaturalē ꝓpt̄ quā creauerat eos deus.

¶ Qd̄ autē sequitur. Necdum cōplete sunt iniq̄tates amorreorū vsq₃ in presens tēpus: referendum est ad angelos malos: qui hic amorrei vocātur: et hoc satis cōformiter ad interpretationē nominis. Nam ammorreus interpretat̄ amarus. Dicti aūt angeli mali morantur continue in amaritudine: quia iugiter habitāt in penis infernalibus. Insup continue peccant: ꝗ̄uis deus ex immensa mīa sua eoꝝ peccata nō imputet illis ad demeritū nouum: ⁊ hoc ratione status. Qd̄ vero subdit̄. Cum sol occidisset facta est caligo tenebrosa: ⁊ apparuit clibanus fumās: ⁊ lampas ignis ⁊c. hoc totū referēdum est ad casum ⁊ penam dictorū ammorreoꝝ.i.angelorū malorū. Tūc eñ in eis sol grē diuine occidit cū primū peccauerūt: ⁊ tunc secute sunt tenebre culpe. Uel hmōi tenebre referende sunt ad carentiā visionis diuine: non q̄dē quā aliq̄n habuerunt: sed quā habituri erant si impedimentū peccando nō prestitissent. Et preter

hanc penā que est maxima penarum: incurrerūt penā sensusique exprimitur p clibanū fumigantē: z p lampadē ignis transeūtis inter diuisiōes carnium illoꝝ animaliū que obtulit abraham dño: de quibus in precedenti clausula dictū est. Per fedus autē qd̄ iniit dñs cū abrahā de dāda terra chanaan semini suo / designatꝰ fedus qd̄ iniit idem deꝰ z dñs cū angelis bonis de dāda illis ꝑpetuo terra illa celesti quā inhabitant nunc z in euum.

¶ Gen. xvj. prima clausula.

¶ Igitꝰ Saray vxor Abram nō genuerat sibi liberos: sed habens ancillam egyptiam nomine Agar: dixit marito suo: Ecce cōclusit me dñs ne parerē. Ingredere ad ancillam meā: si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cūq3 ille acquiesceret deprecanti: tulit Agar egyptiā ancillam suam post annos decem q̄ habitare ceperant in terra chanaan: et dedit eam viro suo vxorē: qui ingressus est ad eam.

¶ Historialr. Postq̄ in ꝑcedēti capitulo egit Moyses famulus dñi de promissione sibi a dño facta quo ad heredem ꝓcreandum exvtero suo: ꝓ qua quidē ꝓmissiōe ille quasi gratias agēs dño obtulit illi multiplex et variū sacrificiū tam animaliū q̄ volucrū: hic cōsequēter agit de gn̄atione Ismahelis ex abrahā z agar ācilla eius. Occasio autē hmōi generationis talis fuit. Uidens em̄ Saray vxor eius ꝙ iam senesceret / nec ꝓlē haberet / esti mans verisimiliꝰ se nunq̄ habituram ꝓlem: eo etiā ꝙ sterilis esset: ait viro suo. Ecce cōclusit me dñs ne parerē. Timebat em̄ Saray tanq̄ bona mulier ne in aliquo offēdisset deū / z ꝓpter hoc in penā priuasset eā fetu. Jam em̄ multo tpe steterat cū viro suo absq3 fetu: et tanq̄ vera humilis mulier causam huius priuationis attribuebat sibi: z nō viro suo: cū tn̄ defectus ꝓlis ꝓcreāde possit eque bene procedere ex parte viri / sicut ex parte mulieris. Jlla ergo cupida prolis suadet marito suo vt īgrediatur ad ancillam suā: vt sic saltē ex ea suscipiat filios adoptiuos: ex q̄ nō poterat ꝓprios z naturales hr̄e. Sed ꝓ ampliori declaratiōe ꝑsentis textus mouentur alique questiones.

¶ Prima igitur questio est talis. Nūqd̄ Sara erat certa de ꝓmissiōe facta pauloāte abrahe viro suo: cū ait illi dñs: Nō erit vernaculus heres tuus: s3 qui egredietꝰ devtero tuo / ip̄3 habebis heredem: vt dictū est in precedēti capitulo sub scd̄a clausula. Nō si erat de tali ꝓmissione certificata: cur ergo dixit viro suo vt īgrederetꝰ ad ancillam suā causa ꝓlis habēdeꝰ Rn̄sio. hic duo dici possūt. Primū est ꝙ nō pōt haberi ex serie textus ꝙ abrahā / aperuerit vxori sue reuelationē sibi factā a domino sup hoc. Immo pōt ꝓbabiliter dici ꝙ de hoc ipse nemini aliqd̄ dixerit: qr vt hꝛ Thob. xij. sacramētū. i. secretū regis abscondere bonū est. Scd̄m est ꝙ dato ꝙ tale secretum manifestauerit vxori

sue: scilz ꝙ filius qui exiturus erat de ventro suo deberet esse eius heres: nõ ꝓpterea sequit̃ ꝙ deberet nasci ex vxore sua Sara: sed est fallacia cõseque͂tis. Poterat eñ ex humilitate estimare se indignã tanto filio sed ꝙ post morte͂ suã deberet vir suus cũ alia vxore cõtrahe re: ⁊ ex ea illũ generare / siue aliter secũdũ bñplacitũ suũ.

¶ Secũda questio est de ipso abraham. Cũ eñ esset iam illi facta reuelatio de futuro here de procreãdo ex vtero suo: nũ rũ est ꝙ accesserit ad ancillã suã. Rñsio. Quis dñs reuelaue rit abrahe ꝙ filius q̃ nascitu rus erat de vtero suo / deberet esse heres suus: nõ tame͂ reue lauerat ei de qua muliere de beret nasci. Uidens ergo vxo rem suã sterilem / estimauit ve risimiliter ꝙ deberet genera ri ⁊ nasci ex alia vxore. Propt̃ quã causam de cõsensu vxoris sue Sare contraxit cũ ancilla sua nomine agar / ex qua post modum genuit ismahelem: in quo credidit promissione͂ dei impletam. Adhuc eñ ignora bat Isaac ex eo nasciturũ. Non eñ semp deus reuelans aliqd grande mysteriũ / statim reue lat oĩa ad ipsum spectãtia: sed fit cõmuniter successiue profe ctus ĩ hmõi diuinis reuelatio nibus. Hoc aute͂ facit deus ad humiliatione͂ hoĩm: ne scilz ex plenitudine hmõi reuelatio num erigantur in superbiam.

¶ Tertia questio est de ipsa agar. Querit̃ g̃ de ortu ipsius. Dicũt ad hoc aliq ꝙ abraham acqsierat eã in domo pharao nis / cũ esset ibi ancilla. Hebrei aute͂ dicunt ꝙ fuit filia ipsius Pharaonis. Habebat enim il le plures vxores more infide lium: inter quas vna extitit q̃ ex eo cõcepit filiã vnam. Que cũ descẽdit abrahã in egyptũ / et ingressus est domũ pharao nis / iam erat magna. Uide͂s er go mater puelle sanctitatem Sare cum esset in domo pha raonis / ⁊ quõ flagellasset dñs ipsum pharaone͂ et vniuersam domũ illius ꝓpter ipsam Sa ram: vt dictũ est supra. xij. c. di xit in corde suo ꝙ melius esset filie sue agar si seruiret dicte Saray tanq̃ ancilla dñe sue / q̃ si remaneret ĩ domo pater na cũ magno honore ⁊ gloria. Propter qđ tradidit eam ipsi Sare tãq̃ ãcillã: ⁊ vt eã ĩbue ret bonis morib⁹. Nec istud est alienũ a rõne: qꝛ etiã ĩ lib. He ster legit̃ ꝙ multi ge͂tiles vide͂ tes q̃tũ fecisset dñs ꝓ iudeis liberãdo eos a ꝑsecutiõe cru delissimi tyrãni aman / iunge bãtur cerimonijs eoꝝ. Ita in ꝓposito quo ad dictã ancillã.

¶ Quarta q̃stio est iterum de ipsa Sara. Utrũ licuerit sibi dare licẽtiã viro suo ĩgrediẽdi ad ancillã suã. Videt̃ ꝙ nõ: qꝛ hoc illicitũ erat: insup ⁊ cõtra more͂ aliaꝝ mulieꝝ q̃ q̃tũcũq; steriles siue senes aut infirmi tose existũt: valde egre ferũt si cõtingat viros suos accedere ad ãcillas suas / aut ad alienas mulieres. Rñsio. licẽtia predi cta nisi pl⁹ ponat̃ / erat irratio nabilis ⁊ illicita: qꝛ nõ sunt fa cienda mala vt inde eueniãt bo na. Spes g̃ ꝓlis future nõ erat causa sufficie͂s ex pte Sare vt licẽtiaret virũ suũ ad dormie͂

dum cū ancilla sua/nec etiā ex pte ipsius abrahe h̄ idē licuit. Un̄ Augu. ⁊ recitat̄.xxxij.q.v. si vxorē. dicit sic. Si vxorē q̄s hēat sterilē/siue corpe deformē/siue mēbris debilē:vl̄ cecā vel claudā:vel surdā/vel si q̄d aliud/siue morbis siue doloribus siue laborib⁹ ꝯfectā:⁊ q̄cq̄d excepta fornicatiōis cā cogitari pōt vehemēter horribile:ꝓ societate fideq̄ sustieat. Hec ille. Insup idē Augu.lib. de bono coiugali: ⁊ recitatur xxxij.q.vij.tm̄.dicit ꝙ nulli licet vxorē dimittere ꝓpter sterilitatē/⁊ aliā ducere ꝓpt̄ fecūditatē. Ptz ꝗ ꝙ Sara nō potuit auctoritate ꝓpria licētiare virū suū abrahā nō obstāte sterilitate sua vt ille accederet ad ancillā illi⁹. Nihilominus tanq̄ a spūsancto mota potuit eū inducere vt ad eā supposito tn̄ ꝯsensu mr̄imonij accederet/sicut ⁊ factū est. Un̄ ⁊ in textu dr̄ ꝙ illa dedit agar ancillā suā viro suo vxorē: qui postea ingressus ē ad eā. Olim em̄ spūscrō instigāte licuit sanctis pr̄iarchis ꝓpter sterilitatē vxoꝝ ex ancillis pueros ꝓcreare:vt notat̄. xxxij.q.iij.c. vij.qd̄ icipit qd̄ aūt. Et ibi adducit̄ duplex exēplū. Pmū est de abrahā/scdm̄ de iacob. Nō tn̄ nō licet ex q̄cūq̄ cā viuēte vxore/viro ex alia filios ꝓcreare:vt dr̄ ibidē in glo. Nec obuiat qd̄ de abrahā ⁊ alijs sctis pr̄ib⁹ dr̄:q2 auctoritate spūscti excusati sūt:vt dr̄ in eadē glo. Itē bn̄ ad ꝓpositū legit̄ ex̄ de diuortijs.c.gaudemus. vbi sic dr̄:Nūq̄ alicui licuit simr̄ plures vxores h̄re:nisi cui fuit diuina reuelatione cōcessū. Un̄ ꝓpt̄ hāc cām pr̄iarche ⁊ alij viri iusti qui plures legunt̄ simul habuisse vxores/ab adulterio excusant̄. Hec ibidem. Pōt etiā dici ꝙ dicta Saray tanq̄ sancta mulier nouerat diuinitus ꝓmissionē viro suo factam de semine in quo bn̄dicerētur oēs gētes. q2 ergo noluit q̄tū in se fuit frustrare diuinā promissionē/voluit a viro suo suscipere ꝓlē. Et cū de se nō posset impediente sterilitate sua:voluit suscipe ex alia. Insup iudicabat Saray ꝙ nō esset bonū ꝙ tā sctūs homo sicut vir suus abrahā careret ꝓle suscitata de corpore suo/ quā ex ea suscitare nō poterat:ideo ancillam suā in vxorē illi tradidit tanq̄ puellam bonā ⁊ honestā pre oībus alijs:vt sic saltē ex ea suscitaret sibi abraham semen.

¶ Quinta questio iterū est de ipsa agar/q̄ in presenti clausula vocat̄ ancilla ⁊ vxor abrahe. Ista aūt duo repugnāt manifeste:quinīmo scdz legē moysi de qua Deutero.xxj. eo ipso ꝙ ancilla etiam in bello capta in vxorem ducebatur/libera reddebatur. Respōsio. ꝓpter hoc qd̄ imediate dictū ē:dicūt nō nulli.ꝙ agar nō fuit vxor abrahe. Dr̄ tn̄ vxor illius/ eo ꝙ fuit loco vxoris. Excusat̄ tn̄ abrahā ab adulterio ꝑm Rabanū:⁊ hr̄ in glo. ꝓpter tria. Primo q̄dē ꝓpt̄ hoc ꝙ lex de ꝯiugio vni⁹ ad vnā nōdū erat ꝓmulgata. Scd̄o ꝟo ꝓpter piā intētionē prolis habēde ad cultum dei. Tertio aūt ꝓpter licētiā vxoris. Propt̄ qd̄ abrahā nō vituꝑat̄ de bigamia sicut lamech:

qꝛ nō accepit scd̄az vxorē pro-pter libidinem implendā: sed ꝓpter prolē ꝓcreādā. Insup Lamech non petiit licentiam ab vxore sua prima: sicut abra ham de cōsensu vxoris sue: im-mo ipsa supplicāte accessit ad agar. Nō enim vir habet ptā-tem sui corporis/ sed mulier: ⁊ ediuerso: vt dicit Apost. i. ad Corint. vii.

¶ Septima questio est de ea-dem saray de qua querit̄ cur expectauit decenniū postquā habitare cepant in terra cha naan: priusquā daret ancillam suam viro suo vxorē: vt habet̄ in textu. Ad hoc respōdēt nō-nulli doctores hebrei ꝙ hoc iō qꝛ tātum tēpus currere debe-bat ad experiendū fecundita-tem aut sterilitatē vxoris. Qꝫ si nō cōcipiebat infra tale tē-pus/ tunc rōne sterilitatis po-terat vir cum alia cōtrahere etiam prima retenta.

¶ Sexta questio est de predi-cta Saray: de qua querit̄ cur dn̄s conclusit illā ne pareret. Responsio. vt cōceptio ⁊ par-tus isaac filij sui mirabilior ap pareret. Fuit enī mirabiliꝰ ꝙ mulier senex ⁊ sterilis pepere-rit/ꝙ̄ si fuisset iuuenis et fe-cunda. Sicut ergo christus di xit de ceco nato/ ꝙ natus fue-rat cecus vt manifestarentur opera dei in illo: ita etiam in proposito. Sed de hoc plenius dicetur in sequentibus.

¶ Moraliter. Abrahā est ho-mo qui habet vxorē ⁊ ancillam Uxor sua noīe Sara designat animā. Ancilla ꝟo dicta agar carnē. Sara ergo. i. aīa de se est sterilis: qꝛ de se ⁊ secūdum se nihil potest operari vel face re: nec partum cuiuscūꝗ boni operis saltē exterioris potest generare: cū nō habeat orga-na. Et ideo oportet ꝙ ancilla eius. i. caro pariat filium. i. fa-ciat opus bonum: quia licet or dinatio ⁊ directio boni operis a ratione procedat sicut a do-mina: tn̄ a carne ꝓcedit illius execucio sicut ab ancilla.

¶ Allegorice. Abrahā est deꝰ cuius prima vxor fuit synago-ga: que a pricipio fuit sterilis Nihilominꝰ i fine genuit Isaac qui interpretat̄ risus vel gau-dium: ⁊ ideo recte xp̄m signifi cat: qui est gaudiū beatorum. Joā. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verū deū: et quē misisti Jesum xp̄m. Ancil la huiꝰ sare est ecclesia xp̄ia-na/ collecta primū ex gentibꝰ. Gentiles nēpe primo cōcepe-runt xp̄m p fidē ⁊ gratiā: dein de iudei: ⁊ signanter q̄ ad eos qui erunt in fine seculi: qꝛ tūc reliquie israel salue fiēt: vt ha betur Esaie. x.

¶ Anagogice. Saray q̄ vno modo interpretatur princeps mea: recte significat ecclesiā triūphantē: que est valde ma-gna princeps ⁊ sponsa dei oīpo tētis: habēs sub se multos sub-ditos: vcꝫ angelos/ pr̄iarchas/ ꝓphetas/ apl̄os/ martyres/ cō fessores/ sacras virgines/ atꝙ ceteros electos. Hec tamē Sa ray ante filij dei incarnationē ex quo sanctos angelos genue rat/ erat quasi sterilis: qꝛ nul-los filios in vtero suo incorpo-rabat. Propter qḋ merito po-terat pie conqueri ⁊ dicere cū vxore Abrahe. Ecce conclusit

me dñs ne pareret: qr ipe dñs in penam peccati primi parentis neminē sinebat intrare celum. Agar autē ancilla huius magne pncipis/est ecclesia militās/q̄ est quasi ancilla ecclesie triumphātis. De consensu ergo ⁊ ad instātiam Saray.i. ecclesie triumphantis/ingressus est Abrahā.i. dei filius ad agar: hoc est ad ecclesiam militantem/qñ natus est ex Maria virgine. Et stati ex tali ancilla ecclesie triūphantis suscepit filium/scz populum fidelem: de quo perāplius dicetur in sequenti clausula.

¶ Secunda clausula.

¶ At illa concepisse se vidēs/despexit dñam suam: dixitqȝ saray ad Abrām. Iniq̄ agis cōtra me. Ego dedi ancillam meam in sinū tuum: q̄ vidēs ꝙ cōceperit/despectui me habet. Iudicet dñs inter me ⁊ te. Cui respōdit Abrā. Ecce ancilla tua i manu tua est/vtere ea vt libet. Affligēte igitur eam Saray fugam iniit.

¶ Historialr. Postqȝ in precedenti clausula egit moyses de sterilitate Sare vxoris Abrahe/ob quam causam illa dedit viro suo ancillam suā in vxorē/ vt sic saltē ex ea suscitaret vir suus semē quod esset suum per adoptionē: hic cōsequēter tangit ingratitudinē dicte ancille. Nam postqȝ ipsa vidit se cōcepisse ex abrahā/ statim cōtempsit dominam suam. Volebat enim esse pncipalis vxor Abrahe: ⁊ ꝙ Sara esset quasi ancilla sua/ sicut et ipsa prius extiterat ancilla illius. Ecce qȝ ingrata extitit agar ad dñam suam/que cū eleuasset eam ad tantū honorem vt esset cōiunx mariti sui/ voluit postmodum eam omni honore priuare/ ⁊ q̄si a cōsortio viri separare: ⁊ hoc signanter postqȝ vidit.i. sensibiliter perpēdit se cōcepisse. Vel iste despectus fuit ꝙ non ita dñe sue hūiliter loq̄batur nec obseq̄bat̃ sicut prius. Circa qđ sciendū ꝙ licet Agar esset prius bona ⁊ deuota puella: ⁊ dñe sue plurimū obsequiosa: qr tamen non erat in bono virtutis cōfirmata: postqȝ fuit cōiuncta Abrahe in matrimonium/ ⁊ sensit se ab eo cōcepisse/estimauit ꝙ omnia bona pmissa abrahe q̄ ad semen suum cōplerētur in sua prole. Vnde ex hoc prupit in quandā elationem: despectui habēs dñā suam tanqȝ a diuino promisso repudiatam. Adhuc eñi latebāt magna dei secreta quo ad ipsam Saram. Vidēs ergo Sara taliter se cōtēni ab ancilla sua/ hoc totū attribuens viro suo qui eam super hoc non reprehēdebat/ait illi: Inique agis cōtra me. Ac si aperte diceret. Puniat te deus: qr non iudicas iter me et ācillā meā. Forsan eñ ille nimis dissimulabat iniuriam sibi factam ab ancilla sua. Cui ille: Ecce ancilla tua in manu tua est.i. in potestate tua ad castigandum vel humiliādū eam sicut tibi bonū videt̃: tamē: fm rectam rationē. Cūqȝ affligeret eam Saray/illa fugā iniit. Non est tñ verisile ꝙ mulier tā sancta ⁊ modesta affligeret eam iniuste: vt dicit de lyra: sed mode=

rate eā castigabat/atq; ratio= nabiliter humiliabat/scz depu tando eā humilib⁹ obsequijs/ ad reprimendum eius presum ptionē: que quidem humiliatio erat ipsi agar afflictio: eo q ex elatione volebat se pferre dñe sue/ vt dictū est. Fugam ergo inijt/scilz versus terrā egypti vnde orta erat. Circa aūt hūc textū mouēt alique qstiones.

¶ Prima igitur questio. Cur Saray nō correxit in propria ancillā suā? Responsio. In hoc enim facto voluit deferre viro suo. Erat eñ abraham discre= tior ad informandū eam/ ⁊ po tentior ad corrigendū. Uel for te timebat ne facto aduersus eam insurgeret si illā corrige re attētaret. Insup quia mu= lier pna est ad iram: ideo Sa= ray timuit ne inter puniendū dictam ancillā ira in ea suscita= tareť ⁊ excresceret / iustitieq; limites excederet. Et ideo ad hoc vitandū maluit eam p vi= rum corrigi. Et quia ille non statim ipsam correxit cum pri= mū factum sibi innotuit/ ideo de tarditate sua ⁊ negligētia conquesta est dicens: Inique agis contra me.

¶ Secunda questio versať cir ca illud verbū Sare ad Abra= ham: Iudicet dñs inter me et te. Queritur ergo vtrū illi li= cuerit ita amare loqui. Uide= tur q nō: qr sic imprecabatur malum a deo sibi aut viro suo affuturum. Responsio. Uerisi mile est q illa pluries deposue rit querimoniam apud suū vi= rum cōtra dictā ancillā. Cūq; ille negligeret eā corrigere/ nec illa posset vlteri⁹ patiēter ferre verba et defect⁹ ancille ⁊ more muliebri prorupit in ver= ba vindicte. Uel etiam dici po test q ita dure locuta est non zelo vindicte/ sed iustitie/ totū cōmittens domino deo.

¶ Tertia questio. Utrum A= brahā licite tradiderit ancil= lam suā in manu vroris sue di= cēs: Ecce ancilla tua in manu tua ē/ vtere ea vt libet? Uide= tur q non: qr hoc erat ↄtra le= gem que dicit Deutero. xxiij. Non trades seruū dño suo qui ad te cōfugerit: sed habitabit tecū in loco qui ei placuerit. Idem autē iudiciū videtur es se de dña sicut de dño. Igiť. Dicendū q ille tantū ↄfidere poterat de bonitate saray cir ca Agar/ quam etiā expertus fuerat in hoc q eā eidē in vro rem tradiderat: q non opor= tuit timere qui iuste imo mul tum misericorditer se haberet ad eam. Uerbū autē legis siue dñi intelligitur qn seruus q= ritur a dño suo ad occidēdum siue mutilandū/ siue aliter in= debite flagellandū. Ideo sub= ditur. Sed habitabit tecū/ sci= licet quousq; quiescat ira dñi sui: ⁊ tunc reddi ei debet: cum sit res dñi sui/ sicut ⁊ alie res sunt restituende.

¶ Quarta questio. Utrū Sa= ray iuste afflixerit Agar pre= gnātem? Videť q nō: quia ex hoc poterat sequi abortiuum. Unde propter hoc periculū vi tandū valde grauiter puniun tur percutientes mulierē pre= gnantē: vt patz Exo. xxij. Re= spōsio. Duplex est afflictio/ vcz verbalis ⁊ verberalis. De pma non est verisimile q Saray ea

vteretur aduersus suā ancillā pregnātem/ nisi forsan multū benigne: maxime cū illa esset mulier sancta ꝛ tēperata/ atq; discreta: q̄ etiā valde affectabat videre fetū ex ancilla sua/ vt dictum est. Utebatur ergo aduersus eam correctione potius verbali q̄ verberali: quā quidem correctionem illa tanq̄ superba reputabat grauem afflictionem. Ex tali ergo correctione nullo mō natus erat sequi abortus in Agar.

¶ Moraliter. Per Abrahā significatur hō iustus. Per Saray vero q̄ interpretatur princeps mea vel dn̄a: designatur ratio: que debet in hoie principari ꝛ dn̄ari. Per Agar vero q̄ interpretatur sommiās festum/ insinuatur sensualitas/ q̄ non cogitat nisi festa ꝛ recreationes. Quandoq; autē vir iustus de iudicio rationis descēdit/ ꝛ sensualitati condescēdit eam fouendo ꝛ recreādo plusq̄ expedit: et tunc sensualitas videns se impiguatā despicit dominā suam rationē/ nolens ad eius obedientiā venire. Da exemplum de falcone volante post predā de licētia magistri sui/ qui postq̄ ceperit predā/ ꝛ inde saturatus fuerit/ nō vult vlterius redire ad magistrum suū: quinimo qn̄q; i perpetuū perdit. Ubi vero est macilentus ꝛ famelicus/ stati ad vocē mgr̄i redit. ita de sēsualitate.

¶ Allegorice. Saray q̄ interpretat pnceps/ ē nouū testm̄/ qđ hodie p dei grām obtinet pūcipatū in isto mūdo. Agar aūt vetus testamentū siue synagogā designat. In pmitiua ergo ecclia hec agar despiciebat dn̄am suā. i. grām noui testamēti/ siue eccliam xp̄i ppt cōceptū bonoꝝ operū q̄ iudicabat se q̄si i vtero gestare dū legalia studebat suare. Et de hoc despectu ꝛ arrogantia iudeoꝛū pie conq̄rebat saray. i. ecclia ad sponsum suū xp̄m/ dicens illō ps̄. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. Et alibi. Dn̄e q̄d multiplicati sunt q̄ tribulāt me? multi isurgūt aduersum me. Sed q̄d acciderit ancille predicte/ audiamꝰ. Profecto iusto dei iudicio illa afflicta est: qn̄ q̄dem tēplū destructū est: pariter et sacerdotium: atq; tādē fugā iniit/ qn̄ scz iudei p vniuersum mūdum post xp̄i resurrectionē sunt dispersi: ꝛ hoc ministerio Titi ꝛ Uespasiani. Et de tali fuga lōge añ pphetauerat ps̄. dicēs: Exurgat deꝰ ꝛ dissipent inimici eius: ꝛ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eius. Sicut deficit fumꝰ deficiant: sicut fluit cera a facie ignis/ sic pereāt pctōres. i. Judei a facie dei: tū in pn̄ti p eiectionē terre pmissiōis/ tū i futuro p carētiā dine visionis.

¶ Allegorice ꝛ secundo/ ꝛ q̄si prosequēdo allegoriam precedētis clausule: dicimus q̄ Sara prima vxor Abrahe fuit synagoga/ q̄ a principio fuit sterilis. Nihilominꝰ i fine gn̄auit Isaac. i. Christū: iuxta illō Jo. iiii. Salꝰ ex iudeis est. Ancilla aūt huius Sare est gētilitas/ siue ecclesia collecta de gētibus. Hec igit Agar videns se cōcepisse spiritum salutis/ cōtēnebat dominā suā. i. eccliaz de iudeis cōgregatam: pro eo

q dicti iudei dñm suum cruci
fixerunt. Unde postq̃ Apo.di
xit q in ecclia nõ est differen-
tia Judei et Greci, addidit.
Quid ergo habet iudeus gre-
co amplius? multũ inquit per
omnia. Roma.iij. In quib⁹ ver
bis vult innuere Apostolus q
nõ est distinctio inter iudeos
et gentiles q̃tũ ad iustificatio-
nem que fit per fidẽ, formatã
tamen charitate: qz omnes e-
gẽt gratia dei, vt dicit ibidẽ.
Nihilominus in multis alijs e-
rant meliores gẽtilibus, vt ibi
declarat.i. melioris conditio-
nis. Ex quibus oib⁹ possumus
cõcludere q agar nõ debebat
despicere dñam suã.i.ecclesia
collecta ex gẽtilibus nõ debe-
bat contẽnere ecclesiã congre
gatam ex iudeis: sed eã magis
honorare tanq̃ dñam suam: et
nequaq̃ cõtra eam supbire.

¶ Uel dic q etiã nos christia-
ni q̃ descẽdimus ex gentibus,
non debemus cõtra synagogã
iudeorũ superbire, siue eã vi-
lipendere, q̃uis sterilẽ et indu
ratam: sed debem⁹ ipsam q̃dã
reuerentia honorare: et hoc si-
gnãter pro eo q ab illa habui-
mus pricipia scripturarum et
fidei. Que etiã papa facere di
citur: qz scz rotulã legis moy-
si a iudeis sibi oblatam in die
consecrationis sue nullatenus
osculari dedignatur.

¶ Anagogice. Saray et Agar
due sunt secte angelorum. Sa
ray sectã siue partẽ angelorũ
bonorũ significat. Agar vero
sectã malorũ. Tunc ergo agar
concepit fetũ ex abraham qñ
angeli mali priusq̃ peccarent
dotati sunt a deo pulchritudi
ne mirabili donorũ naturaliũ.
Insuper et repleti gratia et vir
tutibus multis et magnis. Cũ-
q̃ viderent se tã perfectos, ve
lut ingrati nõ reddiderũt gra
tias factori suo: quinimo cõtẽ-
pserunt multos angelos alte-
rius secte: eo scz q essent pfe-
ctiores illis in naturalibus et
gratuitis. Et nota q hic nõ fit
cõparatio totius vni⁹ secte ad
aliam, sed aliquorũ ad aliquos.
Uerisimile em̃ est q cũ primũ
creati sunt angeli a deo: multi
q̃ nũc sunt mali et reprobi, fue-
runt tũc superiores et pfectio-
res in naturalib⁹ et gratuitis
multis alijs q̃ nũc sunt cũ deo.
Ecce eorũ conceptio, que fuit
in ipsis supbie occasio. Tandẽ
ergo Saray ex voluntate abra
he affligit ancillã suam Agar,
qñ secta angelorũ bonorum de
voluntate dñi iniit preliũ ad-
uersus sectã angelorũ malorũ.
Quod illi attẽdentes, nec tan
tam afflictionem vltra porta-
re valentes, fugam inierũt, qñ
quidem de celo eiecti, in infer
num descẽderunt, q̃ p egyptũ
quo abijt agar, figurat: et hoc
propter nois interpretationẽ:
qz egypt⁹ tenebre interpretat.

¶ Tertia clausula.

¶ Cumq̃ inuenisset
eam angelus dñi iuxta fontẽ
aque in solitudine q̃ est in via
Sur in deserto, dixit ad illam.
Agar ancilla Saray, vnde ve
nis? et quo vadis? Que respon-
dit. A facie Saray dñe mee
ego fugio. Dixitq̃ ei angelus
dñi. Reuertere ad dñam tuã,
et humiliare sub manu illius.

¶ Historialiter. Postq̃ famu-

lus domini moyses in precedē ti clausula egit de īgratitudī ne agar erga dñam suam Saray/ que eam contēpsit postq̃ vidit se medio illius eleuatam ad cōsortium abrahe: propter quam causam iuste illā de con sensu eiusdē Abrahe afflixit saray: tandē vero illa fugā iniit: hic cōsequenter agit de consi lio qd sibi dedit angelus cum in fuga eēt/ dicēs ei: Reuertere ad dñaꝫ tuā ꝛc. Notandū ꝙ ꝙ cū agar esset egyptiaca/ et vidisset se in mala grā dñe sue Saray/ aut saltē illa ita opina batur/ decreuit exire domum eius/ ꝛ redire in locū natiuita tis sue/ scꝫ in egyptū. Cū itaqꝫ esset in via Sur q̄ per eremū ducit in Egyptū/ q̄ ipsa ire se festinabat: inuenit eam angelus domini iux fontē aque.i.iuxta puteū: qꝛ oīs puteus est fons: sed nō ecōuerso. Ignorabat eī viam p quā debe iet redire in pṫiam suā. Itē valde sitiebat. Et ideo ex ꝓuisiōe domini inuenit in via angelū quendam ī specie humana iuxta puteū: qui interrogauit eam dicens: Agar ancilla Saray: vnde venis? Uocat aūt eam angelꝰ ancillam/ vt iā ostēdat illi ꝙ non debebat supbire ꝯ dominam suam Saray. Ac si dicat. Aduertere debes ꝙ tu es seruilis cōditionis respectu Saray/ et ideo nō debes te illi preferre. Itē querit angelus ab ea: vnde venis? non qdē ex ignorantia/ sed vt expsius responsione efficacius eā corrigat. Que respondit: A facie Saray dñe mee ego fugio. Ecce q̃uo vera rio dat intellectū: vt habetur Esa.xxviij. In prosperitate nē pe agar spernebat dominam suam saray. Sed nūc in aduersitate posita eam vocat dñam suā: ꝛ incipit iam in corde suo humiliari. Ex quo ptꝫ ꝙ ꝓspe ra frequenter obsunt aīe: ꝛ ad uersa prosunt. Ad quam ange lꝰ. Reuertere ad dñam tuā: ꝛ humiliare sub manu illiꝰ. Hoc enim supple multū tibi: ꝛ fructui vteri tui proderit: sicut declarabitur in sequenti clausula.

¶ Queritur primo qs fuerit iste angelꝰ q remisit agar ad dñam suam saray? Rñsio. pōt ꝓbabiliter dici ꝙ iste fuit ille angelꝰ qui postmodū nūciauit ꝯceptionē isaac: vt legiꝰ post ea.xviij.c. Et hic creditur fuisse angelus Raphael q solet dirigere cōstitutos in via: sicut ptꝫ Thobie per plura capitula: vbi legiꝰ ꝙ duxerit ꝛ reduxerit Thobiam iuniorem vsqꝫ ad domum patris.

¶ Queritur scđo cur potiꝰ apparuit iste angelus agar iam existēti in deserto quo itur in egyptum: q̃ in domo abrahe? Rñsio. vt sic fatigata ex labore itineris faciliꝰ īduci possꝫ ad reuertendū in domū dñe sue: et se humiliandū sub manu illius. Nam vt iam dictū est: vexatio dat intellectū: ꝛ que sepe facere recusamꝰ in prosperitate/ libenter facimus ī aduersitate. Da exēplū de egrotante qui multa sumit que in sanitate abhorret etiā solū videre. Alia rō predicte apparitionis in deserto est: qꝛ existentes ī solitudine: ꝛ extra tumultū populi: sūt magis capaces

celestium apparitionũ ꝙ aliꝭ. Unde raro inueniũtur angeli hominib⁹ apparuisse aliter ꝙ in solitudine ↄstitutis. Et ideo verisimile est Agar nullũ habuisse in via comitatum / sed soliuaga incedebat.

¶ Querit̃ tertio: quõ ipsa Agar presumpsit solitaria peragrare tantũ terrarũ spatium: vtpote a terra chanaã vsqꝫ in egyptũ: vbi etiã necessario habebat transire ꝑ deserta loca: que etiã sunt horrida viris fortissimis / ꝗtũcũqꝫ in vnũ bene adunatꝭ ⁊ stipatis armis ⁊ gladijs? Respõsio. agar cũ primũ exiuit domũ abrahe / satis festinãter ⁊ impmeditate siue indeliberate exiuit: ⁊ ideo nõ cogitauit tũc de periculo viarũ: sed tãtum de fuga: vt sic subterfugere posset disciplinam dñe sue. Postmodũ autem cũ experta fuit discrimina viarũ deserti / cepit tedere: ⁊ pre lassitudie atqꝫ pauore iuxta fontem aque in solitudie sedere: apud se studiose cogitãs quid nam agere deberet: marie cũ adhuc grãdis illi restaret via. Cumqꝫ esset in tali ac tanta solicitudine / apparuit illi angelus dñi / cõfortãs eã: ⁊ salubre prebẽs eidem cõsilium dicẽs: Reuertere ad dominã tuã ⁊c.

¶ Moraliter. Agar vt dictũ est in precedẽti clausula / designat sensualitatem / que refugit seruire et obedire spiritui siue rationi. Hanc itaqꝫ agar angel⁹ dñi volens reuocare ad seruitiũ rationis / loqͬtur ei in solitudine: dicẽs illõ Osee. ij. Ducam eã in solitudinem: ⁊ loquar ad cor el⁹: ⁊ dicã ei: supple qđ sequitur. Agar ancilla saray vnde ⁊c.

¶ Circa quod notandum conformiter ad Petrum de palude ꝙ angel⁹ bonus nititur reuocare pauperẽ peccatorem per ꝗdruplicẽ cõsideratione̅.

¶ Prima igitur vocatur cõsideratio amissionis tẽporis. Agar inquit. agar em̃ interpretatur festũ vigilie. Pctõres nẽpe faciunt nũc festum qñ est tẽpus vigilie festi celestis glorie. Et ideo tunc faciẽt velint nolint vigiliã post festum. Similes ĩ hoc aliq̃ mõ leoni: qui ꝗuis per totã vitã suã impetret alijs bestijs: nihilomin⁹ in morte lachrymatur. Hoc etiã innuit Aposto. ad Gal. iiij. vbi ait ꝙ agar in seruitutẽ gñat. Ecõtra aũt iusti ⁊ electi ĩ pñti faciũt vigiliam: ⁊ in futuro festum iocũdissimũ / in hoc similes cygno: qui per totã vitam suã abstinet a cantu. Tãdem tñ in morte cantat. Propter quod cygnus a canendo est dict⁹. Unde Eccl's. iij. Tẽpus flendi: scꝫ in pñti: ⁊ tẽp⁹ ridendi: supple in futuro.

¶ Secũda cõsideratio ꝑ quã angel⁹ nititur reuocare pctõrẽ ad domũ celestẽ / vocat̃ cõsideratio perditionis tẽporis que notat̃ cum subdit̃ ancilla. Seruus em̃ ⁊ sitr̃ ancilla quicquid lucrant̃ totũ dño suo acquirũt: vt hr̃. l. prima que incipit excepta. C. per q̃s psonas nobis acquirit̃. ita in ꝓposito pctõr qui est seruilis cõditionis quo ad diabolũ: qꝛ q̃ facit pctm̃ / seru⁹ est pcti: vt dr̃ Joã. viij. q̃cq̃d facit: totũ acquirit dño suo diabolo: ⁊ signãter in

faciẽdo opa q̃ sunt de gñe ma lorũ. Qd̃ si cõtingat eũ facere aliqd de gñe bonorũ: siue illd̃ sit elemosyna: siue ieiunium: siue pegrinatio: aut sil'e: sepe tali operi se miscet superbia aut inanis gloria. Uñ in figurã hui⁹ legit̃ Exod. ij. q̃ filij israel seruierũt regi egypti in luto ꝛ latere: ꝛ edificabãt vrbes: nõ quidẽ sibi: sed regi egypti. Sicut ei phenix ꝯgregat ligna quib⁹ cõburitur: sic qui fouet ꝛ nutrit delicate carnẽ suã: nõ facit aliud q̃ parc materiã igni inferni: maxie cũ pinguedo sit nutrimentũ ignis. Ex quo cõcludere possum⁹ q̃ nutrire carnẽ suã delicate/ est labor perditus.

¶ Tertia cõsideratio p quã angelus nititur reuocare peccatorẽ/ vocatur amissio sancte societatis: q̃ notat̃ cũ subdit̃: vñ venis? Nã maxia pena peccatoris post hãc vitã est puari sancta societate xp̄i ꝛ sctõꝝ ei⁹. Uñ Aug. in Enchiridio. c. cxj. O q̃ta pena est exulare a regno dei: ꝛ carere tã magna multitudine dulcedinis dei quam abscõdit timẽtibus se: ꝛ quã pficit spantib⁹ i se. Hec ei pena tã grãdis est vt nulla possint tormẽta q̃ nouim⁹ ei ꝯparari. Hec ille. Itẽ Chry. hom. xlvij. Multi inqt hoim tm̃ gehẽnã formidãt. Ego aũt illius glie amissionẽ multo grauiorẽ gehẽna eẽ dico. Et post pauca lʒ inqt innumeras qs ponat ge hẽnas: tale nil dicet q̃le illa felici excidere glia: a xp̄o odio haberi: audire/ nescio vos ꝛc.

¶ Quarta cõsideratio /vocat̃ anxietas ꝛ miseria ad quã itur que notat̃ cũ subdit̃: ꝛ quo vadis? Uadit nẽpe miser pctõr q̃ ad corp⁹ ad putredinẽ mirabilẽ: q̃ vero ad animã vadit ad inferni dolorem. Nota de lapide pcioso allato alexãdro magno q̃ añq̃ aliquid apponeret̃ sup eũ pponderabat oibus alijs lapidib⁹. Sed modico puluere posito sup eũ/ nihil videbatur põderare. Sic nobiles ꝛ diuites hui⁹ seculi q̃ diu viuũt videtur multũ valere: ꝛ valde estimant̃. Sʒ postq̃ mortui fuerint: ꝛ terra sup eorũ cadauera supposita fuerit: iã nihil valere estimant̃: ꝛ vere sic est. Ecce igitur q̃druplex cõsideratio p quã angel⁹ bon⁹ nitit̃ reuocare paupem pctõrẽ a picu lo eterne dãnatiõis: ꝛ reducere eum ad viã eterne salutis.

¶ Moralr' ꝛ alit̃ agar ancilla sare ẽ caro q̃ dʒ aĩe subesse: alias dñam ancillari: ꝛ ancillã dñari: magna abusio ẽ: vt iqt Ber. Nihilomin⁹ freq̃nt̃ hmõi ancilla ꝯtẽnit dñaʒ suã: nolẽs illi subesse: et potissime postq̃ cõcepit abũdãtiã cibi ꝛ pot⁹. Quale igit̃ remediũ ad eã humiliãdũ? Certe castigãda ẽ ieiunijs ꝛ disciplinis. Itẽ rõ dʒ eã repmere ꝛ dicere. Agar vñ venis: ꝛ q̃ vadis? i. O paup peccator ꝯsidera pncipiũ tuũ ꝛ finẽ. Nã vtrũq̃ miserũ est: fedũ ꝛ abomĩabile: saltẽ ex pte corporis. Uenit ei pctõr ex pte carnis de limo t're: trãsit velocit̃ p miserias pñtis vite: ꝛ tãdẽ redit p mortẽ i cinerẽ ꝛ puluerẽ. Ecce q̃ eã sufficiẽs vna cũ dei adiutorio: ad faciẽdũ redire pctõrẽ ad deũ. Uñ in signũ huius suscipimus cineres in

fronte in die cinerum: dicēte ministro ecclesie. Memento o homo.i. ad memoriā reuoca: qr cinis es: ꝛ in cinerē reuerteris. Uel meditare vñ venis: ꝛ quo vadis. Eccli.vij. Memorare nouissima tua.i.tuū p̄ncipū ꝛ finē: ꝛ in eternū nō peccabis. Reuerti ergo debet miser pctōr ad dñm: castigādo corpus suū: ꝛ in seruitutē redigēdo per subiectionem ad rectā rationem.

¶ Allegorice agar que fugit a facie saray dñe sue/est synagoga iudeorū: q̄ fugit a facie ecclie catholice: nolens cū ea habitare: aut illi subijci. Angel⁹ autē reuocans eā: est sermo ꝓpheticus: qui si bñ ꝛ diligēt īspiciat/ clare videbit ꝙ eā reuocat ad vnitatē militātis ecclesie. Et bñ dicit ꝙ angel⁹ inuenit agar iuxta fontē aque in solitudine: qr iudaic⁹ popul⁹ sedet iuxta fontē sacre scripture quā tenet sup̄ficialiter: sed de tali fonte nō bibit: qr nō plene intelligit eā: ꝛ q̄si Tantalus in medijs aquis existens nō bibit. Itē esuriens sedet ad mēsam diuersis ferculis ornatā. Itē dict⁹ populus est tanq̄ puer de quo Jo.vj.dr ꝙ habebat q̄nq̄ panes ordeaceos: nec tñ manducabat. Si igit dicta agar.i.iudeoꝝ synagoga interroget sub his ꝟbis: Agar ancilla saray.i. ecclesie xp̄iane: vñ venis aut quo vadis? Utiq̄ rñdere poterit et dicere. Ego ex deo veni: qr ipe dñs olī iudeis legē dedit. Sz ꝓh dolor ipsi ad terrā miserie ꝛ tenebrarū vadūt. Insup dicta ancilla vtiq̄ rñdere poterit ꝛ dicere. A facie domine mee ego fugio. Ipsi em̄ iudei fugiūt a facie dñe sue.i. ecclie militātis. Quāuis em̄ olim viderit xp̄m miracula facientē: insup sufficienter cognoscant voces ꝓphetarū q̄ p oē sabbatū publice in synagogis legūtur: nolūt tñ dñe sue obedire. Et qḋ miꝝ est/ sunt plres inter eos sciētifici viri q̄ apte cognoscūt ꝓphetias ꝛ figuras q̄ de xp̄o sunt scripte/ esse iāiam īpletas. Insup bñ cognoscunt fidē nostrā esse meliorē sua: vtpote tot ꝛ tātis miraculis corroboratā: quib⁹ oībus nō obstantib⁹ nolūt obedire ecclie xp̄iane: nec ad illā redire fidē catholicā suscipiēdo: nec silr sub manu illi⁹ humiliari: iurisdictioni eiusdē parēdo. Circa tñ finē seculi ista agar reuertetur ad dñam suā ecclesiam catholicā: et hoc ad predicationem Enoch ꝛ Helie.

¶ Mystice agar fugiēs dñam suā saray: ꝛ cui p̄cipit ab angelo vt ad eā redeat: ꝛ se sub manu illi⁹ subijciat: designat sectā hereticorū: q̄ se separāt ꝓ libitu suo a ptāte ꝛ iurisdictione atq̄ recta fide dñe sue ecclesie scz xp̄iane xp̄i vnice spōse. Habitat aūt dicta agar iuxta fontē aq̄ in solitudine: qr heretici querunt solitudines ꝛ p̄tialitates: qr apud eos vn⁹ sic: ꝛ alius aliter incedit. Insup apud eos tot sunt fōtes aq̄: q̄t sunt heresiarche: siue nouarum heresum ꝛ p̄uersorum dogmatū inuētores: vt notat xxiiij.q.iij. q̄dā aūt heretici. Sūt etiā int eos nōnulli q̄ nō effodiūt nouos fontes: sed tm̄

antiquos renouāt. Hi sunt qui nouas hereses nō suscitāt: sed ab antiquo inuētas et reproba tas renouant: queadmodum proh dolor hac tēpestate euomuit qdā infelix german⁹ dictus lutherus: multos ad suā pditā sectam trahens: qs totaliter reducere ad saray .i. fidē rectā pdifficile est. Si aūt interroget hec agar .i. hereticorum secta vñ veniat: et q̄ vadat: ad pmū vtiq3 rñdere poterit q venit et ortū habet a su pbia et vana gloria: vt notatur xxiiij.q.iij. heretic⁹. vbi loquitur Aug. ita dicens. Heretic⁹ est qui alicui⁹ tpalis cōmodi: et maxime vane glie: principatusque sui gra falsas ac nouas opiniones vel gignit vel seqt. Itē ortū habet a psumptione ppriij sensus: vt notat vbi.s.c. qd aūt. Propterea idē Aug. sup ps. exponens illud verbū: mōtes in circuitu ei⁹: dicit q nō fecerūt hereses nisi magni hoīes in pprio sensu nimiū cō fidētes: aliorū etiam sapiētiorū opiniones reprobātes. S3 qtum magni: tm mali mōtes. Hec ille. Ad scdm sil'r rñdere pōt dicta secta hereticorū: q vadit in infernū. Unā athanasius i symbolo qd incipit: qcū q3. Hec (inqt i fine) est fides catholica: quā supple pri⁹ descripsi: quā nisi quisq3 integram inuiolatāq3 seruauerit: absq3 dubio in eternū pibit. Ecce ergo vnde venit et q̄ vadit nequissima agar .i. heresis. S3 quid est q angelus monet agar vt redeat ad dominam suam: et humilietur sub manu illius: nisi q ecclesia primū admonet hereticos redire ad vnitatem ecclesie catholice: amplexādo fidem illi⁹. Qui postq̄ fuerit grose admoniti: nec se correxerint: sunt oīno vitandi iuxta doctrinā apli ad tit. iij. dicentis. Hereticū hoīem post vnā et scdam correctionē deuita: sciēs q2 subuersus est qui eiusmodi est. Hec ille.

¶ Anagogice agar significat populū catholicū: Saray aūt ecclesiam triūphantē. Accidit aūt interdū vt aliquis de populo catholico per peccatū et demeritorie recedat ab obediētia ecclesie triūphantis: et hincinde vaget sequendo voluptates suas. Postmodū vero deo miserante et inspirante intrat talis desertū penitētie: et stat ibi iuxta fonte aque plorando pctm per qd meruit pūari consortio sare .i. ecclesie triūphantis. Hinc ps. i psona verorū penitentiū et peccata sua defletiū loquit dicēs. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dū recordaremur tui sion. Siō est ecclia triumphans ad quam ius acquirit oībus xp̄ianis in baptismo: iuxta illd Mar. vlti. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Sed tale ius perdit p peccatū. Quod animaduertentes veri penitētes dicūt cum fletu et lachrymis. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dū recordaremur tui sion .i. ecclesie triūphantis: ad quam aliqñ ius habuimus: sed totum per peccatū perdidimus. Ad hunc itaq3 penitētē mittitur angelus/id est illuminatio in-

terioris hominis: que facit eũ cognoscere vnde veniat: aut quo vadat: ita vt fateatur pec catũ suũ ꝛ reatũ| dicẽs humi liter. A facie saray dñe mee. i. a pñtia ecclesie triũphantis: ego fugi: scz peccando: ita vt nõ sim dignus vlteriꝰ ad eam redire. Ubi ergo taliter se hu miliauerit penitẽs| tandẽ in fi ne vite sue audiet dñm dicen tem. Reuertere ad dñam tuã: scz ecclesiã triũphantẽ: ꝛ hu miliare sub manu illius. Ac si apte diceretur ꝙ optimũ re medium redeũti illic est humi litas: quia omnis qui se humi liat| scilicet in presenti eccle sia militãte: exaltabitur in fu turo: videlicet in ecclesia triũ phante. Et nota ꝙ hec expos tio licet incipiat a sensu mora li: terminatur tamẽ ad anago giam: vt ptz intuenti.

¶ Quarta clausula.

¶ Et rursum. Multiplicans inquit angelus mul tiplicabo semen tuũ: ꝛ non nu merabitur pre multitudine. Ac deinceps: ecce ait cõcepi sti: ꝛ paries filiũ: vocabisqꝫ no men eius ismahel: eo ꝙ audi erit dñs afflictionẽ tuã. Hic erit ferus homo: manus eius cõtra oẽs: ꝛ manus omniũ cõ tra eum: ꝛ e regione vniuerso rum fratrum suorum figet ta bernacula.

¶ Historialiter postqꝫ in pre cedenti clausula ostẽdit Moy ses salubre cõsilium quod de dit angelꝰ agar cum fugeret a facie saray domine sue: hic consequenter agit de promis sione quam fecit idem angelꝰ in persona domini eidem agar de multiplicatione seminis sui dicens. Multiplicãs multipli cabo semen tuum. Qr enim an gelus dñi vidit agar monitis suis libenter acquiescentẽ cũ scz cũ monuerat vt reuertere tur ad dñam suam: ꝛ humilia retur sub manu illiꝰ: ideo nũ ciauit ei bonos rumores de fu turo: ꝛ hoc ex pte dei dicens. Multiplicãs multiplicabo se men tuũ. Hec autẽ promissio angeli loquẽtis i persona dñi fuit impleta in sarracenis qui agareni ꝛ nõ sarraceni debe rent appellari: eo ꝙ descende runt ab agar per Ismahelem filiũ eius. Sed vsurpauerunt sibi falso nomẽ a sara tanqꝫ a li bera ꝛ digniori. Qui quidẽ sar raceni sunt valde multiplicati super terrã. Unde de tali semi ne dicitur in textu ꝙ non nu merabitur. i. difficulter nu merabitur pre multitudine. Quod autẽ dicitur per angelum: Multiplicans multiplica bo semen tuũ: ita dicitur ge minando ad maiorem atqꝫ fir miorem promissionis certitu dinẽ. Sequitur. Deinceps ec ce ait. supple angelꝰ ad agar: concepisti ꝛ paries filium ꝛc. De lyra dicit ꝙ in hebreo ha betur. Ecce cõcipies. Dicunt enim hebrei ꝙ agar passa fue rat abortum: ꝛ hoc in penam cõteptus dñe sue saray: ꝛ sup bi recessus sui ab ea. Item ex labore itineris in fugiendo. Sed cũ acquieuit angelo mo nenti eam vt rediret ad domi nam suam: ꝛ se humiliaret sub

manu illius: dominꝰ qui humi
lia respicit: ⁊ alta a longe con
spicit: viuificauit fetum agar
in vtero suo extinctum: atque
adhuc ibi quiescentē. Et hec
viuificatio vocatur hic ab an=
gelo conceptio de nouo. Et q̄꞉
ista expositio est scd̄m literam
hebraicā: vt dicit idem de ly=
ra: ⁊ satis cōsona litere sequē=
ti: ideo scꝫ hoc potest exponi
translatio nostra cū dicit. Ec=
ce cōcepisti: scꝫ per concubitū
abrahe: sed nunc iterum cōce
pisti diuina virtute fetum ex=
tinctum viuificāte. Et ꝓpter
ratione huiꝰ miraculi pōt ra=
tionabiliter dici ꝙ prenoīatꝰ
est puer anteꝗ̄ natus/ scꝫ per
angelum: ⁊ secundū proprieta
tem miraculi facti. Ideo seq̄=
tur: Vocabisq̄ nomē eiꝰ Isma
hel: quod interpretat̄ exaudi=
tio dei. Ideo seq̄tur: eo ꝙ au=
dierit dn̄s afflictionem tuam/
in hoc scꝫ ꝙ ipsa passa fuerat
abortum: ⁊ deꝰ viuificauit ab=
ortiuum. Vel afflictionē agar
vocat eius humiliationem: eo
scꝫ ꝙ libenter ad vocē angeli
voluit reuerti ad dominā suā
Saray. Non em̄ potest hoc in=
telligi de afflictione quam fe=
cerat sibi Saray: quia illa fue
rat iusta ⁊ rationabilis/ vt su=
pra dictum est.

¶ Sequitur in textu. Hic: sci=
licet filius tuus ismahel: erit
ferus homo: id est durus cru
delis et rusticus. Talis etiam
erit populus qui nasciturꝰ est
ex eo: vt sunt sarraceni. In he
breo autē dicitur sic. Hic erit
siluester homo: id est diligens
siluas et venationes: quia fa=
ctus fuit iuuenis sagittarius:
vt dicitur in sequentibus. xxi.
capi. Manus eius contra om=
nes ⁊c̄. Quia illi qui exierunt
de eo/ habitātes in deserto fre
quenter faciebant insultū his
qui habitabāt in circuitu de=
serti: et econuerso illi resiste=
bant eis. Unde et adhuc vide=
mus ꝙ moderni sarraceni sūt
infesti multis nationibus ⁊ po
pulus. Quasi dicat ꝙ populus
ex eo descensurus: erit valde
bellicosus: impugnās vicinos
ex omni parte. Et vice versa
ceteri populi vicini impugna=
bunt eum. Et e regione: id est
ex opposito: vniuersorum fra=
trum suorum: descendentium
de Abraham sicut ipse: figet
tabernacula: id est tētoria si=
ue papiliones/ sicut fit in exer
citibus quando sunt in cāpis.
Figet autem huiusmodi taber
nacula ad bellandum contra
vniuersos fratres suos. Dicit
tamen Josephus ꝙ hoc nō de=
bet referri ad ipsum ismahe=
lem: sed ad filium eius qui di=
ctus est cedar.

¶ De isto etiam cedar dicit
Methodius: prout refert Pe=
trus comestor: ꝙ quatuor prin
cipes de genere ipsius Isma=
helis: quos et filios vinee vo=
cat: forte quasi pre ebrietate
absorptos a vino/ oreb/ zeb/ ze
bee / et salmana: egressi sunt
de solitudine contra filios Is=
rael. Qui victi per Gedeonem
vt legitur Judicū. vij. retrusi
sunt in solitudinē de qua exie=
rant. Unde psalmista loquens
ad dominū ait: Pone pricipes
eorum sicut oreb/ zeb/ ⁊c̄. Qd
vero hic dicitur de ismahele:
Hic erit ferus homo: Hebrei

dicũt phara: qđ sonat onager. Propter hoc vt dicit methodi⁹, dictũ est. Onagri ꝛ capree a deserto omnẽ bestiarũ supgredientur rabiẽ: ꝛ mansuetorũ numerus cõteretur ab eis. Dicit etiã de filijs ismahel sic: Futurũ est autẽ vt exeant adhuc semel, et obtinebũt orbem terre ꝑ octo hedomadas annorum: ꝛ vocabitur iter eorũ via angustie: quia patrẽ illorũ Ismahel vocauit dñs onagrũ. In sacris locis occident sacerdotes, ꝛ ibidem cũ mulieribus dormient. Ad sepulchra sanctorũ religabũt iumẽta: ꝛ hoc pro nequitia christianorũ qui tunc erunt: de quibus dr̃. ij. ad Tim. iij. In nouissimis diebus erũt hoĩes seipsos amãtes ꝛc. Hec igit̃ est ꝓphetia methodij de Ismahelitis sarracenis, quã refert Petrus cõestor in historia scholastica sup Geñ. c. xlix. Ubi etiã in additione sic dicit̃. Legitur in vita clementis ꝙ Abraham alium habuit filium de agar: qui dictus est Eliesdros: a quo Perse duxerunt originem. Hec ibi.

Circa autẽ hunc textũ mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ est tale. Cur dñs presciꝰ futurorũ voluit semen ꝓcessurũ ex ismahel adeo multiplicari: vt vix numerari posset: cũ ipsum sciret futuꝝ malum? Nullus eñ prudens agricola seminat in agro suo sciẽter semen malum sed ipsum precauet ꝙtũ põt. Seminat autẽ semen bonũ: vt habetur in parabola que legit̃ Matth. xiij. Istud dubiũ inuoluit materiã de predestinatione: cur scilꝫ dñs ꝓducit in esse eos quos scit finaliter dãnandos. Similiter et materiã de dei ꝓuidentia. Dicendum igit̃ ad dubiũ cõformiter ad beatũ Tho. j. parte. q. xxij. artic. ij. in solu. ad secundum: ꝙ aliter est de eo qui habet curã alicuius particularis: ꝛ de ꝓuisore vniuersali. Nam ꝓuisor particularis excludit ꝙtum potest defectum ab eo qđ eius cure subditur. Sed prouisor vniuersalis permittit aliquẽ defectũ accidere in aliquo particulari ne impediatur bonũ totiꝰ. Unde corruptiones ꝛ defectus in rebus naturalibꝰ dicunt̃ esse cõtra naturã particularẽ. Nihilominus sunt de intentiõe nature vniuersalis: inꝙtum scilꝫ defectus vnius cedit in bonũ alterius: vel etiã totius vniuersi: scd̃m ꝙ dicitur ꝙ corruptio vnius est generatio alterius ꝑ quã species conseruat̃. Cũ igitur deus sit vniuersalis prouisor totius entis: ad ipsiꝰ prouidentiã pertinet vt ꝑmittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibꝰ rebus ne impediatur bonũ vniuersi perfectũ. Si eñ oĩa mala ipedirẽtur: multa bona deessent vniuerso. Nõ eñ esset vita leonis si non esset occisio aĩaliũ. Nec esset patiẽtia martyrũ si nõ esset persecutio tyrãnorũ. Propterea dicit Augu. in enchiri. ꝙ oĩpotens deus nullo modo sineret malũ aliqđ esse in operibꝰ suis nisi adeo esset oĩpotens et bonus vt bñfaceret etiã de malo. Hec beatus Tho. vbi supra. Ptꝫ ergo cur dñs deus ꝓducit hoĩes quos

scit perpetuo dannandos: nec talis prescientia imponit eis necessitatem vt sint aliquã mali: sed hoc totũ dependet ex malo vsu sue volũtatis siue liberi arbitrij. Unde idem btũs Tho. vbi supra articu.iij. in solu. ad tertiũ. reprobatio inquit dei nõ subtrahit aliquid de potẽtia reprobati. Unde licz aliquis nõ possit gratiã adipisci q̃ reprobatur a deo: tamen ꝙ ipse in hoc peccatũ vel illud labatur/ cõtingit ex eius libero arbitrio. Unde et merito sibi imputatur ad culpam. Sequens insup dãnatio sibiipsi iputari debet: qr voluntarie peccando in illã incidit. Hinc Ozee. xiij. dicit dñs. Perditio tua israel ex te: tñmodo in me auxilium tuũ. Põt etiã assignari ratio cur dñs malos pmittit in presenti multiplicari: vt scilz per eos boni exerceanť. Unde Augusti. sup psal. No puteris inquit gratis esse malos in hoc mũdo: et nihil boni de illis agere deũ. Nã ois mal⁹ aut ideo viuit vt corrigať/ aut vt p illum bonus exerceatur. Hinc etiam Ambro. sup psal. Beati immaculati. ser. xiiij. Tolle inquit psecutores et tyrannos/ et martyres desunt. Hec ille.

¶ Scdm dubiũ versatur circa illud verbũ angeli ad agar loquentis in persona dñi et dicẽtis. Multiplicabo semẽ tuum/ et nõ numerabiť pre multitudine. Queritur ergo qđ semẽ est magis multiplicatũ: vel semen qđ descendit de abraham per agar: cuius initium fuit ismahel: vel illud qđ descẽdit ab eodẽ abraham per Saray: cuius etiam origo fuit Isaac. Semen malum p agar/ et semẽ bonum p Saray. Videť ꝙ semen descẽdens p ancillam fuerit magis multiplicatũ: qr de eo hic dr̃ ꝙ non numerabitur pre multitudine. Simile autẽ verbũ nõ diciť de semie descẽdente p liberã. i. p Saray. Dicendum ad hoc ꝙ semen descẽdens per agar fuit et est vsqꝫ hodie magis multiplicatũ q̃ꝫ reliquum descẽdens p Saray: qđ sic ptz. Nam ipsi agareni q̃ se nominant sarracenos/ et non sunt: qr nõ descenderũt de sara: sed de agar: ipsi inqꝫ hodie occupant totã aphricã: similiter et maximã partem asie: insup et europe magnã partẽ. Cuius quidẽ multiplicatiõis ratio est: quia possunt hr̃e plures vxores: et cũ sint valde dediti lubricitati et voluptati: nõ mirũ si ita multiplicanť. Secus autẽ de iudeis q̃ descenderunt p Isaac. Hi eñ legẽ matrimonij seruant: ita vt vna sit vnius. vnde apđ eos morte plectitur q̃ ad aliã accedit: Idẽ etiã de muliere coniugata.

¶ Tertium dubiũ oritur occasione eoꝝ que dicta sunt immediate supra de sarracenis. Queritur ergo de talib⁹ vtrũ aliquo iusto titulo vel ratione bona possint appellari sarraceni/ aut solũ agareni. Pro solutione premittẽdum ꝙ filij sunt duplices: scilz naturales siue carnales: et adoptiui. Primo modo predicti nõ possunt recte appellari sarraceni: qr nõ descenderunt de Sara: sed de agar: vt certissimũ est. Secundo modo autẽ possunt dici

sarraceni:pro eo scilz q' ismahel a quo descēderet fuit quodāmodo filius adoptiu' sare: qd sic patet. Nam cū ipsa sara videret q filiū hre nō poterat dixit abrahā viro suo: Ingredere ad ancillā meā si forte ex illa suscipiā filios:scilz adoptiuos. Ad hūc ergo sensum possunt agareni siue etiā ismahelite appellari sarraceni tanq filij adoptiui Saray.

¶ Moraliter z pmo. Agar cui reuertēti ad dn̄am suā pmisit angel' mltiplicationē seminis designat pctōrē ad deū p penitētiā redeūtē: et hoc interueniente diuina inspiratiōe:siue angelica monitiōe. Cuilibet g tali pmittit multiplicatio bonorum operū: iuxta illud Job xxij. Si reuersus fueris ad oīpotētē:supple per penitentiā cessando a malo/et faciēdo bonum (et bene dicit ad oīpotētem:qz ille solus pōt restituere gratiā/virtutes/ et merita vero penitēti q peccādo amiserat) edificaberis: supple intus in cōsciētia:in edificio virtutum:qd prius peccando destruxeras. Interdū etiā accidit vt peccator p penitentiam rediens ad dn̄m magis fructificet p abūdātiā seminis spūalis q ille q nunq mortaliter peccauit. Expertus em̄ qd mali z quid boni/vehemēter abominatur z abhorret peccatū: et ardenti desiderio fertur in bonū. Exēplum de Magdalena que post cōuersionē vehementer ardebat in xpi amore etiam plusq aplī. Unde de ea canit ecclesia dicens: Prima meretur gaudia que plus ardebat ceteris. Hinc Grego.in suo pastorali.c.liij. Sepe inquit nonnulli ad dn̄m post carnis peccata redeuntes tanto se ardentius in bonis operib' exhibent qto dānabiliores se de malis vident. Et sepe quidam in carnis integritate perdurātes cū minus se respiciunt habere qd defleāt:plene sibi sufficere vite sue innocētiam putant/atq ad feruorē spiritus nullis se ardoris stimulis inflāmant. Et fit plerūq deo gratior amore ardēs vita post culpam/q securitate torpens innocentia. Unde et voce iudicis dictū est de Magdalena: Remittūtur ei peccata multa quia dilexit multum. Et alibi idem iudex dicit: Gaudiū erit in celo sup vno peccatore penitentiam agēte magis q super xcix.iustis:quibus nō est opus penitētia. Plus nanq terrā illam diligimus que post spinas exarata fructus vberes pducit: q que nullas spinas habuit: sed tamē exculta sterilē segetē gignit. Hec Grego. vbi supra. Penitētes ergo plerūq sunt similes nōnullis militib' qui interdū terga vertunt cū preliandum est: sed postea ad se redeuntes/z ad prelium redeuntes hostem fortiter premunt. Et tales plus diligūtur a principe q hi qui nunq terga verterūt:et nunq aliquid fortiter fecerunt. Et tales gallice vocantur lasches godes. qd idem valet sicut remissi et lenti operatores.

¶ Moraliter et secundo sicut dominus multiplicat semen redeuntium ad eum per peniten

tiam: faciēdo eos proficere de bono in melius: secūdum illud verbum apostoli .ij. ad Cor. ix. Qui ministrat semē seminanti/ multiplicabit semen vestrū: et augebit incrementa frugum iustitie vestre: vt abūdetis rc. ita etiā per oppositū diabolus quātum potest laborat vt in malis et peccatoribus suis tētationibus multiplicet semen malum: quod nō potest in eis aliter seminare. In cuius figurā legitur Matthei .xiij. quod cū dormirent homines/ venit inimicus homo et superseminauit zizania i medio tritici et abijt. De hoc etiam historia legitur Joan. xiij. de iuda in cuius cor misit diabolus vt traderet magistrum suum iudeis. De isto etiam semine recte dici potest quod nō numerabitur pre multitudine: quia stultorum id est peccatorū infinitus est numerus: vt habetur Ecclesiastes .j. Huiusmodi autē semen cōcipitur intra secreta cordis siue interioris hominis per malū propositum. Nascitur vero per malam et iniquā operationē. Unde de peccatore dicit in psal. quod cōcepit dolorē .i. malū propositum: de quo dolere debet: et peperit iniquitatē .i. malā operationē: que dicit iniquitas .i. nō equitas: vt furari/ adulterari/ occidere: et huiusmodi. et talis partus vocat ismahel qui interpretatur auditus: quia mala operatio frequenter auditur ab alijs qui inde assumunt exemplum male vite. Hoc autem multum aggrauat dānationem taliter parturientis: iuxta illud Matth. xviij. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: inquit Christus: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: et demergatur in profundum maris: id est abyssi infernalis.

¶ Moraliter et tertio iuxta illud quod sequitur: hic erit ferus homo: manus eius contra omnes rc. Istud predictū fuit de ismahele: sed profecto hac tempestate idem verbum potest verificari de multis peccatoribus qui merito possent appellari ismahelite: id ē imitatores predicti Ismahelis. Sunt enim multi feroces aduersus proximos suos: et signāter principes tyrāni aduersus subditos. Tales nempe more ferarum seuiunt in subditos pauperes/ rapientes eorū modicam substantiā: vt impleant sua praua desideria. Tales etiam more ferarum vagantur per siluas et prata venationi vacando die festo sicut non festo: etiā plerūque pretermissis diuinis/ conculcantes prata et segetes pauperū agricolarum qui inde illis faciunt tributū. Denique spreto consortio aliorū volūt esse solitarij in ecclesia/ in mensa/ in via publica. Quod si aliquis simplex et pauper ad eos pro causa quātūcunque vrgēte accesserit: habet per interpositā personam suum negociū illis proponere/ aut a lōge eis loqui. Et ideo tales valde timere habent ne etiam post hāc vitam longe fiant ab ipsis pauperibus et simul et deo atque sanctis eius/ atque cū feris demonibus fiat illorū habitatio. Unde in figu-

ra taliũ dicit Dan.iiij.de Nabuchodonosor φ cũ feris deberet esse habitatio illius:similiter τ pabulũ eius. Sunt etiam tales feroces non solum facto τ opere:verũ etiam verbo τ sermone:cũ asperitate τ acrimonia loquẽtes ad subditos etiã plerũqȝ cum iniurijs τ opprobrijs:ita vt potius videantur loqui bestijs φ rationabilib⁹ creaturis:τ ad imaginem dei factis:necnon τ Christi sanguine redẽpt⁹ sicut τ illi: atqȝ forsan tandẽ in celum ascensuris/ qđ nõ illi nisi se correxerint ferocitatem suam deponentes. Hos itaqȝ feroces principes τ nobiles imitant̃ nõnulli prelati etiam abbates et priores/ q̃ more ferarũ sequestrãt se a cõsortio subditorũ tam in ecclesia φ in mensa/ φ etiam in cella: sed tenẽt statum suũ ad partẽ tanφ subditi nõ essent fratres eorũ:sed poti⁹ abiecte τ contẽptibiles psone indigne ɔsortio eoꝝ. Propter qđ sibi assumũt mangones scutiferos et nobiles/ preter id qđ intrinsec⁹ latet. Qđ si subditi bono zelo ducti loquant̃ de excessu et fastu eoꝝ: mox ferocitatẽ suã exercent in eos:tum verbo:tum facto. Propter que paupes subditi hec videntes ducũt vitam cũ amaritudine τ dolore. Bene ergo et recte tales prelati designãt̃ p ismahelẽ:q2 sicut predictũ fuit de eo p angelũ φ manus eius cõtra oẽs: τ manus omniũ ɔtra eum: ita etiã manus talium ferociũ prelatorũ sunt cõtra oẽs subditos/ forsan dẽptis aliquib⁹ officiarijs τ adulatoribus qui epulantur cum eis quotidie splendide. Et similiter vice versa manus omniũ subditoꝝ ɔtra eos: deponẽtes graues querimonias aduersus eos apud supiores: sed quia pecunie obediunt omnia/ τ munera excecãt/oculos potentum:ideo supportantur in malitia sua tam a visitatoribus φ alijs supioribus:quin immo plerũqȝ totũ põdus belli vertitur cõtra paupes subditos. Sȝ de his hactenus dictum sit:ne videamur ponere in celum os nostrum.

¶ Moraliter τ q̃rto. Agar est caro humana:ismahel fili⁹ ei⁹ est motus sensualitatis. Hic autẽ ismahel est ferus adeo φ nõ vult nec plene potest subijci rationi: sed velit nolit ratio talis motus insurgit in carne. Unde apo.ad Roñ.vij. Nõ qđ volo bonũ hoc ago:sȝ qđ odio malum/ illud facio. Manus autem huius ismahelis est cõtra omnes motus recte rationis: et econuerso.

¶ Mystice Ismahel est diabolus:qui est ferocissimus:iuxta illud verbũ beati Petri in sua prima canonica.v.c. Aduersarius indt vester diabolus tãφ leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret. Queãdmodũ ergo fere sunt naturaliter crudeles: ita τ diabolus aduersus hoĩes τ signãter in articulo mortis constitutos.in cuius figurã legitur Geñ.xxxvij.φ iacob audita morte filij sui Joseph/dicebat:Fera pessima deuorauit filium meũ Joseph. Sed quid est φ manus huius ismahelis est contra oẽs τ manus omniũ cõtra eũ:nisi φ diabolus φtũ

potest laborat vt impediat omnes ab ingressu celi/ et introducat secũ in gehennã: iuxta verbum Job.xl. dicẽtis. Ecce absorbebit fluuiũ/ et nõ mirabit: et habet fiduciã ꝙ influat iordanis in os eius. Ubi ꝑ fluuiũ significatur ꝑm glo.ordi. decursio humani generis: qd fluit in presenti instar fluuij. Per iordanem vero designant specialiter xp̄iani. In cui⁹ etiam signũ xp̄s in dicto fluuio inchoauit baptismi sacr̃m. Uult ergo dicere beatus Job ꝙ diabol⁹ adeo est insatiabilis de ꝑditione hoim/ ꝙ nõ solũ cupit deuorare infideles: verũetiam et fideles/ qui iam imbuti sunt sacro baptismatis. Ecce ferocitas eius. In quo etiã facto manifeste apparet qũo manus eius est ꝯ omnes. Expedit ergo humane saluti vt quasi ꝯpugnãdo omnes hoies oĩs status etatis debite et sexus leuẽt man⁹ ꝯ eum. Non qdem quasi confidentes in virtute ꝓpria: qꝛ nõ est potestas super terram q̃ valeat ei ꝯparari/ qui factus est vt nullũ timeret. Job.xli. sed potius confidẽtes in noie dñi. In cui⁹ figurã legitur.i.Reg.xvij. ꝙ Dauid preliaturus contra Goliath dixit ei: Tu venis ad me cum gladio/ et hasta/ et clypeo: ego aũt venio ad te in noie domini exercituum. Sicque inito prelio preualuit Dauid aduersus Philisteũ ĩ fũda et lapide. Applicatio ẽ facilis.

¶ Mystice et aliter. Agar est synagoga sathane/ q̃ circa finẽ seculi cõcipiet et pariet Antichristũ tanq̃ semẽ corruptum et reprobatũ a deo. Primõi aũt semẽ ĩ tantũ multiplicabitur ꝙ pene infinitũ erit. Iste etiã Ismahel erit valde ferus contra electos. Nã manus eius cõtra omnes tales/ q̃s varijs cruciatibus transmittet ad celos. Manus etiã eorũ ꝯ eum/ sicut signanter patebit de Helia et Enoch.

¶ Allegorice. Agar est virgo Maria. Semen eius est Christus: a quo nos xp̄iani dicimur et vocamur/ vt dictũ est supra. Hoc etiã semen quasi secũdarium beate virginis vel xp̄i valde multiplicatũ ẽ/ adeo vt numerari nõ possit. Primarium autẽ semẽ dicte agar recte potest appellari Ismahel. Ismahel em̃ interp̄tatur vir auditus dei. Sic est autem ꝙ xp̄s fuit semꝑ auditus seu potius exauditus a deo patre/ secundum ꝙ ipsemet dicebat in oratione quam fecit ante Lazari suscitationẽ. Scio (inq̃t) qꝛ tu semper me audis. Joã.xi. Iste igitur Ismahel fuit ferus malis: et valde dulcis et benignus bonis: et similiter peccatorib⁹ ad eum per penitẽtiam redire volentib⁹: sicut patuit in magdalena/ latrone/ Petro/ Mattheo/ Paulo/ et similib⁹. De feritate autẽ illius erga malos et obstinatos peccatores argumẽtum habemus in hoc ꝙ sepe quãdoq̃ reprehendit iudeos/ sicut patuit quãdo eiecit vendẽtes et ementes de tẽplo dicens. Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei domũ negociationis. Jo.ij. Unde etiam in signũ maioris seueritatis fecit tũc flagellum de funiculis. Itẽ de eius

seueritate in verbo hr̃ Matt. xxiij. qũo semel loquẽs scribis ꝛ phariseis dixit eis. Serpẽtes genimina viperarum / quõ fugietꝭ a iudicio gehẽne? Similiter habet in eodẽ capl'o ꝙ frequẽter vocauit dictos scribas ꝛ phariseos hypocritas: ꝛ multa similia. Eadem iste Ismahel ostendet suã seueritatẽ contra malos in iudicio generali: quandoquidẽ loquet tũc ad eos i ira sua / ꝛ in furore suo conturbabit eos / tũ reprehendendo eos de eo ꝙ nõ impleuerunt opera pietatis / tũ dicẽdo eis: Ite maledicti in ignẽ eternum ꝛc. Bene etiam dicit de isto Ismahele ꝙ man⁹ eius cõtra omnes / ꝛ manus omniũ cõtra eũ. Quod quidem verbũ potest exponi de vtroqꝫ aduentu. Et primo qdem de aduẽtu in carnẽ. Nam cũ aduenit tẽpus vt pateretur: ipe secundũ sensualitatẽ nolebat pati. Propter quod orauit ter patrẽ vt trãsferret ab eo calix mortis: nec tamẽ fuit exauditus. Tunc ꝗ man⁹ eius fuit quodãmodo cõtra oẽs qui volebãt eum pati. Nec tñ fuit ꝓprie cõtrarietas inter volũtatẽ eius vt natura erat: vel inter appetitum eius sensualem / ꝛ volũtatẽ patris q̃ volebat eũ pati: quia nõ erãt circa idem formaliter. Simil'r manus omniũ tunc erant contra eum: qꝛ tam amici eius ꝗ inimici volebãt eũ pati / sed diuersimode. Amici qdem ꝓ salute mundi. Unde de eo patre dicit Apost. ad Ro. viij. ꝙ proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Inimici vero idem volebãt ex inuidia ꝛ malignitate. Secundo idem verbum potest exponi de aduẽtu in iudiciũ. Nã tũc manus xp̃i. i. auctoritas et potestas erit ꝯ oẽs / supple reprobos: quia quẽ in p̃senti noluerunt habere mansuetũ ꝛ benignum redẽptorẽ: tũc velint nolint habebũt durũ et seuerum iudicẽ. Tunc etiã e regione. i. ex opposito vniuersoꝝ fratrũ suorũ figet tabernacula. i. militabit tũc ꝯ illos q̃ descẽderũt ab Abram sicut et ipse / q̃ propterea vocãtur fratres sui: sed tamen nõ sunt imitati patrem suũ abrahã / sicut ipsemet xp̃s improperabat iudeis. Jo. viij. Sic enim exponit glo. interli.

¶ Anagogice. Omnia ista possunt referri ad eccliaꝫ triumphantẽ / que figurat per agar: cuius semẽ sunt oẽs electi / tã angeli ꝗ homines. Hoc autẽ semen saltẽ ex parte hoĩꝫ multiplicatur in dies vsqꝫ ad seculi finẽ. De cui⁹ multitudine dictum est supra. Nam hec agar quasi tot filios parturit de nouo / quot electi de nouo ascendunt in celũ. Precipue aũt peperit Jsmahelẽ. i. xp̃m hominem ferocẽ contra malos / qui etiam ferocitatẽ suã ostendet omnibus reprobis in die iudicii / vt supra immediate dictũ est. Ideo ista sufficiant.

¶ Quinta clausula.

¶ Uocauit autẽ Agar nomen dñi q̃ loquebat ad eam: tu deus q̃ vidisti me. Dixit enĩ. Profecto hic vidi posteriora videtis me. Propterea appellauit puteũ illum puteũ viuẽtis ꝛ videtis me. Ipse

est inter cades & barad. Peperitq; agar abre filiũ/qui vocauit nomẽ eius Ismahel. Octoginta & sex annorũ erat abram qñ peperit ei agar Ismahelẽ. ¶ Historialr. Postq̃ Moyses egregius dei amicus in precedenti clausula egit de promissione facta agar per angelum in psona dñi loquentẽ/ tã circa multiplicationẽ seminis sui per Ismahel/ q̃ de futuris moribus eiusdẽ Ismahel: hic consequẽter agit de partu eiusdẽ agar. Priusq̃ tamen ipse moyses loq̃tur de predicto partu: loq̃tur de noie quod imposuit agar dño qui loq̃batur ei. Et istud est q̃si antecedens ad dictum partũ. Magis tamen videt hoc ptinere ad clausulam precedẽtem q̃ presentẽ. Dicit ergo q᷑ Agar postq̃ subtraxisset se ab ea dñs.i. ãgelus in psona dñi loquens: cõtinuo illa vocauit nomẽ illi⁹: tu de⁹ qui vidisti me. Quia enĩ ille angelus in psona dñi loq̃bat: ideo vocauit eũ dñm & deum: sicut verbũ preconis dicit verbum regis. Et eodẽ modo d᷑t beat⁹ Gregor. de angelo q̃ loq̃batur Moysi in mõte sinay/ q᷑ aliqñ de⁹ & dñs noiatur / eo q᷑ in psona dñi loq̃batur. Uocauit ḡ Agar dñz qui loq̃batur ad eã hoc modo/ scz: tu deus q̃ vidisti me/ supple ĩ tribulatione positam: & ɔsolatus es me: & hoc dupliciter: primo pmittendo partũ fetus quẽ iam concepi. Secũdo promittẽdo mirabilẽ multiplicationẽ illius. Consequent assignat ipa agar rõnẽ cur eũ sic noiat cũ d᷑t. Profecto hic vidi posteriora vidẽtis me. Qualiter aũt istud exponi debeat/ dicet statim. Seq̃tur: Propterea appellauit agar puteum illũ puteum viuẽtis & videtis me. Hic tria dicunt. Primũ q᷑ ipsa agar vocauit locũ illum ĩ quo inuenit eã angelus dñi de quo dictũ est sub tertia clausu. pñtis capi. puteũ. Nec obstat q᷑ in dicta clausula vocatur fons: q2 oĩs puteus est fons. Secundũ q᷑ ipsa vocauit dictũ locum puteũ viuẽtis: q2 ibi fetus ei⁹ extinct⁹ fuit postmodũ miraculose viuificatus/ s᷑m quandã opionẽ/ vt p᷑us dictum est. Uel forsan p̃dictũ locũ vocauit puteũ viuẽtis ppt angelũ sibi illic apparẽtem q̃ semp viuit/ cum sit natura immortalis. Tertiũ qd̃ hic d᷑r/ est q᷑ ipsa Agar vocauit locũ illũ puteũ videntis me: q2 angelus ibi viderat eam cũ primũ illic ipsam inuenerat: vt p3 sub p̃dicta.iij.clau. Uel dic q᷑ agar appellauit puteũ circa quem hec cõtigerãt/ puteũ viuentis in se formalr/ & vidẽtis me/ scz oculo misericordie. Uel sic: viuẽtis effectiue.i. me viuere facientis siti prius morientẽ: et vidẽtis.i. me videre facientis futura de meo cõceptu. Uel videntis.i. me videre facientis puteum/ quẽ prius siti moriẽs non videbam. Hec de Pal. Dictus autẽ puteus est inter cades & barad. In quo q̃dẽ loco vsq; hodie ostẽdit s᷑m Hiero. ¶ Sequit in textu. Peperitq; agar Abre filiũ. Nondũ enĩ sibi impositũ fuerat hoc nomen abrahã. Hic ergo ponitur ipsius Ismahelis natiuitas/ que tũc impleta fuit quãdo Agar

redijt ad domum Abrahe dñi sui / et ad obedientiã saray dñe sue: vocauitq ipse abrahã nomen eius Ismahel / sicut p̃dictum fuerat per angelũ. Deinde ipse Moyses ponit quãdã oñs ad ipsius Ismahelis natiuitatẽ cũ ait: Octoginta et sex annorũ erat Abrahã qñ peperit ei Agar Ismahelẽ. Et hoc sic p3. Erat enim ipse abrahã .lxxv. annorũ qñ exiuit de Aran / vt p3 s. xij. c. Et post transactis decẽ annis ipse accepit Agar in vxorẽ: eo q saray sterilis esset. Nec multo post cõcepit ex eo. Ista patẽt in princi. huius ca. sub. j. clau. Sicq vsq ad natiuitatem pueri trãsijt ferme annus. Ex quibus oĩbus concluditur q tẽpore dicte natiuitatis Abraham erat. lxxxvj. annorum. Circa autẽ hunc textũ ad maiorẽ illius euidentiã mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ est de sensu illorũ verborũ Agar dicentis: Uidi posteriora videntis me. Ad hoc dicendũ q possunt tripliciter exponi ẽm dñm Pet. de Pal. Primo quidem sic q ille angelus q apparuit sibi sic apparebat in similitudine assumpta quasi habẽs faciẽ ab ea auersam. Qd autẽ sic videtur quasi a dorso / nõ manifeste nec determinate cognoscitur. Et p hoc designatur q de angelis et substãtijs sepatis nõ habemus cognitionẽ nisi valde remotã / et non ppriã: neq distinctã et determinatã. Uñ simile hr de Moyse Exo. xxxiij. vbi dicit q dñs dixit ei. Uidebis posteriora mea. Faciẽ aũt meã videre nõ poteris. Tales aũt apparitiones frequẽter fiunt exterius ad designãdũ dispositionẽ hominis interius cui fit apparitio / ẽm q dt Grego. de illis duobus discipulis dñi q post illius resurrectionẽ viderũt ipm in effigie peregrini fingẽtis se lõgius ire: vt legitur Luc. vlt. Nil g simpler veritas p duplicitatẽ fecit: sed talẽ se eis exhibuit in corpore: qlis apud illos erat in mẽte. Hec Gregor. Petrus aũt comestor dicit q cũ loqretur angelus in psona dñi cũ agar transiuit in turbine: et tũc ipsa vidit posteriora dei. Secundo predicta verba ẽm Aug. i glo. ordi. vbi ẽt adducit illud Exo. xxxiij. Uidebis posteriora mea / faciẽ autem meam nõ videbis: possunt sic exponi / vt scil3 facies vel anteriora dei dicãtur ipsa diuinitas vt intelligitur i se / et absoluta a suis effectibus: et sic verũ est q anteriora dei nõ possunt a mortalibus videri. Propterea subdit vbi supra. Non videbit me homo et viuet / sc3 in vita ista mortali. Posteriora vero eius dicuntur effectus illius / vt opa creationis: in quibus secundũ possibilitatẽ nostram intelligimus ips3 deum vt causam omniũ: et sic a posteriori et non a priori intelligimus ipsum in hac mortali vita. Agar ergo in subiecta creatura et per effectũ cognouit ipsum deum. Propter qd dicit se vidisse posteriora videntis se. Tertio aliqui hebrei dicũt q hic est verus textus. Hic vidi post videntẽ me. Et est sensus. Angelus vidit me hic vocãdo et monendo: et postea vidi eũ. Alij autem dicunt q veritas

textus est hec. Hic vidi post visum meum. Et est sensus. Uidi angelum dñi in hoc deserto: postq̃ videra eũ ante in domo Abrahe. De hac tamẽ visione angeli ab Agar in domo abrahe ante visionem illius in deserto nihil dicit textus. Et sic patet ad primũ dubium.

¶ Secũdũ dubiũ est tale. Cur angelus nõ ostẽdit faciẽ suam ipsi Agar? Responsio, ne forte ipsa inde superbiret. Erat enim prona ad superbiam, sicut & mulierũ sexus. Hoc autẽ bene patuit in hoc q̃ cũ primũ vidit se concepisse ex dño suo abrahã, statim despexit dñam suã. Itẽ hoc fecit angelus ad nostram instructionẽ, ne scz desideremus videri a mulieribus in facie, siue eas facialiter videre. Utrunq̃ enim abominabile et vitiosum est apud deum, vt dicit Augus. in regula de cõmuni vita clericorum.

¶ Tertium dubiũ. Cur Agar non fuit territa ad visionẽ angeli, sicut manue q̃ dixit vxori sue, morte moriemur, q2 vidimus dominũ.i.angelum in psona dñi? Respõdet ad hoc de Pal. q̃ ideo agar nõ fuit territa: q2 erat assueta videre angelos domini i domo abrahe. Da exẽplũ de beata virgine, que etiam priusq̃ cõciperet dei filium, erat assueta videre angelos. Et ideo cũ ingressus est ad eã gabriel, non fuit turbata ex presentia illi9: sed in sermone eius, vt indic euangelista.

¶ Quartum dubium. Quomodo potuit scire abram q̃ angelus imposuisset filio suo Ismahel nomen? Ad autem hoc cognouerit, satis patet p hoc q̃ vocauit eum eodẽ modo sicut & angelus: cũ scz primũ rediit ad eum agar. Uocauit inquit Moyses nomen eius ismahel. Ad hoc dicendũ q̃ hoc cognouit per diuinam reuelationem siue in spiritu pphetico. Et in hoc fuit quodãmodo simile sicut de noĩe iesu. Legit enim Luc.ij. de xp̃o q̃ in circũcisione vocatũ est nomẽ ei9 iesus: quod vocatum est ab angelo priusq̃ in vtero cõciperetur. Itẽ de precursore dñi legitur Luc.j. q̃ pater eius Zacharias cũ adhuc esset mut9 postulãs pugillarem.i.chartã scripsit dicẽs. Joãnes ẽ nomẽ eius. Sicut ergo Zacharias nõ imposuit filio suo nomen: sed vocauit eũ eodẽ noĩe q̃ et angelus cũ primũ nunciauerat eidem suam natiuitatem: ita in proposito: hoc dẽpto q̃ Abram prophetice cognouit q̃ angel9 imposuerat filio suo nomen ismahelis. Zacharias autẽ non prophetice: sed per reuelationem angelicã cognouit de filio suo q̃ Joã. esset nomen eius. Uocabis, inquit angelus ad eum, nomen ei9 Joannẽ. Uel dic q̃ forte Abrahã didicerat ab Agar quomodo angel9 dixerat ei q̃ fili9 ei9 ismahel vocari deberet: & ideo ipse tali nomine vocauit eũ.

¶ Quintum dubiũ cur Moyses expressit numerũ annorum Abre quãdo peperit ei agar ismahelẽ, dicens q̃ tunc erat lxxxvj. annorum. Dicendum q̃ propter cõmendationem castitatis ipsius abre hoc factum est. Steterat enim multo tem

ta actiua prius est in presenti
exercenda: vt post hanc vitā
tēdatur ad illā ineffabilē con=
templationem que nunq̄ au=
fertur ex quo semel inuenitur
ꝛ possidetur.

¶ Moraliter ꝛ tertio notādū
circa p̄ntem historiā ꝙ Agar
que in afflictione posita: et in
deserto corporaliter cōstituta
visitat̄ ab angelo: atq̄ ab eo=
dē cōsolatur: designat ꝙ dn̄s
nō deserit hoīem ī tribulatio=
ne positū: sed cōsolat̄ eum in=
terdū per angelū: iterdū etiā
per seipsum: ꝛ presertī vbi ta=
lis refugit ad eum spem suam
ponēs in illo. Et hoc est q̄d idē
deus ꝛ dn̄s loquit̄ per os Da=
uid dicēs. Qui ī me sperauit:
sc3 homo in tribulatione posi
tus: liberabo eū: sc3 finalit̄ ab
angustijs vite p̄ntis: protegā
eum/ vc3 cōtra diabolū/ne illi
noceat: presertim q̄ ad aīam: ꝛ
hoc ideo qm̄ cognouit nomē
meū: cognouit inq̄ practice:
sc3 per fidē operātē: qr fides
sine opib9 mortua est. Tādē
aūt post hāc trāsitoriā ꝛ bre=
uē vitā lōgitudīe dierū reple
bo eū: sc3 ī celo: vbi dies nūq̄
deficiēt: vbi etiā: ostēdā illi sa
lutare meū.i.filiū meū: q̄ ope=
ratus est salutem humani ge=
neris in medio terre: vt habe=
tur Abac.iij.i. in hierusalē/ q̄
est mediū ꝛ centrū terre habi
tabilis. Ecce ergo q̄uō dn̄s cō
solatur electos in tribulatiōe
positos. in cui9 etiā figurā le=
gitur Dan̄.iij. ꝙ cū Nabucho=
donosor introspexisset ī forna=
cem vbi iactari fecerat tres
pueros qui noluerāt adorare
statuā ei9: vidit q̄rtū silr̄ filio
dei inter illos. Cūq̄ illos inde
extrahi fecisset/ nihil corru=
ptionis ī eis inuentū ē ab igne

¶ Moraliter et quarto ꝑ hoc
ꝙ Abrahā in decrepita eta
te vc3.lxxxvj.annoꝝ genuit is=
mahel: significatur ꝙ interdū
hoīes ac mulieres qui diu fue
runt absq̄ fetu ꝛ fructu bone
operationis: tandē circa finē
vite ex speciali dei munere ge
nerant cōcipiūt ꝛ pariunt fe=
tū bonū. Vnde ps. Cū occide=
ret eos/ querebāt eū: ꝛ reuer=
tebantur ꝛ veniebant ad eū.
Ac si aperte diceret. Cū mul
ti pctōres essent ꝓpe finē vite:
querebāt dn̄m per desideriū
bone operationis: ꝛ reuerte=
bant̄ per penitētiā: ꝛ veniebāt
per gratiā ad eū: siue etiā ꝑ
gloriā post hanc vitam. Histo=
riā habemus de bono latrone
cui in cruce pēdēti ꝛ dicenti:
Memēto mei dn̄e dum ꝛc. rn̄=
dit xp̄s dicens. Hodie mecum
eris ī paradiso. Itē Eze.xviij.
In quacūq̄ hora ingemuerit
peccator ꝛc. Et leo papa. Ne=
mo inquit desperād9 est q̄diu
est in hoc corpore cōstitutus.
Dicit etiā Aug. ꝙ si penitētia
ī extremo vite hiatu venerit:
sanat ꝛ liberat. Hoc silr̄ reci=
tatur a gratiano de pe.distin.
vij.c.nullus.

¶ Allegorice. Ille qui videt
nos interius ꝛ exterius/ est so=
lus dn̄s deus: qui solus intuet̄
cor. Homines autē vidēt que
patēt. Et iste taliter nos vidēs
habet anteriora ꝛ posteriora.
Anteriora eius referēda sunt
ad ipsius diuinitatem: que an
tecessit in eternitate omnem
creaturam. Posteriora vero

filius referenda sunt ad eiusdem humanitatem: qr ille qui est ab eterno verus deus: factus est homo ex tẽpore. Joã. j. Verbum caro factum est. In presenti ergo vita anteriora huius nos vidẽtis nõ possunt a nobis videri: iuxta illd Exo. xxxiij. Non videbit me homo & viuet. Item. j. Joan. iiij. Deũ nemo vidit nunq̃: scilz in presenti & hoc permanẽter / quãuis bene trãsitorie: sicut moyses & paulus in raptu. Posteriora vero ei9 visa sunt in presenti: iuxta illd Baru. iij. Post hec in terris visus est: & cum hominibus conuersatus est.

¶ Queritur tertio: cur poti9 Abrahā voluerit adorare do- minū: et gratias illi reddere cadendo in faciem suam: q̄ fle ctendo genua. Dicendū q p- pter multa. Primo quidem in signum perfecte humilitatis. Non enim potest homo pfun- dius se corpore humiliare q̄ se prosternēdo toto corpore. Un- de de regib9 qui venerūt ado- rare Christū nouiter natum: dicitur Matthei. ij. q procī- dentes adorauerunt eum. Le- gitur etiam Exodi. iiij. q filij israel qui erāt in egypto: pro- ni adorauerunt deum: eo q vi sitasset eos ad liberādum sci- licet de seruitute pharaonis. Quia ergo Abraham gerebat in corde profundam humilita tem: ita vt se puluerem et ci- nerem appellaret: vt patet in sequēti capitulo: ideo nō mi- rum si pronus cecidit in ter- ram cum voluit adorare domi num. Secūdo voluit predicto modo adorare dominum: vt se mortalem protestaretur: et so- lum deū immortalē: cui sum- ma gloria: iuxta illud verbum apostoli. j. ad Tim. ij. Regi se- culorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria. Ter- tio vt oscularetur terrā pro- pter reuerentiam future do- minice incarnationis quā pre uidebat: vt postea dicetur. Quarto vt ipse signo ostende ret q omnis homo de se ten- dit ad non esse: nec in esse per- maneret nisi a deo cōseruare- tur. Quinto vt ipso actu con- fiteretur se esse peccatorē q̄- tum ex se erat. Nō si iustus: si pro quia: hoc solum depende- bat ex beneficio creatoris. Un- de hunc multi viri iusti et san cti imitati sepe corruerunt in facies suas cum adorauerunt dn̄m. Unde Orige. in homil. il lius euangelij: Erāt Joseph & maria mater Jesu mirātes &c. dicit sic: Scti pphete qn̄ au- gusti9 aliqd cōteplabant: cade bāt in facies suas vt pctā per ruinā corporis plenius purga rētur. Hec ille. Pt3 ergo cur abrahā potius voluerit ador- re dn̄m cadēs pnus in faciē: q̄ solū genuflectendo. Quē eciā modū tenuit xp̄s cū orauit pa- trem in orto: vt legit Matth. xxvj. item Mar. xiiij.

¶ Moraliter: dupliciter ptīgit cadere hoīes: sc3 in faciem: et retrorsum. Illi cadūt in faciē qui ex singulari deuotione et cum profunda cordis & corpo- ris humiliatione adorant do- minum de celis. Et hoc modo

multi adorauerũt xp̄m in vi-
ta sua.i. q̄diu fuit in presenti
statu: vtputa reges orientales
Matt.ij. Itē de petro legitur
Luce.v. ꝙ procidit ad genua
Jesu dicens. Exi a me dn̄e: q2
homo peccator sum. Item le-
gitur Mar.v. de Jairo archi-
synagogo ꝙ ꝓcidit ad pedes
iesu rogans eum pro filia sua
in extremis posita. Silr in eo-
dē capitulo legitur de mulie-
re hemorroissa.i. q̄ patiebat
fluxum sanguinis: q2 procidit
ante christū: a quo sanata est.
Insup Luce.v. legit de quodā
leproso qui ꝓcidens in faciem
suam rogabat eū dicens: Dn̄e
si vis potes me mundare. Quē
mox ille curauit a lepra sua.
Et breuiter nullus egrot⁹ sic
procidit ante xp̄m quē ille nō
curauerit in vtroq hoīe.i. cor
poraliter et spūaliter. Procida
mus ergo ante faciem eius in
confessione/ et indubie curabit
nos in mente. Uel dic ꝙ illi ca
dunt in faciem q̄ ex cōsidera-
tione futurorū que ꝓ meditatio-
nē ponūt ante oculos suos
humiliantur/ vt q2 cōuertunt
se ad considerationē ꝓprie vi
litatis/ mortis/ iudicij et inferni.
Sicut enī pisces q̄ delphini di
cūt/ audito tonitruo pre timo
re cadunt in profundū maris:
sic et nos audito tonitruo sa-
cre scripture et diuinarū cōmi
nationū debem⁹ cadere humi-
liter ad ꝓfundā amaritudinē de pec-
catis nostris/ ne tandē descen
damus in ꝓfundū maris infer
nalis. Ptz ergo quō debemus
cadere in facies nostras. Alij
vero sunt qui cadunt retro: si-
cut Matth.xxvj. dicit ꝙ mili-
tes qui venerāt ad capiēdum
xp̄m in orto: audito illo verbo
eiusdē christi/ ego sum: cecide-
runt retro. Illi ergo cadūt re
tro qui redeunt ad priora pec
cata que retro posuerant per
penitentiā. Itē illi cadunt re-
tro/ qui exigētibus pctīs suis
tandē cadūt in infernū: qđ re-
tro est: et sequit eos: sicut ho-
mo qui vadit retro.ꝑsal.ibi: scꝫ
in inferno: ceciderūt qui ope-
rantur iniquitatē. Sicut ergo
illud qđ est retro/ nō videt: et ꝓ
cōsequens nō timet: ita paupe
res pctōres nō vident futura
tormenta et mirabiles crucia-
tus inferni qui iam eis parati
sunt: et ideo ea nō timent. Pro-
pter qđ insperate retrorsum
ibidem cadunt ꝓ mortē. Job
xviij. Abierūt retrorsum et ce
ciderūt. Et in psal. Cōuertant
retrorsum et erubescant valde
velociter. Qui autē cadit ante
faciē suā/ videt quo cadit. ita
et iusti qui salubriter cadunt
vident quo cadunt.
¶ Allegorice. Abrā est dei fi-
lius/ qui cecidit ꝓnus i faciē:
quandoquidē descēdit de celo
in vterum virginis. Non enim
poterat ab altiori loco descen-
dere. ps. A summo celo egres-
sio ei⁹. Nec etiam poterat ꝓ-
fundius cadere. Unde idē ps.
Minuisti eū/ tu supple de⁹ pa-
ter filiū tuum/ paulominus ab
angelis. Uñ in figuram huius
legit.iiij. Reg.xx. ꝙ in sanatio-
ne Ezechie regis descēdit sol
decem gradibus in horologio
Achaz. Ad ꝓpositū/ sol est dei
filius. Nouem gradus/ nouem
sunt ordines angelorū. De isgit

filius descēdens de celo nō ste tit in illis nouē gradib⁹: quia angelos nusq̄ apprehēdit/ sed descendit vsq̄ ad decimū gradum: q2 semen Abrahe apprehendit. Et bene dicitur semen Abrahe decim⁹ gradus: quia secundū Grego. homines in celo constituent decimū ordinē/ quasi separati a nouē ordinibus angelorum.

¶ Anagogice. Abrahā est q̄libet electus/ q̄ coram deo cadit in signum maxime reuerētie/ honoris et subiectiōis. Et de hoc loquēs beatus Joā. Apo. iiij. dicit se fuisse ī spū in celo/ 2 ibi vidisse sedem positā/ 2 supra sedē sedentē/ 2 in circuitu sedis erant. xxiiij. sedilia: in q̄bus erāt totidē seniores sedētes. Insup in medio sedis 2 in circuitu sedis erāt quatuor animalia plena oclis ante 2 retro/ 2 non habebāt requiē die ac nocte dicētia. Sāctus/ sanctus/ sanctus dn̄s deus omnipotens/ q̄ erat/ 2 q̄ est/ 2 q̄ venturus est. Et tunc procidebāt xxiiij. seniores p̄dicti ante sedentē in throno/ et adorabant viuentē in secula seculorū/ dicentes. Dignus es dn̄e de⁹ noster accipere gloriā et honorē 2 virtutē: quia tu creasti oīa: 2 propter voluntatē tuā erāt 2 creata sunt. Hec ibi. Ad p̄positum ergo sedes 2 supra sedem sedens/ est maiestas diuina sedēs in seipa. Seniores autem sedētes in circuitu sedis p̄dicte designāt vniuersitatē angelo2/ qui dicūtur seniores in ordine ad hoīes: eo q̄ prius producta fuit in esse a deo natura angelica q̄ hūana. Per quatuor autē aīalia designantur homines electi: q2 s̄m logicos: omis homo est aīal. Bene autem talia animalia dicūtur habere oculos ante 2 retro: q2 homines in celo cognoscūt in verbo p̄terita p̄ntia 2 futura: q̄tum 2 secundū q̄ placet deo illis manifestare. Et dicuntur ista aīalia esse tantū quatuor/ vbi tamen seniores dicūtur esse. xxiiij. q2 probabiliter tenet̄ q̄ nūerus angelo2 in celo erit multo maior numero hoī2. Et hi omnes cōueniunt in laude summe 2 excellentissime maiestatis diuie vna voce dicētes: sanctus sanctus 2c. Dicuntur etiā hi omnes procidere ante sedentem in throno/ 2 adorare eum: q2 multo humilius 2 melius colitur omnipotens deus in celo q̄ in terra. Ecce ergo quomodo angeli et hoīes proni cadūt in facies suas in celo.

¶ Tertia clausula.

¶ Dixitq̄ deus ad Abram. Ego sum: 2 ponam pactum meū tecū: erisq̄ pater multarū gentiū. Nec vltra vocabitur nomen tuū abram: sed appellaberis abrahā: quia patrem multarū gentiū cōstitui te. Faciamq̄ te crescere vehementissime: 2 ponā te in gētibus. Reges t̄re ex te egredien tur/ 2 statuam pactum meum inter me 2 te/ 2 inter semē tuū post te in generationibus suis federe sempiterno/ vt sim de⁹ tuus/ 2 seminis tui post te. Daboq̄ tibi et semini tuo post te terram peregrinationis tue: omnem terrā chanaan in possessionem eternā: eroq̄ deus

eorum. Dixitq iterum de⁹ ad Abrahã. Et tu ergo custodies pactum meum/ ⁊ semen tuum post te in generationib⁹ suis. ¶ Historialiter. Postq̃ in pce dẽti clausula sanctus Moyses tetigit profundã Abrahe humilitatem/ qui cadẽs in terrã adorauit dñm: hic consequenter repetit promissionem quã sepe prius eidem fecerat de federe ⁊ pacto sempiterno inito cum eo et cum semine suo post eum: pollicens etiã aliqua in particulari. Refert ergo ipse Moyses q̃liter dñs apparens Abrahe cũ esset annorũ.xcix. dixit ei/ supple in terrã pstrato: Ego sum/ scꝫ qui habeo verum esse ab eterno solus ⁊ immutabile: ⁊ per cõsequens potens sum implere om̃ia q̃ promitto. Et nota ꝙ solus de⁹ potest dicere: ego sum: scilꝫ a me ipso/ ⁊ nõ ab alio. Item taliter sum ꝙ necessario sum/ nec possum desinere esse. Angeli em̃ etsi nõ habeant in se principiũ corruptiõis/ sicut generabilia et corruptibilia: possunt tamẽ desinere esse. Sicut enim non semper fuerunt: sic nec necessarium est eos semper esse. Nã nisi a deo cõtinue cõseruarentur in esse: statim desinerẽt esse. Propterea legitur Exo.iij. ꝙ cum Moyses mitteretur a dño ad Pharaonẽ/ ⁊ quereret ab eo quod esset nomẽ illius: vt sic forte iterrogatus super hoc ab ipso Pharaone respondere posset: ait illi: Sic dices Pharaõi. Qui est/ misit me ad te. Itẽ omnis creatura variatur per tẽpora. Et de homine quidem satis apertũ est: quia nunq̃ in eodem statu pmanet. De angelis vero hoc idẽ probare possumus hoc modo. Nã etsi natura eorum nõ subijciatur mutationi aut alteratiõi/ nihilominus nõ sic est de eorũ voluntate/ et signanter circa media ad finẽ. De ceteris autem creaturis inferiorib⁹ ad angelum et hominẽ: satis constat q̃modo ⁊ q̃ multipliciter variant. Solus ergo deus idẽ immutabiliter permanet. Et hoc importatur p hoc verbũ substantiuum: ego sum. Solus ergo ipse dicere põt/ ego sum. Bene ergo dixit ad abraham: Ego sum. Sequitur: Et ponã pactum meũ tecũ. Ac si aperte diceret. Sicut sum imutabilis/ ita pactũ meũ tecum erit immutabile firmũ ⁊ stabile tecũ vsq̃ in sempiternũ. Promittit autẽ ei deus multa in particulari. Primo q̃dem multiplicationem prolis/ dicẽs ei: Erisq̃ pater multarũ gentiũ. Unde de eo legit Eccli. xliiij. Abraham magnus pater multitudinis gentiũ. Secundo pmittit ei dñs fidei sue ab aliis imitationẽ. In cui⁹ rei signũ dñs dixit ei. Nec vltra vocabitur nomẽ tuũ Abram/ sed Abraham: quod interpretat pater multarum gentiũ/ que supple imitabũtur te in fide. Ro. iiij. Patrẽ multarum gentiũ posui te ante deũ cui credidisti. Abrã enim interpretatur excelsus. Que q̃dem interpretatio cõuenit magno homini/ etiam dato ꝙ habeat modicã prolem siue familiã. Abrahã vero interpretatur pater multarum gentiũ. Abraham ergo

plus importat q̄ abram. Juste
ergo vocatū est nomē dicti pa
triarche Abrahā: quia patrē
multarū gentium cōstitui te/
inquit dñs .i. preordinaui q
multi descēsuri ex te carnali-
ter imitabūtur fidem tuā. Et
vt dicit petrus comestor: An-
teq̄ dñs pactum abrahe expo
nat/ nomen ei mutat. Dicebat
enim primo Abram/ ex abba/ ⁊
ram: q̄si abbaram .i. excelsus
pater: ⁊ addita est litera/ a/ et
dictus est Abraam/ quasi ab-
baam/ quod sonat pater mul-
tarum: subauditur gētium: q̄
ly gentiū non est de significa-
to nominis/ sed subītelligitur.
Et ponam te in gētibus: quia
sarraceni descēderunt de eo p
ismahelē: ⁊ iudei atq̄ idumei
per isaac: vt dicit de lyra. Se-
quitur: Reges ex te egredien
tur: q̄ in qualibet gente pre-
dicta fuerūt plures reges/ vt
per Jsaac Dauid ⁊ Salomon/
⁊ plures alij: ⁊ tādem ipse rex
regū ⁊ dñs dominātiū Jesus
Christus. Similiter p Jsmahe
lem multi principes descende
runt. Sequitur: Et statuā pa
ctum meū/ scilicet circūcisio-
nis/ inter me et te: vsq̄ ibi: vt
sim deus tuus. Quamuis enim
ipse sit deus omniū generali-
ter per creationē: specialiter
tamen est deus fideliū perve-
rum et specialē cultū. Daboq̄
tibi ⁊ semini tuo: vsq̄ ibi/ i. pos
sessionem eternā. Sed cōtra.
Mūdus aliquādo capiet finē.
Ergo descēsuri ab abrahā non
semper obtinebunt terrā pro-
missionis. Ad hoc postea dice-
tur. Circa autem hūc textum
mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū versa-
tur circa illd. Nec vltra voca-
bitur nomen tuum Abrā: sed
⁊c. Querit ergo cur dñs muta
uit nomē Abrahe. Ad hoc du
bium respondet de Pal. q p-
pter tria. Primo quidem pro-
pter ipsius Abrahe honorem.
Magnus em̄ honor est ipsi a-
brahe q dñs dignatur tm̄ de
eo solicitari vt ei nomen mu-
tet et imponat. Da exēplū de
illis qui pro magno honore ha
bent q magni viri sint patrini
eorum. Si enim honori beati
Joānis baptiste accedat ⁊ ac-
crescat q angelus illi nomen
imposuerit etiā priusq̄ in vte
ro conciperetur/ dicens ad za
chariam patrē illi⁹. Vxor tua
pariet tibi filiū/ ⁊ vocabis no-
men eius Joānem: multo for
tius redditur abraham valde
honorabilis cui ipse dominus
nomē imponere dignatus est.
Appellaberis/ inqt/ abrahā.
Secundo propter rei signate
predictionē. Abraham enim
interpretatur pater multarū
gentium/ que supple imitabū
tur fidem illius. Hoc ergo vo-
luit predicere domin⁹ in pre-
dicti nois impositiōe. Tertio
propter sue perfectionis insi-
nuationem. Eius enim perfe-
ctio ⁊ virtutis magnitudo per
additionem se habuit in cōpa
ratione aliorum.

¶ Secūdum dubiū quod mo-
uetur occasionaliter propter
mutationē nois ipius abrahe/
est de summis pōtificibus/ qui
etiam quodammodo efficiun-
tur patres multarum gentiū:
quia totius populi christiani.
Querit ergo de talibus quare

in assumptione sua ad summū pontificiū mutant nomen suū precedēs in aliud nouū. Dicēdum ꝙ ꝓpter tria. Primo q̄dem ꝓpter indecētiā noīs / sicut patuit de illo q̄ prius vocabatur os porci. Scđo propter imitatione beati Petri q̄ prius vocabat Simon barionas: deinde dictus est a xp̄o Petrus. Mat. xvj. Tu es petr⁹. Qꝛ aūt vocauerit eū xp̄s cephā: hoc fuit ꝓpter dicti noīs interpretationē. Cephas eñ est nomē cōmune / ⁊ nō proprium: qđ interpretatur caput. In signum ergo ꝙ beatus Petrus ex xp̄i ordinatiōe deberet esse caput eccl'ie: ⁊ hoc post ipi⁹ xp̄i resurrectionē: vocauit eū cepham. Tertio ꝓpter spūalem instructionē / vt scȝ discat mores mutare in melius / sicut ⁊ mutat nomen. In cuius figurā dictū fuit a Samuele qñ voluit vngere Saul in regē sup Israel. Tu inquit mutaberis in virū alium. j. Reg. x.

¶ Tertiū dubiū mouetur ꝓpter illud verbū dn̄i ad Abraham: federe sempiterno. Quid enim sibi vult fedus sempiternum? Constat eñ nihil esse ꝓprie sempiternū in p̄senti: sed omnia transeūt: iuxta illđ xp̄i verbū Luc. xxj. Celum ⁊ terra transibunt. Itē certissimū est ꝙ pactū circūcisionis de quo est q̄stio / non durauit nisi vsq̄ ad aduentū xp̄i. Dicendum ꝙ vt hab' Ro. iiij. circūcisio fuit signaculū iustitie / q̄ est per fidem. Statuit ergo circūcisio in sempiternū / non q̄tū ad signaculū / sed q̄tū ad signatū. Et licet ipsa fides nō sit sempiterna: quia euacuatur i p̄ria: ipa tamen iustitia fidei. i. iustitia que p fidē operat in p̄nti: ppetuo manebit i patria. Uel dic ꝙ pactū circūcisionis fuit sempiternum. i. lōgo tempore durauit: qꝛ ab Abrahā vsq̄ ad Christū. Et sic ly sempiternū improprie capit. Uel dic ꝙ p̄sens vita dicit quoddā sempiternum. i. valde longa mensura tēporū ⁊ annorū. Et in hoc sempiterno durauit circuncisio: non q̄tū ad signaculū / sed q̄tum ad signatum qđ est baptismus / qui successit circuncisioni sicut veritas figure. Est ergo circuncisio sempit'na nō in se / sed in equalēti / quod durabit vsq̄ ad finem seculi.

¶ Quartum dubiū versat circa illam dn̄i promissionem ad ipm abrahā / vbi ait: Dabo tibi ⁊ semini tuo post te omnē terram chanaan in possessionem eternā. Cōtra hanc ꝓmissionē dn̄i militat aperte experiētia rerū magistra. Constat eñ ꝙ hodie iudei q̄ descenderūt ab Abrahā per Isaac filiū Sare / exules facti sunt de terra sua / que olim vocabatur terra chanaan. Dicendū ad hoc conformiter ad beatū Augu. ꝙ scriptura vocat eternū cui⁹ finis non cōstituitur siue p̄figitur / vt aliqñ supra dictum est. Interli. autē refert hanc perpetuitatem ad terrā viuentium / siue terram celestem significatam per terram chanaan / que promissa fuit Abrahe pro se ⁊ tota sua posteritate imitante eum in vera fide.

¶ Quintum dubiū est. Cur totiens replicat dn̄s pactū eius

cum Abraham et semine suo? Cur nepe resumit sive mētionē facit de hmōi pacto in presenti clausula. Respōsio. Ideo sepe inculcat dñs ꝛ mentionē facit de hmōi pacto et federe vt firmius illud imprimeret abrahā in lib. cordis sui. Da exēplum de preceptore iuuenum scholariū/ qui eādem lectionē pluries coram illis resumit vt indelebilius eā retineāt. Silr faber ferrariꝰ eūdem clauum pluribꝰ ictibus pcutit vt peramplius subintret lignum.

¶ Moralr ꝛ primo. Per trinā replicationē huiꝰ nois pactū denotatur triplex pactū siue fedus quod fit inter deū ꝛ hominem. De hoc vide supra ca. ix. sub particu. iiij. in prima expositione morali.

¶ Moraliter ꝛ secūdo. Notandum ꝙ pactum idem est ꝙ fedus cōuētio obligatio concordia vel mutuus consensus. Et ideo pactum dicit quasi pacis actum siue actus. Est igit notādum ꝙ precipue est triplex pactū siue fedus qd facere et habere debemꝰ/ atq3 fideliter omni tēpore custodire/ vcz cū deo/ cū proximo/ cum nobisipsis. Primo igitur debemus facere pactum cū deo per grām et charitatē. Et de facto in baptismo fecimus pactū cū ipso dño deo/ deuouēdo nos illi/ et renunciādo parti eius aduerse. i. sathane/ ꝛ omnibꝰ pompis eius. Similiter ꝛ ipse dñs deꝰ pepigit tunc pactū nobiscum: iuxta illud Geñ. ix. Statuam pactum meū vobiscum/ ꝛ cum semine vestro post vos/ id est cum futuris deuotis christianis. Sed qz hmōi pactum frāgit homo frequenter per peccatum: ideo dñs deus qui non vult mortem peccatoris: s3 vt magis cōuertatur ꝛ viuat: offert ipsi homini modum noue reconciliationis: scz penitētiā salutarē. Et tunc iterum facit pactū cum hoie: quod ex parte sua nunq̄ dissoluetur. Esai. lv. Feriam vobiscū pactū sempiternū: misericordias Dauid fideles. Sed prohdolor adhuc sepe frāgitur istud pactum ex parte hois per recidiuationē in peccatum. Et de hoc cōqueritur dñs Piere. xi. dicēs. Irritū fecerunt domus israel ꝛ domꝰ iuda pactū meū: quāobrem inducā super eos mala. Qr ergo vt vulgo dicitur/ frangēti fidem fides debet frangi eidem: ideo deus nō tenetur obseruare pactū hoi de dāda illi eterna salute: de qua Marci. vlt. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit/ saluus erit: ex q̄ ipse primo peccādo frangit illi fidem. Scribitur enim Deuter. vij. Deus fortis ꝛ fidelis: custodiēs pactum ꝛ misericordiā diligentibꝰ se. Ex quo pt3 ꝙ nō tenetur custodire pactū his qui odiunt eū: cuiusmodi sunt oēs peccatores. Et sic p3 de primo pacto. Scdo debemus habere pactū cū proximo qtū in nobis est: iuxta illd verbum apostoli ad Ro. xij. Si fieri pōt qd ex vobis est cum oibus hoibus pacem habentes. Debemus ergo qtum possumus laborare vt maneat semper bona concordia pactio et confederatio inter nos ꝛ proximos nostros. Unde de ioiada

sacerdote dicitur .ij. Paralip. xxiij. q pepigit fedus inter se et vniuersum populum. Precipue autē debemus habere pactum et fed⁹ cū bonis et virtuosis/ non autem cum malis: saltem in eo q mali sunt. Job.v. Cum lapidibus regionum pactum tuū. Ubi per lapides intelliguntur iusti et electi secūdum glo. interl. qui sunt firmi et stabiles in bono. Tertio debemus habere pactū cum nobis ipsis/ siue cum sensibus nostris/ vt nobis subseruiāt in bono/ et nullo modo in malo/ saltē q̄tū possumus. Propterea dicebat beatus ille Job.xxxj.ca. Pepigi inquit fedus cum oculis meis/ vt non cogitarē quidem de virgine. Ac si apte diceret. Firmiter statui sicut firmatur pactū: q vitarem omnē aspectum impudicū/ ne per talem aspectum inciderē in cogitationem turpem: et consequenter in delectationem vel consensum. Et quia virgines vel saltem que estimantur tales/ magis puocant ad libidinem: ideo de virgine facit sanctus Job specialem mētionē. Debemus ergo inire fedus cū oculis nostris/ ne per incautū aspectum violetur pactum inter nos et deū. Et simile iudicium est de alijs sensib⁹/ vt puta auditus/ gustus/ olfactus/ tactus.

¶ Moraliter et tertio conformiter ad dn̄m Petrū de Pal. Abrā qui interpretatur excelsus/ et qui postmodū ex dei voluntate appellatus est Abraham/ qui interpretatur pater multarum gentium: qd̄ importat solicitudinē: designat quēlibet prelatum siue regularē siue secularē q̄ debet dimittere celsitudinē: et assumere solicitudinem: et non econuerso: iuxta illud .j. Petri.j. Non quasi dn̄antes in cleris: sed forma facti gregis ex aīo. i. estote apd̄ vosmetipsos et in interiori hoīe per humilitatē quasi vn⁹ ex subditis vestris: iuxta illud Eccli.xxxij. Rectorē te posuerunt. i. elegerunt vel forte postulauerunt: noli extolli. Esto in illis. i. inter illos: quasi vn⁹ ex ipsis: scz per humilitatem. Exemplo xp̄i: qui cū esset excelsus dn̄s: factus est oīm seruus. Phil.ij. Qui cum in forma dei esset/ semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. Aquila eñ scd̄m philosophū lib.vj. de aīalibus/ quātūcūq volet alte: cū tn̄ pulli eius habent necessitatē: statim naturali quodam instinctu descendit ad eos. Sic et prelati se debēt habere erga subditos. Sz profecto multi videntes se super alios eleuatos et constitutos/ de illis parum curāt: sed relicta solicitudine spūali assumunt celsitudinē: ambulantes in magnis et in mirabilib⁹ supra se: ita vt merito possint appellari abram/ et non Abraham. i. excelsi per superbiā et arrogantiam. Unde recte potest dici de illis illud Esa.xvj. Audiuim⁹ superbiam Moab .i. prelati. Superbus est valde. Superbia ei⁹: et arrogātia eius: et indignatio eius: plusquam fortitudo eius. Itē Nume.xvj. Multum erigimini filij Leui. j. vos prelati.

¶ Allegorice abrahã est Christus: qui in incarnatione sua sua mutauit quodammodo nomen. Nam ex tunc dictus est Jesus. Lu.j. Uocabis (inquit Gabriel ad virginem mariam) nomen eius Jesum. Unde eiusdẽ secũdo.c. dicitur: ꝙ in circuncisione vocatum est nomen ei⁹ Jesus: quod vocatũ est ab angelo priusquã in vtero conciperet. Et de hoc longe ante prophetatum fuerat Esa.lxij. sub his verbis. Uocabitur tibi nomen nouum: qđ os dñi noiauit. Fuit autẽ ⁊ est iste noster abraham pater multarum gẽtium: q2 omnium deuotorum christianorum. Jo.j. Dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Unde creuit vehementissime per multiplicationem fideliũ. Insuper reges terre ex eo egressi sunt. vt fuerũt.xij. eius apostoli: qui in presenti se et alios laudabiliter rexerunt. Deniq; deus statuit pactum sempiternum inter se et illũ: quod nunquam fuit ruptum aut solutum. Huiusmodi autem pactum fuit indissolubilis vnio diuinitatis cum hũanitate: de qua Ansel. Quod semel assumpsit: nũquam postea dimisit. Quod autem subditur: Dabo tibi ⁊ semini tuo post te terram peregrinationis tue ⁊c. hoc totum referendum est ad ecclesiam militantem: in qua ipse Christus peregrinatus est annis.xxxiij. Et hanc terram dedit de⁹ pater filio suo Christo: vt ipse sit caput illius federe sempiterno.

¶ Anagogice Abrahã est quilibet beatus: cum quo ponit deus pater fedus et pactum sempiternum. Istud pactũ est vnio beatifica: siue possessio celestis glorie: quã confert dñs cuilibet beato tali conditione ꝙ nunq̃ perdet eam. Joã.xvj. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in psalm. Delectationes in dextera tua vsq; in finem. Istud ergo pactum sempiternum male considerabat Origenes cum dicebat inter beatos ⁊ damnatos esse alternationes. Et ideo in hoc reprobatur ab ecclesia: vt dicit Augustin. de ciuita. dei libro xxj. cap.xvij.

¶ Quarta clausula.

¶ Hoc est pactum meũ quod obseruabitis inter me ⁊ vos: ⁊ semen tuũ post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinũ: ⁊ circũcidetis carnem preputij vestri: vt sit in signum federis in me ⁊ vos. Infans octo dierum circuncidet in vobis. Omne masculinũ in generationibus vestris tã vernaculus q̃ emptitius circuncidetur: ⁊ quicũq; non fuerit de stirpe vestra. Eritq; pactũ meũ in carne vestra in fedus eternum. Masculus cui⁹ preputij caro circũcisa non fuerit: delebitur anima illa de populo suo: q2 pactum meum irritum fecit.

¶ Historialiter postq̃ in precedenti clausula egregius ille dei amicus Moyses locut⁹ est de pacto domini in generali cum Abraham et semine

suo duraturovsq in sempiter
num: hic cõsequenter agit de
eodem pacto in particulari:
vcz de circuncisione. Refert
ergo dictus Moyses dñm di-
xisse ad Abraham. Hoc est pa
ctum meũ quod obseruabitis
&c. In quib⁹ verbis dñs tãgit
quinq de ipsa circũcisione: q
sunt sexus: mẽbrũ: tẽp⁹: gña-
litas: necessitas. Primo igitur
exprimit sexũ: coꝝ scz qb⁹ de-
bebat circuncisio dari/ cũ ait.
Circũcidetur ex vobis omne
masculinũ. Scdo exprimit mẽ
brũ in quo dari debebat/ cum
ait. Circuncidetis carnẽ pre-
putij vestri. Et est hic cõstru-
ctio intrãsitiua: ita vt sit sen-
sus. Circũcidetis carnẽ q est
preputiũ vestrũ. Preputium
enim est pellicula carnea illi⁹
mẽbri quod deseruit gñatio-
ni. Et descendit dictum nomẽ
ab hoc verbo preputo prepu-
tas: qđ dicitur a pre quod est
ante: & putatum: eo q tunc tẽ
poris anterior pars illi⁹ pelli-
cule circulariter amputaba-
tur: vt sit signum federis in-
ter me & vos. i. vt sit i testimo
nium q sim vester deus: & vos
populus meus a gentibus di-
uisus: vt dicit glo. interl. Ter
tio exprimit dñs de ipsa cir-
cũcisione tẽpus in q dari de-
bebat/ cũ ait. Infans octo die-
rum circuncidetur in vobis.
Quarto exprimit gñalitatem
eorũ quib⁹ dari debebat/ cum
ait. Omne masculinũ in gña-
tionib⁹ vris: tã vernaculus q
emptiti⁹ circuncidet: & qcũq
non fuerit de stirpe vra. Alia
litera habet: & quicũq fuerit
de stirpe vestra. Et puto hanc
literam veriorem. Constat nã-
pe gentiles ad circuncisionẽ
non fuisse obligatos in specia
li: sed tm iudeos: vna cũ verna
culis & emptitiis suis. Uerna-
culi autẽ dicebãtur serui qui
in domo dñoꝝ suoꝝ nascebã
tur. Emptitij vero erant oẽs
illi qui quocũq modo empti
erant in seruos. Oẽs enim ta-
les q̃uis essent ex gentilitate
assumpti/ tenebant ad circũci
sionem: & similiter oẽs illi qui
transibãt ad consortiũ iudeo-
rum & ritum eorum. Unde is-
mahel & Esau tenebantur ad
circuncisionẽ quãdiu erãt in
familia parentũ suoꝝ: q̃uis
nõ post recessum ab eis: & hoc
sonat litera affirmatiua. Ite-
rum oẽs etiam non serui: dũ-
modo essent de populo: tene-
bantur ad circuncisionem: et
hoc sonat lra negatiua. Hec
ex de palud. Quinto exprimit
dominus necessitatem ipsius
circuncisionis cum subdit di-
cens. Masculus cuius prepu-
tij caro circuncisa non fue-
rit: delebitur anima illa de po
pulo suo/ id est occidet. Erat
ergo tunc ipsa circuncisio tan
te necessitatis voce domini si-
cut modo baptism⁹. Causa au
tem perditionis talis anime
assignatur cũ subditur: quia
pactum meum irritum fecit/
id est quia neglexit vel contẽ-
psit circũcidi. Hoc autem in-
telligitur de adultis. Nam ta
les negligentes circũcidi: vel
eandem circuncisionẽ contẽ-
nentes iubebantur occidi. Et
similiter pater aut tutor in-
fantis non faciens eum tẽpo-
re debito circũcidi/ morte ple

etebatur. Uel peribit anima illa de populo suo: scilicet post hanc vitam. Qui enim circuncisi decedebant: limbum sanctorum patrū intrabāt / dum modo aliud impedimentum per actuale peccatum sequēs non haberent. A consortio ergo talium post hanc vitam separabantur qui incircuncisi moriebant. Quod si erāt paruuli: tunc intrabant limbum puerorum: vbi sine fine habitabant vna cū paruulis christianorum qui sine baptismo decedunt. Si vero adulti erāt per mortē profundius descendebāt: scilicet vsqꝫ in infernū qui proprie est loc⁹ dānatoꝝ. Pro ampliori autem declaratione presentis clausule mouē tur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū est tale: vtrum circūcisio fuerit cōuenienter primum data patriarche abrahe? Uidetur ꝙ nō. Ipsa nempe data fuit vt esset in remedium contra originale peccatū. Ergo statim dari debuit postqꝫ originale peccatum cepit. Cepit autem in primo filio ade: scilicet in Cain: igitur tunc primum dari debuit. Ad hoc dicendum ꝙ conuenienter circuncisio primū data fuit abrahe. Cuius ratio nem assignat beatus Thomas iiij. sentē. distinc. j. ita dicens. Circūcisio erat preparatoria ad baptismū īqꝫtū erat quedā protestatio fidei Christi: quā etiam nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autē patres Abraham primus promissionem accepit de Christo nascituro: cum dictum est ei In semine tuo benedicent omnes gentes terre: vt habet in sequentibus. xxij. cap. igitur. hinc Paulus ad Rom. iiij. ait. Accepit Abraham circuncisionem signaculum iustitie fidei. Quemadmodū ergo ipse abraham habuit fidem expressiorem de Christo nascituro: ita etiam fuit conueniens vt haberet in se signum fidei expressius: scilicet circūcisionē: per quam iustificabatur ab originali. Nam sanguis qui effundebatur in circuncisione ex vulnere virge: prefigurabat effusionem sanguinis Christi per quē fit plena remissio peccati originalis. Potest etiam talis ratio ad propositum adduci. Inter enim omnes antiquos patres Abraham prim⁹ segregauit se a societate ifideliū ꝛ malorum hoīm: ꝛ hoc de mandato domini dicentis ad eū. s. xij. ca. Egredere de terra tua. ꝛc. Ipse ergo primus debuit recipere signum sensibile q̄ ab aliis distingueretur: cuiusmodi est circuncisio. Et sic patet ad dubium. Et ad argumentum in oppositum facetum dicendum conformiter ad beatum Thom. vbi supra ꝙ immediate post peccatum primi parētis per doctrinam ipsi⁹ ade q̄ plene instruct⁹ fuerat de diuinis / adhuc fides et ratio naturalis intantum vigebat in homine / ꝙ non oportebat determinari hominib⁹ aliqua signa fidei ꝛ salutꝫ: sed vnusquisqꝫ pro libito suo fidē suam protestabatur signis sensibilibus. Circa vero tempora Abrahe diminuta erat fi-

des: plurimis ad idolatriam declinantibus. Insuper naturalis ratio obscurata erat per augmentum carnalis concupiscentie vsq; ad peccatū contra naturam. Et ideo tunc cōuenienter & non ante fuit instituta circuncisio: tum ad profitendum fidem: tum ad minuendum concupiscentiā carnalem. Hec beatus Thomas vbi supra.

¶ Secundū dubium est de remedio quod contulit dominꝰ mulieribus contra originale: quia solum masculis data est circūcisio: vt esset illis i remedium contra originale. Dicendum in primis ꝙ istud remedium fuit datum tempore legis nature: & ideo debuit tantum dari sexui per se intento a natura/ qui est sexus masculinus. Nam secundum philosophū femina est mas occasionatus. Item fides & cultus diuinus tunc temporis deriuabat in alios per generationē carnalem: inquātum patres docebant filios de talibus. In masculino vero sexu est principium generationis: & ideo solis masculis datum est predictum signum. Mulieribus autem paruulis prouisum est de remedio ɔtra originale ꝑ fidē parētū: sicut & masculis decedentibus ante octauū diem.

¶ Tertium dubium est: quomodo deus ordinauit sacramētum circuncisionis/ quod est sacramentum in se valde honestum: debere dari in membro vilissimo. Hoc enim videtur valde indecens. Dicendū secundum Petrum de palude ꝙ predictum remedium conuenienter datum fuit in membro generationis quantūcūq; in se vilissimo. Tum primo qz circuncisio erat signum fidei qua Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturū. Tum secundo quia ordinatur ad diminutionē carnalis concupiscentie: que maxime viget in membro illo propter vehementiam veneree delectationis. Tum tertio in detestationem idolatrie: quia gentiles in sacris priapi partem illam honorabant: & per modū cuiusdam augmēti aliqua addebant: eo ꝙ priapus propter magnitudinem membri virilis inter deos fuerat reputatus a gētibus. Propter quod etiam dicebatur deus ortorum secundum fabulas poetarum: & hoc propter fecunditatem que designatur in membro generationis. Unde propter hanc causam in signo distinctiuo fidelium ab infidelibꝰ fiebat recisio in predicto membro: deo sic volente & imperante.

¶ Quartum dubiū versatur circa illud verbum: Infans octo dierum circuncidet in vobis. Queritur ergo vtrum talis prefixio dierum esset tunc temporis de necessitate. Dicendum ꝙ hec questio potest dupliciter intelligi: aut ꝙ esset de necessitate ꝓcepti: aut sacramenti. Si ergo fiat questio de necessitate sacramenti: tunc dicēdum ꝙ talis prefixio dierum non erat necessaria. Nam si quis circuncisus fuisset ante octauum diē etiā

absq̃ necessitate illi ꝓfuisset circũcisio. Et similiter si post octauum die. Si vero fiat questio de necessitate p̄cepti: tūc dicendum ꝙ huiusmodi prefixio erat necessaria: adeo ꝙ nō licebat preuenire huiusmodi diem etiā non obstante periculo mortis in paruulo: vt dicit Hugo de sacramētis. Nec etiā licebat ipsam post octauū diem differre sub pena peccati: etiam si esset sabbatum: secundum illud Joan. vij. Circūcisionem accipit homo in sabbato vt nō soluatur lex moysi. Non enim erat opus pure corporale. Et si arguatur in oppositum de illis paruulis qui nati sunt in deserto: tales eñ non fuerūt circūcisi die octauo: sed postea: videlicet in galgalis: vt legitur Josue. v. Ad hoc cōmuniter dicit̃ ꝙ cū illis qui vagabātur in deserto fuit dispensatū ꝑpter necessitatē: quia scilicet nesciebant qñ castra mouenda erant, et ita potuisset iminere periculū mortis ipsis paruulis circuncisis propter teneritudinē carnis. Insuper vt dicit Damascenus tunc t̃pis nō erat necesse ipsis iudeis signum distinctiuū ab alijs nationib⁹ habere, quādo scilicet seorsum habitabant: vt pote in deserto. Probabile autem videtur: vt dicit de pal. ꝙ nullus de natis in deserto mortuus fuerit: quia dicit̃ in psal. ꝙ nō erat in tribubus eoꝝ infirmus. Et sic patet. &c.

¶ Quintū dubiū est de populo cui data est circuncisio. Videtur eñ ꝙ debuerit dari oĩ populo simpliciter: saltem in sexu masculino. Constat eñ ꝙ ipsa prefigurabat sacramentū baptismi: sed ad tale sacramētum omnes obligant̃, dicente xp̄o Jo. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et spū̄sācto: nō pōt itroire ĩ regnū dei. Dicēdū ꝙ nō est simile: q2 baptism⁹ in se continet ꝑfectionē salutis: ad quā deus omnes homines vocat scd̄m illud. j. Timo. ij. Uult oēs homĩes saluos fieri. et ideo baptismus oĩbus proponitur. Circūcisio aūt nō pertinebat ad ꝑfectionē salutis: sed ipsam figurabat: non quidē quocūq̃ modo: sed vt fiendā per Christum qui erat nascitur⁹ ex populo iudeorum: et ideo illi soli populo dari debuit. Non tamen solum quātū ad illos qui de stirpe Jacob erant: verum etiam quantum ad omnes qui vnū populum cū illis faciebāt sicut serui eorum quandiu de familia eorū erant. Populus enim ille ex quo Christus processur⁹ erat merebatur signū speciale sanctificatiuum: et ab alijs distictiuum: ad que duo circuncisio noscitur instituta.

¶ Sextum dubium versat̃ circa illō verbū, in fedus eternū. Uidetur enim ex illo verbo ꝙ adhuc obligat circūcisio ꝑp̄lz iudaicū, etiam vsq̃ ad finē seculi. Sed huius contrariū dicit Apost. ad Gal. v. Si inquit circūcidimini: Christus nihil vobis proderit. Dicendū ꝙ in aduentu Christi et signanter post institutionem sacramēti baptismi debuit circūcisio cessare. Et huius ratio est, quia circūcisio fuit quedam protestatio fidei Abrahe de futuro

semine in quo benediceretur oēs gentes. Et ideo q̄diu hoc erat futurū/oportuit ꝓtestari fidem abrahe circūcisiōe. Sed postq̄ hoc iam factū est: oportet hoc idem alio signo declarari. Baptismus ergo in lege gratie succedit circūcisioni: ꝑ quē protestamur fidē Christi. Unde Apo. Col. ij. Circuncisi estis circūcisione dñi nostri iesu christi: ꝯsepulti i baptismo. In quib⁹ verbis vult apl's dicere ꝙ circūcisio nostra modo est baptism⁹: in quo sumus cōsepulti christo. i. totaliter mortui pctō. Cū ergo dicit circūcisio fuisse data in fedus eternum: eternū hic accipitur pro seculo qd habet finē: sed tamē hmōi finis nō est determiatus nobis. Uel dic ꝙ circūcisio data est in fedus eternū q̄tū ad significatū suū. i. q̄tum ad id qd prefigurabat/qd est baptismus/ qui durabit vsq̄ in finē seculi/sicut ꝛ fides xpi. Circūcisio ergo q̄tū ad id qd ei successit data est i fedus eternū: sicut si diceretur fides semꝑ manere: qꝛ semꝑ manet in patria visio illi succedēs. De hoc vide supra in presenti capitulo/ sub tertia clausula in solutione tertij dubij.

¶ Septimū dubiū est de efficacia ꝛ virtute ipsius circūcisionis: vtrū scꝫ causaret gratiam in suscipiente eam: ꝛ hoc ex opere operato. Videt ꝙ sic qꝛ remittebat culpā originalem. Igitur cōferebat gratiā/ sine q̄ nō poterat remitti predicta culpa. Respōsio. dicēdū scdm Petrū de pal. super hoc ꝑssū post btm̄ Tho. iij. parte q. lxx. arti. iiij. ꝙ in circūcisiōe conferebatur grā etiā q̄tū ad oēs effectus gratie tam positiuos q̄ priuatiuos: qꝛ minima grā potest resistere cuicūq̄ cōcupiscentie: ꝛ vitare oē peccatum mortale qd cōmittitur in transgressione mandatorū legis. Aliter tamē cōferebatur gratia in circūcisiōe/ ꝛ aliter in baptismo. Nam in baptismo confertur grā ex virtute ipsi⁹ baptismi quā habet inq̄tū est instrumētum passionis christi iam exhibite. In circūcisione vero cōferebatur grā inq̄tum erat signū eiusdē passionis future: ita ꝙ suscipiens circūcisionē profitebatur se suscipere talem fidē. Adultus quidē ꝓ se. Alius vero ꝓ paruulo. Un̄ dicit apo. ad Rom. iiij. ꝙ abraham accepit signū circūcisionis signaculū iustitie fidei: qꝛ scilꝫ iustitia erat ex fide significata/et nō ex circūcisione significāte. Res em̄ que nōdum est/ nō potest agere exteriorē executionē: sed tm̄ scdm mentis interiorē apprehēsionem. Talis autē apprehēsio passionis xpi future erat fides. Ex quibus oībus elicitur ꝙ in circuncisione conferebat grā tm̄ ex opere operāte/ꝛ nō ex ope operato nisi tanq̄ cā sine qua nō. Sola ei sacramēta noue legis habēt hanc efficaciā ꝛ preeminentiā vt conferant gratiā ex opere operato/ ꝛ nō circuncisio nisi tanq̄ causa sine qua non.

¶ Octauum dubiū. Qd est benignius remediū contra originale peccatū/ circuncisio scilꝫ quo ad legē antiquā etiā a tēpore Abrahe: an baptismus in

lege gre? Dicendū q̄ a toto ge=
nere baptiſmus eſt benignius
remediū: ſicut infuſio modice
aque ſup corp⁹ humanū eſt in
ſe benignioꝛ / q̄ violēta extra=
ctio ſanguinis ex humano coꝛ=
poꝛe / etiā cum inſtrumēto du
ro: vcȝ cū cultello lapideo. Ex
quo etiā facto frequēter ſeq̄=
batur moꝛs / p̄cipue in paruu=
lis / propter carnis teneritudi
nē. Dicit tamē btūs Tho. iiij.
ſen. diſtin. j. q. ij. arti. iij. q̄ſtiū=
cula. ij. q̄ cultellus lapideus
nō erat de neceſſitate circun=
ciſionis. Hoc autē pꝛobat per
hoc q̄ in eius inſtitutione de
qua hic legitur: nulla fit men=
tio de īſtrumēto lapideo. Suf=
ficiebat ergo ad hmōi circūci
ſionē vt funderet̄ ſanguis ex
virga puuli: qualitercūq̄ fie=
ret. Q̄d ergo adhiberet̄ cultel
lus lapideus / nō erat de neceſ=
ſitate ſacramenti: neq̄ ſimilit̄
de neceſſitate pꝛecepti ſcḋm
eundem doctoꝛē. Fiebat tamē
hoc ꝓpter ſignificationē my=
ſticā. Nam per hoc pꝛefigura=
batur q̄ per fidem xp̄i ventu=
ri: de quo dicit̄. j. Coꝛ. x. q̄ pe=
tra erat chꝛiſtus: fiebat remiſ=
ſio oꝛiginalis peccati.

¶ Moꝛalit̄ ⁊ pꝛimo. Dn̄s inīēs
pactum cū viris eccleſiaſticis
et religioſis iubet illis vt cir=
cuncidant carnē pꝛeputij ſui
per obſeruantiā caſtitatis / di=
cens illis. Hoc eſt pactū meū
q̄d obſeruabitis īter me ⁊ vos:
et ſemen veſtrū poſt vos: q̄d re
fertur ad futuros eccleſiaſti=
cos. Circuncidetis carnē pꝛe=
putij veſtri. i. amodo caſte vi=
uetis. Propterea ex ſtatuto ec=
cleſie ānexa eſt caſtitas ſacris
oꝛdinibus: et hoc quo ad occi=
dentales tm̄: vt fuit diffinitū
in concilio Niceno. Oꝛientales
enim noluerunt ſe tali ſtatuto
ſubmittere: vt ptȝ diſtin. xxxj.
aliter. Idem etiā fuit diffini=
tū in pꝛimo concilio carthagi
nenſi: vt ptȝ diſtin. lxxxiiij. cū
ex pꝛeterito. Oꝛdinatus autē
in maioꝛibus oꝛdinibus: cuius
caro circunciſa nō fuerit: ſcilȝ
per debitā caſtitatis obſeruā=
tiā: delebitur anima illa de po
pulo ſuo: quia poſt pꝛeſentem
vitam ſeparabitur a conſoꝛtio
illoꝝ eccleſiaſticoꝝ q̄ caſte ⁊
ſancte vixerunt: eo q̄ pactum
dn̄i irritū fecit. Idē dic quoli
bet incōtinēti religioſo.

¶ Moꝛaliter ⁊ ſecūdo. Circū=
ciſio coꝛpoꝛalis ſignificat cir=
cunciſionē ſpiritualem quā fa
cere debemus de oīb⁹ ſenſibus
nr̄is. Alias delebimur de me=
dio electoꝝ in fine vite noſtre.
Debem⁹ ergo circūcidere coꝛ
noſtrū ab oībus cogitationib⁹
malis. Item oculos ne videāt
vanitatē. Item linguam ne lo
quatur dolū vel ocioſa. Item
aures ne audiāt detractiōes.
Et he circunciſiones maxime
debent inueniri in viris eccle
ſiaſticis ⁊ religioſis: vt merito
poſſint dicere illud Apoſtoli
Philip. iij. Nos ſumus circun=
ciſi: qui ſpiritu ſeruimus deo.
Sed pꝛohdoloꝛ multi ſunt in=
circunciſi ſecundū oēs modos
pꝛedictos. Propter q̄d impꝛo=
perabat iudeis beatus ſtepha
nus Actuum. vij. dicēs: Dura
ceruice / ⁊ incircūciſi coꝛdibus
et auribus / vos ſemp ſp̄ui ſan=
cto reſtitiſtis. Sicut patres ve
ſtri: ita ⁊ vos.

¶ Moraliter ⁊ tertio sicut olim
viri ⁊ nō femine circūcidebā=
tur: sic etiam hodie perfecti
qui ꝑ masculos designātur et
nō femine.i.imperfecti/circū
ciduntur a vitijs ⁊ cōcupiscen
tijs.Et sicut in circuncisione
nomen imponebatur:ita ⁊ bo=
ni qui a vitijs sunt circuncisi
nomen bone fame pre alijs cō=
sequūtur.Unde de homine iu=
sto dicitur Eccli.xv.ꝙ nomi=
ne eterno hereditabit illū do=
minus deus noster.
¶ Moraliter et quarto dila=
tando hāc materiā/notādum
ꝙ in sacra scriptura inuenitur
triplex genus circuncisionis:
vz cordium/carniū/vnguiū.
Prima circūcisio fit cū aufer=
tur superfluitas cogitationū
iniquarū.Et hanc circuncisio
nem facit quidā famulus qui
dicitur timor.Nam per timo=
rem dñi declinat oīs a mala
cogitatiōe/considerās ꝙ ocu=
li dñi cōtēplantur bonos ⁊ ma
los:⁊ ꝙ de malis cogitationi=
bus reddenda est ratio coram
eo in die iudicij.Sap.j.In co=
gitationibꝰ impijs interroga=
tio erit.De hac circuncisione
scribit Iere.iiij.Circuncidi=
mini viri de iuda.Juda inter=
pretatur cōfitēs.Est ergo sen=
sus.Circuncidimini vos confi
tentes.Sequitur:Et auferte
preputia cordium vestroꝝ.Et
Deuteronō.x.Circūcidite pre=
putia cordis vestri.Et qꝛ alid
multū differunt facere talem
circūcisionem cordium suorū:
ideo sequit:Et ceruicem ve=
stram ne induretis.Ista est er
go circūcisio cordis que fit ꝑ
timorē:qꝛ timor dei mortis ⁊
dicij ⁊ inferni facit hominem
expellere a corde suo oēm ma=
lam cogitationē/affectionē/⁊
desideriū.Secūda circūcisio
dicitur carnium.Cū enim lu=
pus rapit ouem:si postea pa=
stor possit eam auferre ab eo:
solet gladio suo circuncidere
partē illā quā tetigit os siue
dens lupi:⁊ eā ad canes proij=
cere.Solent etiā carnes pu=
tride prescindi a sanis ne eas
corrūpant.Sic a carne nostra
circūcidendū est ⁊ auferendū
omne putridū.i.omē delecta=
bile vitiosum:ne per peccatū
fiat fortior corruptela:iuxta
illō Colossē.ij.Circūcisi estis
in circūcisione nō manu facta
in expoliatiōe carnis.Hāc au=
tem circūcisionē debet facere
labor corporalis:qꝛ ꝑ hmōi la=
borem auferūtur delectatio=
nes sugflue ⁊ nociue.Sed ꝓfe
cto hodie valde pauci sunt q̄
velint circuncidere carnē suā
a superfluis delectationibus
ciborū ⁊ venereoꝝ.Tertia cir
cuncisio dicit vnguiū.Postq̄
em̄ vngues nimiū creuerūt/so
lent prescindi ⁊ amputari:vbi
per circūcisionē vnguium in=
telligitur ꝑscissio malaꝝ ope=
rationū.Per vnguē em̄ qua
si quis loco manus vtitur/mate=
rialis operatio intelligit.Hu=
iusmodi ergo oꝑatio circūci=
di dz:vt ptz in materia furti/
rapine/vsure/simōie/⁊ hmōi.
In cuius figurā legit Judith
xiiij.ꝙ achior relicto gentili=
tatis ritu circūcisus est.Patz
ergo ꝙ est circuncisio cordiū/
carnium/et vnguium.
¶ Moraliter ⁊ quinto iuxta il
lud verbū:Infans octo dierū

circuncidet in vobis: notādū ſm de lyra ꝙ ꝑ dies in preſenti poſſunt intelligi anni: iuxta illud Ezechi. iiij. Diem ꝓ anno dedi tibi. Infans eñ octo annoꝝ iā incipit habere vſum rationis: ꝛ ideo ex tunc debet circūcidi: reſtringēdo eum ab inſolentijs et malis verbis: vt pote a mēdacijs/ iuramētis/ ꝛ periurijs. Et ꝑ hāc reſtrinctionē intelligitur ſpūalis circūciſio. Propter qḋ dicit phs. ij. ethi. ꝙ nō parū facit ad virtutem/ a pueritia aſſueſieri ad virtutis opera.

¶ Moraliter ꝛ ſexto iuxta illḋ verbū: Circūcidetur in vobis omne maſculinū: notādum ꝙ Abraham ſignificat quēlibet virū iuſtum. Per omē autem maſculinum deſignatur omne opus bonum/ qḋ circūciſione ſiue purgatione indiget. Nullum eñ opus bonum eſt tam perfectū vt circūciſione non egeat. Aut eñ opus bonū habet admixtā tepiditatē et remiſſionē deuotiōis et ſpiritus aut interdum indiſcretū feruorem/ aut inanē gloriā/ aut diſtractionē: vel aliqḋ aliud. In cuius figurā legiť Luce. x. ꝙ puluis adheſit pedib⁹ apoſtoloꝝ. Et Eſaie. lxiiij. dicitur Quaſi pānus menſtruate vniuerſe iuſtitie veſtre. Similiter Malach. iij. dicit Sedebit cō flans ꝛ emundans argētum: ꝛ purgabit filios leui. Inſuper Joan. xv. ait dominus de hoīe iuſto loquens. Omnē palmitē qui fert fructū/ purgabit eum ſupple pater celeſtis: vt fructū plus afferat. Dicit etiam Greg. in moraľ. ꝙ bona noſtra nō ſunt pure bona: ſed mala noſtra ſunt pure mala. Patet ergo ꝙ debemus circuncidere omnes iuſtitias noſtras que per maſculinū quod precepit dominus circuncidendum/ ſignificantur.

¶ Allegorice. Infās octo dierum qui precipiebatur circūcidi/ eſt Chriſtus: qui die octauo circunciſus fuit conformiter ad edictū legis quod hic inſeritur. De cuius circūciſione habes Luce. ij. Et ſicut in circūciſione imponebať nomē paruulo: ita ꝛ in chriſti circūciſione vocatū eſt nomen eius Jeſus: qḋ vocatum fuerat ab angelo priuſꝗ in vtero cōciperetur: vt ſubdiť vbi ſupra. De hoc etiā vide in ꝓcedēti clauſula ſub ſenſu allegoricꝯ. Quid autē factū ſit de pellicula tūc ab eo ablata: q̄ vulgo appellať circūciſio xpi: ab alijs aūt preputiū xpi: dicēdū ꝙ adhuc diuinitus cōſeruatur in eſſe. Nō eñ naturaliter tā tenera materia tanto tēpore vſqꝫ nūc cōſeruari potuiſſet: ſed tñ virtute diuina: et hoc eſt magnū argumentū diuinitatis chriſti cōtra hereticos ꝛ incredulos populos. Qḋ autē vſqꝫ in hodiernū diē cōſeruet in eſſe: ptꝫ ex hiſto. ſcho. q̄ dicit ꝙ karolo magno trāſlatū eſt hmōi xpi ꝓputiū ab angelo in tēplo dñi. Deide trāſlatū ē ab eodē karolo aqſgrani. Poſtea autē tranſlatū eſt a karolo caluo: ꝛ poſitū ī eccl'ia ſaluatoris apḋ caroſiū: qḋ eſt monaſteriū qḋdam ſitum in partibus toloſanis. Hodie tñ hmōi preputiū aſſeriť eſſe in monaſterio btē

marie de columbis/in territorio Caruotēsi sitū: in cui⁹ rei testimoniū a mulieribus pregnantibus oī die visitari ꝛ venerari solet. De sanguine autē tunc a paruulo Christo effuso incertū est an resolutus sit in aliam materiā: an adhuc sub forma sanguinis subsistat: et ꝑ consequens de loco in quo repositus sit supposita constantia subiecti nescitur/ neqꝫ etiā si diuinitas sit illi coniuncta: vel nō. Et idem dicere possumus de dicto preputio.

¶ Anagogice. Per infantem octo dierum designatur quilibet electus/ q̄ in octaua etate .i. in futura resurrectione ꝛ vita beata circūcidetur tam ex parte corporis a cūctis superfluis passionib⁹ ꝛ defectib⁹: q̄ʒ ex parte anime a supfluis cogitationibus desiderijs et voluntatibus. In cuius figuram dicit Luc.ij. ꝙ octaua die venerunt circūcidere puerum. Tūc ergo mortale hoc et corruptibile induet īmortalitatē ꝛ incorruptionem/ vt habetur j.Cor.xv. Practica qūo in illo die octauo illi q̄ ex parte corporis fuerunt nimiū magni aut imperfecti: tunc circūcidētur per ablationem talis superfluitatis. Itē qui ex parte anime fuerūt in presenti ignari aut hebetes: tunc circuncidētur per ablationē talis defectus: ꝛ efficientur docibiles dei. Unū in figura incorruptionis ex parte carnis ī dicto die octauo legitur. iij. Reg. vj. ꝙ omnis domus templi intrinsecus operiebatur lignis cedrinis: que scꝫ sunt imputribilia. Et ꝑ hoc denotatur imputribilitas corporum electorum postq̄ʒ fuerit post generalē resurrectionē intra tēplum illud celeste de quo in psal. In tēplo ei⁹ oēs dicent gloriā. Quicūqꝫ autem tunc predictis duob⁹ modis circūcisus nō fuerit/ delebitur de populo dei .i. de numero electorū: ꝛ descendet siue addetur numero reproborum in infernum.

¶ Quinta clausula.

¶ Dixit quoqꝫ deus ad Abrahā. Saray vxorē tuā nō vocabis Saray/ sed Sarā. Et benedicā ei: ꝛ ex illa dabo tibi filiū/ cui benedictur⁹ sum. Eritqꝫ in natiōes: ꝛ reges populorū orientur ex eo. Cecidit Abrahā in faciē suam/ et risit in corde suo/ dicēs: Putasne cētenario nascetur fili⁹: ꝛ Sara nonagenaria pariet? Dixitqꝫ ad dñm. Utinā ismahel viuat corā te. Et ait dñs ad abrahā. Sara vxor tua pariet tibi filiū: vocabisqꝫ nomē ei⁹ Isaac. Et constituā pactū meū illi in fedus sempiternū/ ꝛ semini ei⁹ post eum. Sup ismahel quoqꝫ exaudiui te. Ecce benedicā ei et augebo ꝛ multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit/ ꝛ faciam illum crescere in gētem magnā. Pactū vero meū statuam ad Isaac quē pariet tibi Sara tpe isto in anno altero. Cūqꝫ finitus esset sermo loquētis cum eo: ascendit deus ab Abraham.

¶ Historialiter. Postq̄ʒ in pcedenti clausula vir dei Moyses egit de circūcisione in particulari: ꝛ de necessitate illius/

atq3 de tēpore quo dari deberet: hic ɔſequēter agit de mutatione nominis Saray / ⁊ benedictione atq3 fetu illi⁹. Itē de dubitatione ſiue poti⁹ admiratiōe ipſius Abrahe ſuper ꝓmiſſione ſibi facta a dño. Agit etiā de Iſmahel / ⁊ de ſemine ab eo deſcēſuro. Refert ergo ipē Moyſes quomodo dñs apparuit Abrahe / ſc3 more ſolito ꝑ ſubiectā creaturā / dicēs illi ſuū eſſe placitū vt vxor illi⁹ nō vltra appellaretur more ſolito Saray / ſed Sara. Queādmodū ergo ꝓus mutauerat nomen abrahe: ita et nūc Saray vxoris ſue: eo ꝙ vir ⁊ vxor ſunt quaſi vna perſona. Dicit autē Hiero. lib. de hebraicis q̄ſtionibus / ꝙ illi errāt q̄ dicūt primum ſaram per vnā r ſcriptā fuiſſe / ⁊ poſtea alterā r illi additam. Cauſa aūt mutationis predicti nois ſumit ex interp̄tatione illi⁹. Saray em̄ interpretatur princeps mea / Sara vero princeps abſolute. Quia ergo primo fuit princeps ſiue principiſſa vnius domus / ſiue mater familie vnius: ideo tūc dicta eſt Saray. Poſtea vero fuit principiſſa abſolute: ideo ex tunc ⁊ deinceps dicta eſt ſara. Dixit ergo dñs ad abrahā. Saray vxorem tuā non vocabis Saray / ſed Sarā: id eſt nō dices ei pricep̄s mea es: ſed omnium gentiū iā futura princeps es. Secūdū autē Aug. lib. xvj. de ciui. dei. capi. xxvij. Sara interpretatur virtus: ⁊ hoc ideo q2 cū eſſet ſterilis / diuina virtute facta eſt fecūda. Et hoc eſt quod dicit dñs ad Abraham loquens: Benedicā (inquit) ei: et ex illa dabo tibi filium / ſc3 miraculoſe. Miraculū nēpe duplex fuit ex parte Sare. Primū quia cum primum eſſet ſterilis / facta eſt fecunda. Secundū q2 cū tranſiſſet in ea tēpus concipiendi / vt puta iā nonagenaria exiſtens cōcepit ⁊ peperit filiū: cui inquit dñs benedictur⁹ ſum / ſc3 in eternorū promiſſione / ⁊ non ſolum in ꝓmiſſione tēporaliū / ſicut Iſmaheli: eritq3 ī nationes / ſc3 multas que orietur ex eo: ⁊ ſimiliter reges populorū orietur ex eo: quod impletum fuit in regib⁹ Edom ⁊ populi iſrael. Iſtud autē dicit ad differentiam Iſmahelis / qui non reges / ſed duces generauit / vt ſtatim dicetur. Cū itaq3 abraham audiſſet dñm p̄dicta pollicentem / cecidit in faciē ſuā / ſcilicet ipſum adorando / ⁊ gratias illi exhibēdo / ⁊ riſit ī corde ſuo. i. gauiſus eſt: ⁊ pre admiratione ait: Putas ne cētenario naſcetur filius? Et q̄uis tunc eſſet tantū. xcix. annorū / in natiuitate tamen eiuſdem Iſaac habiturus erat centum annos / et Sara nonaginta. Oſ autem ſequit: Utinā Iſmahel viuat corā te: tantū valet ac ſi apte diceret. Licet des mihi ſemen de vxore mea libera: rogo tñ te vt propter hoc non obliuiſcaris iſmahelis nati de ancilla / ſed viuat corā te / tā in ſe / q̄ in ꝓgenie ſua. Uel viuat corā te. i. in tuo beneplacito: vel corā te. i. placens tibi. Itērum dñs ad maiorē rei certitudinē replicat Abrahe ꝓmiſſionem iam ſibi factā dicens: Sara vxor tua pariet tibi fi-

liū: vocabis q̄ nomē eius isaac. Et cōstituam pactum meū illi in fedus sempiternum: et semini eius post eū. Ac si diceret: Nō credas q̄ Ismahel sit heres tuus pricipalis/sed potius Isaac. Seqtur: Sup Ismahel (inqt dn̄s ad abrahā) exaudiui te/supple dicentē: Utinā Ismahel viuāt corā te. Ecce benedicā ei/scz i multiplicatiōe tēporaliū/et augebo et multiplicabo eū/scz in ple. Duodecim duces generabit/scz q̄tum ad honorē et dignitatē/et q̄tū ad rectores populi: et faciā illum crescere in gentē magnā/q̄tū ad subditos. Pactū autē meū/scz de benedictione oīm gētiū in semine tuo q̄d est xp̄s/scdm Aposto. ad Gal. iij. statuam ad Isaac quē pariet tibi Sara tēpore isto/in quo scz hec dico tibi: anno altero. i. anno sequēti. Completo g̃ predicto sermone ascēdit de⁹ ab Abrahā. i. ascendendo inuisibilē se prebuit.

¶ Sciendū aūt q̄ in veteri testamēto quatuor hoīes anteq̄ nascerent apte suis noībus vocati sunt. Hi sunt Ismahel/de quo s̄. xvj. c. Isaac: vt hic. Sanson: Judic. xiij. et hoc s̄m trāslationē. lxx. interpretū. Josias iij. Reg. xiij. In nouo aūt testamento tm̄ duo/vcz xp̄s et Joānes baptista. Luc. j. Et hec de sensu historiali. Circa tn̄ hunc sensum adhuc ad ampliorē illius declarationē mouētur alique questiones.

¶ Prima igitur questio/ quare dn̄s mutauit nomen vxoris Abrahe de Saray in Sarā/ et nō in Sarram. Debet eñ scribi Sara p vnicū r. Respondet q̄ propter tres rōnes. Prima ppter viri sui imitationē. Nā sicut ille de Abrā voce dn̄i dictus est abrahā: sic et vxor illi⁹ de saray dicta est a dn̄o sara. Secūda ratio ppter mysterij nouitatē. Apud eñ hoīes vbi occurrit aliq̄d grande factū/ solent noua noīa imponi/ et hoc ad perpetuā rei memoriā. ita in pposito quo ad cōceptionē Isaac ex patre sene/ similiter et ex mr̄e sene atq̄ sterili. Tertia ratio ppter noīs interpretationē. Sara eñ interpretat̄ princeps/ vt dictū est. Qr ergo ipsa futura erat pīceps popu li fidelis post virū suum Abrahā/ id ppterea dictus est iuxta noīs sui interpretationem pater siue pīceps multarum gentium: ideo rationabiliter dicta est sara. Unde de ea recte potest dici illud Psal. Secundum nomē tuū/ sic et laus tua in fines terre.

¶ Secunda questio versat̄ circa illud verbū abrahe: Putas ne cētenario filius nascetur? Queritur ergo vtrū sit impossibile virū centenariū generare filiū/ vt videntur pretēdere p̄dicta verba Abrahe ad dn̄z. Ad hāc questionē respōdetur per tres veritates. Prima veritas. A tēpore Abrahe et deinceps vir cētenarius generare nō potest: et maxime ex muliere nonagenaria: quales erant abrahā et sara vxor illius. Pōt quidē vir senex ex iuuene muliere generare/ sed nō ex sene: eo q̄ in ea deficit sanguis mēstruus ex quo ples formatur. In viro aūt sene adhuc pōt esse semen: ex cuius decisione fit

generatio: dūmō mulier non inueniatur sterilis. Insup requiritur ꝙ sit talis etatis ꝙ adhuc patiat muliebria. Preterea ex muliere sene dummodo adhuc patiatur muliebria/ ⁊ iuuene viro potest sequi generatio/ sed nō ex sene viro: ꝓpter defectū virtutis generatiue in vtroqꝫ. Scḋa veritas: Ante tēpora Abrahe/ vtpote añ diluuiū ⁊ statim pᵒ viri ac mulieres multo ꝓuectioris etatis erant qñ vacabāt generationi ꝙ postea. Uiri nempe tunc temporis erāt sexaginta aut vltra annoꝝ qñ incipiebāt generare. Et durabat i eis talis virtus p multa centena annorū: ⁊ hoc totū vt per eos cōmodius ⁊ pēsplius multiplicari posset genus humanum. Tertia veritas. In omi etate etiam decrepita/ virtute diuina cui nihil est impossibile/ vir pōt generare/ et mulier ꝯcipe etiā non obstante sterilitate.

¶ Tertia questio versaṫ circa illud verbū: Uocabis nomē eiᵒ Isaac. Queriṫ quare istud potius dictū est abrahe ꝙ Sare. Respōsio: eo ꝙ antiquitus auctoritas nomē imponēdi puulo iure p̄ri incūbebat. In cuiᵒ etiam rei signū legitur Lu.j. ꝙ cū post dies octo a natiuitate Joā. baptiste circūcidi deberet ipse Joan. innuebāt patri eius parentes q̄modo vellet vocari eū. Et postulans pugillares scripsit dicēs: Joannes est nomen eius.

¶ Quarta questio oritur propter interpretationem predicti nominis Isaac/ q̄ interpretatur risus. Est ergo questio/ an a risu patris/ aut matris/ dictus sit Isaac. Cōstat enim tā patrem ꝙ matrē risisse dum annunciaret eis dñs illius generationem. Et de risu quidē patris legitur in presenti ca. De risu vero matris legitur in sequenti capl'o. Dicunt ergo ad hoc aliqui ꝙ vocatus est isaac .i. risus propter risum vtriusqꝫ parentis. Alij vero ꝙ propter risum matris. Sed Hiero. de Hebraicis questionibus/ dicit ꝙ propter risum soliᵒ patris. Nam priusq̄ rideret sara/ iam vocatus fuerat Isaac/ scꝫ propter risum patris.

¶ Quinta questio est de Ismahel/ de q̄ hic dicit dñs ꝙ .xij. duces generabit. Queritur ergo qui fuerūt hmōi .xij. duces geniti ab eo. Glos. interli. similiter et ordi. referunt hoc ad xij. tribus carnaliū iudeorum. Sed ista expositio magi' videatur ꝑtinere ad sensum allegoricum ꝙ historicum. Constat eñ duodecim tribus iudeorū descendisse ab Abraham per Isaac/ ⁊ non per Ismahelem. Dicendū ergo ꝙ iste Ismahel de quo pauca legūtur in sacra scriptura/ fuit temporibᵒ suis vir bellicosus: secundū ꝙ predixerat angelus Agar matri sue supra .xvj. dicens. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes/ ⁊ manus omniū cōtra eū: ⁊ e regione vniuersorū fratrū suorū figet tabernacula. Insup idē angelus de multiplicatione sui seminis predixerat/ loquens ad matrem suā Agar/ ⁊ dicens. Multiplicās (inquit) multiplicabo semen tuum/ ⁊ non numerabitur pre

multitudine. Item in sequentibus.xxi.ca.promisit dñs matri sue q faceret eum in gentē magnam / sicut & hic idem promittit. Ex his igitur omnibus concludere possum⁹ q iste Ismahel genuit plīes filios. xii. numero / qui tēporibus suis facti sunt duces belli. Uel dic q forsan ponitur hic numerus finitus & determinatus pro infinito & indeterminato / sicut aliquādo fieri solet in sacra scriptura / vt pz expresse Matth. xviij. sub illo verbo dñi ad petrum / septuagiessepties.

¶ Sexta questio est de fine et obitu ipsius Ismahel. Utrum scilicz fuerit bon⁹ / necne. Respōdet ad hoc de lyra exponēs illō verbū: Sup ismahel quoq exaudiui te: dicēs q hebrei asserunt ipsum Ismahelem in bono vitam suā finisse: quia de hoc rogauerat expresse abraham dñz deum dicens. Utinā Ismahel viuat coram te. Hāc etiam partem sequitur et approbat dictus de lyra. Oppositum autē videtur sentire glo. interli. sup illo verbo. Ecce benedicam ei: dicēs hoc esse intelligēdum de promissione tēporaliū / & non de eterna pmissione. Dicit etiam eadē glo. q Ismahel benedict⁹ fuit benedictione sinistre / que consistit in abundātia tēporaliū. Isaac vero fuit benedictus benedictione dextre / que consistit in bonis spiritualibus & eternis.

¶ Moralr & primo / antequā Abrahā et sara generarēt isaac: precepit dñs vt nomen abrahe cresceret de vna syllaba. Pri⁹ enim dicebatur Abrā. Postea vero dictus est Abrahā. Econtra aūt idem de⁹ & dñs precepit vt nomē Saraz decresceret de vna syllaba. Nā prius dicebatur Saray / postea vero Sara. Ubi notādū q per Abrahā designat intellectus. Per Saram vero volūtas. Quid est ergo q abrahā creuit de vna syllaba in cōceptione Isaac / per quē denotatur .ples boni operis: Sara aūt decreuit de vna syllaba? nisi q ad generationē boni operis dz intellectus crescere in actu suo p veritatis cognitionem / siue p sanctā contemplationem. Uoluntas aūt debet in actu suo. i. in cōcupiscētia & desiderio boni opis se rationabiliter moderari / dicēte scriptura Eccli. xviij. Post concupiscētias tuas non eas: & a voluptate tua auertere. Si prestas anime tue cōcupiscentias suas / faciet te ī gaudium inimicis tuis. Debet ergo dicere Saray de Abraham. i. volūtas de intellectu: illud Ioan. iij. Illū oportet crescere / me autem minui.

¶ Uel dic exponendo istud de cōiugib⁹ / q qñ vir crescit p bonitatē / mulier vero decrescit per humilitatē / tūc generant Isaac. i. habēt inter se gaudiū & letitiā per cōmunē iucunditatem. Tunc etiā tale cōiugiū prosperat qñ mulier subijcit / & vir dñatur. Cui⁹ ɔ̄riū faciūt hodie multe mulieres / q̄ maritis suis impare volūt & dñari forsan ratione generis & parentele ex qua descenderunt: ita vt nō erubescant vocare viros suos villanos. Propter qd de talib⁹ viris potest dici illud

Esaie.iij. Mulieres dominate sunt eis.

¶ Moral'r ⁊ tertio. Abraham est prelatus/qui debet crescere virtute ⁊ auctoritate supra Sarā/p quam intelligit' subditus. Talis nēpe mulier dz minui humilitate/vt sic simul generēt Isaac.i.risum ⁊ gaudiū .i. vt sic perseuerēt in gaudio ⁊ psperitate. Debet nēpe plātus crescere/et se magnū loco ⁊ tēpore ostēdere/ ne nimia familiaritas pariat contemptū. Subditus p̄o debet humiliari ⁊ minui/ ne supbia pariat despectum. In cuius figuram dictum est Agar ḡ.xvj.c. Humiliare sub manu domine tue.

¶ Moral'r et quarto. Abrahā est deus pater/q̄ est pater multarum gētium/ qꝛ oīm p creationē: iustorū vero p adoptionē. Isaac ⁊ ismahel ambo eius filij/sed de duab⁹ vxorib⁹/siue de libera ⁊ ancilla/ iustos designant ⁊ pctōres. Sed q̄d est ꝙ dñs statuit pactū cū Isaac in fedus sempiternū/ ⁊ nō cū Ismahel? nisi ꝙ dñs acceptat iustos et electos ad vitā eternā: non aūt cū pctōrib⁹ facit tale pactū. Malach.ij. Pactū meū vite ⁊ pacis fuit cū leui. Huiōi aūt pactū dꝛ sempiternū/tum ex parte dei/ tū s̄m presentem iustitiā. Unde Dionysi⁹. Benignissim⁹ Jesus p̄mus est in accessu/et vltim⁹ in recessu. Esa. lxj. Fed⁹ ppetuū faciā cū eis. Exaudiūtur tñ mūdani hoies ⁊ pctōres a deo interdū in abundātia rerū temporaliū/ s̄m illō Osee.ij. Multiplicaui eis aurum ⁊ argentum/ ⁊ ipsi fecerunt inde Baal.

¶ Moraliter ⁊ q̄nto per isaac de cuius conceptione risit Abraham cum illi denūciata est a domio: similiter ⁊ Sara mater eius: designatur peccator rediens ad deum per penitentiam. Talis enim spiritualit' concipitur ⁊ nascit': iuxta illō j.Pet.ij. Sicut modo geniti īfātes ⁊c̄. Et ideo de huiōi cōceptione spūali ⁊ salubri ridet ⁊ gaudet quodāmodo deus: ⁊ ad risum ⁊ gaudium admonet vniuersam multitudinē tā angelorū q̄ꝫ sanctorū hoīm more pastoris de inuētione ouis pdite dicens illud Luc.xv. Cōgratulamini mihi: qꝛ inueni ouem meā que perierat. Itē ibidē. Gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente.

¶ Moraliter ⁊ sexto iuxta illud vltimum verbum presentis clausule: Cumqꜫ finitus esset sermo loquentis cum abraham: ascendit deus ab Abraham.i. discedens ab eo ascendit: notandum ꝙ per talem ascensum designatur ꝙ quanto magis homo diuina perscrutatur in corde suo: tanto magis incomprehensibilem se illi ostendit deus: iuxta illud ps̄. Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur deus.

¶ Allegorice Sara que iterp̄tatur princeps/est beata p̄go Maria: que ab ecclesia vocat' mūdi princeps ⁊ regina. Huic ergo Sare bñdixit dñs: iuxta illud ps̄. Bñdixisti dñe terrā tuam. Itē eidē bñdixit angelus: pariter ⁊ Elizabeth: vt hr̄ Luc.j. Insuper dedit illi filiū scꝫ xp̄m: cui etiā bñdixit idem

deus et dñs. Unde vbi s. Benedictus fructus ventris tui. Cuius etiã benedictio fuit prefigurata p benedictionem Jacob: de qua in sequẽtibus. xxvij. ca. Hec igitur Sara peperit filiũ scilz xp̄m: sed non more aliarũ mulierũ: qz nõ cum dolore / sed cũ risu et gaudio. Unũ canit eccl'ia de ea dicẽs. Dum paris et gaudes. Propter qđ merito filius eius potest Isaac appellari. i. risus. Quemadmodũ ∂ hec nostra Sara fuit alijs mulieribus dissimilis in cõcipiendo: qz nõ ex virili semie / sed mystico spiramie ɔcepit dei filiũ: ita etiã fuit illis dissimilis in pariẽdo: qz tũc claustra pudoris pmanserũt integra / atqz sine dolore fuit puerpa. Cetera patebunt in sequenti expositione.

¶ Uel dic in eodẽ sensu allegorico q Sara est eccl'ia / que est magna princeps: qz in om̄i gẽte primatũ tenet / cui benedixit dñs. Hodie nẽpe synagoga iudeorum est a deo maledicta tanq̃ pessima ribalda. Eccl'ia vero xp̄ianorum ecõtra est ab eo benedicta / tanq̃ legitima et felix xp̄i spõsa. Ex hac itaqz sponsa pdit filius / scz populus xp̄ianus / cui soli bñdicit dominus: benedictione qđem gratie in presenti / et glorie i futuro. Per reges autẽ et duces q orti sunt de Sara p Isaac / designãtur xp̄i apl'i / atqz ceteri illi magni prelati primitiue eccl'ie / qui se et alios laudabiliter rexerũt: duces populorũ existentes in viam salutis eterne. Cum isto itaqz filio / scilz deuoto populo Christiano statuit dñs pactũ in fedus sempiternum / scilicet de dando sibi terram celestẽ. Quod quidem pactum registratum est Marci vlti. vbi sic legitur. Qui crediderit: et baptizatus fuerit: saluus erit.

¶ Anagogice Sara est ecclesia triumphans: que est valde magna princeps. principatur enim sanctis angelis: et omnibus electis tanq̃ filijs suis: qbus benedicet dñs in die iudicij dicẽs ad eos illud Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei: possidete regnũ etc. Per risum autẽ Abrahe designat illud ineffabile gaudium qđ habebũt predicti in celo: de q Esa. xxxv. Gaudium et letitiã obtinebũt: et fugiet dolor et gemitus ab eis. In presenti em̄ vita risus dolore miscetur: in futuro aũt abinuicem totaliter separabuntur. Nã in inferno erit dolor purus: et per oppositũ in celo gaudiũ purum. Bene ergo de electis dictũ est q fugiet dolor et gemitus ab eis. Hinc etiam Christus Joã. xvj. Tristitia iquit vr̃a vertet in gaudiũ: et gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Ecce pactũ dñi quod factus est cũ Isaac . i. cum ridẽtibus in celo: non quidem ad tempus: sed in fedus sempiternũ: iuxta illud Esa. lj. Letitia sempiterna sup capita eorum. Et nota q dicit sempiterna.

¶ Sexta clausula.

¶ Tulit autem Abraham ismahel filiũ suum: et omnes vernaculos domus sue: vniuersosqz quos emerat: et cũ

eros mares ex omnibus viris domus sue: et circuncidit carnem preputii eorum statim in ipsa die sicut preceperat ei deus. Abraham nonaginta et nouem annorum erat quando circuncidit carnem preputii sui: et ismahel filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis sue. Eadem die circuncisus est Abraham et ismahel filius suus: et omnes viri domus illius: tam vernaculi quam empticii: et alienigene pariter circuncisi sunt.

¶ Historaliter postquam in precedenti clausula egregius dei famulus Moyses egit de mutatione nominis sare vxoris Abrahe: item de filio ex ea nascituro qui dictus est Isaac: Item de benedictione eiusdem filii: et de pacto sempiterno habituro cum eo / insuper et de benedictione ismahelis filii agar: hic consequenter in fine huius capituli loquitur qualiter ipse Abraham conformiter ad preceptum sibi factum a domino: de quo habitum est in precedenti quarta clausula huius. c. circuncidit tam filium suum ismahelem: quam seruos suos: quam etiam seipsum. Refert ergo moyses quomodo ipse Abraham exequens mandatum domini primo et ante ceteros circuncidit filium suum ismahelem. Nondum enim natus erat isaac de cuius circuncisione dicetur postea. Erat autem ismahel. xiij. annorum quando circuncidit eum pater suus. Unde dicitur quod posteri eius consueuerunt circuncidi. xiii. etatis sue anno: vt refert dominus de palude. Sed pro ampliori declaratione rectius mouentur alique questiones.

¶ Prima igitur questio. Quando primo exequutus est Abraham preceptum sibi factum? Respondetur quod eodem die quo et factum est. Uerisimile enim est quod erat adhuc mane quando apparuit illi dominus: qui post preceptum sibi factum: et expletis ceteris sermonibus quos locutus est ei dominus / de quibus in precedentibus per totum presens capitulum dictum est: tandem ascendit ab abraham: vt dictum est in fine precedentis clausule. i. disparuit apparitio et visio illa. Quo facto: sine mora ille preparauit se ad circuncidendum ismahelem filium suum. In quo facto commendatur obedientia ipsius Abrahe.

¶ Secunda questio. Utrum Abraham circunciderit primo seipsum: deinde filium suum et alios? Dicendum probabiliter quod non: sed tantum post omnes. Cum enim in circuncisione funderetur humanus sanguis ab aliquibus plus: et ab aliis minus: si ipse primum seipsum circuncidisset: non potuisset forsan commode pre debilitate corporis adimplere circuncisionem in aliis. Quod autem circuncisio induceret debilitatem etiam notabilem: patet in sequentibus capitu. xxxiiii. vbi legitur quod cum viri sichimite circuncidissent seipsos: tandem duo filii Jacob Simeon scilicet et leui: arreptis gladiis confidenter ingressi sunt ciuitatem sichem: et facile interfecerunt omnes masculos

ciuitatis:etiam vsq ad regē τ filium eius. Jam enim erat dies terti⁹ quo se circunciderāt:quādo grauissimus dolor est vulnerum: vt dicit textus. Talem autem stragem fecerunt duo predicti filij Jacob de sichimitis in penam rapt⁹ dine sororis eorū. Pꝫ ergo ꝙ circuncisio inducebat debilitatem:τ per consequēs Abraham distulit seipsum post ceteros circuncidere: ne nimium grauaretur aut oīo deficeret in circuncidēdo alios. Alij autem dicunt ꝙ primo cepit circuncisionem a seipso: vt alios promptiores ad sustinendā eā suo exēplo induceret. Nec debilitas inde secuta tanta fuit vt ipsum impediret ab alijs circuncidendis. Insuper dñs deus de cuius mādato hoc faciebat:opem illi ferebat quātum erat necesse.

¶ Tertia questio. Utrum licite Abraham circūciderit omnes viros domus sue:tam vernaculos.i.seruos in domo sua natos: siue a seruis suis ibidē natos:ꝙ etiam illos quos emerat? Uidetur ꝙ non. Circuncisio nempe erat figura baptismi. Sed hodie nō licet baptizare iudeos etiā seruos christianorum ipsis inuitis: vt patet distincti.xlv.de iudeis. vbi sic legitur. De iudeis precepit sancta synodus neminem deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult deus miseretur:τ quem vult indurat. Igitur. Ad idem etiam est capit. maiores. extra de baptismo. Dicendum ꝙ quicquid fecit Abraham in hoc facto/bene fecit:puta cōformiter ad diuinum preceptū: de quo in precedenti quarta clausulā. Insuper non dicit in textu ꝙ abraham circunciderit extraneos aut seruos emptitios siue vernaculos ipsis inuitis. Potuerūt enim consentire. Preterea nō erat tunc temporis natum sequi tātum scandalū ex circuncisione inuitorum seruorum: sicut modo ex baptizatione inuitoꝝ iudeoꝝ aut alioꝝ īfidelium. Qui eni possent facile redire ad iudaismum : et ritum patrum suorum:non absq iniuria fidei catholice.

¶ Moraliter τ primo per hoc ꝙ tam festinanter Abraham paruit diuine iussioni in facto circuncisionis : quia eodē die quo factum est sibi preceptum/executus est huiusmodi preceptum/ vt dictum est:per hoc inquā significatur ꝙ statim τ sine mora debemus parere diuinis mandatis et iussionibus. Itē similiter mādatis superiorū:quibus obediēdo magis deo obedimus. Qñ vbi fecerimus : tunc de vnoquoq nostrum recte dicere poterit dominus illud psal. In auditu auris obediuit mihi : id est ꝙ primū audiuit aure corporis preceptum sibi factum: tunc parauit se ad illius executionem. Exemplo pauli:qui a domino in terram prostrat⁹ dixit ei. Domine quid me vis facere? Act.ix. Exemplo etiā Samuelis : quem cum vocasset dominus primo τ secundo ait. Ecce ego. Cūq tertio vocasset eū/ ait. Loquere domine : quia audit seruus tuus.

hinc Augu. ad fratres in ere mo. ser. xl. qui intitulatur de obseruantia clericorũ: ait. Sicut obediendum est libenter: sic hilariter: sic et velociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Et postea. Non placet inquit deo morosa ꝛ discepta trix obedientia: que cum aliquid pcipitur: querit: cur: quare: quaobrē precipiatur. Dicit etiam Hieron. iij. parte epistolarum suarum epistola lxxxv. ꝙ non est obediens monachus qui secundū expectat mandatū. Aduni⁹ domini iussionis vocem Petrus et Andreas relictis retibus et omnibus que habebāt: dñi secuti sunt vestigia. Hec ille. Unde in laudem cuiusdam monachi legitur in vitis patrum ꝙ cum siluanus abbas eius vocasset eum: mox vt audiuit vocē ei⁹ foras exiuit ad eum. Et ingressus abbas in cellā eius: qꝛ scriptor erat: reperit quaternionem quem scribebat: ꝛ inuenit ꝙ illa hora in qua vocatus fuerat: literā quam faciebat mediam reliquerat: scilicet O: et hoc totum vt promptam obedientiam impleret. Hec ibi.

¶ Moraliter et secundo per hoc ꝙ sanctus patriarcha Abraham circuncidit seipsum: filium: ꝛ vniuersam familiam: denotatur ꝙ non debet homini sufficere vt in se sit circuncisus per carentiā malitie: verū etiā debꝫ laborare vt alios circuncidat; id est bonos reddat quantū in se est. Unde ad hoc potest dupliciť obligari. Primo quidem ex debito equitatis siue iustitie. Da exemplum de parentibus in ordine ad filios suos. Item de rectoribus in ordine ad subditos: siue huiusmodi rectores presint in tēporalibus: siue in spiritualib⁹. Unde vnicuiqꝫ tali cōminatur dominus dicens illud. iij. Regū. xx. Custodi virum istū: qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima illius. Secundo ex debito charitatis: quia vt dicitur Eccli. xvij. Unicuiqꝫ mandauit deus de proximo suo: vt scilicet eius salutem procuret quātum potest. In cuius figurā legitur Exodi. xxiij. vbi mandat dominus dicens. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti: reduc ad eum. Si videris asinū odientis te iacere sub onere: non pertransibis: sed subleuabis cum eo. Item Deuterono. xxij. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem: ꝛ preteribis: sed reduces fratri tuo. Item post pauca. Si videris asinū fratris tui aut bouem cecidisse in via: nō despicies: sꝫ subleuabis cum eo. Applicatio est facilis quo ad procurationem salutis proximi: que fit per circūcisionem spiritualem.

¶ Moraliter ꝛ tertio per hoc ꝙ Abraham in etate. xcix. annorum iussus est a domino circuncidi: simili re et Ismahel filius eius etatis. xiij. annorum: insuper et serui illius etiam cuiuscūqꝫ etatis essent: significatur ꝙ domin⁹ optat salutem iuuenum: senum: ꝛ ceterorum cuiuscūqꝫ etatis existant. Uult enim omnes homines saluos fieri: vt dicit Apo.

j. ad Timo. ij. In cuius etiam figuram legitur Matthei. xx. quod operarij vinee in quacunque diei hora venientes: etiam vsque ad horam vndecimam: receperunt singulos denarios.

¶ Moraliter et quarto per hoc quod eodem die circuncisus est abraham: et ismahel filius eius: ceteri quoque viri domus illius: significatur quod prelatus qui per Abraham intelligitur i debet facere singularem circuncisionem: scilicet resecando superflua siue vitia ab istis tribus. Primo quidem a seipso. Secundo ab his qui secum morantur et habitant. Tertio ab extraneis: quia secundum Gregor. durum est vt qui tenere nescit moramina vite proprie immoderator fiat vite aliene. Attendendum tamen est quod iste Abraham i id est prelatus ad istam circuncisionem faciendam in subditis aliquando debet i vti cultro lapideo: aliquando nouacula acuta que minus ledit et hoc secundum differentiam culparum siue delinquentium. Nam circa peccantes ex humana fragilitate: siue ex ignorantia aut passione: debet minus agere quam circa peccantes ex certa scientia et malitia. Nec enim debet esse nimis remissus: vt culpas subditorum negligat circuncidere. Nec similiter nimis austerus: vt delinquentium culpas nimis aggrauet: atque eos onere importabili opprimat. Hinc sapiens Eccli. iiij. loquitur prelato dicens. Noli esse sicut leo in domo tua. i. in ecclesia per nimiam austeritatem et duritiam tam in verbo quam in facto: euertens domesticos tuos: et opprimens subiectos tibi. Uult ergo dicere sapiens quod prelatus non debet se erga subditos nimis austerum exhibere: nec etiam eos nimis molliter contrectare. Teneat ergo medium.

¶ Moraliter et quinto per ismahelem qui in etate. xiij. annorum circuncisus est: et per Abraham qui in prouecta etate: videlicet. xcix. annorum similiter circuncisus est: denotantur iuuenes et senes. Hi enim circuncidi debent: iuuenes quidem ab insolentijs et vanitatibus suis: ne nimis crescant. Prouerbiorum. xxij. Stultitia colligata est in corde pueri. Modus autem faciendi talem circuncisionem est per disciplinam et correctionem. ideo sequitur. Et virga discipline fugabit eam. Senes etiam circuncidi debent a malis et prauis consuetudinibus suis. Et quia habitus est qualitas de difficili mobilis: ideo ad faciendum talem circuncisionem oportet adhibere cultrum lapideum i id est duram et asperam penitentiam. Exemplum habemus in legenda beati Andree de illo Nicolao qui permanserat in fecibus luxurie annis septuaginta. Qui tandem precibus beati Andree: necnon et vigilijs ieiunijs atque disciplinis sui corporis circuncidit a se predictam iniquitatem.

¶ Moraliter et sexto adhuc discutiendum est de circuncisione spirituali: quamuis de ea iam aliquid breui: ex dictum

sit supra: videlicet sub quarta clausula huius capituli in secunda expositione morali. Debemus ergo circuncidere conformiter ad Origenem hec que sequuntur.

¶ Primo quidem interiorem hominem / id est cor: auferendo ab eo cogitationes malas et nocivas anime: et que sunt sine intellectu: eo quod spiritussanctus aufert se a talibus cogitationibus: vt habetur Sapie. .j. Qui etiam (inquit origenes) rectam fidem in synceritate conscientie custodit: ille circuncisus est corde: de quo et sibi similibus recte potest dici illud Matth. v. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Ecce quantum prodest predicta cordis circuncisio. Ille vero econtra est incircuncisus corde qui cogitat inutile: in quo morantur cogitationes noxie / quales erant illi quibus loquitur xps Matth. ix. dicens: Ut quid cogitatis malum in cordibus vestris? Hec autem cordis incircuncisio vbicunque et apud quemcunque fuerit / extendit se statim ad exteriora membra: quoniam teste Christo Matthei. xv. de corde exeunt cogitationes male / furta / homicidia / adulteria / blasphemie: et similia mala opera. Hec sunt que coinquinant hominem. Ecce igitur quantum nocet incircuncisio cordis / siue interioris hominis.

¶ Secundo debemus circuncidere exteriorem hominem: vz preputium siue genitalia. Ille autem circuncisus est preputio qui vtitur moderate coniugio: et recta intentione: vt sint nuptie honorabiles / et thorus immaculatus. Ille vero adhuc perfectius circuncidit carnem preputij sui spiritualiter qui perpetuo abstinet ab opere carnis propter deum: vt sunt boni religiosi et ecclesiastici: de quibus recte potest intelligi illud verbum xpi Matth. xix. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum. Et hi per dei gratiam adhuc multi sunt. Unde et significantur per illos. cxliiij. milia de quibus legitur Apocal. xiiij. qui empti sunt de terra: et qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt: et sequuntur agnum. i. xpm virginem et de virgine natum quocunque erit. Vel sequuntur agnum cuius mater virgo est / cuius pater feminam nescit. Econtrario autem illi incircuncisi sunt preputio qui contemptis matrimonij aut castitatis legibus sequuntur impetum carnis sue quocunque illos duxerit: ita vt cognoscant solutas et ligatas: quos valde terrere debet illud apostolicum verbum ad Hebre. xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit deus: supple ad eterna supplicia. Nam vt habetur Apoc. xxi. pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure.

¶ Tertio debemus circuncidere aures ne audiant vana et nociua. Unde Origen. Ille circuncisus est auribus / cuius aures intente sunt ad librum legis diuine. i. ad libenter et ex corde audiendum diuina. Item ad libenter audiendum increpationem. Et similiter ad audiendum et consequenter exaudiendum clamorem pauperis.

Item ille circūcisus est auribus qui sepit aurem suā spinis ne audiat linguā neq̄: prout consulit esse faciendū scriptura Eccli.xxviij. Econtra vero ille incircūcisus est aurib⁹ qui obturat aurē suam ad clamorem paupis: vel ne audiat legem sui creatoris: siue verbū salutaris predicationis.

¶ Quarto debem⁹ circūcidere linguā nostrā pariter et labia: ne loquantur iniqua siue cōtra deū/siue contra pximū prout consulit esse faciendum psal. dicens: Prohibe linguam tuā a malo/et labia tua ne loquantur dolum. Econtra autē illi sunt incircūcisi labijs qui loquuntur vana/superflua/impudica/noxia/mēdacia/periuria/detractiones/et blasphemias/dicētes: Linguā nostrā magnificabimus/ labia nostra a nobis sunt: qs noster dñs est? Unde quilibet talis recte pōt dicere illud Esaie.vj. Uir pollutus labijs ego sum: et in medio populi polluta labia habētis ego habito. Similis eñ similem sibi querit: vt habetur Eccli.xiij. Et ideo hoies incircuncisi labijs similes sibi querunt. Qui ergo ppriē incircūcisi labijs sint/perpulchre ostēdit ipse Origenes/dicēs: Ego puto q̄ incircūcisus labijs sit qui nōdū cessauit a stultiloquio a scurrilitate: q̄ bonis derogat/q̄ crimiat proximos/q̄ instigat lites/qui calūnias mouet/qui suis sermonibus ꝛ oblocutionibus ponit inter fratres discordias: qui vana/ineptia/secularia/ impudica/ turpia/ proterua/blasphema/et cetera q̄ indigna sunt xpiano/ ore ploquitur. Si quis vero ab his oībus cōtinet os suū: et disponit sermones suos in iudicio: versositatē reprimit/linguā tēperat/verba moderat: iste merito circūcisus labijs dicit. Qui autē iniquitatē in excelso loquuntur/ponētes in celum os suū: vt sunt heretici ꝛ blasphemi: tales incircuncisi sunt labijs. Hec chrysostomus.

¶ Quinto debemus circuncidere manus a rapinis ꝛ furtis ab vsuris/ꝛ simoniaca prauitate. Item ab omni illicito cōtractu. Cuius contrariū pene infiniti hoīes faciunt. Et ideo oēs tales incircūcisi sunt censendi. Item debemus circūcidere manus nostras ne se extēdant ad iniustā percussionem proximi. Sed debemus eas extendere ad pauperē. Item ad dñm/ eas eleuando in celum: suppliciter implorantes diuinum auxiliū: siue grās agētes propter susceptū a largitore omniū bonoꝝ multiplex beneficium. Hinc psal. In nomine tuo leuabo manus meas. Itē alibi. Deū exquisiui manibus meis.

¶ Sexto debemus circūcidere oculos nostros ab omni incauto aspectu. Taliter autem circūcidebat oculos suos/aut saltem circūcidi a dño postulabat q̄ dicebat: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Nōne etiā mirabilē circūcisionem oculoꝝ suoꝝ fecit ille nominatissimus phus Democritus: qñ quidem Athenis philosophans oculos sibi eruit: eo q̄ feminas sine cōcupiscentia

videre nō poterat? Cuius zelū laudamus: sed factū reprobamus. Non enim sibi ipsi licuit quacūqȝ ex causa oculos scient eruere: sicut neqȝ licȝ cuicūqȝ mortaliū sibiipsi mortē inferre: sed prohdolor pauci admodum circūcidunt oculos suos sed incircūcisos relinquunt p incautū aspectū: qđ tamē phibet dñs Matthei. v. dicēs: Si quis viderit mulierē ad cōcupiscendū eam: iam mechatus est in corde suo. Et talis incautus aspectus phibetur ne peius sequatur. Unde ad hoc ppositū facit similitudo quā ponit Chrysosto. sup Matth. homil. xvij. vcȝ de puero tenente gladium/ quē etsi nondū inde eum vulneratū esse cernamus/ ipsum tamen verberamus: ac sepe minātes denūciamus ne iterum illū cōtingat. ita etiā deus inuerecūdū coercet aspectum/ ne qñqȝ in ipsam icidat homo actionē. Hec ille. Et breuiter si Dauid oculos suos circūcidisset: nequaqȝ adulteriū cōmisisset. Itē si iudas pecuniam nō vidisset: magistrū suū nō tradidisset. Insup si sodomite oculos clausissent: iuuenes non vidissent/ nec tandem perijssent. Ecce ꝙ malū ꝛ periculosum est oculos suos nō circuncidere.

¶ Preter hec autē oīa debemus circūcidere alia tria: vcȝ gressum/ gustū/ odoratū. Gressum quidē/ ne pedes nostri veloces sint ad effundēdum sanguinem: sicut plerūqȝ fit in cōgregationibus que nō fiunt in nomine dñi: sed potius diaboli: vt in choreis et huiusmodi. Gustum etiā circūcidere debemus: vt siue manducemus siue bibamus: ad gloriam dei māducemus ꝛ bibamus: id est vt fortiores simus in seruitio dñi: vt innuit apo. ad Ro. xiiij. Incircuncisi vero gustu sunt oēs crapulosi ꝛ ebriosi: ꝛ precceteris qui bibunt ad equales potus. Quos reprobat Innocentius tertius extra de vita et honestate clericoꝝ. c. a crapula. ita dicēs. Illum abusum penitus decernimus abolendum: quo in quibusdam partibus ad potus equales suo modo se obligant potatores: ꝛ ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat: et calices fecundiores exhaurit. Hec ibi. Deniqȝ odoratum circūcidere debemus. Tunc autem odoratū circūcisum habemus/ quādo gustamus ꝙ suauis est dñs: ꝛ quādo spiritualia ꝛ diuina nobis sapiūt plusꝙ terrena ꝛ transitoria. Similiter qui delectatur in operibus mie: ꝛ signanter in visitatione infirmoꝝ: huius circuncisa est odoratio. Qui vero vnguentis delibutus incedit: talis incircuncisus odoratu est iudicandus. Et breuiter vt dicit idem Origenes: si singula queqȝ mēbrorum in officijs mandatoꝝ dei deseruiant/ circuncisa dicenda sunt. Si vero vltra prescriptas siue diuinitus datas luxuriant leges: incircuncisa dicenda sunt. Et hoc indicat ipse Origenes/ puto esse qđ apostolus dicit ad Rom. vj. Sicut in quit exhibuistis mēbra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete ea ser-

nire iustitie in sanctificatio-nem. Ac si aperte diceret: Cū mēbra vestra seruirēt iniqui-tati: nō erāt circuncisa. Cum vero ceperint seruire iustitie in sanctificationem: promissio que abrahe facta est/impletur in eis. Tunc enī lex dei & testamentū eius signatur in eis. Et hoc est signū vere fidei: qd̄ inter deum & homines eternum federis cōtinet pactum. Hec Origenes. Et sic patet de multiplici expositione morali presentis clausule.

¶ Allegorice. Circūcisio figura erat baptismi ī lege gratie/ quem nobis attulit Christus. Tūc ergo ipse Christus qui in Abrahā figuratur/ circūcisus est quādo baptizatus est: vt legitur Luce.iij. Similit̄ & oēs viri domus sue eodē modo circircūcisi sunt: quia & apostoli credūtur baptismū suscepisse/ exēplo magistri sui xp̄i. Qd̄ si queratur quādo aut vbi: nescitur. Nec mirum si illi baptizati sunt etiā a Christo: maxime cum & ipse baptista Christi Joan. ab eodem Christo baptizatus sit: vt asserit Chrysosto. super Matth. in opere imperfecto. homilia. v. vbi ita ait. Postq̄ Joan. baptizauit christum/ ab eodē baptizatus est: Quis in secretiorib⁹ libris manifeste hoc scriptū sit. Et Joannes quidē baptizauit illum in aqua: ille autem Joannē in spiritu. Hec Chryso. Hoc etiā tenet beat⁹ Thomas. iij. parte. q. xxxviij. articu. vj. ad secūdum. Et similiter in eadē iij. parte. q. lxvij. arti. vj. ad secundū. Item. iiij. sen. distin. ij.

Uel dici in eodem sensu allegorico q̄ ipse Christus figurat⁹ per Abraham circuncisus est tripliciter/ siue ex parte triū. Primo quidem ex parte anime per obedientiam ad patrē. Propter quod dicebat Joan. vi. Ego descendi de celo nō vt faciam voluntatē meā: sed voluntatem eius qui misit me. Secundo ex parte corporis p̄ omnimodā renunciationē corporee voluptatis. Nam sicut ex virgine nasci dignatus est: ita et virgo in euum permansit. Tertio autem ex parte bonorum tēporalium: illis abrenunciando in particulari: & voluntariam paupertatem eligendo. Matthei. viij. Uulpes inquit terre foueas habent/ & volucres celi nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Ecce quō tripliciter circūcisus est ille quē quondā Abrahā circūcidi precepit. Similiter ad illius exemplaritatem circuncisi sunt illis tribus modis omnes viri domus illius: id est omnes apostoli/ forsan iuda excepto. Primo quidem ex parte anime p̄ prōptam et integram obedientiam ad ipsum Christū tanq̄ synceri religiosi ad abbatem suum. Secūdo ex parte bonorum tēporalium per illorum abrenūciationē. Unde de istis duob⁹ simul scribitur Matth. xix. sub illis verbis: Ecce nos reliquimus omnia. ecce paupertatis electio. & secuti sum⁹ te. ecce prōpta obeditio. Itē eiusdē Matthei. iiij. legitur q̄ cum xp̄s vocasset de mari Petrū & Andreā vna vice/ & sta-

tim post Jacobū et Joā. dicēs illis: Venite post me rē. mox relictis retibus et naui secuti sunt eū. Unde per dimissionem retium et nauis denotaē votū paupertatis. Per sequelam autē christi insinuatur votum obedientie. De castitate autē apostolorū ꝙuis nihil legatur: nihilominus valde pbabile est ꝙ eam obseruauerunt ex ꝗ a xpo vocati sunt ad apostolatū: etsi aliꝗ eoꝝ prius vsi sunt legitimo matrimonio: vt satis apparet de Petro: ꝗ ꝛ filiam dicit habuisse noīe petronillā: ex quo tñ xpi aplī facti sunt: ꝯtinēter vixerūt: exēplo magistri sui. Et breuiē vt dicit btūs Tho. ij. ij. q. lxxxviij. arti. iiij. in solu. ad tertiū. aplī intelligunē vouisse ꝑtinentia ad perfectiōis statū: qñ quidē christū relictis oībus sunt secuti. Quātū autē ad votū paupertatis: tenet expresse btūs Augusti. de ciui. dei lib. xvij. c. iiij. ꝙ ipm emiserūt. Dicit enī sic. Dixerāt enī potentes illi: scilȝ aplī. Ecce nos dimisimus oīa: et secuti sumus te. Hoc inquit votum potentissimi vouerāt. Sed vnde hoc eis nisi ab illo de quo dictū est: Dans votum vouenti? Hec ille.

¶ Anagogice. Domus abrahe que totaliē circuncisa est: que etiam sola circūcisionem accepit a dño: designat electos qui in die iudicij statuentur a dextris Christi cū corporibus glorificatis: ꝙtūcunꝙ dicta corpora sint in presenti imperfecta et immunda. Nam teste apostolo. j. ad Corinth. xv. corruptibile hoc ꝛ mortale induet incorruptionē et immortalitatem. Unde ad hoc persuadendum Chrysosto. ī tractatu de reparatione lapsi dat similitudinē de filio regis qui primo traditur alendus sub tugurio pauperis hominis: vbi etiam vilibus induiē. Sed postꝙ creuerit: ꝛ venerit hora vt ingrediatur aulam regiā: tunc vilibus vestibus depositis repente in habitum regium trāsformatur: et totꝰ alter efficitur. Ita ꝛ in immutatione sanctorum fiet. Hec ille. Unde etiam in figuram huius legitur in sequentibus. xlj. capi. de Joseph quem serui regis Pharaonis ad eius imperium eduxerunt de carcere: tondentes eū: quē veste mutata obtulerūt regi. Ad propositum Joseph in carcere: est corpus cuiuslibet electi in sepulchro: quod tamē in fine seculi ad regis regum imperium angeli inde educent: atꝙ veste mutata id est corruptione mutata in incorruptionem: et mortalitate in immortalitatem: similiter obscuritate in claritatem: et grauitate in agilitatē: offerent simul cum anima in conspectu regis eterni: cū participatione eterne glorie. Ecce igitur quid fiet vniuerse domui abrahe in resurrectione generali. Qui autem tunc non fuerint de dicta domo: non circuncidētur predicto modo: sed multo plures tunc habituri sunt deformitates ꝙ in p̄senti passi sint.

¶ Geñ. xviij. prima clausula.

¶ Apparuit autem Abrahe dn̄s in conualle mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cū-
q; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes ꝓpe eum. Quos cū vidisset: cucurrit in occursum eorū de ostio tabernaculi sui: ⁊ adorauit in terra: ⁊ dixit. Domine si inueni gratiā ī oculis tuis, ne trāseas seruum tuū: sed afferam pauxillū aque: ⁊ lauentur pedes vestri: ⁊ requiescite sub arbore. Ponāq; buccellā panis: ⁊ cōfortetur cor vestrū: postea transibitis. Idcirco em̄ declinastis ad seruū vestrū. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Festinauit abrahā in tabernaculum ad sarā, dixitq; ei: Accelera, tria sata simile cōmisce, ⁊ fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentū cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimū ⁊ optimū, deditq; puero, q̄ festinauit ⁊ coxit illū. Tulit quoq; butyrū, ⁊ lac, ⁊ vitulum quem coxerat, ⁊ posuit corā eis. Ipse vero stabat sub arbore iuxta eos.

¶ Historialiter. Postq̄ eximius ꝓpheta dn̄i Moyses in precedenti capitulo diffuse locutus est de circuncisione: similiter ⁊ de ꝓmissione Isaac: hic consequēter agit de conuiuio solenni qd̄ fecit Abrahā angelo qui venerat nunciare conceptionē Isaac ex Sara pariter et duobus alijs angelis: quos oēs credebat esse veros homines. Dicit ergo sic. Apparuit autē Abrahe dn̄s: scilȝ in specie humana, et visibiliter. In conualle mambre: id est in illa valle in qua morabatur homo quidā dictus mābre, a quo dicta vallis denominata est. In eadē etiā valle morabat̄ abraham: q̄uis seorsum ab ipso mābre. sedēti, scȝ abrahe: in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Sic em̄ sepe stare cōsueuerat Abrahā hora meridiei, quasi expectās hospites: quos ad se declinare rogabat: tum vt tunc cū esset hora comedēdi, apud eum gratis epularētur: tum vt intra tabernaculū suum contra ardorē solis ꝓtegerētur: tum vt contra debilitatem causatā ex labore itineris pausarent: sicut peregrini facere consueuerunt, maxime estiuo tēpore. Modus autem predicte apparitiōis talis fuit Nam cū ipse abraham sederet in ostio tabernaculi sui: eleuauit ocl'os vt videret si nā trāsirent aliqui ꝑegrini quos posset inuitare modo predicto: et ecce subito apparuerūt ei tres viri stantes prope eum. i. tres angeli in specie trium virorū, quos et ipse abrahā estimauit primo esse homies: sed postmodum angelos esse cōprobauit. Quos cū vidit cucurrit in occursum eorum: putās eos esse peregrinos. Hoc autem fecit hospitalitatis studio: tale exēplum nobis relinquēs: vt dicit interli. Unde apo. ad Hebr. vj. Hospitalitatē nolite obliuisci Per hanc em̄ quidam placuerunt deo: angelis hospitio receptis: sicut supple īsinuat p̄sens historia. Et ꝓpe huic simile legitur de loth qui duos angelos in forma hūana hospi

tio receptiq veniebant ad destruēdum sodomā cū adiūctis ciuitatibus. Ipse aūt propter hmōi humanitatis beneficium preseruatus est ne cū illis periret: vt patz in sequenti capl'o. Sed pro ampliori declaratione presentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium est. Utrum fuerit vnica apparitio q̄ facta est abrahe, an due? Et videtur ꝙ due, qz primo apparuit illi dñs: deinde tres angeli, vt refert Moyses in textu. Dicendū cōformiter ad magistrum nicolaū de lyra: ꝙ aliter loquūtur de hoc doctores hebrei, et aliter doctores catholici. Primi enim dicūt duas fuisse apparitiones, et que etiā distinctis tēporibus facte sunt. Nā prima facta est prima die circuncisionis ipsius abrahe: secunda vero die tertia. Itē differūt ex parte apparentiū: qz in prima apparitiōe apparuit dñs sub aliqua specie sensibili. In secūda vero apparuerunt angeli in specie peregrinorū. Secūdi vero doctores (scz catholici) dicunt vnicā fuisse apparitionem, q̄ facta est p angelos: de quibus aliqñ loquitur Moyses singulariter, aliqñ pluraliter, et hoc ꝓpter sēsum mysticū, vt postea dicetur. Et de hmōi vnica apparitiōe loqtur ipse Moyses dupliciter. Primo quidem in generali dicēs: Apparuit autē dñs etc. Secundo vero in spāli cū subdit: Cūq3 eleuasset oculos etc. Est g̃ sensus p̄ntis text⁹: Apparuit aūt dñs abrahe sedenti etc. scz per angelos quos fecit apparere. Quos cū vidisset, occurrit in occursum eorum. etc.

¶ Secundū dubiū. Cur dicti angeli apparuerunt in specie viroꝝ potius sub numero ternario q̄3 sub alio? Respōsio. ꝓpter representationē mysterij sancte trinitatis, vt postea dicetur. Secundo ꝓpter causas apparitionis varias. Dicit eñ Josephus tres angelos in specie humana missos, vt vnus nūciaret abrahe verbū dei de filio suo scz Isaac nasciturū, et alii duo ad subuertendū sodomam, et loth liberandū. Eusebius vero ait. Primo omnium prophetarū abrahe verbū dei cum in figura apparuisset humana, vocationē gentiū pollicetur. Et sic apparuit ei fili⁹, quē et adorauit. Sed qz nusq̄3 legit pater apparuisse in subiecta creatura: dicitur ꝙ duo angeli apparuerūt in designatione duoꝝ preconum, Moysi scz et Helie, quorum alter primum dñi preuenit aduētum: alter vero preueniet secundū.

¶ Tertiū dubiū. Qui fuerūt isti tres angeli q̄ apparuerūt Abrahe in assumptis corporibus? Ad hoc dubiū dicūt nōnulli ꝙ isti fuerūt michael, gabriel, raphael. Inter quos michael erat medius, tanq̄3 superior, qui venerat nūciare cōceptum Sare: de q̄ messias siue dei filius nascere͂t: ideo interpretatur quis vt deus. Gabriel autē erat ad dexterā, q̄ veniebat ad destruendū sodomam: ideo interp̄tat͂ fortitudo dei. raphael vero erat ad sinistrā, qui veniebat ad sanādum circuncisos, et ad liberandū loth

p

de Sodomis: ideo interpretatur medicina dei.

¶ Quartū dubiū mouetur propter illud verbum (et adorauit in terra) id est cecidit abrahā in terra vt adoraret predictos angelos. Queritur ergo vtrū hoc licite fecerit. Uidetur q non: quia solus deus est adorādus. Pro solutione notādum q triplex assignat a doctorib⁹ adoratio / videlicet latrie / hyperdulie / dulie. Latria soli deo de p se debetur in recognitionem summi dominij. De per accidens autē debetur instrumētis dñice passionis: et hoc ratione cōtactus. Similiter ratione repñsentationis debetur signo crucis / etiam in q̄cunq materia effigiatur. Hyperdulia autē debet alicui creature propter quādam excellētiam. Et hac adoratiōe venerari debet beata virgo Maria secundum beatū Tho. iij. parte. q. xxv. artic. v. Dulia vero potest exhiberi alicui creature propter aliquā eminentiā / vtpote propter prelaturā / aut scientiam / siue sanctitatem / siue officium publicū. Quod ergo dicitur q solus deus est adorandus / pceditur loquēdo de adoratione latrie / et de p se. Sed tamen possumus exhibere honorem et reuerentiā alicui pure creature propter predicta. Qui quidē honor vocat dulia. Et hoc modo Abrahā adorauit angelos sibi apparētes / dū tamen intēderit eos adorare: et nō potius deum trinitatem quē ipsi representabāt cū vnitate essentie. Unde dicitur in glo. q tres vidit / et vnū adorauit: sed de hoc i sequēti dubio.

¶ Quintum dubium oritur ex modo loquendi scripture. Nā postq abrahā adorauit dictos angelos / siue dominū in angelis vt dictū est / mox ait: Dñe si inueni gratiam coram oculis tuis / id est si tibi gratus sum: et placet tibi facere mihi hanc graz: ne trāseas seruū tuum / supple cito: sed afferā pauxillum aque / id est modicū aque: et lauentur pedes vestri / et requiescite sub arbore / scilz sub quercu que erat ante ostiū tabernaculi / vt saltem vmbra illius possit vos ptegere ab estu meridiano. Est ergo q̄stio cur Abrahā primo locutus est singulariter dicēs: Domine si rc. et postmodū pluraliter cū subdit: vt lauentur pedes vestri / et requiescite rc. Dicendum q ipse ideo sic locut⁹ est spiritusancto dirigente linguā eius / vt sic exprimeretur vnitas diuine essentie cū personarum pl'alitate: q̄uis ipse non plene tūc intelligeret que dicebat. Nam vt dicit hic de lyra / et bene: contingit aliquādo preter intentionem loquētis / diuina virtute hoc faciēte / quod aliquod verbū sic proferatur vt est consonū fidei catholice / licet pronuncians illud verbum hoc nō intelligat / sed aliud: sicut Caiphas dixit de Christo: Expedit vobis vt vnus homo moriatur p pplo rc. Jo. xj. Deinde de ipso Caipha loquens euangelista ait: Hoc autē non dixit a semetipso / sed supple a spiritu sancto: quia cū esset pōtifex anni illius / pphetauit q Jesus moriturus erat p gēte.

Ipse autem Caiphas intēdebat solūmodo dicere q melius erat Christū mori. Quis nō haberetur causa sufficiens cōtra eum: q occasiōe populi credentis in eū venirent Romani et destruerent locū et gentem. Sed a deo factū est vt hāc sententiam per talem modum loquēdi proferret Caiphas: vt illa locutio significaret mortem Christi futuram pro redēptione generis hūani: quod tamen caiphas nō intellexit. ita in proposito de locutione abrahe dicentis: Dñe si inueni rc. Ipse enim intēdebat loqui peregrinis. Sed spiritussanctus dirigebat verba illa ad exprimendum vnitatē diuine essentie cum pluralitate personarum. Hoc etiā verbū illud dñe indicat. Non enim solemus peregrinos: et signāter pedibus nudis incedentes dños vocare: quod tamen fecit Abraham. Patet ergo q ex modo loquēdi ipsius Abrahe exprimitur trinitas personarū cum vnitate diuine essentie in vbis suis: quis hoc tunc non intellexit. Insup etiam idem mysterium declaratur ex parte apparentium: quia nūc introducūtur plures loquentes cū Abrahā: vt ibi. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Nunc vero vnus: vt ibi: Apparuit Abrahe dñs.

¶ Sextum dubiū. Cur voluit Abraham lauare pedes peregrinorum? Responsio: quia tunc temporis homines: et signāter peregrini pedibus nudis incedebāt: et pro consequēs de facili poterant eorū pedes cōtrahere immunditiam: puta lutum: puluerem: et huiusmodi. Propter qd cum ad hospitium declinabant: pedes lauabant: ne immundi apparerent. Fiebat etiā istud in subleuamen laborum viarum: et cōtra lassitudinem contractā. Abraham autem ex hūilitate voluit in peregrinis hoc pietatis officium exercere. Et ex hoc inoleuit laudabilis cōsuetudo in multis religionibus bene reformatis: vt pedes hospitum lauētur. Sic etiam olim facere cōsueuerāt sancti illi patres Egypti. Insuper et ipse summus dñs noster Jesus Christus in vltima cena lauit pedes discipulorū suorum: et extersit eos linteo quo erat precinctus: vt habetur Joan. xiij.

¶ Septimū dubium. Nūquid Abraham prodigus fuit qui occidi fecit vitulū per puerū suū .i. seruū: vel per Ismahelem iam etatis. xiij. annorum. Nō enim tanta esca cōsumi poterat per tres viros. Respōsio: abraham voluit curialiter reficere dictos pegrinos: estimans eos valde lassos. Et cū nō hēret tunc escā ad hoc satis ppitiā: cucurrit ad armentū: et inde tulit vitulum tenerrimum et optimū: vt inde pararet illis escā. Qd aūt supfuit: ipse postea cū familia sua cōsumpsit: aut aliis peregrinis aduētantibus distribuit: et ita nihil inde perditum est. Non ergo ex tali facto iudicādus est pdigus extitisse Abraham: sed potius magnificus et liberalis. Ps. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius. i. memoria et exemplum sue liberalitatis: manet in seculū seculi.

¶ Octauum dubium. Quid factum est de cibo illo quē sumpserūt dicti angeli in domo abrahe? Cū eñ haberent corpora fantastica, notū est ꝙ nō veraciter sed tantū apparenter comederūt, sicut ⁊ angel⁹ Raphael socius itineris Thobie iunioris, qui ⁊ de seipso tandē loquens, ⁊ quisnā esset manifestās ait: Ego sum raphael angelus, vnus ex septem q̄ astamus ante dñm. Cum essem vobiscum, videbar quidem manducare et bibere: sed ego cibo ⁊ potu inuisibili qui ab hominibus videri non potest, vtor. Thob. xij. Ita in proposito isti tres angeli videbantur q̄dem manducare ⁊ bibere, sed neqꝫ realiter manducabāt, neqꝫ similiter bibebant. Dicendū ergo ꝙ aut nihil de esca illis oblata sumebant: q̄uis abraham ibi astans aliter iudicaret. Et hoc q̄ forsan oculi eius percussi erant acrisia, sicut cōmuniter tenetur de oculis duorum discipulorū xp̄i euntium in emaus, ne ipsum xp̄m in specie peregrini cū illis incedentem agnoscerent. Luc. vlt. aut si aliquid sumebāt in corporibus suis fantasticis, illd̄ statim inuisibiliter et imꝑceptibiliter resoluebatur et euanescebat ab oculis intuentium: ⁊ signāter Abrahe ibi presentis. Da exēplum de cibo quē sumpsit xp̄s post resurrectionem suam: q̄uis tamen ipse realiter comederit, qd̄ nō angeli, illi de quibus est q̄stio. Unde de tali cibo dicit Petr⁹ Comestor ꝙ in masticādo exinanitus fuit, sicut aqua calore ignis.

¶ Nonum dubiū oritur de loco refectionis ⁊ preparatione illius. Ut enim patet ex textu dicti angeli nō intrauerūt domum abrahe, sed steterunt sub quadā quercu q̄ erat ante domum illius, vt vmbra illi⁹ pariter et aura flans refrigeraret eos contra feruorē estus ⁊ diei: q̄ hora meridiana hec facta sunt. Uidetur ergo ꝙ absqꝫ mēsa ⁊ sedilib⁹ comederūt, quasi sedētes ad terram more turcorum. Ad hoc dicendū ꝙ cum abrahā esset vir spectabilis ⁊ honestus in oībus factis suis, ꝓuidit de mēsa mappa sedilibus ⁊ ceteris requisitis ex quadam decētia et honestate ad refectionē sumēdam. Sed q̄ ista minima sunt: ideo de illis non curauit moyses facere sermonē: quia etiam talia per pꝛīcipaliora intelligi poterāt.

¶ Decimum dubiū est de occupatione angelorū cum refectio pro eis pararetur: que tamen citissime q̄ātū fieri potuit parata est. In cuius rei testimoniū dicit textus ꝙ festinauit Abraham in tabernaculū ad Saram dicēs ei: Accelera, supple opus: ⁊ cōmisce tria sata. i. tres mēsuras simile. i. farine purissime et delicatissime, ⁊ fac subcinericios panes: quia per talem modum citius possunt parari. Ip̄e autem cucurrit ad armētū, ⁊ inde sumpsit vitulum pinguem et nouellum: quem per famulum festināter coxit. Quamuis ergo in his omibus maxima diligētia possibilis adhibita fuerit, necesse est tamen sub tempore omnia parata fuisse. Est ergo

questio quid interim agebant dicti angeli. Dicendum q̄ faciebant tria. Primo nempe legebant in illo magno libro vite siue diuine essentie/ cōtemplātes in eo presentia preterita et futura. Secūdo dominū laudabant dicētes: Sanctus/ sanctus/ sanctus etc. Tertio orationi vacabant/ etiā cū exterioribus signis in suis corporibus assumptis: vt sic in eis per ampli⁹ edificaretur Abrahā/ pariter et familia illius.

¶ Moraliter et primo/ in principio presentis clausule vbi agitur de apparitione domini facta Abrahe/ tangūtur quatuor que faciunt dnm homini apparere/ per gratiā quidem in presenti/ et per gloriam post hanc vitam.

¶ Primum est humilitas in opere: et hoc notatur cum dicitur q̄ dñs apparuit Abrahe in conualle. Cañ.vj. Descendi in ortum meū. Unde in figurā huius legitur Matth. vltimo q̄ Christus resurgens a mortuis/ apparuit primo Marie Magdalene. Maria interpretatur stella. Stella autem q̄uis si se magna sit/ apparet tamē minima: in quo humilitas designatur. Eccli.iij. Quanto maior es/ humilia te in omnibus. Et notanter dicitur dñs apparuisse Abrahe in conualle: id est in duplici hūilitate: mentis scilicet et corporis. Et istud est contra illos fictos humiles/ qui exterius pretendūt magna indicia hūilitatis: qui tamen interius sunt superbissimi et presumptuosissimi. Unde de vnoquoq̄ tali dicitur Eccli.xix. Est qui nequiter humiliat se: et interiora eius plena sunt dolo. Econtra frustra iactat se de humilitate cordis qui habet superbiam corporis vel operis: quia sicut inordinatio pulsus corporis non procedit nisi ex mala dispositiōe cordis/ hepatis/ vel pulmonis: ita nec in proposito.

¶ Secundum est tranquillitas in corde. Et istud notatur cum subditur: sedenti. Deuterono.vi. Erunt verba mea que ego precipio tibi/ ī corde tuo: et meditaberis in eis sedens in domo tua. Unde in figuram huius legitur Matt.ij. q̄ angelus domini apparuit in somnis Joseph. In somnis autem est quies passionū. Soli ergo tranquilli corde sunt apti suscipere diuinam apparitionē.

¶ Tertium est sedulitas obuiationis: quia in ostio tabernaculi. Unde ad commendationem hospitalitatis Abrahe dicitur angelis occurrisse de ostio tabernaculi: q2 vt dicit Gregor. hospites non tantum sunt inuitandi: sed et trahendi.

¶ Quartum est feruor charitatis: quia in feruore diei. ad Roma.xij. Spiritu feruentes. In cuius figurā legitur Exodi.iij. q̄ dominus appͥuit moysi in flamma rubi. Hec igitur sunt ille quatuor rote illi⁹ currus cum quo helias translat⁹ est in celum: vt legitur. iiij. Regum.iij. quas ponit dominus Petrus de palude super hoc passu.

¶ Moraliter et secundo secundum eundē de palu. taberna-

culum est corpus humanū: ostium tabernaculi/ sensus corporis. Quid est ergo ꝙ Abraham sedet in ostio tabernaculi/nisi ꝙ iustus est solicitus/ et adhibet cautelā pro posse suo iuxta quinqꝫ sensus/ne qd importunum per eos possit subintrare/ ⁊ vsqꝫ ad animā per cōsensum puenire? Unde ⁊ peccatores dicūt illud Hiere. ix. Mors/id est iniquitas/per fenestras nostras/id est per corporeos sensus/ ingressa est domos nostras/ id est cōsciētias: et hoc occasionaliter tantum et indirecte/scilicet per malū vsum huiusmodi sensuum. Uir ergo/id est ratio debet in foribus corporis presidere/ diligēter eos custodiendo: et ne aliquid illicitum per eos subintret precauēdo. Talis autem vir erat ille qui dicebat: Pone dn̄e custodiā ori meo/ et ostiū circūstantie labijs meis/id est vt per labia mea non exeat locutio nisi bene circunstantionata.

¶Uel dic ꝙ per hoc ꝙ dominus apparuit Abrahe in conualle mābre/designatur ꝙ diuine reuelationes fiunt his q̄ sunt in cōualle humilitatis: dicēte Christo ad patrem illud Matth. xi. Confiteor tibi dn̄e pater, celi ⁊ terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus/supple secundū seculum/ et reuelasti ea paruulis. Hinc est etiam ꝙ Moyses cui reuelatum est mysteriū creationis mundi vsqꝫ ad sua tempora/fuit humillimus. Nā sue hūilitatis duplex est indiciū. Primū/quia custos ouiū fuit. Secūdum / quia plurimum se excusauit cum elegit eum dominus ī ducē populi israelitici.

¶Moraliter ⁊ quarto per angelos transeūtes in forma peregrinorum: quos inuitauit Abraham hospitio: ⁊ quibus parauit optimū prandium: designātur pdicatores diuini verbi: qui debēt esse tanq̄ angeli dei p mēritis puritatem. Unde ⁊ de Jo. baptista: qui fuit eximius predicator annunciās in deserto primum dn̄i aduētū: dicit xp̄s Mat. xi. Hic est de q̄ scriptum est supple Mala. iij. Ecce ego mitto angelū meum ⁊c̄. Tales etiam debent incedere per mundū tanquā peregrini: qui parum se onerāt tēporalibus: qꝛ non debent querere bona tēporalia pro fine: sed animas deo: exēplo illius egregij predicatoris pauli qui dicebat Corinthijs quibꝰ predicabat. Non quero vestra: sed vos ipsos. ij. ad Corin. xij. id est salutem vestrā. Tales ergo angeli non solum sunt suscipiendi a diuitibus huius seculi q̄tiens contingit eos declinare ad loca sua: sed etiam deuote inuitandi. ideo subditur. Cucurrit in occursum eorum: vt scilicet eos deuotissime inuitaret ad prādium ⁊ pausandum apud eum. Et hoc modo susceperunt galathe paulum: sicut ipsemet testatur ad Galat. iiij. dicens. Sicut angelū dei suscepistis me. Sed nota ꝙ predicti angeli incedebant pedibus nudis. Et hoc est contra aliquos predicatores qui cum sint fortes et robusti: nihilominus incedunt cum equis

etiam exquisitis ꝛ mulis: non absq grraui scandalo populorum. Unde vidi semel quendã prelatum alterius ordinis ꝙ predicatorum equitãtem insignem mulam: et habentem in suo comitatu equites non min⁹ ꝙ tredeci: ꝛ hi oẽs ordinis sui: vno seculari excepto.

¶ Moraliter ꝛ quinto ex presenti historia docentur hi qui in seculo habitant / exercere libenter pietatis opera erga pauperes propter Christum: qui inde illis regratiabitur in iudicio dicens illud Matth. xxv. Esuriui; et dedistis mihi manducare. Pro quo aduertendum ꝙ circa ipsos pauperes se habent diuites ꝛ possidentes huius seculi in triplici differẽtia. Quidam enim sunt qui nihil illis tribuunt: ꝗ nec etiam compatiuntur suis consanguineis quãtumcũq pauperibus ꝛ egenis. Et tales imitantur in presenti diuitem illum epulonem: qui denegauit pauperi lazaro micas que cadebant de mensa sua. Luce xvj. Et ideo nulli dubium ꝙ etiam eundem imitabuntur in alio seculo: ꝛ cum eo sepelientur in inferno. Alij sunt qui libenter dant secundum facultatem suam pauperibus se offerentibus ꝛ petẽtibus: ꝛ tales sunt boni: innituntur enim illi verbo Thobie. iiij. Ex substãtia tua fac elemosynam: ꝛ noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Alij vero ex abundanti charitate ꝛ pietate ad pauperes / ipsos preueniũt in benedictionibus dulcedinis. Et huius generis fuit sanctissimus ille patriarcha abrahã. Non sufficit ergo ad vite perfectionem vt quis tribuat elemosynam petenti: nisi etiã aliquo modo preueniat eũ. Talis autem fuit quidam alemanus nostris tẽporibus parisi⁹ manens cui nomen vlricus: arti impressorie vacans. Hic eñ de lucro sue artĩ multas ꝛ largas elemosynas facere consueuerat: ꝛ signanter peregrinis sancti Jacobi. Unde rogauerat certas personas ĩ locis patentibus ꝛ cõmunibus parisi⁹ cõmorantes vt si quos cõspicerent inter huiusmodi peregrinos male calceatos: ipsos ad eũ destinarẽt / dũmodo essent de alemania. Quibus largiebatur nouos calceos: aut saltem antiquos optime refarcitos: certam pecuniã vnicuiꝙ tribuẽdo. Nec aliquẽ remittebat vacuũ: ꝙtũcũq interdũ more patrie plures essent. Hoc enim plurics ꝓprijs oculis cõspeximus. De tali ergo viro pio dici põt illud ps̃. Dispsit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: sc3 in acceptatione diuina ad salutem anime sue eternam. Quãtũ autẽ placeat dño huiusmodi pietatis op⁹: ꝛ signãter ꝗ ꝓueniunt paupes in bñdictionib⁹ dulcedinis: pz3 talĩ exẽplo. Refert eñ Greg. hom. xxiij. de quodã pr̃efamilias romano ꝗ quotidie ad mẽsã suã certũ numerũ pauperũ ꝑ ꝓcuratorẽ suũ vocari faciebat Accidit ergo vt die quodam qui vocati erant in vnum / intra aulã eius cõuenirẽt. Quib⁹ cũ more solito ex hũilitate

super manus aquam porrigeret: affuit vnus preter numerum: cui cum et illi aquam ad abluendas manus sicut et alijs porrigere vellet: mox disparuit. Per quod intellexit dictus paterfamilias illum fuisse xpm qui in forma pauperis illi apparere dignatus fuerat: qui in euangelio dicit: Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis.

¶ Moraliter et sexto per hoc quod Abraham tam egregie refecit angelos in forma peregrinorum: vtpote cum pane simila- ginis.i. delicato: et cum carnibus assatis vituli tenerrimi: denotatur quod elemosyna debet fieri non de substantia deteriorata: vt auari facere consueuerunt: sed de integra sana et meliori: habito respectu ad eum propter quem fit: scilicet deum qui est largitor omnium bonorum. Quantum autem hoc placeat deo/patet tali exemplo. Refert enim Petrus Damianus in quodam ser. de quodam abbate valde cupiente comedere de lampreda. Cumque famulus suus vnam comparasset multo precio: vz. xx. solid. papien. et eam preparasset pro domino abbate: affuit quidam pauper ad ianuam petens illam sibi dari eo quod valde affectaret de illa gustare. Quod cum denunciatum fuisset abbati: iussit totum et integrum piscem sibi in nomine domini dari. Quod cum famulus fecisset: mox pauper cum pisce in sublime se extulit: et celum multis qui aderant videntibus intrauit: per quod inquit petrus liquide patet quia quod indigentibus datur/deo transmittitur.

¶ Allegorice et primo per presentem historiam multum pulchre et diffuse exprimitur modus quo refici debet populus xpianus in mensa altaris. In primis per tria sata simile.i. per tres mensuras farine mundissime intelliguntur tres varie substantie que sunt in sacro altaris: que sunt xpi diuinitas: aia: et corpus. Et istud est fermentum quod abscondit mulier.i. virgo Maria sub tribus satis farine: vt legitur Lu. xiij. Predicta autem tria sata sic commixta sunt simul: quia corpus et aia xpi coniuncta sunt in xpo in vnitate suppositi. inde etiam factus est subcineritius panis. Panis enim subcineritius habet alium modum decoctionis ab illo qui decoquitur in clibano. Bene ergo vocatur xps subcineritius panis: quia aliter conceptus est quam ceteri homines. Illi enim in clibano venerec voluptatis per commixtionem sexuum concipiuntur. Non sic autem xps: sed ex sola virgine interueniente spiritusancto conceptus est: vt clamat fides catholica. Dicitur etiam panis iste subcineritius: ad designandum mortem ipsius Christi. Sed quid est quod Abraham induxit angelos ad lauandum pedes suos priusquam manducarent de predicto pane? nisi quod quilibet volens sumere panem sacramentalem corporis Christi debet primum lauare pedes mentis sue/id est affectus ab omni iniquitate. In cuius etiam rei signum ipse Christus in cena quando communicauit discipulos suos: eorum pedes lauit. Et huius rationem assignat Apo

sto.j.ad Cori.xj.dicens ꝙ quicunqꝫ manducat ⁊ bibit indigne dignissimū altaris sacramentum: iudicium sibi manducat ⁊ bibit: non diiudicans id est nō discernens supple corpus domini ab alijs cibis. Predicta autem lotio debet fieri cum aquis lachrymarū effundendarum in cōtritione ⁊ cōfessione cū accedendū est ad mensam altaris. Sil'r per vitulum saginatum coctū igni designatur idem xp̄s sub hoc sacramento existens: qui fuit coctus duplici igne: sc꜠ charitatis in sua natiuitate: ⁊ doloris in sua passione. Iste igitur est ille vitul⁹ saginatus quē pater iussit occidi in aduentu filij sui. Luc.xv. id est populi gētilis redeuntis ad eū per fidē vel peccatoris redeūtis ad eū per penitentiam. Iste vitulus fuit optim⁹. Bon⁹ homo. Melior angel⁹. Optimus xp̄s. Sꝫ quid est ꝙ Abraham hortat⁹ est peregrinos vt requiescerēt sub arbore: nisi ꝙ accedentes ad altaris sacramentū debēt mente quiescere sub arbore crucis: cōsiderantes apud se ꝙ ille quem suspicere proponunt: ipse idē est qui pro corū salute pepēdit in cruce. Propter quod ipse xp̄s in institutione huius venerabilis sacramēti dixit discipulis suis. Hoc facite in meā cōmemorationē Luc.xxij.i. in memoriā passionis mee ⁊ mortis. Butyrū autem ⁊ lac: que dulcia sunt: ⁊ q̄ obtulit vna cum vitulo ⁊ pane subcineritio Abraham suis peregrinis: designant ingentem deuotionem; ⁊ sp̄ualē sa- porem quē debēt habere cōficātes de dicto sacramēto. ps. Gustate ⁊ videte q̄m suauis est dñs. Vñ postq̄ digne quis cōmunicauit| recte dicere potest illud Cañ.v. Comedi fauū cū melle meo: bibi vinū meum cū lacte meo. Sed quid sibi volunt illa verba Abrahe ad peregrinos: Ponā buccellā panis: ⁊ confortetur cor vestrū? nisi ꝙ hoc venerabile sacramētū quod sub specie panis sumit cōfortat ⁊ corroborat interiorem hominē sicut panis materialis exteriorē siue corpus. Hinc ps. Panis cor hoīs cōfirmet. Quid deniqꝫ sibi vult qḋ sequitur. Postea trāsibitis? nisi ꝙ istud sacramentum debet dari moriētibus adultis: qui transeunt de hoc mūdo ad aliud seculū: et propterea dicitur viaticū. Unde in decretis dist.l.c.penitētes. sic dicitur. Viaticū omnib⁹ in morte positis non est negandū. Sil'r dicitur de conse.dist.ij.c.presbyter. ꝙ presbyter debet semper habere Eucharistiā paratā: vt quādo quis infirmatus fuerit | statim eum communicet: ne sine cōmunione moriatur.

¶ Allegorice ⁊ secundo Abraham figuram gestauit sanctorum illorum qui cum gaudio susceperunt aduentum Christi in carnem. Tunc ergo apparuit dominus Abrahe: cum carnem ī qua videri posset assumpsit humanam: iuxta illḋ Baruch. Post hec in terris visus est: ⁊ cum hominibus conuersat⁹ est. Sed vbi apparuit? Certe in conualle huius mundi. Ipse enim descendit in hūc

mundum miserum caducum et tenebrosum: ut nos ascendere-mus in celum felicissimum: stabilissimum: et luminosissimum. Joan.iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Ac si aperte diceretur quod nemo mortalium poterat celum conscendere si non prius descendisset in hunc mundum dei filius carnem assumendo humanam. Item sicut angeli qui in se ab humanis oculis videri nequaquam possunt: cum sint substantie spirituales et inuisibiles: assumpserunt sibi figuram peregrinorum in qua apparuerunt Abrahe vestiti instar peregrinorum illius terre l quod apparebant: ita et dei filius cum in se existens ab humanis luminaribus videri nequaquam posset: assumpsit formam et habitum peregrinorum hominum: iuxta illud ad Phil.ij. Habitu inuentus vt homo. Unde etiam ad hoc expressius insinuandum apparuit post resurrectionem suam duobus discipulis euntibus in emaus in specie peregrini: ita vt illi dicerent. Tu solus peregrinus es etc. Lu.xxiiij. Per letum autem et iucundum conuiuium quod parauit Abraham dictis peregrinis: prefigurabatur gaudium quod habituri erant fideles et deuoti homines de christi incarnatione et natiuitate. Propter quod dixit angelus pastoribus loquens Lu.ij. Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo supple fideli: quia natus est vobis hodie saluator etc. Tandem noster peregrinus requieuit sub arbore in feruore diei: quando hora sexta. s. meridiana quando scilicet sol est in suo feruore: pependit in cruce. Uel per feruorem diei denotatur ardens charitas christi qui fuit totus clarus et lucidus instar diei: quam quidem charitatem maxime ostendit in sua passione: quando scilicet requieuit sub arbore crucis. Hinc Joan.xv. dicebat. Maiorem hac dilectionem nemo habet: quam vt animam suam ponat etc.

¶ Allegorice et tertio per predictos tres peregrinos: quorum vnum solum adorauit Abraham: iuxta illud quod dicitur in glos. tres vidit: et vnum adorauit: prefigurabatur mysterium dominice transfigurationis: vbi tres illi apostoli a christo assumpti / petrus scilicet et Jacobus cum Jo. coram quibus transfiguratus est: tres viderunt / scilicet christum Moysem et heliam loquentes cum eo: vnum tamen solum adorauerunt: scilicet christum: quia ille solus erat verus deus: de quo apo. j. ad Ti. j. Regi seculorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum.

¶ Anagogice Abraham est quilibet beatus: cui apparet dominus per apertam et nudam visionem sue essentie. Jo.xiiij. Qui diligit me / inquit christus: diligetur a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Unde Esa.xxxiij. Uidebunt regem in decore suo. Nec quidem solum Christum videbunt: verum etiam totam trinitatem que insinuatur per tres viros qui apparuerunt Abrahe. Joan.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum: et quem misisti Jesum Christum: et pe-

consequēs spiritumsanctum: qz hi tres vnum sunt. Hinc de Abrahā dicitur qꝫ tres vidit: ⁊ vnū adorauit. Per conuiuiū autem quod parauit Abrahā suis hospitib⁹ i insinuatur illud conuiuiū eternū quod preparauit dn̄s in celo omnibus electis: quod modo sub typo prandij: modo sub typo cene aut nuptiarum sermo euāgelicus describit. De quo in ps. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscon.ti.te.

¶ Secunda clausula.

¶ Cumqꝫ comedissent: dixerūt ad eū. Ubi est Sara vxor tua? Ille respōdit. Ecce i tabernaculo ē. Cui dixit. Reuertens veniā ad te tēpore isto vita comite: et habebit filiū Sara vxor tua. Quo audito illa risit post ostiū tabernaculi. Erāt aūt ambo senes: ꝑuectecꝫ etatis: ⁊ desierāt Sare fieri muliebria. Que risit occulte dicēs. Postqꝫ consenui: ⁊ dn̄s meus vetul⁹ est: voluptāti operā dabo? Dixit autem dn̄s ad abraham. Quare risit vxor tua dicens: Num vero paritura sum anus? Nunqd deo qcqꝫ est difficile? Juxta cōdictū reuertar ad te hoc eodē tēpore vita comite: et habebit Sara filium. Negauit sara dicēs: nō risi: timore perterrita. Dominus autem. Nō est inquit ita: sed risisti.

¶ Historialiter. Postqꝫ in ꝑcedenti clausula magnus ille dei amicus moyses locutus est de egregio ⁊ solenni conuiuio qđ parauit Abraham angelo qui veniebat vt illi nūciaret conceptionē filij sui Jsaac ex Sara vxore sua: cui etiam conuiuio interfuerūt alij duo angeli qui veniebant ad subuertendum Sodomā: et omnē circa regionē: hic consequēter agit de ipsa nūciatione. Modus autem quo facta est talis nūciatio: talis fuit. Nam postqꝫ predicti tres angeli de quib⁹ dictum est in precedenti clausula: ⁊ qui apparuerant Abrahe in forma peregrinorū: bene et egregie epulati fuissent: scilicet apparēter tantū: tandem interrogauerūt eum dicētes: Ubi est Sara vxor tua? Nō est tamen intelligendum qꝫ hanc interrogationē simul et semel more muliebri fecerint predicti tres angeli: sed vnus pro oībus locutus est: ille scilicet qui principaliter veniebat nūciare ꝯceptū ⁊ partū sare. Nec etiā intelligēdū est qꝫ dict⁹ angel⁹ q̄ dr̄ fuisse michael: vt in precedēti clausula dictū est in solutiōe ad tertiū dubiū: fecerit talē interrogationē ex ignorātia: sꝫ vt ex r̄nsione abrahe cōuenientius nūciaret ei cōceptio futura filij sui Jsaac. Cui Abrahā. Ecce in tabernaculo est: supple abscōdita. Erat eñ Sara casta: pudica: simplex: ⁊ verecūda: ⁊ ideo nō se exponebat indifferenter aspectib⁹ hominū. Cuius contrariū multe mulieres etiā iuuēcule hodie faciunt: que etiā caste et pudice reputari volunt. Cui dixit: supple principalior angelus: scilicet Michael. Reuertens scilicet egoipse: veniā ad te tēpore isto: id est anno reuoluto

eadem die: vita comite.i.si vita comes fuerit tibi: si ꝑ quia. Certus enim erat dictus angelus de longeua vita Abrahe ⁊ Sare. Simile habet.iiij. Regū iiij. de sunamite hospita helisei: de qua cū intellexisset vir dei per seruum suum Giezi q̄ multa bona haberet: nec aliud illi deesset preter ꝓlem: mandauit illi ꝑ dictū seruum dicens. In tempore isto/⁊ in hac eadem hora si vita comes fuerit/habebis in vtero filiū. Uel dic q̄ forsan angelus loquebatur de seipso cū dixit vita comite: et hoc more humano: eo maxime quia in forma humana apparebat: ⁊ ꝑ consequens verus homo ab alijs quib⁹ loquebatur/estimabat. Et habebit Sara filium/nō adoptiuū: sed naturalem. Quo audito illa risit: reputans illam ꝓmissionem friuolam. Risit autem post ostium tabernaculi: ne ab alijs videret. Causa aūt quare reputabat huiusmodi ꝓmissionem friuolam/assignatur cum subditur. Erant autem ambo: scꝫ Abrahā ⁊ Sara: senes. Nā tunc abrahā erat.xcix. annoꝝ: Sara vero nonagita: vt ptꝫ in precedenti capitulo sub clausula.v. Insuꝑ desierant Sare fieri muliebria.i. sanguis mēstruus: ⁊ ꝑ consequēs vlterius naturaliter cōcipere nō poterat: etiā si sterilis non fuisset. Et sic in ea erat duplex impedimentū ne cōciperet filium. Primū senectus. Secūdū sterilitas. Risit ergo Sara quasi deridēs ꝓmissum: occulte tñ: et ait. Postq̄ consenui: et dñs me⁹ vetulus est: voluptati operā dabo? Ac si diceret hoc nō licere. Unde ex his verbis elici pōt satis apparēter q̄ Sara cōtinuit ab actu matrimoniali ex quo transijt tēpus suū cōcipiendi scḋm naturā: ⁊ hoc quousq̄ fuit certificata de futuro conceptu fiendo diuina virtute: vt dicit de lyra. Et nota honorē ⁊ reuerentiā quam Sara detulit viro suo: vocans eū dñm suū. Et hoꝝ ꝑboꝝ meminit apl's petr⁹ cū mulieres viris suis obtēꝑare admonet dicens: Sara obediebat abrahe: dñm suū eū vocans.j. Pet. iij. Sequit in textu: Dixit aūt dñs ad abrahā.i. ille angelus qui inter tres apparebat superior siue maior: ⁊ qui venerat ad nunciandū Sare cōceptū: Quare risit vxor tua dicens: Nū (est interrogatio) vero paritura sum anus: id est vetula? Anus enim est feminini generis et est quarte declinationis: et significat idem q̄ vetula. Diffidebat ergo Sara de dicta ꝓmissione ꝓpter senectutē suā. Cuius diffidentiam increpās apud virū suum angelus ait: Nunqd deo quicq̄ est difficile? Ac si aperte diceret. Quāuis sit impossibile nature dare vxori tue Sare cōceptū: tū ꝓpter etatem: tum ꝓpter sterilitatem: hoc tñ nō est difficile deo/apꝺ quē nō est impossibile oē verbū. Et ideo inquit angelus abrahe: iuxta cōdictū reuertar ad te hoc eodē tēpore vita comite: ⁊ habebit sara filiū. Expone vt prius. Qua audita sententia/ dubietate omni semota/in fide Sara confirmata est: ita vt merito de ea

dicat Apo. ad Hebre.xj. Fide et ipsa Sara sterilis virtutem in conceptiōe seminis accepit etiā preter tēpus etatis/qm fidelem esse credidit eū qui repromiserat.
Superest autem pro ampliori declaratione presentis textus mouere aliqua dubia.
¶ Primū igitur dubium: cur angelus iquirit de Sara apd Abrahā vbi esset/ maxime cū murorū latitudo et spissitudo nequeat impedire intuitū angelicū: qui etiā in verbo videt que abscondita sunt ab humanis oculis? Ad hoc dicendū q angelus nō fecit talem interrogationem ex ignorantia: vt dictū est: sed vt ex respōsione abrahe sumeret occasionē intrandi ppositū pncipale qd erat de nūciatione cōceptiōis Isaac. Uel dic q angelus qui in humana effigie apparebat: voluit etiā more humano loq quasi nesciens vbi esset Sara: vt sic adhuc absconderet et occultaret se esse angelum.
¶ Secūdum dubiū: cur Sara reprehendit ab angelo de risu potius q Abrahā/ qui etiā risisse legitur cū ab angelo nūciaret ei cōceptio ipsi[9] Isaac: vt ptz in precedenti caplo sub quinta clausula./Ad hoc dicēdum conformiter ad btm Augusti. q hoc ideo factū est: qr risus abrahe fuit admiratiōis et congratulationis: risus autem Sare dubitationis. Deus autē qui intuetur corda hominū: optime nouit illam differētiam risus vnius ab alio: quod etiā fecit notū angelo: q ex se hoc cognoscere non poterat: sicut neq cogitationes hominum vt in se sunt. Postq ergo innotuit angelo q Sara risisset ex dubitatione/et quasi friuolam reputans angeli promissionē/eā reprehēdit: seu potius virū suum p ea. Qd autē abrahā nō hesitauerit nec diffiderit de diuina promissione sup facto cōceptiōis Isaac sicut hesitauit sara: testat vtrūq apo. ad Hebre.xj.
¶ Tertiū dubiū. Utrū sara in tali dubitatiōe mortaliter peccauerit? Dicit de pal. q nō: qr nō credebat illum qui hec nūciabat/ deū esse/aut angelū in persona dñi: sed potius verū et purum hominē: quē adhuc nō credebat ex parte dei venisse. Potuit tamē/ inquit idem de pal. ibi eē aliqd veniale pctm.
¶ Quartū dubiū. Utrū mēdacium Sare quo negauit se risisse: fuerit mortale? Uidetur q sic: quia omne mēdaciū qd nō est iocosum aut officiosum/ censet mortale peccatū: vt pz xxij.q.ij.c.pmū. Predictū aūt mendaciū nō erat iocosum/ vt constat: nec officiosum: qr ad nullius vtilitatē. Igitur erat mortale. Dicēdū q solum fuit veniale: eo q non processit ex deliberatiōe: sed ex surreptione. Pro quo notandum secundū theologos q nulla est materia quātūcunq de se mortalis et illicita: circa quā nō contingat peccare tm venialiter: et hoc propter imperfectionē actus: qui non est formaliter aut interpretatiue deliberatus. Unde cōmuniter dicitur q primi motus ifidelitatis nō sunt nisi peccata venialia/pro-

pter predictam causam.
¶ Quintū dubium. Cur increpat dominꝰ Abraham sup risu vroris sue dicens: Quare risit vror tua ꝛc. Dicendum ꝙ ideo qz vir est caput vroris: et ideo ad ipsum spectat corrigere eā. Que si in aliquo inueniatꝫ culpabilis/ culpa eius redundat quodāmodo in maritū illius.
¶ Sextum dubiū. Cur angelus abrahe loquēs prima fronte nō manifestauerit q̇s esset. Responsio. ꝑpter tria. Primo quidem ne forsan terrereꝫ ex aspectu illius. Secundo vero vt inuisibilia per visibilia manifestarentur: vt habetur ad Romanū.j. Tertio autē vt procederetur de imperfecto ad perfectum: quia vt dicit apostolꝰ.j. ad Corinthi.xv. Nō prius quod spirituale est: sed q̇d animale: deinde q̇d spūale.
¶ Moraliter ꝛ pmo. Per hoc ꝙ Sara stabat intra tabernaculum: id est tētorium: quādo venerunt angeli ad virū suum Abraham: designatur ꝙ mulieres non debent esse vage/ siue in publico de facili apparere: sed domi habitare. Unde glos. interli. dicit ꝙ nō est mulieris in publicū prodire: supple absq; notabili causa. Si enī dina filia Jacob egressa de domo nō fuisset vt mulieres alienigenas videret/ a sychem oppressa nō fuisset: vt habetur in sequentibus.xxxiiij.ca. Exemplo ergo Sare pariter ꝛ beate matris Christi studeāt mulieres intra domos suas habitare. Nam vt dicit Ambrosius libro.ij. de virginibus/ ipsa virgo maria domū exire nō noverat nisi cum ad ecclesiā conueniebat: ꝛ hoc ipsum cū parentibus aut propinquis: domestico operosa secreto/ forensi stipata comitatu. Hec ille. Unde in huius rei signū alma ab ecclesia vocatur: vt ibi. Alma redemptoris mater ꝛc. Alma autem interpretatur abscōdita. Bene ergo hec virgo sanctissima alma appellatur/ que semp intra domū abscondita erat: nisi cū ad locū orationis eundum erat. Propterea de Gabriele dicitur ꝙ ingressus est ad eam. Luce.j.
¶ Moraliter ꝛ secundo Sara intra tabernaculū ē aīa deuota intra corpꝰ humanū. Angelus nūcians eā parituram filiū: est spūssanctus admonēs eam ad partū boni operis. Non enī sufficit ad salutē cōcipe bonū ꝓpositū: nisi sequaꝫ opus exterius bonū ꝓ loco ꝛ tpe. Necesse est enī mulierē pregnātē parere tpe debito/ aut mori. ita et tēpore suo boni cōceptio: et signanter q̇d cadit sub precepto/ exequēdū est/ aut incurritur peccatū/ q̇d ē mors aīe: qz aīa que peccauerit/ siue p cōmissionē/ siue p omissionē: ipsa morietur. Ezech.xviij. Ex tali autē partu debet sequi risus.i. spūale gaudiū: ꝛ hoc interius/ q̇d est ridere intra tabernaculū. Unde cū apo. Phil.iiij. monuisset ipsos philippēses ꝛ in eis cunctos deuotos catholicos ad spūale gaudiū dicens: Gaudete in dño semp: iter dico gaudete: imediate postea subdit dicēs: Modestia vestra nota sit oībꝰ hoībꝰ. Ac si diceret. Gaudiū vrm tā modestū

esse debet vt nullus inde scandalizetur. Et hoc est contra illos mūdanos q̄ in die festo ducunt choreas: et p̄cipue in die patroni sue ecclie: marie si illius festū occurrerit t̄pe estiuo. Risus ergo noster d3 cē totus sp̄ualis: vtpote iugit̄ delectādo in his q̄ dei sunt. Insup et in spe future glorie. Et hoc etiā denotat̄ p̄ hoc q̄ sara audito q̄ paritura esset filium q̄ Isaac(q̄ interp̄tat̄ risus) diceretur: risit in occulto.

¶ Moraliter ꝛ tertio: p̄ hoc q̄ sara mētiēdo dixit se nō risisse humana verecūdia eā ad hoc instigāte) denotat̄ cōis ꝛ visitata fragilitas fermē oim̄ mulierū(q̄ timētes humanā incurrere verecūdiā) aut suorū maritorū rep̄hēsionē ex manifestatione veritatis: credūt sibi licere mētiri ī tali casu. Qui q̄dē error etiā q̄nq̄ ipedit eas ne clare et nude cōfiteant̄ sua pctā ꝛ p̄sertim si fuerit carnalia. Cōtra quem errorē clamat scriptura Eccli.iiij. dicēs Nō ɔfundarī p̄ aīa tua dicere verū. Et in eodē. Nō cōfundaris cōfiteri peccata tua.

¶ Moralit̄ et quarto: p̄ risum sare quē rep̄hendit angelus in persona dn̄i) designat̄ risus mūdanoꝝ et pctōꝝ) quē tanq̄ dānabilē rep̄hēdit dn̄s Luce vj. dicens: Ue vobis q̄ ridetis nūc(q2 flebitis: supple in futuro. q2 vt d̄r Prouerb.xiiij. Extrema gaudij: supple vite p̄sentis: luctus occupat. Qd̄ cōsiderans salom̄. Eccles.ij. ait: Risū reputaui errorē: siue amētiā: vt dicit alia lr̄a. Sequit̄: ꝛ gaudio.i. hoi tēporaliter gaudēti: dixi: q̄d frustra deciperis: scꝫ delectādo in noxijs ꝛ reb᷒ pessimis. Et notāter dicit: deciperis: q2 gaudiū ꝛ risus t̄palis ducit ad luctū eternū: iuxta illud Iob.xxj. Ducunt in bonis dies suos) ꝛ in puncto ad inferna descendunt.

¶ Allegorice ꝛ p̄mo cōceptio et partus Isaac miraculosus p̄figurauit christi icarnationē ꝛ natiuitatē. Sara aūt sup hoc ridens: ꝛ quasi impossibile reputās tm̄ mysteriū) est synagoga iudeoꝝ que intra tabernaculū sp̄ualis cecitatis et erroris abscōdita nihil credit de predictis: sed dicit xp̄m ex Ioseph ꝛ maria modo naturali fuisse natum. Qui quidē error reprobatur p̄ illud Luce.j. Spiritussctūs) inquit gabriel ad virginem Mariā) superueniet in te: et virtus ꝛc̄.

¶ Allegorice ꝛ secundo filius Sare sterili promissus est populus christianus ab ecclesia ex gentibus cōgregata generatus. Hic autē filius merito appellatur Isaac.i. risus: quia multū ridere ꝛ gaudere debet de hoc q̄ vocatus sit ad agnitionē vni᷒ veri dei) ꝛ similiter q̄ sacramētorū eius participē ipsum fecerit. ps. Nō fecit taliter oī nationi: ꝛ iudicia sua id est secreta mysteria) nō manifestauit eis. Sed q̄d huic filio in odium patris sui Abrahami.i. christi factū sit audiamus: Profecto ab oībus alijs nationibus irridetur ꝛ reprobatur. Sed tandem in districto illo generali iudicio pater eius Abrahā: id est christ᷒ qui nūc habitat in celis) irridebit

illos. Ista est ergo Sara illa sterilis: cui per prophetã dicitur: scz Esa.liiij. Lauda sterilis que non paris: decãta laudem & hymnum que nõ pariebas: quoniã multi filij deserte magis q̃ eius que habebat virum: dicit dñs. Et hoc est qd̃ sub alijs verbis refert Apost. ad Gal.iiij. dicens. Letare sterilis que non paris: erumpe & clama que non parturis: quia multi filij deserte. i. ecclesie xp̄iane ex gẽtibus congregate: que olim deserta & sterilis erat: magis q̃ eius que habet virũ: quod refertur ad synagogam / que olim q̃diu rectã fidem tenuit / virũ habuit legitimum. Nũc autem quẽ habet nõ est vir su⁹ / supple legitim⁹.

¶ Allegorice & tertio / notandum q̃ Abrahã triplicẽ gessit figuram / & hoc respectu diuersorum. Primo enim gessit figuram saluatoris / qñ reliquit cognationem suã. Sic & christus reliquit q̃dãmodo cognationem suã quando venit in hunc mũdũ: iuxta illud Esa.xij. Reliqui domũ meã. Dimisi hereditatem meã. Secundo gessit figurã patris quãdo inmolauit. i. imolare voluit filiũ suũ. Et de deo patre quidẽ scriptũ est ad Rom. viij. Proprio filio suo nõ pepercit de⁹: supple pater: sed p̄ nobis oĩb⁹ tradidit illum. Item Joã.iij. Sic deus dilexit mũdum vt filium suum vnigenitũ daret. Tertio gessit figuram sanctoꝝ illoꝝ qui christi aduẽtũ cũ gaudio suscepit: qualis fuit sanctus ille Symeõ: de quo Luce.ij. Quẽadmodũ. ergo abrahami tanq̃ hospitalarius letãter suscepit tres peregrinos: vt dictũ est: sic et Joseph vir beate virginis / itẽ dict⁹ Symeon iustus / & Zacheus letãter susceperunt Christum.

¶ Allegorice et quarto p̄ tabernaculum abrahe in quo recepit peregrinos hospitio / intelligitur vterus virginalis: in quo dei filius qui venit in hũc mũdum tanq̃ pegrinus: iuxta illd̓ Luce.xxiiij. Tu solus peregrinus es in hierusalẽ &c. receptus est honorifice ab ipsa piamatre: ita vt diceret illud Ecclesiastici. xxiiij. Qui creauit me / requieuit in tabernaculo meo. Itẽ Apoca.xxj. dicit: Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbus. Ac si aperte diceret: Ecce virgo maria in qua habitauit dei filius corporaliter / que similis est alijs hoĩbus. In hoc autem tabernaculo dicta optima mater refecit filiũ suum nõ ad horam tantũ: sed nouem mensiũ tẽpore: & hoc delicatissimo suo lacte virgineo: sicut & abrahã dictis peregrinis prebuit lac. Huiusmodi autẽ lac fuerunt ei⁹ purissimi sanguines: ex qb⁹ operãte spũsancto formatũ est virgineũ corp⁹ filij sui. Postea vero nato paruulo ĩfante xp̄o eadem hospita ipsum lactauit vbere de celo pleno. Ecce igit mirabile tabernaculũ / quod a taberna sortitur nomen / eo q̃ olim sub vmbraculis siue tẽtorijs constituebant taberne.

¶ Allegorice & quinto. Sara que interpretatur prĩceps / est Christi diuinitas: q̃ principat siue dominatur a mari vsq̃ ad mare: & a flumie vsq̃ ad termi

nos orbis terrarum. Ista ergo mūdi et celi princeps et regina Christi diuinitas tunc abscondit se in tabernaculo, quando corpus assumpsit humanū, sub quo velata est et abscōdita: ita vt modo de deo dicatur illud Esa. xlv. Uere tu es deus abscōditus. Et Abac. iij. Ibi, scz sub tegimento hūanitatis, abscondita est fortitudo eius, scilz diuinitas Christi. Sed qd est q angelus pdixit de Sara q paritura esset filiū? nisi q dei filius in forma humana moriēs, morte sua nō tantū vnū filium genuit, verūetiam plurimos: qz quotquot crediturī erāt in noīe ipsius: qui non ex sanguinibus, nec ex volūtate carnis, nec ex volūtate viri, sed ex deo nati sunt. Joan. j. Hinc Augu. de verbis dñi ser. xxxvij. Multos filios dei fecit vnic⁹ filius dei. Emit sibi fratres sanguiē suo. Hec ille.

¶ Allegorice et sexto: Sara q̄ vt dictū est interptatur princeps, est virgo Maria, que vt canit de ea eccl'ia, est pīceps mundi et regina. Hec autē nostra Sara bene abscōdita sub tabernaculo fuisse dicitur: qz in hac mortali vita degens vagos discursus vitās, domi residebat: magis eligens secū habitare, q̄ frequētias mulierū amare. Pro quo facit verbum Ambros. supra allegatū in prima exposi. morali huius clausule. Uel dic q ipsa pro tāto dicitur fuisse abscōdita intra tabernaculū, qz latuit sub multiplici figura tā in lege nature q̄ scripta. Angelus autem nuncians Saram concepturā filium cui nomē Isaac, clare et aperte prefigurat angelū Gabrielem missum a deo ad virginem Mariā, nunciantē ei verbum. i. filii dei ꝯceptionē. Hic autē filius potest recte Isaac appellari. i. risus: qz risum fecit et attulit toti mundo ex virgine nascēdo. Unde sicut Sara risit ad verbū angeli, sic et Maria. Risus tamē vtriusq̄ varius fuit. Prim⁹ quidē corporalis, et ex diffidētia pcedens, vt dictū est. Secūdus vero spiritualis siue mētalis, et ex maxima credulitate tanti mysterij oriēs. Unde tūc recte dicere poterat virgo illa sanctissima illud verbū Sare postq̄ peperit Isaac dicens. Risum fecit mihi deus. Hic ecclesia in persona diue Marie canit dicēs: Cōgratulamini mihi oēs qui diligitis dñz: quia cum essem paruula scilicet etate, vel paruula. i. hūilis, placui dño, et de meis viscerib⁹ genui deū et hominē. Ceterū sicut Sara fecit difficultatem super cōceptione futuri filij propter antiquitatem suā dicens: Postq̄ consenui, et dñs meus vetulus est, voluptati operā dabo? ita et virgo Maria angelū nūciantem ei conceptionē filij dei interrogat dicēs: Quomodo fiet istud, quoniā virū non cognosco, id est non me cognituram proposui et voui. Hoc tamē nō dixit quasi reputans rem impossibilem sicut illa antiqua et vetula Sara: sed tantū de modo q̄ Christi incarnatio de ea fieri debeat interrogat.

¶ Anagogice. Tabernaculū est locus beatorum: de quo pro

admiratione loquens ps.ait: Dñe quis habitabit ĩ taberna culo tuo/ aut q̄s requiescet in monte sancto tuo? Cui respon det dñs dicens: Qui ingredi tur sine macula/ operat iusti tiam: & q̄ sequuntur: talis sup ple habitabit in tabernaculo meo celesti. Item idem psal.in fine dierum suorũ loquebatur cum fiducia de tali tabernacu lo dicēs: Transibo in locũ ta bernaculi admirabilis/ vsq; ad montē dei. Et alibi: Quam di lecta tabernacula tua dñe vir tutũ &c. Hoc deniq; taberna culum sanctificauit altissim⁹: quando quidē inde eiecit luci ferum cum sibi adherentibus angelis malis. Sara autē vxor Abrahe.i.anima deuota q̄ est spõsa Christi/ cũ moritur cor pus/ siue cũ destruitur taber naculũ eius terrestre/ tũc pri mum intrat dictũ tabernacu lum nõ manufactũ.i.nõ huius creationis/ vt de Christo loq̄ tur Aposto.ad Hebr.ix. Ibiq; abscõdit ab aspectu hominum mortaliũ. Item ibi abscõditur ab omni tribulatione et angu stia: & ridet pre gaudio ineffa bili ex aspectu et p̄sentia diui ne maiestatis clare vise: ita vt merito possit dicere cũ sara/ vt superius allegatum est: Ri sum fecit mihi dñs. Bene ergo ad propositũ scribitur de mu liere forti/ id est de anima de uota Prouerb.vlti. Ridebit in die nouissimo. Ubi per diē no uissimũ intelligitur dies eter nitatis/ post quē nullus alius dies expectandus est. In hoc itaq; die ridebit anima deuo ta/ nõ risu qui dolore miscetur vt est risus vite presentis/ sed risu puro mundo pleno & per petuo.

¶ Tertia clausula.

¶ Cũ ergo surrexis sent inde viri/ direxerunt ocu los contra Sodomā: & abrahā simul gradiebat deducēs eos. Dixitq; dñs: Num celare pote ro Abrahā que gesturus sum? cum futurus sit in gētem ma gnam ac robustissimā/ & bene dicēde sint in eo omnes natio nes terre. Scio enim q̄ prece ptur⁹ sit filijs suis & domui sue post se vt custodiant viam dñi/ & faciant iudiciũ & iustitiā/ vt adducat dñs propter Abrahā omnia que locutus est ad eum. Dixit itaq; dñs: Clamor sodo morum & gomorreoꝝ multipli catus est/ & peccatum eorũ ag grauatũ est nimis. Descēdam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me / ope cõpleuerint/ an non est ita: vt sciam.

¶ Historialiter. Postq̄ in p̄ce denti clausula egregius vates dñi Moyses egit de annũcia tione cõceptionis Isaac ex sa ra/ que tamen primo facta est abrahe tāq̄ digniori: sic̄r egit de tarditate credulitatis ipius Sare: hic cõsequenter agit de dispositione subuersionis So dome & Gomorre: per hoc scz q̄ angeli illi q̄ apparuerant ei in forma viroꝝ/ recedētes ab eo postq̄ circa eos ĩpleuerat opera pietatis/ ceperunt diri gere gressus suos versus sodo mam. Dicit ergo sic Moyses: Cum ergo surrexissent inde vi ri/ scz de mensa vbi prius sede rāt. Et nota q̄ dicit viri.i.an

geli in forma virorum, vt sepe dictum est: direrunt oculos contra sodomā: incipiētes ire versus partē illam, vt sicut fidem beati Abrahe letis ꝓmissionibus remuneraverant, ita perfidiā impie ciuitatis flammis vltricib⁹ perderent, vt dicit venerabilis Beda. ꝛ Abraham simul gradiebatur deducens eos reuerēter: prout moris est facere hospitibus honestis. Nā ꝛ adhuc credebat ipse moyses eos esse veros ꝛ puros homines peregrinos q̄ pergerent versus Sodomā, nesciens q̄ntum malū paratū eēt a dn̄o sodomitis viris pessimis. Tūc ergo fuit impletū illud verbū psal. Oculi dn̄i super iustos: et aures eius in preces eorū. qḋ refertur ad ipsum Abraham ꝛ vxorē suā, quib⁹ dn̄s misertus dedit eis prolē, ꝑut sepe eum deprecati fuerāt, vt verisimiliter creditur. Uel hoc refertur ad loth, quē liberauit dn̄s de subuersione Sodome, vna cum vxore ꝛ duab⁹ filiabus, vt postea dicetur. Qḋ autē subditur: Uultus autē dn̄i super faciētes mala, vt perdat de terra memoriam eorū: ad impios ꝛ nephandos sodomitas referendum est. Sed tur. Dixitq̄ dn̄s. Iste dn̄s secundū hebraicam erpositionē nō est aliquis de trib⁹ angelis predictis: sed ipsemet dn̄s angelorū, qui secundum hanc expositionē dicitur apparuisse abrahe in pn̄cipio huius capl̄i cum dictum est. Apparuit autē dn̄s Abrahe in cōualle mambre. Secundum vero expositionē catholicorū doctorū iste qui vocatur hic dn̄s: est ille angelus q̄ annunciauit ꝯceptū Sare, vt dictum est prius sub. j. clau. hui⁹ capl̄i in solutione ad primum dubiū. Et secundū hoc dicendum q̄ licet Abrahā vsq̄ tunc crediderit illos āgelos esse homines, tandē tamē reuelauerūt ei q̄ essent angeli: ꝛ extūc ille q̄ erat pn̄cipalis inter eos loquebaᷣ in persona dei. Ideo dicit moyses: Dixitq̄ dn̄s. i. ille principalis angelus. Nū celare potero abrahā que gesturus sum? Ac si apte diceret. Cum Abraham sit mihi familiaris amicus, nō est decens q̄ ego celē ei vindictam quā facturus sum in sodomis: ꝛ maxime cū iam ꝓmiserim ei terram illam: ꝛ cum futurus sit in gentem magnā et robustissimam, que orieᷣ ex eo ꝑ vtrūq̄ filiū, vz per Ismahelē iam natū, ꝛ per Isaac nasciturū: ꝛ benedicende sint in eo omnes gētes, id est oēs q̄ inde nascētur, sint digni benedictiōe, scilicet per fidem Christi nascituri. Causa aūt amicitie inter deū ꝛ abraham tangitur cū subdiᷣ: Scio em̄ q̄ preceptur⁹ sit filijs suis, ꝛ domui sue p⁹ se, vt custodiāt viam dn̄i. Ac si diceret. Ideo notifico ei iudicia mea, vt ea sequacibus suis nota faciat, et illi per verā obedietiā ad deū ipsa custodiant: ꝛ faciant iudicium, quo ad seipsos: et iustitiam, quo ad proximum per equitatem illi reddēdam. Sed quo fine ista facere debeant ostendit cū ait: Ut adducat dominus, id est impleat: propter Abraham omnia que locutus est.

¶ Sequitur. Dixit itaqȝ dñs: Clamor Sodomorũ ⁊ Gomor. In isto textu ponitur reuelatio iuste cause pene ⁊ interitus sodomorꝝ ⁊ gomorreorũ: de quo postea dicetur: que quidē causa fuit euidētia ⁊ abundātia iniquitatis eorũ. Euidentia quidem: quia dicta iniquitas clamat ad deũ siue in celũ. Abundantia vero: quia hmōi clamor multiplicatꝰ est. Nam quo ad primũ peccatum eorũ erat patens ⁊ manifestũ: ꝓpter quod dicitur hic clamare. Hinc est ꝙ dñs improperat omnibꝰ publice ⁊ notorie peccantibus illud Esa.iij. Peccatũ suũ quasi Sodoma ꝑdicauerūt / nec absconderunt. Nā vt dicit petrus comestor: peccatum cũ clamore / est culpa cũ libertate / cum scȝ quis peccat palā et ad libitum suũ: sic ꝙ nullus increpat eum. Quo ad secũdum autem scribitur Ezech.xvj. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue: superbia / saturitas panis deliciose viuendo. Nomine autem panis in sacra scriptura ītelligitur omnis cibus: ⁊ abundantia / scilicet diuitiarũ male acquisitarum: ⁊ ociũ ipsius ⁊ filiarum eius: ⁊ manum egeno ⁊ pauperi non porrigebāt / id est pietatis opera pro loco ⁊ tempore non implebant. Et quia ista ducunt ad vitia carnis peiora: ideo subditur: Et fecerũt abominationes corā me / scilicet exercendo vitiũ contra naturam: quod est abominabile corā deo ⁊ hominibꝰ. Sequitur in textu: Et peccatũ eorũ aggrauatum est nimis.i.valde / scilicet addēdo peccata peccatis. De lyra autem super hoc passu dicit ꝙ hebrei dicunt ꝙ ista aggrauatio fuit eo ꝙ dicti sodomite occiderunt quandā puellam morte insolita: eo ꝙ dederat alimētũ pauperi. Uel dic ꝙ peccatũ sodomitarum fuit aggrauatum nimis / ꝓpter nimiam cōtinuationē ⁊ perseuerātiam in eo: quia per multos annos in eo perseuerauerunt. Modo vt dicitur extra de consuetu.c.cũ tanto. peccata tanto sunt grauiora / quanto diutius infelicem animā detinent alligatam. Consequenter ipse dñs more humano loquēs ait: Descēdam ⁊ videbo ⁊c. Hoc dicit dñs nō quia indigeret tali inuestigatione / sed vt instrueret iudices non sentētiare donec diligenter inquisierint veritatem. Quemadmodũ ergo in foro exteriori post infamiā procedit ad inquisitionē: ita et talem modũ visus est tenuisse dñs priusquam destrueret Sodomam ⁊ Gomorram: ⁊ hoc totũ propter causam predictam. Circa autem hunc textũ mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubium tale est. Cur dñs voluit specialiter reuelare Abrahe exterminiũ Sodomorũ ⁊ Gomorre? Dicēdum ꝙ propter tres rationes. Prīa igitur ratio ponitur in glo.ordi. vbi dicitur ꝙ sicut dñs vult scire pios premia iustorꝝ / sic vult eos nō ignorare supplicia impiorũ: quia sicut necessarium est iustis querere premiũ iustitie / sic fugere supplicium nequitie. Secũda ratio est vt ostendat quibus merito manifestari debeāt diuina my

steria: quia solis humilibus/q̄ significantur p Abraham: qui fuit adeo humilis/ ꝙ ad dn̄m loquens vocauit se cinerem et puluerem/ vt patet in sequenti clausula. Hinc Matth.xj.loquitur Christus ad patrem dicens: Confiteor tibi dn̄e pater celi ꝛ terre: qꝛ abscōdisti hec a sapientibus ꝛ prudentibus: et reuelasti ea paruulis.i. veris humilibus. Tertia ratio est vt ostēdat quibus homines committere debeāt sua secreta: qꝛ paucis et fidelib⁹ amicis/ etiā multo tēpore pbatis: iuxta illud Eccl'i.vj. Cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Et vegeti⁹ de re militari.lib.iij.c.xxix. Quid indt fieri debeat / tractato cū multis. Quid vero factur⁹ sis/ cū paucissimis et fidelissimis: vel potius ipse tecū. In cuius etiam rei signum ipse christus locutur⁹ de passione sua ꝛ morte: assumpsit duodeci discipulos suos secreto. Matth.xx.

¶ Secūdum dubium est tale. Cur dn̄s potius dicit de sodomitis et Gomorreis ꝙ clamor eorū multiplicatus esset ꝛ'ag grauatus/ etiam vsq; in celum ascēdens/ q̄ de alijs peccatis? Responsio: propter grauitatē delicti. Pro q̄ notandū ꝙ quatuor sunt genera peccatorum clamantiū in celū/ scilicet vindictam a dn̄o. Primū est homicidium/ et signanter fratricidium. Unde cū Cain occidisset fratrem suum abel/ ait illi dn̄s: Ecce vox sanguis fratris tui abel clamat ad me de terra. Ben.iiij. Secundū est peccatum cōtra naturā/ vt hic patet. Tertiū est oppressio pauperum. Unde Exodi.iij. legitur ꝙ dn̄s apparuit Moysi in flamma ignis de medio rubi: ꝛ ait illi. Uidi afflictionem populi mei qui est in egypto: et clamorem eius audiui ꝓpter duritiam eorū qui presunt operibus. Quartum est retentio mercedis laborantium: iuxta illud Jac.v. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras: que fraudata ē a vobis/ clamat: ꝛ clamor eorum in aures dn̄i sabaoth introiuit.

¶ Tertium dubium. Cur dn̄s tantū facit in presenti textu mentionem de clamore sodomorū ꝛ gomorreorū: ꝛ non de alijs tribus ciuitatibus? Rn̄sio. qꝛ iste due erant maiores dignitate: populi multitudine: ꝛ scelere. Nam earū exemplo alie tres corrupte fuerāt. Unde de predictis duabus recte dici poterat illud Esa.ix. Multiplicasti gentem: nō magnificasti leticiā. Item de omnibus simul illō eiusdē Esa.j. Ue gēti peccatrici: ppl'o graui iniq̄tate: semini neq;: filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctū israel: abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiā vos vltra addentes preuaricationem: scʒ peccatum contra naturā: per quod maxime preuaricatur lex naturalis, diuinalis: ecclesiasticalis ꝛ ciuilis: vt facile deduci posset. Sequitur. Omne caput languidum: ꝛ oē cor merens. A planta pedis vsq; ad verticem / id est a maiore vsq; ad minorem: non est in eo: scilicet populo

predictarum duarum ciuitatum sanitas supple spiritualis. Et idem iudiciū est de aliis trib⁹ ciuitatibus minoribus adiunctis prioribus. Unde in huius rei testimoniū non potuerunt in dictis ciuitatibus inueniri decē iusti/ vt dicetur in sequēti clausula.

¶ Quartū dubiū versatur circa illud verbū: descendā. Queritur ergo quomodo descēdere de⁹ dicitur/ q̄ incorporeus est/ ꝛ sine loco/ atq̄ sine motu locali. Descēdere autē motum localem importare videt̄. Responsio/ quāuis deus nō sit in loco circunscriptiue sicut res corporales/ neq̄ diffinitiue sicut āgeli ꝛ substātie separate: que taliter sunt in vno loco ꝙ nō in alio / sed potius dicatur esse in loco repletiue/ eo ꝙ replet orbem terrarū. Nam non est locus in quo nō sit dn̄s/ iuxta illud psal. Quo ibo a spiritu tuo/ et q̄ a facie tua fugiā? Si ascēdero in celum/ tu illic es: si descēdero in infernum/ ades ꝛc. Nihilominus in sacra scriptura dicit̄ deus quādoq̄ descendere ꝛ ascendere. Et talis modus loquēdi fit de eo ꝓpter infirmitatē humani intellectus. Unde Aug. i glos. ordi. Humano more ad homines loquitur de⁹/ cui se coaptat: vt hūane infirmitati conueniat. Est ergo in p̄dictis verbis metaphorica locutio.

¶ Quintū dubiū mouetur circa illud verbum dn̄i: ꝛ videbo .i. inquiram: vtrū clamorē ꝛc. Cum enim omnia nuda sint et aperta oculis dn̄i: vt habetur ad Heb. iiij. mirum est ꝙ velit inquisitionem facere de iis que aguntur in istis inferioribus. Responsio. dicendū ꝙ ita locutus est propter nostram instructionem: vt scꝫ mala hominum nō ante credamus q̄ probemus: vt dicit Greg. ꝛ ponitur in glos. ordi. Item sic locutus est dn̄s propter nr̄e sue expressionem. Nā per hoc aperte ostēditur ꝙ ipse dn̄s nō vult mortem peccatoris: quippe q̄ non cito se de illo peccāte vindicare vult: sed lento passu ad hm̄oi vindictam procedit. Ipse nēpe est patiens retributor scilꝫ malis. Uel dicendū scd̄m de palude: ꝙ hec conueniunt deo non per se: sed per subiectam creaturam: scꝫ angelum per quē ista fiebant ꝛ dicebātur. Poterat nempe angelus in corpore assumpto descēdere localiter: ꝛ videre peccata sodomorū: quanuis tamen ad vidēdū angelus non indigeat descensu locali: eo ꝙ localis distantia non impediat eius cognitionem ꝛ intuitum.

¶ Sextum dubium versatur circa illud verbum/ opere cōpleuerit .i. ad effectum deduxerint. Circa quod queritur/ quare illud additum est: maxime cum peccatū cōsistat in voluntate: ꝛ non in opere aut actu exteriori. Ad quod dicēdum ꝙ etsi principaliter ꝛ essentialiter peccatum cōsistat in voluntate: q꞉ teste Chryso. super Mat. homi. xix. volūtas est que coronatur aut punit a deo: qui non fini operis: sed voluntati operantis mercedem damnum ve decernit. Dicit etiam idem super eundē Mat.

In opere incompleto hom.viij q voluntas est que aut remuneratur pro bono: aut condẽnatur pro malo: opera autem sunt inquit testimonia voluntatis. Hoc tamen non obstãte nihilominus actus exterior malus multum nocet anime. Per ipsum nempe inflãmatur mala voluntas. Da exemplũ de luxurioso. Itẽ de guloso. Tales nempe efficiuntur ardentiores quãdo volũtas eorum mala cõiungitur actui exteriori malo: q̃ cũ sola volũtate seclu so exteriori actu peccãt. Secus autem de actu exteriori bono. Sepe enim remittit feruorẽ actus interioris: sicut patet de subeũte martyriũ propter Christũ: et similiter de ieiunãte: aut peregrinante. Insuper est et aliud i actu exteriori malo vltra actum interiorẽ malum: scilicet nocumentũ quod sepe per ipsum infertur proximo. Da exemplũ de furto. Itẽ de homicidio. Insup et de adulterio per quod violatur thorus alienus. Et ideo in lege domini datur speciale preceptum per quod prohibetur actus malus exterior: sicut cũ dicitur. Non mechaberis: non furtum facies. Exodi.xx. item Deuterono.v.

¶ Moraliter et primo ex illis verbis domini / descendam et videbo vtrum etc. patet q̃ grãde sit delictum contra naturam: intantum q ille qui omnia nouit / de illo loquatur ac si credere non possit illud increuisse.

¶ Moraliter et secundo per illa verba domini: descendam et videbo etc. Instruuntur domini iudices vt non cito proferãt sententiam: sed prius meritũ cause examinare studeãt. Unde Job.xxix. Causam quã nesciebã / diligentissime inuestigabam. Super quo Grego.libro.xix. morali. Per hoc indicit instruimur ne ad proferendã sententiam vnquam precipites esse debeamus: ne temere indiscussa iudicemus: ne quelibet mala audita nos moueant: ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profecto perpetrare pertimescimus: si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe vt nos a precipitata sententie prolatione compesceret: cum omnia nuda et aperta sint oculis eius: mala tamen sodome voluit audita iudicare: q ait. Clamor sodomorum etc. vsque ibi: descẽdã et videbo vtrũ clamorẽ qui venit ad me / ope cõpleuerit / an nõ est ita: vt sciã. Oipotens itaque dominus et omnia sciens cur ante probationem quasi dubitat: nisi vt nobis grauitatis exemplum proponat: ne mala hominum ante presumamus credere q̃ pbare? Et ecce p angelos ad cognoscenda mala descendit: moxque facinorosos percutit: atque ille patiens: ille mitis: ille de quo scriptum est Sapi. xij. Tu autem domine cũ trãquillitate iudicas. Ille de q rursum scriptum est Ecclesiastici.v. Dominus patiens est redditor: in tanto crimine inuolutos inueniens: quasi pattentiam pretermisit: et diem extremi iudicij expectare ad

vindictā noluit: sed eos igne ante iudicij diē preuenit. Ecce malum quasi cum difficultate credidit cum audiuit: et tamen sine tarditate percussit: cum verum agnoscendo nō pepercit: et hoc vt nobis daret exemplum ꝙ maiora crimina et tarde credenda sunt cū audiunt: et citius punienda sunt cum veraciter agnoscuntur. Hec Gregor. vbi supra. Dicat ergo bonus iudex cum beato Job. Causam quā nesciebam diligentissime inuestigabam. Bene etiam ad propositū facit illud decretum: deꝰ omnipotens. ij. q. j. itē. c. cum dilecti. et similiter. c. qualiter. extra de accusationibꝰ. Itē. c. licet heli. extra de simonia.

¶ Moraliter et tertio patet ex presenti historia ꝙ iudex non debet verbis credere: immo ad inquirēdum veritatem criminis debet pro loco et tempore personaliter descendere: licet constaret ipsum tanquā priuatam personam veritatem facti scire: sicut constat ꝙ dominus crimen sodomitarum sciebat: et tamen velle descendere pro veritatis indagatione se dicebat: vt dicit quidam auctor. Et hic est vt dicit petrꝰ comest. ꝙ iudex crimē sibi soli notū punire non potest. Unde dñs dixit mulieri adultere. Nemo te condēnauit: nec ego te condemnabo. Joannis. viij.

¶ Moraliter et quarto notandum cōformiter ad venerabilem Bedam: ꝙ duplex est clamor: malorū scz et bonorū. Clamor malorum est euidentia et magnitudo scelerum eorum: que quāto plus apud deū inualescunt / tāto plus aures diuine maiestatis offendunt: et dei vindictam accelerant atqꝫ aggrauant. Econtra autē clamor iustorū est magnitudo bone fame et bone vite ipsorū. Et q̄to eorū conuersatio est in celis: tanto clamor eorum quasi de prope magis pulsat aures diuine clementie in excelsis: tā pro se: q̄ꝓ alijs. De prīo clamore loquitur Apo. ad Ephe. iiij. dicens. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. De secūdo vero clamore / scz electorū / loquitur ps. in persona cuiuslibet dicēs. Dñe exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Magnus quippe illorū clamor: est meritum sublime: et desiderium celestiū bonorum: vbi Christus est in dextera dei sedens. Hec Beda.

¶ Moraliter et quīto per hoc ꝙ dñs dixit de sodomitis ꝙ clamor eorum venit ad eū: addens ꝙ ideo descenderet et videret si clamorem opere compleuissent: significatur ꝙ prelati siue regulares siue seculares cū audiūt clamorem querulosum de subditis / debēt in propria descendere: secūdum tamen exigentiam casus: et videre vtrum tales clamorem id est casum infamem seu grauem illis denunciatum opere compleuerint: nec ne. Comperta autem rei veritate: et facti probatione: debent instar omnipotentis dei aduersus sodomitas ad penam procede-

re:prout tamen casus exigit: vt dictum est. Hui9 autem cõtrarium faciunt multi prelati:q̃ ad subditos publice peccantes non descendũt: sed audita querimonia destinant ad eos officiarios suos seu cõmissarios: qui muneribus facile corrumpuntur: quia teste Isidoro: et recitatur. xj.q. iij. pauper. cito violatur auro iusticia: nullũq3 reus pertimescit culpam: quam redimere nummis existimat. Et simile habetur distinc. l. si lapsis.

¶ Allegorice et p̃mo ante aduentum xp̃i in mundũ multa erant peccata grauia et enormia super terrã: tam carnalia q̃ spiritualia: et signanter idolatria: per quã latria debita deo exhibebatur idolo. Nã q̃tum ad id genus peccati ois ferme caro. i. homo corrupe ratviã suã. Cũ itaq3 huiusmodi peccata abundarent super terram: ascenderentq3 in celum clamando vindictam apd̃ dominum: tandẽ dei filius humani generis misert9 ait. Descendam: sc3 carnẽ assumẽdo: et videbo vtrum clamorem qui venit ad me/opere cõpleuerit an nõ est ita: vt sciam. Et comperit in effectu ita esse sicut clamor insonuerat: iuxta illd̃ ps. Omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum: non est vsq3 ad vnum. glos. xp̃m. Sed per dei gratiam vbi abũdauit delictum: superabundauit et gratia: vt habetur ad Roman. v. Hinc Joã. j. Lex per Moysem data est: gratia et veritas per Jesum xp̃m facta est.

¶ Allegorice et secundo non obstante diffusione gratie per Christum facta in suo primo aduentu: adhuc nihilominus mortales non cessant a peccatis: sed apponunt iniquitatem super iniquitatem: ita vt nouissima eorũ efficiantur peiora prioribus: in tantum vt accelerent diuinum iudicium. Unde de fine seculi loquens Christus Mat. xxiiij. ait. Tũc abundabit iniquitas: et refrigescet charitas multorũ. Tũc ergo Christus merito dicere poterit verbum predictũ: videlicet: clamor sodomorum et go. i. vniuersorum peccatorũ multiplicatus est: et peccatum eorum aggrauatũ est nimis: scilicet propter nimiã perseuerantiam in eo. Descendam ergo supple in vallem iosaphat iudicatur9 viuos et mortuos: et videbo/id est videri faciam vtrum clamorem qui venit ad me/ opere cõpleuerint/ an nõ est ita: vt sciam. Hunc autem descensum predixit ipse Christus Luc. xxj. dicens. Tũc videbũt filium hominis venientem in nube cũ potestate magna et maiestate. De dicto vero clamore scribitur Matth. xxvj. Tunc dicet his qui a sinistris eius erunt. Esuriui: et nõ dedistis mihi manducare. Sitiui: et non dedistis mihi bibere. etc.

¶ Anagogice Abrahã qui simul graditur cũ angelis: designat q9 in futuro homines electi gradientur in celo cum sanctis angelis: tum per societatem: q2 vna habitatio vtrosque comprehendet: tum per

similitudinē: iuxta illud Mathei.xxij. In celo non nubent supple homines: neq; nubentur: sed erunt sicut angeli dei in celo. Huic ergo Abrahe / id est cuilibet electo reuelabit se ipsum dominus pariter et alia a se: et hoc quantum sibi placuerit: dicens. Num celare potero Abraham / id est cuilibet mecum habitanti in celo: que gestur⁹ sum? Quasi dicat / nō. Nam talia communiter reuelat dominus electis in verbo. Unde August. Quid est quod non vident qui videntem omnia vident? Sed quantum ad hunc sensum anagogicum dd sibi vult clamor sodomorum et go. et similiter quid descensus domini? Profecto predict⁹ clamor est certa et aperta notitia delictorum que i presenti perpetrantur: que ascendit vsq; ad dominum / nō quidem sic quasi deus accipiat notitiam a reb⁹: sed quia omnia tā bona q̄ mala nuda sunt et aperta oculis eius. Descendere etiam dicitur dominus non quidē in se: sed in suo effectu: cum scilicet aliquid insolitum operatur vnde mirantur hoies: sicut legit. j. Regū iiij. q cum allata fuisset arca domini in castra: et pre gaudio vociferatus fuisset ois israel clamore grandi: ita vt personuisset terra: timentes philistiim dixerunt. Uenit deus in castra hebreorum. Ue nobis. Hec ibi.

¶ Quarta clausula.

¶ Conuerterūtque se inde: et abierunt sodomam. Abraham vero adhuc stabat coram dño: et appropinquans ait. Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti i ciuitate / peribunt simul: et non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint i eo? Absit a te vt hanc rem facias: et occidas iustū cū ipio: fiatq; iust⁹ sicut impius. Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram. Neq̄ quā facias iudiciū hoc. Dixitq; dominus ad eum. Si inuenero sodomis quinquagita iustos in medio ciuitatis / dimittam omni loco propter eos. Respōdit abraham / et ait: quia semel cepi / loquar ad dominū meū / cum sim puluis et cinis. Quid si minus quinquaginta iustis quinq; fuerint: delebis propter quadragintaquinque vniuersam vrbem? Et ait. Nō delebo si inuenero ibi quadragintaquinq; iustos. Rursumque locutus est ad eum. Si autem quadraginta ibi inuenti fuerint: quid facies? Ait. Nō percutiam propter quadraginta. Ne queso inquit indigneris domine si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit. Non faciam si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi / loquar ad dominum meum. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? ait. Non interficiam propter viginti. Obsecro inquit ne irascaris domine si loquar adhuc semel. Quid si inuēti fuerint ibi decem? Dixit. Non delebo ꝑpter

decem. Abijt dominus postquam cessauit loqui ad Abraham: et ille reuersus est in locum suum.

¶ Postquã in precedẽti clausula magnus dei amicus moyses locutus est de directione angelorum versus sodomam: et de clamore iniquitatum illius ad dominum: hic consequenter agit de humili oratione quam fecit Abrahã ad dominum pro ea ne perderetur. Dicit ergo Moyses. Conuerteruntqꝫ se inde: scilicet predicti angeli de loco refectionis, quos in specie peregrinorum hospitio receperat pariter et refecerat magnus ille patriarcha Abraham: et abierunt Sodomam: scilꝫ duo angeli qui apparebant in specie virorum, vt habetur in principio sequẽtis capituli. Tertius autem qui annũciauerat conceptum Sare, et qui loquebatur in persona domini vt dictum est: adhuc remãsit ibi cũ Abraham secundum istam expositionem. Secundũ vero expositionem hebraicam pretactam ille angelus qui annunciauerat conceptũ Sare: quia perfecerat legationẽ suã, disparuit et recessit: quia tãtum duo angeli mittebantur sodomã. Unus quidẽ ad subuertendum patriam: alius vero ad liberandum Loth de predicta subuersione. Et ille qui vocatur hic consequenter dñs cũ quo Abrahã loquebatur, est ipse deus qui sibi apparuit: prout dictũ est in pncipio capli. In alijs autem litera vniformiter exponitur. Hec de lyra.

¶ Sequitur in textu Abrahã vero adhuc stabat corã dño. Nam cum ille audisset populi condẽnationẽ, pietate motus cepit orare dñm pro eius liberatiõe. Ideo dicit Moyses ꝙ adhuc stabat coram dño paratus ad adiutorium. Et nota ꝙ accipitur hic (domino) ꝓ ipso deo secũdum expositionẽ hebraicã. Secũdum autẽ aliam expositionẽ accipitur pro angelo loquente cum eo in psona dñi. Sequitur: Et appropinquans: scilꝫ abrahã: vt conuenientius orationẽ suã proponeret: ait Nunquid perdes etc. In sequenti ergo textu ponitur abrahe ꝓ quibusdã saluandis supplicatio multiplex. Nam in particulari ponuntur ipsius sex supplicationes per modũ sex interrogationũ: et totidem dñi responsiones. Prima igit supplicatio illius fuit hec. Nunquid perdes iustum cum impijs? Ac si aperte diceret. Absit hoc a te dñe qui es iustissimus iudex et rectus: et qui iudicas omnem terram: vt perdas iustum cum impio: fiatqꝫ iustus sicut impius. Nõ est hoc tuum: cuius nõ est propriũ condẽnare: sed potius misereri et saluare. Et vt dicit petrus comestor, hic orat abraham pro liberatione fratris sui Loth. Ea igitur obtẽta cõuertit se ad aliorũ liberationẽ dicens: Si fuerint quiquaginta in ciuitate. i. in ciuitatibus quia erant quinqꝫ ciuitates. In hebreo em̃ sepe accipitur singulare pro plurali: sicut ibi Exo. viij. Uenit musca grauissima. i. multitudo muscarum.

Patet ergo q̄ p̄ qualibet ciui tate abrahā accipiebat decem iustos/petēs a deo liberationē cuiuslibet ciuitatis p̄ decem iustis in ea reptis. Dixit ergo ad dñm. Si fuerint quinquaginta iusti ibi: nōne parces populo p̄pt̄ eos? Et ait illi dñe: Dimittā omni populo p̄pter eos. Tūc abrahā quasi paulatim descēdens ait: Si fuerint xlv. Item si.xl. Quid si.xxx. Quid si.xx. Quid si.x? Et ait dñs: Nō delebo eos p̄pter.x. Abijt dñs.i.nō apparuit postq̄ cessauit loqui ei. Et ille scilz Abrahā reuersus est in locum suū. Aduertēdum tñ circa predicta q̄ vt refert de pal. quidā volūt intelligere iustos de q̄bus abraham querebat: ꝛ dñs respōdebat: non quoscūq̄: sed perfectos: quoꝝ merita debe rent merito alios redimere. Ad maiorē autē declarationē presentis textus ꝛ historie mouent̄ alique questiones.

¶ Prima igit̄ questio. Quare illi duo angeli qui veniebāt sodomā/vnus ad subuertendum eā: ꝛ alius ad liberādū Loth: prius declinauerunt ad domū abrahe cū illo tertio q̄ veniebat nūciare Sare cōceptum. Nihil eñ ad eos p̄tinebat de visitatiōe domus abrahe. Mirū est ergo q̄ nō recto tramite declinauerūt sodomā execu turi cito legationē suā. Respō sio. propter tria se tenētia ex parte Abrahe/ ita factum est. Primo quidē p̄pter p̄testatio nem fidei sue/qui tres vidit/ ꝛ vnum adorauit. Secūdo vero p̄pter augmētum meriti sui. Plus eñ meruit ceteris paribus tres peregrinos reficiendo q̄ vnū. Tertio autē p̄pter viri sanctitatē: ꝛ vite p̄fectionem. Cui etiā aliqñ dixit dñs Ambula corā me/ et esto p̄fectus: vt habet in precedēti.c. Non mirū ergo si angeli suis presentijs: licet in corporibus assumptis: voluerit honorare tātū patriarchā: cui etiā dñs apparere dignat⁹ est p̄ seipm̄ scd̄m/ vnam opinionē: vt p̄tz in principio presentis capli.

¶ Secunda questio mouetur p̄pter illud verbū abrahe ad dñm. Nunq̄d perdes iustū cū impio? Querit̄ ergo vtrū aliquādo p̄dat dñs iustum cum impio. Videt̄ q̄ sic/ etiā iuxta propositū. Nulli dubiū eñ q̄ in subuersione sodome multi paruuli interierunt cū parentibus suis/ igne sc̄z ꝛ sulphure de celo cadente. Responsio: In primis d̄r ad quesitū q̄ nō bñ p̄batur intētū. Nō eñ paruuli habitantium in sodomis sic erāt iusti quin saltē haberent originale peccatū: q̄d olim nō remittebatur absq̄ fide parētum aut circūcisione. Modo satis constat q̄ originale in dictis paruulis neutro modo remittebat̄: q̄z nec parentes rectā fidē tenebāt: cū essent chananei: ꝛ p̄ ɔsequēs pessimi idolatre. Nec similiter vtebātur circuncisione/ que tñ abrahe ꝛ familie sue data erat a dño: vt p̄tz supra.c. precedenti. Ex quo ergo paruuli sodomoꝝ adhuc habebāt originale: falsum est dicere q̄ tunc dñs exterminās eos cū parētib⁹ suis perdiderit iustū cū impio: q̄z et ipsi iusti nō erant: vt dictū

est:sed potius impij: aliter tñ q̃ parẽtes:q2 ꝓpter originale tantũ/parẽtes vero ꝓpter originale et actuale. Modo ad questiũ descẽdentes dicimus ꝙ dñs aliquos perdit tripliciter:vcȝ eternaliter/spũaliter/tẽporaliter. Loquẽdo ergo de perditione eternali/aut spirituali:nũq̃ perdit dñs iustum cũ impio. Et sm hoc itelligit illud Ezechie.xviij. Filius nõ portabit iniq̃tatẽ patris/neq̃ ecõuerso: sed vnusq̃sq; in iniq̃tate sua morieẽ. Loquẽdo ꝓo de ꝑditiõe tpali aut corpali: benẽ stat ꝙ de9 ꝑdat iustũ cũ impio:iuxta illud Exo.xx.Ego dñs zelotes visitans iniquitatem patrũ in filios in tertiã ⁊ quartã generationẽ. Et q̃tũ ad hmõi penã tẽporalẽ puniti sunt paruuli habitantiũ in sodomis cum parentibus suis in subuersiõe dicte ciuitatis. Qꝺ si quis dicat illis factã fuisse iniuriã/ꝙ scȝ cremarenẽ cum parẽtibus iniustis ⁊ pctõrib9: Ad hoc dicim9 ꝙ imo facta est illis magna mĩa:ne scilȝ diu viuentes exẽpla sequerenẽ parẽtum:vt dicit Augu.lib.j.q̃stionum noui ⁊ veteris testamẽti. Ipsi eñ a gehẽna liberi sũt:in aliena causa occisi. Difficile ei est de malis progenitorib9 natos: ⁊ inter nequissimos educatos vel conuersatos mẽtem suam tẽperare ad disciplinam dei sequẽdam. Uide inquit ergo si nõ magis bene actum est cũ filijs ꝑditoꝝ. Hec ille.

¶ Tertia questio. Cur dñs potius nomĩat sodomã in singulari q̃ alias ciuitates: vtpote gomorrã: et alias tres: maxĩe cum essent equales in delicto: Nã ipse ad petitionẽ Abrahe rogantis ꝓ sodomis/ait. Si inuenero sodomis quinquagĩta iustos in medio ciuitatis:dimittã oĩ loco ꝓpter eos. Ad hoc in parte respõsum est cũ dictũ est ꝙ sub singlari numero intelligit pluralis in proposito. Insup de ea nominatĩ fit mentio tũ q2 erat principalis ciuitas:int alias quatuor:sub qua etiã intelligunẽ alie que erãt illi subdite.in cuius rei signũ reges earũ fuerunt cũ rege sodomorũ ad preliũ tanq̃ vassali sui:vt habeẽ supra.xiiij.c.tũ q2 erat principaliõr in malitia tanq̃ magis populosa.vñ etiã vsq; hodie ciuitates q̃to maiores/tanto in criminib9 ⁊ delictis deteriores.

¶ Quarta questio. Cur Abrahã potius petiuit liberationẽ toti9 multitudinis primo incipiens a numero quinquagenario/ q̃ ab alio numero maiori vel minori. Respõsio.q2 dictus numerus vocaẽ in sacra scriptura numerus remissiõis:ita vt habeat quandã cõgruitatẽ ad remittendũ offensas. Unde Leuiti.xxv. annus quinquagesimus vocabaẽ annus remissionis:eo ꝙ tũc debita relaxabãtur:hereditas restituebatur: et exules in patriã suam reuocabanẽ. Unde etiã in lege grẽ spũssanctus per quẽ fit pctõꝝ remissio:missus est sup aplos quinquagesimo die a resurrectiõe xpi. Hinc de dicta missione canit eccl'ia dicẽs: Patrata sũt hec mystice/ pasche pacto tpe:sacro dierũ numero/ quo lege fit remissio.

¶ Quinta questio: quare abraham descendendo in petitionibus suis a numero quinquagenario vsqꝫ ad decimū nō vltra descē dit: sed ibi stetit? Rñsio. q2 solus numerus denarius est pfectus: in cuius rei signū numerus q̄ post ipsum imediate sequitur / vocatur vndenari⁹ / ab vno et decē. Item numerus sequens duodenarius / a duo et decē: et sic ascēdendo. Est alia rō quā assignat petrus de pal. dicēs ꝙ decē hoīes et nō pauciores faciunt populū. Qđ autē ꝑ iustitia minoris populi petatur liberatio et cōseruatio maioris populi iniusti et mali / nō videtur irratiōabile petere. Sed ꝙ ꝑ iustitia tam paucorū qui non possunt dici popul⁹ / liberatio fiat populoꝝ quinqꝫ ciuitatū: videtur multum a ratione extraneum. Et ideo abraham nō fuit ausus vltra decem descendere.

¶ Sexta questio. Cur abrahā tam affectuose quesiuit a dño liberationē predicti populi sodomorū / et aliarū quatuor ciuitatū? Responsio. ratio duplex ad hoc assignatur. Prima est generalis: vt sciꝫ per hoc innotesceret futuris populis q̄to zelo et affectu debeat orare pro salute pereuntiū: et ipsam salutem procurare ex charitate: quia vt habetur Eccli. xvij. Unicuiqꝫ mandauit de⁹ de ꝓximo suo. Secūda ratio est specialis. Solicitus eñ erat abraham de Loth nepote suo iter eos cōmorante siue habitāte. Unde pro eo specialiter rogabat dominū cū dicebat. Absit a te dñe vt perdas iustum cū impijs. Propterea in sequenti capitulo dicitur: Recordatus est deus abraham: et liberauit Loth de subuersione sodome.

¶ Moraliter et primo quēadmodum olim dñs parat⁹ erat sodomitis parcere si modo inter eos inuenti fuissent decem iusti: ita et modo parcit nedū ciuitati vni aut regioni / seu prouincie: verūetiā toti mundo propter paucos bonos: ita vt dicat Hierony. in prologo sup vitas patrum: ꝙ meritis sanctorū patrum debemus imputare adhuc stare mundum. Et nota ꝙ tunc loquebatur Hierony. de illis sanctis patribus qui erant in desertis egypti. Nunc autē possumus verbum suum referre ad bonos et deuotos religiosos. Unde refert dñs patriarcha de pal. ꝙ cum semel presens historia referretur corā beato Ludouico frācorum rege / subintulit ꝙ parum deberet timere ciuitas Parisiēsis: vbi vix erat aliqua porta in qua non essent pluqꝫ decē iusti: id est religiosi multi. Hos tamen impugnant viri mundani: illos dicentes esse mundo inutiles. Sed vt dicit Augustinus ad fratres in eremo serm. xviij. qui intitulatur de cauenda inuidia / tales detractores et mundani figurātur per illos serpentes igneos qui filios israel ꝑ deserta peregrinantes pupugerunt: vt legitur Numeri. xxj.

¶ Moraliter et secūdo ex precedenti historia liquide apparet ꝙ frequenter parcendum est multitudini delinquēti ꝑpter paucos iustos: quando bo

no modo et sine scandalo fieri potest: et presertim quādo mali sine piculo aut notabili dāno bonorum puniri aut exterminari non possunt. Da exemplum de hereticis/ aut concubinarijs presbyteris. In cuius rei signum saluator Matthei xiij. dicit: Sinite vtraque (scilicet triticum et zizaniam) crescere vsque ad messem: ne colligentes zizania/ eradicetis simul et triticum.

¶ Moraliter et tertio. Per Abraham qui tantum institit apud dominū pro liberatione Sodomorū et Gomorreorum: Quis in hoc laudabiliter se habuerit: nihilominus per factū in se designantur multi qui apud alios sunt in suis petitionibus importuni. Quāuis enim importunitas apud deum sit laudabilis: sicut patet in illa parabola Luc. xj. de illo q̄ media nocte iuit ad amicū suum dicens ei: Amice cōmoda mihi tres panes: quoniā amicus meus venit de via ad me: et nō habeo quod ponam ante eum: cui ille deintus respondit dicens. Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est/ et pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum surgere et dare tibi. Et si ille/ iquit Christus/ perseuerauerit pulsans/ dico vobis: etsi nō dabit illi surgens eo q amicus eius sit/ propter tamen improbitatē eius surget: et dabit illi panes quotquot habet necessarios. Consequenter applicans Christus suam parabolam dicit: Et ego dico vobis. Petite/ et dabitur vobis; querite/ et inuenietis; pulsate/ et aperietur vobis. Ecce ergo quomodo importunitas petēdi est apud deum laudabilis. Nihilomin⁹ apud homines est cōmuniter vituperabilis. Non enim libenter vident homines q repetatur sepe petitio super eadem materia: et pro eadem hora: sicut patet de petentibus elemosynam: sed magis prouocantur hi a quibus petitur/ ad indignationem et iram. Discant ergo tales quantum distent a deo. Hic cadit exemplum illius pauperis qui cum importune peteret elemosynam a diuite auaro: et qui nunq̄ alicui elemosynam fecerat: tandem importunitatem illius vltra ferre nō valens/ quesiuit lapidem aut baculum ad proijciendum ad caput pauperis. Cumque nihil aliud illi occurrisset preter vnum grossum panem/ in impetu spiritus illum accipiēs pıecit ad caput egeni. Quē ille accipiens: mox letus abijt.

¶ Moraliter et quarto p hoc q dominus paratus erat parcere Sodomitis si apud eos decem iusti inueniri potuissent: designatur q ipse idem deus et dominus paratus est facere mīam obseruantib⁹ decem p̄cepta decalogi: que sancta sunt et iusta. psal. Oia mandata tua equitas. Hinc scriptū est Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mādata. Sed quid est q Abraham nō fuit ausus petere liberationē pro populo sodomorum si modo in eis inuenti fuissent nouē iusti? nisi q obseruatio mādata

torum decalogi nō liberat hominē a perditione eterna nisi integraliter fiat. Hinc scriptum est Jac.ij. Quicunqꝫ totam legem seruauerit: offendat autē in vno: factus est omniū reus. Nihil enim prodest castrum bene custodire ex omni parte: si modo relinquatur vna porta aperta per quam facile possint hostes intrare.

¶ Moraliter ꝛ quito / iuxta illud vrbū: Loquar ad dominū meū cū sim puluis ꝛ cinis? notandū secundū Bedam / ꝙ tūc Abraham magis se cinerem ꝛ puluerē esse confessus fuit / qñ deus plus ꝛ familiarius eū honorauit: iuxta illud Eccli. iij. Quāto maior es / humilia te in omnib⁹. Nos vero ecōtra tāto minus fragilitatē nostrā recolim⁹: ꝙto a dei gr̄a plus distamus. Dicit etiā Gregor. ꝙ per hoc ostendit ꝙ sancti ꝙto magis proficiūt in virtute / tanto magis descēdunt in humilitate. Et dat exēplum de lilio: de quo dicit ꝙ ꝙto altius caput erigit: eo magis florē ad ima reflectit. Nusꝙ em̄ inquit legitur ꝙ abrahā cinerē ꝛ puluerem se esse professus sit: nisi cū dei collocutionē habere meruit / dicens: Loquar ad dominū meū / cū sim cinis ꝛ puluis? Se eī esse aliquē fortassis crederet: si veracem essentiā que sup ipsum est / minime sēsisset. At vero vbi ad incōmutabilē cōtēplandū sup se raptus est: impletus tante cōtēplationis potentia: dū videret illum se nihil esse nisi cinerem ꝛ puluerem videt. Unde ꝛ ꝓpheta repletus eadē sapiētia exclamat dicēs: Memētote quoniā puluis sumus.

¶ Moraliter ꝛ sexto ꝑ abrahā diuitem: sed tamē humilē: ita vt diceret se esse cinerē ꝛ puluerem in cōparatiōe ad dn̄m: insinuat ꝙ diuites huius mundi dūmodo sint humiles: et se recognoscant nil aliud esse ex parte corporis preter cinerē ꝛ puluerē: inter amicos dei cōputabunt: ꝛ tandē ipsum facie ad faciem videbūt in celo. Nō em̄ vt dicit Grego. super hoc passu / diuitie dānant habentē et contēnentē: sed solum amātem / ꝛ de eis supbientē. Unde de quolibet tali dicit Matth. xix. ꝙ facilius est camelū ꝑ foramen acus transire / ꝙ diuitē intrare regnū celorū. Deinde subdit dicēs: Abraham diues fuit: sed tamē humilis: ita vt diceret: Loquar ad dn̄m meū cū sim cinis ꝛ puluis? Esto igitur tu diues ad instar illi⁹ humilis: recognoscens qꝛ puluis es: ꝛ in puluerē reuerteris: et tunc humilitas tua cum diuitijs tandē faciet te videre deū in celo.

¶ Allegorice: iuxta illud verbum: Nunquid perdes iustum cū impio? sciendū ꝙ etsi tēpore abrahe iustus scilꝫ Loth nō fuerit ꝑditus cū impio populo sodomorꝝ: tpe tamē christi hoc impletū fuit / qñ quidē ꝑditus fuit ipse xp̄s quo ad vitā corporalē cū impio latrone / q gesmas appellat⁹ est. Sic em̄ longe ante ꝓphetatū fuerat Esaie.liij. Et cū sceleratis reputatus est. Isti scelerati fuerunt duo latrones / dismas scꝫ et gesmas / qui ambo scelerati

fuerunt. Verū Dismas in scele ribus suis nō permāsit vsq; ad mortē inclusiue / sed tandē penituit dicens ad xp̄m: Memēto mei dn̄e dum veneris in regnum tuū. Alter autē in sceleribus suis mortu⁹ est. Cū ergo isto impio iustus xp̄s perditus est corporaliter / siue in estimatione iudeorū: et factus est iustus sicut impius. Post mortē vero vtriusq; lōge aliter factū est. Nam tunc iustus de angustia mortis liberat⁹ est / scʒ resurgendo a mortuis: ꝛ tradit⁹ est impius pro eo / scʒ Gesmas qui perijt corporaliter spūaliter ꝛ eternalr̄. Vel ille impius qui tradit⁹ est ꝓ eo / designat Pilatū / q̄ iniuste adiudicauit eum morti. Vel istud referendum est ad impium iudam: et vterq; istorū miserabiliter interijt in vtroq; hoīe. Sed q̄d est ꝙ dn̄s ad p̄ces Abrahe paratus erat parcere sodomitis vt nō periret / descēdendo vsq; ad decē iustos si apud eos inueniri potuissēt? Certe tāta dei clemētia recte prefigurabat illam ineffabilē clementiā ꝛ misericordiam quā attulit xp̄s veniens in hūc mundū: et quam exhibuit peccatorib⁹ ad eū refugiētib⁹. Huius rei testis est magdalena. Similiter mulier in adulterio deprehēsa / ꝛ similes. Hinc ipsemet xp̄s Jo. xij. loquebatur dicēs: Nō veni vt iudicem mundū: sed vt saluificem mundū. Item eiusdē Jo. iij. Nō enim / inquit idem xp̄s misit deus pater filium suum in mundū vt iudicet mūdum / sed vt saluetur mūdus ꝑ ipsum. Ecce q̄modo paratus erat dn̄s noster Jesus christus recipe quosq; peccatores ad misericordiam. Quid insuper sibi vult illud vltimum verbū precedentis clausule vbi dicitur: Abijt dn̄s postq̄ cessauit loqui ad abrahā? nisi ꝙ postq̄ ipse Christus post resurrectionem suam apparuit discipulis suis in multis argumētis per dies quadraginta: ꝛ locut⁹ est eis de regno dei: tandē videntibus illis eleuatus est / et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Actuū. j. Ecce quomodo abijt dn̄s Jesus christus ad celum / rediēs vnde venerat. ps. A summo celo egressio eius: ꝛ occursus eius vsque ad summum eius.

¶ Anagogice ꝛ secūdo: Sodoma est mundus p̄sens. Ad hāc igitur Sodomam veniet Christus cum omnib⁹ sanctis eius in fine seculorum: vt habetur Mat. xxv. item Luce. xxj. Tūc videbunt filiū hominis venientem in nube cū potestate magna ꝛ maiestate. Abraham vero significat multitudinē electorum / qui stabunt corā dn̄o per apertam visionē sue ineffabilis essentie. Si si fiat tunc questio ipsi Christo ab aliquo sub his verbis. Nunquid perdes iustum cū impio? Respondebit ꝙ non: quia ibunt mali in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternā: vt habetur Matthei. xxv. Et Jo. v. Venit hora (inquit Christus) in qua omnes qui in monumētis sunt / audient vocē filij dei. Et ꝓcedēt qui bona fecerunt / in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt / in resurre-

ctionē iudicij. Et hoc est quod loquitur Athanasi⁹ in symbolo dicens: Qui bona egerunt / ibunt in vitam eternam. Qui vero mala egerunt / in ignem eternum.

¶ Anagogice / predictum verbum quo dicitur: Nunquid perdes iustum cū impio? possum⁹ rationabiliter referre ad ruinam angelorū. Iustus ergo est Michael cū ceteris bonis angelis sibi adherētib⁹. Impius vero Lucifer cum ceteris sibi adherentibus angelis malis. Postquam ergo angeli boni in bono firmiter perstitissent / et angeli mali i malo: mox boni vsque ad dei visionē sublimati sunt / et mali in profundum abyssi infernalis deiecti. Dicebat nēpe superbissim⁹ ille lucifer statim creatus. In celum conscendā / super astra dei exaltabo soliū meum / ascendā super altitudinem nubium: similis ero altissimo. Et ecce mox audiuit dominum dicētē sibi illud Esaie xiiij. Veruntamen ad infernū detraheris / in profundum laci. Tūc ergo solus impius perditus est / iustus autem preseruatus et saluatus. Et hoc voluit Christus innuere in illa parabola que inferitur Matt. xiij. vbi legitur quod homo quidā seminauit bonum semen in agro suo: sed postea superuenit inimicus homo qui superseminauit zizania ī medio tritici. Tādem tēpore messis vtrunque collectum est / et triticum repositum intra horreū patrisfamilias: zizania vero colligata et alligata est in fasciculos ad cōburendum. Ubi per patrēfamilias intelligitur dñs deus / qui in principio mundi seminauit bonum semen in agro celi. Superuenit autem inimicus homo. i. lucifer qui superseminauit zizania in medio tritici. i. peccatū inter angelos malos. Tandem zizania alligata est et proiecta in ignem / quando lucifer de celo eiectus est cū sibi adherētibus angelis malis et missus in caminū ignis infernalis ad comburēdum perpetuo. Triticum autē. i. multitudo angelorum bonorū / congregatū est in horreum dñi in celo. Sed prosequendo istum sensum anagogicum / quid significat quod in Sodomis non potuerunt inueniri quiquaginta iusti / nec. xlv. nec. xl. nec. xxx. nec xx. nec decem? nisi quod tota illa multitudo malignorum spirituum adeo est obstinata in malo / quod nullus deinceps fuit qui reuerteretur ad dominū / et ageret penitentiā super peccato suo: et ideo irremediabiliter damnantur.

¶ Geñ. xix. prima clausula.

¶ Veneruntque duo angeli Sodomam vespere sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos / surrexit et iuit obuiam eis / adorauitque pronus in terram / et dixit. Obsecro domini declinate in domum pueri vestri / et manete ibi. Lauate pedes vr̃os: et mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt. Minime / sed in platea manebimus. Cōpulit illos oppido vt diuer

terent ad eum. Ingressisq; domum fecit conuiuium/coxit azyma/ꝛ comederunt.

¶ Historialiter. Postq̃ in p̄cedenti capitulo actum est de illo angelo qui inter tres q̃ apparuerant Abrahe/ veniebat nunciare Sare q; conceptura esset filium/ qui ꝛ predixit Sodomorum perditionē ꝛ interitum: hic consequenter prosequitur Moyses legationem aliorum duorum/ quorum vnus veniebat perdere Sodomam cum adiacentibus quatuor alijs ciuitatibus/ alter vero veniebat eripere Loth cum vxore ꝛ filiabus suis de tāto periculo. Sed priusq̃ descēdat ad executionem dicte legationis angelice/ p̄mo loquitur in hac clausula de aduētu eorū apud Sodomam/ ꝛ de gratiosa eoꝝ receptiōe per Loth nepotem Abrahe. Dicit ergo moyses q; aduesperascente iam die hora qua hospites solent declinare ad hospitiū pausandi gratia: venerunt duo angeli in specie viri sodomam propter causas predictas vespere. Tātum enim distulerūt venire illuc secundum de lyra/ vt viderent si dominus parceret ciuitati sodome ꝛ alijs propter preces abrahe/ apud quem eadem die hora meridiana prāsi fuerāt. Non enim multum distabat locus in quo morabatur abrahā a Sodomis/ q̃uis angelis sit eque facile ptransire multum spatium in modicissimo tēpore sicut in magno. sedēte loth in forib⁹ ciuitatis/ vt expectaret aduentitios pegrinos. Nā vt dicit Josephus/ Loth discipulus aliquando fuerat auunculi sui Abrahe/ a quo didicerat hospitalitatem ad pauperes. Cum ergo esset valde humanus ad peregrinos/ rogabat angelos quos homines arbitrabatur/ vt ad domū suam causa hospitādi declinare vellent. Solitus ergo erat Loth ad instar Abrahe circa vesperam sedere in loco patenti vt pauperes ingrediētes ciuitatem preueniret in benedictionibus dulcedinis/ scilicet inuitando eos ad hospitiū. A qua consuetudine valde laudabili et deo gratissima/ longe sunt Christiani multi qui supplicíter rogati a pauperib⁹ etiam peregrinis/ qui non consueuerunt frequētare cōmunia hospitalia/ vix eos recipiunt hospitio. Et ideo ipse loth surget in iudicio cum gn̄atione ista: ꝛ condēnabit eam/ scilicet per cōparationem melioris facti/ vt trahitur ex euāgelio Mathei.xij.ca. Sequitur: Qui cū vidisset eos/ scilicet ī specie virorum peregrinantium: surrexit: ꝛ iuit obuiam eis/ credens ipsos esse homīes peregrinos. Ubi nota q; pauperes/ ꝛ signāter peregrini sunt exēplo loth primo querendi et inuitandi: quia iuit obuiā eis. Itē honorandi/ q2 adorauit eos pronus in terram/ scilicet adoratione dulie: que debetur rationali creature in gradu excellentie constitute/ vt sunt domini/ ꝛ eminentes p̄sone. Quamuis autem ipse Loth conspiceret dictos angelos in habitu

peregrinorū: nihilominꝰ videns ꝙ valde formosi ⁊ honesti apparerēt / estimabat eos esse elegantes ⁊ magnos viros. Item sunt obsecrādi: qꝛ dixit Loth: Obsecro dn̄i declinate in domum pueri vestri. i. serui: ⁊ manete ibi / supple saltem hac nocte: lauate pedes vestros. i. p̄mittite ꝙ vobis lauētur. Non enim credendū est ꝙ ipse p̄mississet ꝙ ip̄imet lauarēt pedes suos / aut sibi inuicē / quos tātū honorabat. Et mane proficiscemini in viam vestrā. Qui cum p̄ma frōte ꝫ renuissent / tādē compulit eos oppido. i. valde vel fortiter insistēdo. Quibus ingressis fecit eis cōuiuiū bonum. Nam coxit eis azyma / et comederunt. i. comedere se simulauerūt / sicut in simili priꝰ fecerant in domo Abrahe.

Circa autem hūc tertiū mouētur alique questiones.

¶ Prima igitur q̄stio. Cur venerunt duo angeli cōtra sodomam? Sufficiebat eñ vnꝰ ad perficiēdū quicquid per duos factū est / vcꝫ ad destruendum Sodomā / ⁊ ad saluandū Loth cū familia sua ne perderetur cū alijs. Modo frustra fit per plura quod potest fieri p̄ pauciora. Ad hoc dicēdum ꝙ propter tria ita factū est. Primo quidem ad insinuandā duplicem charitatē / scꝫ dei ⁊ proximi. Uel ad insinuandā charitatem que debet esse inter p̄ximos. Unde ps. Ecce ꝗ̄ bonū ⁊ ꝗ̄ iocūdū habitare fratres in vnum. Secundo vero propter officiorum diuersitatē. Sicut enim mēbra vnius corporis nō eundē actū habēt: ita nec angeli eandē operationē siue officium. Nam aliq̄ presunt cōitatibus / alij vero priuatis personis. Qui ergo preerat ciuitati Sodomorū / venit ex diuina ordinatione ad perdendū eā p̄pter iniquitatum suaꝝ multitudinem ⁊ infamiā. Qui vero deputatus fuerat Loth in custodiam / venit ad illius liberationē. Tertio aūt propter nominum interpretationē. Nam vt dictum est sub prima clausula precedētis capl̄i in solutione ad tertiū dubiū: tres angeli q̄ primo apparuerunt abrahe existenti in ostio tabernaculi sui / fuerunt Michael / Gabriel / Raphael. Michael veniebat nunciare conceptū Sare: de quo quidē cōceptu nasciturus erat messias / siue filiꝰ dei. Et hoc satis rationabiliter iuxta nominis sui interpretationem: qꝛ Michael interp̄tatur quis vt deus. Iste aūt angelꝰ non venit vsq̄ Sodomā: qꝛ cōpleuerat legationē suā: sed tm̄ duo alij illic peruenerunt / vcꝫ Gabriel ⁊ Raphael. Gabriel eīn interpretatur fortitudo dei: ⁊ ideo satis cōgruebat vt p̄ eum destrueret Sodomorū regio. Raphael aūt interpretat̄ medicina dei. Propter qd̄ satis ēt congruebat ꝙ veniret saluare loth / q̄ alias perijsset cū alijs: ⁊ ideo ostēdit se optimū medicū erga eū / etiā p̄seruando eū ne suffocaret̄ a fetore sulphuris ⁊ ignis descēdēti sup sodomam / q̄ etiā hincinde diffusus potuit p̄uenire vsq̄ ad ipsum loth: ꝗuis esset iam extra ciui

tatem. Ecce ergo cur venerũt duo angeli vsq; sodomã poti⁹ q̃ vnus vel plures.
¶ Secũda questio. Cur poti⁹ venerũt dicti duo angeli Sodomam vespere / q̃ meridie / sicut prius apparuerãt abrahe eadẽ die? Responsio: propter tria ita fecerũt cõformiter ad tres sẽsus sacre scripture. Primo quidem vt cõmodius inuenirent Loth / qui singulis diebus eadẽ hora solit⁹ erat expectare aduẽtitios hospites ⁊ peregrinos in porta ciuitatis / et vt facto ⁊ opere cõmendarent eius hospitalitatem. Ecce sensus historialis. Secundo vero ad designãdũ q̃ in vespere hominis / qñ scz est ꝓpinquus occasui per mortẽ / tũc veniũt ad eũ duo angeli / vnus pro / alius contra: sicut de duobus predictis vnus veniebat pro liberãdo Loth / alius vero veniebat ad perdendũ Sodomã. Optimum igitur cõsilium est vt cũ homo sentit se tẽdere ad vesperam per mortẽ: ꝑueniat horã illã / ⁊ ꝑmuniat se ꝑ deuotã sacramentoꝝ susceptionẽ aduersus illũ ãgelũ scz malũ q̃ venit ꝯ eũ. Ecce sensus moralis. Tertio aũt ad insinuãdũ ⁊ q̃dammodo prefigurãdũ illos duos dñi seruos Helyã scz ⁊ enoch: qui in presenti duxerũt vitam angelicã / ⁊ q̃ aduesperascente mũdi termĩo vẽturi sunt ⁊ denunciaturi ꝯ3 dñi nostri Jesu aduentũ. Ecce sensus mystic⁹.
¶ Tertia questio. Utrũ dicti duo ãgeli mẽtiti sint? videt q̃ sic. Nã primo dixerũt loth eos inuitanti ad domũ suã / se illic non ingressuros / ⁊ tñ nõ multo post illic ingressi sunt. Quinimmo a principio intẽdebant illic declinare. Ad hoc dicũt nõnulli hebrei q̃ realiter illi mentiti sunt: ⁊ per cõsequens peccauerunt saltẽ venialiter. Dicũt etiã vlterius q̃ in penã sui mẽdacij fuerunt per ducẽtos annos extra padisũ. Postea autẽ penitẽtia peracta illic ascenderũt: ꝓut fuit ostensum Jacob qñ vidit angelos ascẽdẽtes per scalã in celũ: vt habet in sequẽtib⁹. xxviij. ca. S3 hec nõ tã ridiculosa sunt q̃ falsa ⁊ erronea. Est ꝯ fabula q̃d dictũ est: ⁊ per cõsequẽs reprobatione indignum. Sensus ergo predictoꝝ verboꝝ talis est scdm Aug. In platea manebimus: supple nisi plus institeris: sicut Luce vlt. legitur q̃ saluator finxit se lõgius ire: ⁊ tñ postea illi duo discipuli cũ quib⁹ ambulabat / coegerũt eũ vt cũ eis ad hospitiũ declinaret. Uel dicendũ q̃ licet intẽderẽt finalit̃ illuc ire: nõ tñ hoc intendebãt ad ꝑmã ipsi⁹ loth petitionẽ: s3 vt repeteret suã petitionẽ: ⁊ repetẽdo cresceret i eo feruor ad hospitalitatẽ ⁊ pietatis officiũ: ⁊ per cõsequẽs augeret in eo vite eterne meritum. Pt3 ꝯ q̃ duo angeli veniẽtes sodomam nõ sunt mẽtiti dicẽtes: in platea manebimus.
¶ Quarta questio cur isti duo angeli tãtã difficultatẽ fecerũt declinandi ad domũ loth: cũ tñ paulo añ tã facile ⁊ prõpte declinassẽt ad domũ abrahe: vt pat3 in ꝑma clausula ꝑcedentis capituli. Dicendũ q̃ ꝓpter tria ita se habuerunt.

Primo quidē ex parte ipsius Loth/ vt scz charitas ipsi⁹ tē-tata ꝛ ꝓbata remuneraretur vt dicit alcuin⁹: ꝛ ista ratio tacta est supra immediate. Secū-dovero ex parte ipsorū Sodo-mitarū/ quorum flagitia adeo abhorrebāt/ ꝙ apd̄ eos vix hospitiū recipere voluerūt: etiā apud virū bonum castū ꝛ sanctum. Tertio autem ex parte quorumcūqꝫ aliorū/ vt scz di-scerent nō solū libēter recipe-re illos hospitio q̄ se offerunt: verum etiā venire prima facie nolētes/ ꝯpellere oppido .i. valde vel fortiter/ siue multū instanter. Hoc em̄ vult istud aduerbium oppido: qd̄ etiam descendit ab hoc nomine oppidū oppidi/ secundū de Pal. ꝛ hoc propter fortitudinem.

¶ Quinta questio. Cur Loth coxit azyma ad festiuandū di-ctos āgelos? Ad hoc dicūt hebrei/ prout refert de lyra: simi-liter ꝛ de Palu. ꝙ hoc ideo q꞉ erat tēpus paschale/ in q̄ p̄cipitur iudeis i lege ꝙ comedāt panes azymos per septē dies. Et q̄uis istam ordinationē siue obseruantiam nondū tūc fecisset dn̄s: sed tantū post exitū de egypto: nihilominus dicūt ꝙ hm̄oi obseruātiā didicerat Loth in domo auunculi sui Abrahe/ qui eam obseruabat/ sicut et aliqua alia cerimonia-lia/ vt dictū est de circuncisione superius cap. xvij. Item de obseruatione sabbati. c. ij. Ita dicūt hic de obseruatione paschali. Sed hoc videt falsum: quia Exo. xij. vbi agitur de exitu filioꝝ Israel de egypto/ dicitur ꝙ exierūt nocte pascha-li. Et causa quare tunc comederūt panes azymos/ assignatur ista/ eo scilꝫ ꝙ in tali exitu non poterāt aliquid fermētare: eo ꝙ egyptij cogebant eos īstātissime exire de terra sua. Patet ergo manifeste ꝙ non habebant tūc hebrei comedere azyma ex aliq̄ obseruatione prius instituta: sed ex hoc ꝙ in illo exitu fuerunt coacti vti azymis/ institutū est vt de cetero in solennitate paschali vterentur azimis in memoriā sui exitus de egypto. Hoc etiā videtur ex nomīe pasche: qd̄ trāsitus interpretatur: eo ꝙ illa nocte angelus dn̄i per egyptum transiuit egyptios percutiens: et filios israel saluans: ꝛ q꞉ eadem nocte dicti filij israel inceperunt exire de egypto: se disponēdo ad exeūdum in mane: vt habet Exod. xiij. ꝛ vt transirent ad terrā promissionis. Propter qd̄ non videtur ꝙ esset antea aliqua obseruantia paschalis. Nūc ergo ad propositum dicimus ꝙ qn̄ dicitur de Loth in presenti textu ꝙ coxit azyma: h̄ ideo tātū fecit ꝙ eo ꝙ tales panes possunt cito ꝛ faciliter parari hospitibus aduenientibus.

¶ Sexta questio. Qūo ista possunt simul stare/ ꝙ Loth tam obnixe deprecatus fuerit predictos duos angelos vt venirent in domū suā hospitandi grā: quos etiā dn̄os vocauit: ꝛ ꝙ coxerit eis azyma .i. panē non fermentatum? Hec enim preparatio cibi videtur fuisse modica pro tantis viris/ inter quos etiam vnus veniebat ad liberandum eum contra fu

turam ruinam: Quis ipse hoc ignoraret. Responsio. In primis dicendum quod homines tunc temporis non erant ita gulosi siue curiosi circa cibos aut delicati sicut modo: sed communiter grossis vtebantur: etiam quandoque solo pane. Secundo dici pot quod Loth habebat armentorum copiam: sed extra ciuitatem vbi pascebatur: nec potuit cito illic mittere seruum qui afferret hedum: eo quod hora tarda erat. Tertio dicitur quod in sacra scriptura sub nomine panis omnis alia esca subintelligitur. Hoc autem ptz in principio precedentis capituli in prima clausula: vbi legitur quod Abraham rogauit tres viros .i. tres angelos in specie virorum: vt declinarent ad domum suam: et poneret buccellam panis coram eis ad refocillandum corda eorum: et postea transirent. Quod cum illi acquieuissent petitioni illius: mox ille cucurrit ad armentum: et inde tulit vitulum tenerrimum et optimum. Quo parato et decocto/posuit coram eis pariter butyrum et lac cum panibus subcinericijs: quos de optima simila .i. delicata et electa farina parauerat vxor eius. Sic etiam aut pamplius potuit esse in proposito. Quid autem factum fuerit de cibo quem dicti angeli comederunt: idem dicendum sicut de illo quo refecit Abraham tres angelos/vt habetur in precedenti capitulo sub prima clausula in solutione ad octauum dubium.

¶ Moraliter et primo. Per hoc quod Loth sedens in foribus ciuitatis sodome: et expectans pauperes peregrinos vt traheret eos in domum suam hospitandi gratia: meruit recipere angelos in effigie hominum: significatur quod illi qui ex charitate recipiunt pauperes hospitio: recipiunt in eis dominum Jesum Christum: iuxta illud Matth. xxv. Hospes eram (inquiet Christus talibus in die iudicij) et collegistis me: supple in paupere. Unde postea subditur. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Maxime autem illi sunt laude digni qui ad instar Abrahe et Loth preueniunt ipsos pauperes. Talibus nempe potest dici illud Luce. xij. Uos similes hominibus expectantibus dominum suum: scilicet in persona pauperis. Unde Prouerbio. xvij. Gemma gratissima expectatio prestolantis. Ac si aperte diceret. Sicut gemma fulget in auro: ita hospitalitas in viro iusto. Sequitur. Quocunque se vertit: scilicet circunspiciens vt videat si pauper se offerat: prudenter intelligit: videlicet quod recipiendo hospitem mortalem/par est tanquam reciperet Christum immortalem.

¶ Moraliter et secundo secundum dominum Petrum de palude per fores ciuitatis in quibus sedet Loth: intelliguntur quinque sensus: vbi debet sedere quilibet iustus precauens diligenter ne hostes aie id est peccata occasionaliter et subtilit atque clandestine intrent per huiusmodi portas quinque sensuum vsque ad animam.

Et quia pauci sunt tales: ideo pre admiratione de ipsis loquitur scriptura Esai.lx. dicens. Qui sunt isti: supple tam iusti et perfecti: qui vt nubes volãt: per contemplationẽ celestiũ: vel eleuationem mẽtis i deũ: et qui iterum supple sunt quasi columbe ad fenestras suas? Colũbe eni stãtes in fenestris suis hincinde circunspiciẽtes vidẽtur quasi respicere ne qs superueniat ad capiẽdum pullos aut oua earum. ita et quilibet iustus debet semper esse pauidus et in timore ne per fenestras humani corporis subintret hostis anime.i. pctm: quod etiã est mors anime. Sz profecto propter defectum custodis dictarum portarum qn que sensuum sepe subigreditur dictus hostis vsque ad interiora anime. Quod plangẽs propheta dñi Hiere.ix.ait. Ascendit mors p fenestras vestras: ingressa est domos vestras.

¶ Uel dic secundum de lyra qd Loth sedens in foribus ciuitatis: et expectans peregrinos vt eos ducat in domũ suã: designat quemlibet iustũ: qui verbo bone doctrine: et exemplo sancte vite debet alios ducere ad domum iustitie: siue ad hospitium celi quantum põt. Unde Prouerbio.xxi.dicitur. Excogitat iustus de domo impii vt detrahat impios a malo. Et Eccli.xvij.Unicuiqz mãdauit deus de proximo suo: vt scilicet procuret ex charitate ipsius salutem sub deo qñtum potest debitis medijs.

¶ Moralit et quarto duo angeli qui venerunt sodomam vespere sedente Loth in foribus ciuitatis: duo sunt ordines mendicantium: predicatores scilicet et minores: quorum vita debet esse angelica. Sodoma est mundus presens plenus omni spurcitia et iniquitate. Uespere autẽ aduerbialiter sumptum: siue vesper nominaliter / finis est mundi. Dicamus ergo sic. Uenerũt duo angeli.i. ex speciali dei ordinatione suscitati sunt de nouo scilz ab annis circiter.ccc.vel paulo plus duo ordines: predicatores scilicet et minores: et ab ecclesia approbati per Gre. ix. vt patet extra de prelatis et subditis.c.nimis praua. De qbus recte potest dici illud Luce.x. Misit illos / supple dominus / binos ante faciem suam / id est ante iudicij diem. Sed quo venerunt predicti duo ordines? Certe sodomã / id est in mundum istum repletum omni iniquitate / vt dictum est: et ad denunciandũ verbo predicationis sodome / id est mundo destructionem et exterminium illi⁹ casu quo supple nõ se corrigeret: dicentes illud Luc.xiij. Nisi penitentiam habueritis: omnes peribitis. Et bene dicuntur dicti angeli venisse sodomam vespere: quia dicti ordines missi sunt a deo in hunc mundũ aduesperascẽte iam mundi termino / iuxta illud.j.ad Corin.x. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et Apocal.xiiij.clamat Jo.dicens. Timete deũ: et date illi honorem: quia venit hora iudicij eius. Sed qd designatur per Loth totum pliũ

⁊ misericordem ad pauperes: nisi beata virgo tota clemens et pia: que suis precibus impetrauit apud benedictum filium suũ ne sodoma id est mũdus presens adhuc deleretur quem delere ipse volebat: offerens illi duos seruulos suos dominicum scilicet ⁊ franciscum: qui cum sibi adherentibus fratribus circuirent totã terram inducentes populos ad penitentiam. Sicq placatus est dominus noster Jesus Christus precibus sue dignissime matris ne faceret malum qđ facere cogitauerat. Predicta autem historia diffuse narratur i legẽda magna patris nostri dominici. Sed quid sibi vult ꝙ Loth compulit angelos oppido id est fortiter vt diuerterent ad eum hospitandi gratia: quibus ingressis fecit conuiuium: nisi ꝙ diuites ⁊ potentes debent inuitare dictos fratres: ⁊ signãter post predicationis laborẽ vt diuertant se ad domos eorum: siue causa hospitij: siue refectionis sumende. Nec hoc debent leuiter annuere dicti fratres: sed licite possunt aliquam difficultatem instar angelorum facere: vt sic crescat inuitãtium desiderium ⁊ meritum. Cumq viderint q̃ eos inuitant multum instare: vadant in noĩe domini post eos: edentes ⁊ bibentes que apud illos sunt obseruata tñ sue ꝓfessionis regula. Nam vt inq̃t Christus Luce.x. dignus est operarius mercede sua. Item vt dicit Aposto.j. ad Corint. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus: non est magnum si nos carnalia vestra metamus. Et post pauca. Dominus inq̃t ordinauit his qui euangelium annunciant: de euangelio viuere. Sed profecto multi in hoc facto sunt similes ciuibus Hierusalem: apud quos cum diu predicasset Christ⁹ in die palmarum: et ipsum honorifice recepissent: null⁹ tamẽ inuitauit eum ad domum suam: propter quod cũ iam sero esset/ exijt in Bethaniam. Et huius causa fuit quia nulli adulatus fuerat i sermone suo: vt dicit Chryso.

¶ Moraliter ⁊ quĩto per hoc ꝙ Loth vespere cõpulit angelos vt diuerterent ad eum: instruuntur diuites huius seculi vt maxime circa vesperam vite sue faciant largas elemosynas pauperibus: etiã eos recipiendo hospitio cum materia se offert: vt sic in paupibus recipiant xp̃m: et dicant ei cũ ipsos pauperes inuitant illud Luc. vlti. Mane nobiscũ dñe: quoniã aduesperascit: ⁊ inclinata est iã dies/ id est inclinare notabiliter in nobis incipit dies naturalis vite.

¶ Moraliter ⁊ sexto iuxta idẽ verbum: compulit illos oppido: sciendum ꝙ illi compellũt dominũ declinare ad eos: ⁊ recipere hospitium in conscientijs eorũ per gratiã: qui magnas ⁊ duras penitentias faciunt: discretas tñ: ⁊ propter deũ: siue sint ieiunia: siue longe orationes: siue peregrinationes. Nam vt dicit saluator Mat. xj. Regnum celorum vim patitur: ⁊ violenti rapiũt illđ.

In cuius figurã legitur.i.Re gum.xiiij.q cum bellum motum esset inter philisteos et saul: Jonathas fili⁹ eius ascẽdit cõtra eos manibus ⁊ pedibus reptãs. Beatus ergo ille est qui potest taliter cõpellere Christum intrare in hospitium conscientie sue:⁊ consequenter illũ reficere per bona opera.

¶ Moraliter ⁊ septimo iuxta illud verbũ Loth ad angelos: Lauate pedes vestros:⁊ mane proficiscemini in viam vestrã. Quod cũ fecissent:coxit eis azyma:⁊ comederunt: denotatur q egroti qui de propinq̃ habent secundum humanã estimationem proficisci de hoc seculo ad aliud per mortẽ/debent prius lauare pedes affectionum suarũ malarum:quia iuxta xp̄i testimonium Joan. xiii. Qui lotus est/ nõ indiget nisi vt pedes lauet. Lotis ergo huiusmodi pedibus per sacramentalẽ cõfessionẽ: debẽt cõsequẽter comedere azyma/ id est recipere venerabile sacramentũ altaris:cuius materia est panis azym⁹. Et de hoc multa dicta sunt i prima clausula precedentis capituli sub prima expositione allegorica: li. Itẽ sub sexto dubio eiusdẽ clausule.

¶ Allegorice ⁊ primo per predictos duos angelos q̃ intrauerũt sodomam priusquã destrueretur / per quos etiam liberatus est Loth ne periret cum alijs: similiter et vxor illius cum duabus filiabus: designantur illi duo magni viri helias ⁊ enoch/qui pro nũc incolũt paradisum terrestrem. Ueruntamen circa finẽ mundi ex dei ordinatione inde exibunt:⁊ predicabunt predicentes futuram et satis vicinam mundi consummationem: dãtes testimoniũ de Christo q ipse sit verus filius dei. Itẽ q nullus credat antixp̄o : et sic de alijs. Et hoc est quod loquitur Joã. Apoca.xi.in persona dñi/dicens. Dabo duobus testibus meis:scilz helie ⁊ Enoch sm glos.ordin. Non autẽ dicit dñs quid daturus sit predict̃ duobus testibus:ad significandũ q inestimabile erit qđ dabit eis. Sequitur in Apoc. Et prophetabunt dieb⁹ mille ducentis sexaginta.i. tribus annis cũ dimidio: sicut ipse xp̄s predicauit. Illud tamen dimidium non fuit completũ:quia tantũ durauit a baptismo xp̄i vsq ad mortem illius. Sequitur. hii/scilz helias ⁊ Enoch: sunt due oliue:⁊ duo candelabra ⁊c̃. scz penitentiam verbo predicantes:⁊ exẽplo ostendẽtes:vt dicit interline. q2 vt dicit Joan. erunt amicti saccis in signum penitentie. Ecce ergo quomodo et ad quid dicti duo viri intrabunt sodomam/ id est mundum istum in fine mundi. Nec quidem inutiliter:quia multi ad eorum predicationem conuertentur ad dominum per penitentiam: qui tandem saluabuntur spiritualiter ⁊ eternaliter: quãuis non corporaliter: quia tales faciet antichristus crudeliter occidi : vt dicit Joannes vbi supra. Cum/inquit predicti finierint testimo-

nium suum: bestia que ascen-dit de abysso/faciet adversus eos bellum:et vincet illos:et oc-cidet eos. Et corpora eorū ia-cebūt in plateis ciuitatis ma-gne/que vocatur spiritualiter sodoma: vbi et dominus eorum crucifixus est. Hoc tamen non imputabitur illis ad confusio-nem: sed ad magnum meritū et gloriam. Da exemplum de Christo passo:et similit' de san-ctis martyribus.

¶ Allegorice et secundo per hoc q Loth inuitauit obnixe angelos ad domum suam: offe-rens se ad lauādum pedes eo-rum/ designat q ifideles sunt gratiose et benigne inuitandi ad hospitium ecclesie/et ad ba-ptismum. Non tamen sunt sim-pliciter ad hoc cōpellēdi. ita enim dicitur in decret. distin. xlv. de iudeis. Ubi tamē tales aut quicunq alij recipiunt ta-lem ablutionē sacri baptisma-tis/multum illis prodest. Nam tūc pedes eorum/ id est anime ad plenum lauantur/ scilicet a culpa et pena: vt habet de con-secra. distin. iiij. per baptismū. quod in susceptione aliorū sa-cramentorum nō fit: sed cōmuni-ter remanet reatus pene tē-poralis. Et per hoc denotatur excellentia sacramenti bapti-smi supra alia. Et breuit' ablu-tio que fit in baptismo siue su-per paruulū: siue super adul-tum: est talis et tanta: vt sic lo-tus et moriēs/ statim volet ad celos. In cuius rei signum dū christus baptizaretur: apertū est celum super eum. Luce. iij. At vero multi baptizati sunt similes iude: cuius cū christus in cena lauisset pedes cū cete-ris apostolis/ statim tū eos in-quinauit tradendo magistrū suū iudeis. In hoc significans eos qui post baptismū: redeūt ad peccatum.

¶ Allegorice et tertio. Pre-dicta lotio pedum angelorum venientium in domum Loth: significat illam mirabilem lo-tionem a peccatis quam fecit Christus in morte sua effun-dendo liquorem sui preciosi sanguinis: iuxta illud Apoca. j. Lauit nos: supple Christus a peccatis nostris in sanguine suo. O grande mysteriū. Ecce enī sanguis animalium pari-ter et hominū coinquinat et ma-culat queq: sanguis vero chri-sti mūdat ab omni inquinamē-to. Nec est aliud remediū ad delendas maculas peccatorū preter Christi sanguinē. Unde ad Hebre. ix. Sine sanguinis supple christi/effusione non fit remissio peccatorū. Fertur q sanguis calidus extractus de sub ala dextra passeris siue co lumbe purgat cunctas sordes. Passer est Christus: iuxta il-lud Psalm. Factus sum sicut passer solitari9 in tecto. id est in cruce. Tūc autem fuit san-guis extractus de sub ala der-tra hui9 passeris: quādo vnus militum lancea latus eius ape-ruit: et mox exiuit sanguis et aqua. Quo quidem sanguine id est merito passionis Christi purgantur omnia peccata.

¶ Anagogice. Loth est deus. Angeli in forma hominū stan-tes in platea ciuitatis: sunt homines in platea ciuita-tis huius mundi habitantes:

quos dictus Loth inuitat nūc gratiose ꝛ benigne: nūc seuere cū minis ꝛ terroribus penarū vt veniant in domū suam celestem sumpturi ibi cenā mirabilē ꝛ exquisitissimā. Luce.xxij. Ego dispono vobis vt edatis ꝛ bibatis sup mensam meā in regno meo. Dicit etiā Grego. ꝙ mala que nos hic premunt/ad ad deū ire cōpellunt. Hāc autem inuitationē voluit Christus innuere sub quadā parabola Luce.xiiij. dicens: Homo quidā fecit cenā magnā: id est dñs deus preparauit diligētibus se mirabilē gloriā et satietatem in celis: ad quam vocat oēs hoīes sufficienter: ꝛ signāter duos instar Loth.i. illos q̄ habent geminā charitatē: ad deum scȝ ꝛ ad proximū. Cui vocationi multi cōtradicunt dicentes: Minime/ sed in platea manebimus. Hi sunt viri mundani ꝛ auari q̄ nō solicitantur de celestibus ꝛ eternis: sed tm̄ de tēporalibus ꝛ caducis: ꝛ q̄ libenter vellent semp manere in hoc mundo: dicentes illud Matthei.xvij. Bonum est nos hic esse. Propter qđ faciūt sibi tabernacula magna ꝛ excelsa: ac si haberēt perpetuo manere in hac valle miserie. Sed quid est ꝙ dictus homo qui fecit cenā magnā/ vidēs ꝙ inuitati ad cenam suā nollent venire frustra se excusantes: tandē iratus precepit seruo suo vt vocaret alios: scȝ cecos claudos ac debiles: ꝛ ꝙ nolentes venire compelleret intrare/ vt impleretur domus sua discūbentibus? nisi ꝙ dñs de⁹ repudiatis ab eterno conuiuio suo diuitibus et nobilibus.i. angelis malis qui sunt diuites ꝛ nobiles in donis naturalib⁹: elegit hoīes pauperes respectu predictoꝝ quo ad naturalia/ diuites tamen in fide ꝛ donis gratuitis: vt talib⁹ impleatur domus sua celestis. Qđ si iterum inter eos aliqui velint se excusare ab ingressu hmōi cōuiuij/ cōpellātur intrare ꝑ varia genera penarū/ tribulationū/ et aduersitatū: iuxta illud psal. Imple facies eoꝝ ignominia: et querēt nomen tuū dñe. Et alibi. Clamauerūt ad dñm cū tribularent. Hoc autē totum innuitur ꝑ hoc ꝙ Loth cōpulit oppido.i. valde fortiter/ angelos quos videbat in specie peregrinoꝝ in platea iacere: declinare in domū suam hospitandi gratia.

¶ Secunda clausula.

¶ Prius autem ꝙ irent cubitū/ viri ciuitatis vallauerunt domū illius a puero vsq; ad senem oīs populus simul. Uocauerūtq; Loth: ꝛ dixerunt ei. Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc/ vt cognoscamus eos. Egress⁹ ad eos Loth/ post tergum accludens ostiū ait: Nolite queso fratres mei/ nolite malū hoc facere. Habeo duas filias que nondū cognouerūt virū: educā eas ad vos: ꝛ abutimini eis sicut placuerit vobis: dummodo viris istis nihil mali faciatis: quia ingressi sūt sub vmbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursus. Ingressus es inquiūt vt aduena: nunqd vt iudices?

Te ergo ipsum magis ꝙ hos affligemus. Uimqꝫ faciebant Loth vehementissime. Iamqꝫ prope erat vt effringerent fores: ꝛ ecce miserūt manū viri et introduxerunt ad se Loth/ clauserūtqꝫ ostium: et eos qui foris erāt/ ꝑcusserūt cecitate a minimo: vsqꝫ ad maximū: ita vt ostiū inuenire nō possent.

¶ Historialiter. Postꝙ in ꝑcedenti clausula egit dei famulus moyses de aduentu duorū angelorū apud sodomā: et de gratiosa receptione eoꝝ in domū Loth nepotis Abrahe: hic ꝯseqnter agit đ nephāda neqcia viroꝝ habitātiū sodomis/ parit ꝛ de pietate Loth erga hospites suos: ꝛ demū de ꝑma plaga viroꝝ ciuitatis sodome. Refert ergo dictus moyses ꝙ priusꝙ Loth ꝛ angeli q̄ apud eum hospitati erant/ irent cubitū: viri ciuitatis sodome vallauerūt domū illius. i. ex omni parte circundederūt: vt si fugere hospites vellēt nō possēt/ quin saltem illico cōprehenderentur ab eis/ atqꝫ in eos exercerent suā nephandissimā libidinem a puero vsqꝫ ad senem omnis populus simul. Ubi nota secūdum de lyra ꝙ hic est emphatica locutio: sicut cū dicitur: Oīs ciuitas currit ad tale spectaculū: licet quādoqꝫ maior pars remaneat. Nō eñ verisimile est ꝙ totus populus ciuitatis sodome/ que magna erat/ esset circa domū Loth: quinimo ibi cōprehēdi nō potuisset. Predicti ergo viri nequissimi vocauerūt Loth: nō seorsum/ sed palam: ꝛ dixerunt ei: nō quidē submissa voce: sed alte tanꝙ inuerecundi: vt ab oībus audiri posset: Ubi sunt inquiunt viri qui introierunt ad te nocte. i. sero? De istis eñ angelis qui in forma iuuenum apparuerūt/ dicit Iosephus de antiquitatibus libro. j. ꝙ cum ingressi fuissent ciuitatē pariter ꝛ domū Loth: viri ciuitatis ceperūt cōtēplari ꝙ essent iuuēculi: ꝛ nimio vultus decore precipui. Propter qđ cū cognouissent eos apud Loth secessisse: ad vim et ad iniuriam eorū pulchritudinis sunt conuersi. Educ: inquiūt ad Loth: eos huc. i. in cōmuni platea: vt cognoscamus eos ꝯcubitu nephario: scilꝫ coram cunctis videntibus. in quibus verbis predicabant notorie suam iniquitatem abominabilem: ꝑ qđ aggrauabat dicta iniquitas: similiter ꝛ ꝑ hoc ꝙ facto vallauerunt domū Loth: ita vt q̄si effringerēt fores illius. Ecce ergo quō illi peccabāt notorie ꝛ absqꝫ oī humana verecūdia. Et hoc ē qđ ꝓpheta Esaias notorie peccātibus improperat dicens: Peccatū suū sicut sodomo predicauerūt/ nec absconderūt. Sequit in textu: Egressus ad eos Loth/ post tergum accludens ostium: ne intrarēt domū eius: ꝛ violenter caperent hospites vt eis abuterētur/ quos tam ipse ꝙ illi homines esse credebāt: ait illis. Nolite queso fratres mei: nolite malum hoc facere. Nam vt dicit Petrus in historia scholastica / mos fidelium antiquitus erat ab omni iniuria hospites suos defendere. Uolens itaqꝫ Loth sodomitas a tam nepha

rio scelere cōpescere. ait illis. Habeo duas filias que nondū cognouerūt virum: educā eas &c. Hoc autē dixit Loth ꝑturbato aīo: vt dicit idem petrus Itē vt sodomitas retraheret a maiori malo: scilȝ a peccato cōtra naturam. Cetera facile patent vsq ibi. Te ergo ipsum magis ꝙ hos affligemꝰ: scȝ verberando: vel tuo corpore abutendo. Deinde sequitur de prima plaga virorū ciuitatis Sodome, q fuit excecatio oculorum suorū: que tangit cū subditur. Et eos qui foris erant percusserūt supple dicti angeli cecitate a minimo vsq &c. Circa autē hūc textū more solito mouētur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū mouetur propter illud verbū. Uiri ciuitatis vallauerūt domū illius a puero vsq ad senē. Queritur ergo de sensu illius propositionis. Ad quod respōdet Petrus de pal. dicens secundum quosdam ꝙ ly vsq: tenetur exclusiue: eo ꝙ puerorum natura nondum ad opus illud nephariū peruenerat: senum vero natura pre debilitate ab eodē defecit. Alij vero dicūt ꝙ ly vsq tenetur inclusiue, et hoc videtur sonare textus, cū dicit: oīs populꝰ simul. Dicūt ergo isti ꝙ pueri cucurrerūt quasi gestiētes ad scelus. Senes autē quasi cōspecti flagitij delectationē querētes. In hoc similes antiquis lupis: q etsi vltra carnes deuorare nequeant: eas tn̄ adhuc libēter vidēt. Unde Dan. xiij. legit ꝙ iniqui et inueterati senes voluerunt ꝙ Susanna in iudicio discooperiretur: vt sic saltem pulchritudine eius que nimia erat, satiarentur. Iuuenes autem viri illic cōuenerūt vt flagitiū perpetrarent. Uel dic ꝙ cū dicit in textu, a puero vsq ad senem: nō capitur hic puer pro illo q est adhuc simpliciter impubes: sed ꝑ eo qui est proximus illi etati: a qua tamē iam recedit. Nec similiter capitur hic senex pro eo qui est simpliciter decrepitꝰ & impotens viribus: sed ꝑ eo qui est proximus illi etati. Qd enim parum distat: quasi nihil deesse videtur.

¶ Secūdū dubiū est de Loth qui obtulit filias suas voluntati sodomitarum: vt parcerent hospitibus suis. Queritur ergo si in hoc facto bene egerit. Uidetur ꝙ nō: quia magis tenebatur saluare pudicitiā in suis filiabus, ꝙ in suis hospitibus. Si dicatur ꝙ de iure naturali tenebatur conseruare hospites suos: hoc quidē bene verū est cū debito medio. Modo ipse Loth offerēs filias suas impudicitie ꝑ cōseruando honore suorū hospitum: nō videtur fuisse vsus debito medio: et ita videtur grauiter peccasse. In contrariū arguitur. Nam de duobus malis minus malum est eligēdum. Sed defloratio virginū ꝑ stuprum, est minus malum ꝙ peccatū contra naturā: quia vt dicit Augusti. ad fratres in eremo ser. xlvij. qui intitulatur de vehementi peccati sodomitici detestatione: peccatū contra naturā est illa turpitudo & summa immunditia a qua angeli

fugiunt: quã etiam demones vidẽtes oculos claudunt. Igitur Loth bene elegit quando obtulit filias suas stuprãdas a sodomitis: vt sic desisterẽt ab incepta malitia aduersus hospites suos.

¶ Ad hoc dubiũ dicẽdum cõformiter ad de pal. et ad de Lyra: ꝙ Loth offerẽdo filias suas voluntati sodomitarũ vt parcerent hospitibus suis/ mortaliter peccauit. Hoc em̃ non poterat facere quin consentiret in id quod erat mortale peccatũ ex genere: scilicet in stuprum filiarum. Regula autem generalis in moralibus est ꝙ nullus debet cõmittere minimũ peccatũ etiam veniale vt preseruet proximũ a mortali etiam grauissimo. Alias charitas nõ esset in eo bene ordinata: quia preferret proximũ sibipsi. Unde dicit Augustinus libro contra mendaciũ: ꝙ ad precauẽdum homicidiũ nõ est mentiendum. Et tamẽ constat ꝙ tale mendaciũ esset solum veniale: quia officiosum. Patet ergo ꝙ Loth mortaliter peccauit in predicta cõmutatione. Excusatur tamẽ a tanto: licet non a toto: tum ratione perturbationis mentis in qua erat: tum quia vitio pessimo in suis conciuibus: et violentie in suis hospitibus occurrere intendebat. Et ad argumentũ in oppositũ cũ dicitur ꝙ de duobus malis minus malũ est eligẽdum/ verũ est in corporalibus. Uerbi gr̃a. Quis licite eligit ablationẽ tibie ꝓ cõseruatiõe corporis. Qđ si sit questio de malis culpe/ iterũ distinguendũ est: aut respectu eiusdem: aut respectu diuersorũ. Si respectu eiusdem: tunc negandũ est: tũ qꝛ nunꝙ aliqs potest simpliciter esse perplexus inter duo mala culpe sic ꝙ necesse sit ipsum eligere alterũ illorũ. Tum quia malum culpe nunꝙ est eligendum. Si respectu diuersorũ/ iterũ negãdum est. Nõ em̃ licet alicui facere minimũ veniale vt vitetur maximũ mortale in alio: vt dictum est. Non em̃ sunt facienda mala: supple culpe: vt inde eueniãt bona. Propterea Augusti. libro. j. de ciui. dei capi. xxvj. reprobat factũ quarũdam sanctimonialium que tẽpore persecutiõis ecclesie picierunt se in fluuiũ vt deuitarent insectatores sue pudicitie: sicꝙ defuncte sunt. Et ꝙ̃uis ecclesia celebret earũ martyria/ dicit tamen idem Augustin⁹ ꝙ nescit si cõgrue hoc faciat: quia nulli licet priuata auctoritate seipsum occidere. Qđ si congrue hoc faciat: tũc dicendum ꝙ proiecerunt se in dictũ fluuium diuinitus iusse/ sicut et Sampson: de quo dicit idem Augustinus in eodem libro cap. xxj. ꝙ spũs latẽter hoc illi iusserat: qui per illum miracula faciebat. Concluditur ergo ꝙ nõ licuit Loth offerre filias suas sodomitis ad abusum/ vt conseruaret hospites suos a maxima iniuria: et ipsos sodomitas a maxĩa nequitia: quia sic agendo peccabat mortaliter. Insuper consentiebat ipso facto peccato ipsorũ sodomitarũ qđ habuissent si filias suas polluissent.

¶ Aduertendum tamen pro honore ipsi⁹ Loth q in eo fuit duplex voluntas. Una quidem pricipalis: qua scz voluit hospites suos ab iniuria liberare: et similiter ipsos sodomitas a grauissima nequitia. Alia vero minus principalis: q voluit filias suas stupro exponere: non quidem absolute: sz secundum quid: scz ad maius malum in sodomitis vitandu et ad hospites suos liberandu. Prima igitur voluntas pcessit ex deliberata ratioe: et fuit bona atq laudabilis: et imitanda. Secuda vero voluntas pcessit ex animi perturbatione et surreptione: et ideo a peccato ad nim⁹ mortali excusanda: sed no imitanda. Et si dicat in cotrariu q nulla perturbatio secudu stoicos cadit in animu sapientis: quod qdem dictum approbat August. exponens illud verbu. Pauor irruit in Abraham, vt dictu est supra.xv. ca. Ex q verbo sequitur q loth non fuit sapies nec iustus: vel q non fuit perturbatus. Ad hoc respodet de Pal. dices q est duplex turbatio. Prima dicitur turbatio propassio, que solum est in sensualitate, derelicta scilz ab aliquo terribili. Secuda dicitur turbatio passio: que in ratioe et voluntate perficit, et q precipitat in peccatu mortale. Perturbatio ergo propassio potest cadere in viru sapiente et iustu: qr solum est venialis. Non aute pturbatio passio: eo q mortalis e. Et de hac pturbatioe passione loquuntur stoici pariter et Augustinus cu dicut q perturbatio no cadit in viru iustu et sapiente. Et ita scdm istum modum dicedi excusatur Loth a mortali simpliciter. Secundu vero alium modu excusat a tanto, sz no a toto. Uterq modus potest pbabiliter sustineri. Et sic patet de secudo dubio.

¶ Tertiu dubiu oritur pter illud verbu vltimu precedetis clausule quo dicit. Et eos qui foris erat, pcusserut cecitate. Queritur ergo qualis fuerit huiusi cecitas. Ad hoc respondet Augusti. et recitat in glos. ordi. q fuit acrisia. Est autem acrisia termin⁹ grecus. Et dicitur ab a, qd est sine: et crisis iudiciu: eo q percussi tali passione non valent iudicare nec discernere de his que obijciuntur oculis eoz, qvuis habeant oculos aptos sanos et itegros. Et hac passione percussi erat illi qui querebat Heliseu, qui tame erat inter eos. iiij. Regu vj. Similiter et illi duo discipuli qui ibat in Emaus: de qbus Lucc. xxiiij. Et hoc modo qris mus forte quod in manu habemus: sicut fabulose narratur de illo qui alios interrogabat si nam vidissent asinum suum cum tame sup eu sederet. Ab alijs aute huiusmodi passio vocatur ludificatio oculoru, qua mediante fit vt homines no videant que optat: licet alia clare et vt sunt videant. Dicit tn autem Augu. de cosensu euangelistaz lib. ij. ca. iij. xxv. q illa ludificatio qua percussi sunt duo christi discipuli euntes in Emaus: fuit procurata arte demonis cu pmissione diuina. Materialiter aut erat humor

grossus qui ceciderat sup ocu los dictorũ discipulorum/ quo impediebantur ne xp̄z in pro pria effigie videret: cũ ipse in se nullo modo immutatus esset: prout annotauimus in expositione euangeliorũ quadragesimaliũ/ feria secunda post pascha. Dicit etiã magister histo riarũ q acrisia vtuntur magi in suis incantationibus.

¶ Moraliter & primo/ Loth est vir iustus/ custodiens se quantum potest ab omni malo: eũ tamẽ principaliter ptegente diuina gratia & misericordia. viri sodomite vallãtes domũ ei9 sunt demones/ q̄ ex omni parte aggrediuntur castrũ anime/ & signanter ex illa parte in q̄ sentiunt hoīez debiliorẽ. i. ad peccatum procliuiorẽ. Uñ beatus Grego. li. xiiij. moral. exponẽs illud Job. xviij. Abscõdita est in terra pedica eius/ & decipula ei9 sup semitã. dicit sic. Existũt qualitates morũ q̄ certis vitijs sunt vicine. Nam mores asperi/ aut crudelitati/ aut superbie solẽt esse coniũcti. Mores aũt blãdi/ & q̄ decet paulo amplius letiores/ nõnũq̄ luxurie et dissolutioni sunt vicini. Intuet ergo inimic9 generis humani vniuscuiusq̄ mores/ & cui vitio sint ppiqui hoīes/ cõsiderat. Illacq̄ ponit añ faciẽ: ad que facilius cognoscit incli nari humanã mentẽ/ vt blãdis ac letis morib9 sepe luxuriam: nonnunq̄ vanã gloriã: asperis vero mẽtibus iram & superbiã propinat: aut etiã crudelitatem. Ibi ergo decipulã ponit vbi esse semitã mentis conspicit: quia illic periculum deceptionis inserit/ vbi viã esse ppinq̄ cogitationis inuenerit. Hec ille. Itẽ Isidor. lib. iij. de summo bono. c. v. ad idem ppo situm loquitur dicẽs. Diabol9 quãdo decipere quẽq̄ querit/ prius naturã vniuscuiusq̄ intendit/ & inde se applicat vnde aptum hominẽ ad peccandum inspexerit. Lege Balaã qui in figura diaboli cõtra populum dei ex ea parte pcepit pnicio sos pretẽdere laqueos: ex qua sensit eos facili9 esse lapsuros. Nam & qui aquã alicubi deducit/ nõ eam per aliã partẽ mittit/ nisi vbi impetũ eius intenderit. Hec ille. Ubi etiã addit q maxime cõsiderat diabolus humores siue cõplexionẽ illius quẽ tentat/ vt secũdũ ipsorum humorũ cõspersionẽ adhibeat & tentationẽ. Hoc etiã in proposito ostensum est manifeste: in hoc scz q viri sodomite vallantes domũ Loth: maxime se contulerũt ex ea parte vbi fores erant: circa quam partem tantã vim fecerũt q iã prope erat vt eas effringerent/ nisi supple angeli intus existentes illis viriliter restitissent.

¶ Moraliter & secundo secundum dñm cardina. Loth egrediens domũ: & quẽ viri Sodomorum multũ infestauerũt eo q nollet eis dare hospites ad nutum siue ad abusum/ significat animã rationalẽ extra domum consciẽtie per sensus exteriores vagari incipientem/ que exponit se grauissimo periculo tẽtationis. Nam statim assunt demones quasi vim sibi faciẽtes vt assentiat eis: et faciat eorum volũtatẽ. In cuius

figura legitur Gen. xxxiiij. q cum Dyna filia Jacob egressa cēt vt videret mulieres regionis illius vbi tunc erat/statim affuit Sichem filius Emor regis terre illius/ qui adamauit eam/et rapuit: dormiuitq cū illa. Ad ꝓpositū/ Dyna significat animam rationalem/que egreditur extra se/qñ incipit p sensus exteriores curiose vagari. Sichem autē qui interpretaẜ laborās/ significat diabolum/ qui multum ⁊ incessanter laborat circa perditionem animarū. Iste ergo Sichem q insidiatur paupcule anime/q primū videt ipsam extra se vagantem/statim eā rapit ⁊ corrumpit. Da exemplū de cato insidiante muri lateri sub scabello: qui cū primū inde exit/ eum rapit. Ecce ergo q malū et piculosum est egredi domū suam interiorē. Auicule nēpe qdiu latitāt intra rubum ab accipitre desup volitante: tute sunt. Qꝫ si inde exierit/ mox eas rapit ⁊ deuorat: ita in ꝓposito. Merito ergo anima deuota potest dicere illud Job. xix. Semitam meā circūsepit/ supple diabolus/ ⁊ transire nō possum. Et iterū post pauca. Simul venerūt latrones/et fecerunt viā sibi per me/ ⁊ obsederūt in gyro tabernaculū meū. Cum igitur ex omī parte obsidio nobis parata sit ab inimicis nostris demonib⁹/nūc questio est per quā viā fugiemus. Profecto nō restat alia via nobis nisi ex parte celi. Nūq enī illa via clauditur nobis qdiu in presenti viuimus et sumus. Unde psalmista inter grauissimas tentationes positus dicebat: Leuaui oclos meos in mōtes/ vnde veniet auxiliū mihi. Auxilium meū (supple principale) a dño/ qui fecit ⁊c. Propter quod Josaphat rex iuda dicebat: Cum ignorem⁹ quid agere debeamus: hoc solū habemus residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te/ supple domine deus. ij. Parali. xx. Unde etiā legitur. ij. Parali. xiij. q cum Hieroboam rex Israel suo magno exercitu amoiret exercitum Juda ipso ignorante: tandem respexit iudas/ ⁊ vidit instare bellū ex aduerso post tergum. Propter quod clamauit ad dñm: pariter ⁊ omnes viri Juda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus/ perterruit deus Hieroboam ⁊ omnē exercitum illius/ ita vt fugerent a facie Juda. Tradidit enī eos deus in manu Juda: ita vt corruerēt ex eis quinquagita milia virorū fortium. Ecce quomodo dñs prebet auxiliū his qui inuocant eum.

¶Moraliter ⁊ tertio/ iuxta illud verbū: Educ viros qui introierūt ad te nocte/ vt cognoscamus eos: notandū secundū dñm Hugonē cardi. q per pessimos Sodomitas intelliguntur demones. Uiri autem quibus abuti volūt/ sunt ītellect⁹ ⁊ affectus/ qui habēt hospitiū apud vnumquemq. Demones ergo nitūtur corrūpere intellectum curiositate: affectū vero voluptate. Sed rogādus est Helias/ id est Christus/ vt spiritus ei⁹ fiat in nobis duplex/ id est spiritus sapiētie/ qui affectum nostrum sapore suo im-

buat / vt voluptatē oblatam a demonibus nō admittat: quia gustato spiritu / desipit omnis caro. Prouerbi. xxvij. Anima esuriens etiā amarum p dulci sumet. Et spūs intellectus / qui intellectum nostrū illuminet: vt reiecto omni errore animi et omī curiositate / viam veritatis teneamus. Et hoc qdem obtinebimus si sermones dei humiliter attendamus: qz declaratio sermonum tuorum dñe illuminat: et intellectum dat paruulis.

¶ Moraliter z quarto / secundum de lyra per Loth intelligitur quilibet iust⁹. Sicut ergo ipse Loth vt impediret Sodomitas ab actu nephario cū hospitib⁹ suis / obtulit illi duas filias suas: ita et iustus ad impediendum proximum suum a peccato mortali debet pro loco et tēpore exponere duas filias suas / que sunt substātia tēporalis / z vita corporalis. Sed quia mali nolunt acquiescere verbis et monitionibus bonorum: ideo percutiūtur primo cecitate in presenti per obstinationem: secundo vero igne z sulphure in futuro per eternam dānationem: quia vt habetur Apocalyp. xxj. Pars illorum in stagno ignis et sulphuris.

¶ Moraliter z quīto. Per angelos in forma peregrinorum hospitatos apud Loth / intelliguntur homines ambulantes super terrā instar peregrinorum / iuxta illud psal. Aduena ego sum apd te: et peregrinus sicut oēs patres mei. Et apos. ad Heb. xiij. Nō habemus hic manētem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per cubitū autem intelligit requies eterna / que datur iustis post hanc vitam. Unde Apoc. xiiij. Beati mortui qui in dño moriunt. Amodo iam dicit spiritus / vt requiescant a laboribus suis. Quid est ergo q homines ciuitatis sodome priusq̄ dicti peregrini irent cubitū / vallauerūt domū loth a puero vsq ad senem / omis populus simul: nisi q totus exercitus demonū inuadit pdictos pegrinos suis tentationib⁹ astutijs fallacijs z deceptionib⁹ priusq̄ vadant cubitum per mortē. Non enim post mortē possunt ledere iustos / iuxta illd Sapieñ. iij. Justorū anime in manu dei sunt: z non tāget eos tormentū malitie / id est diabolica tētatio: quam reputāt multi iusti viatores velut grauissimū tormentū. Unde aliquādo audiui deuotas personas de huiusmodi tormēto grauiter cōqueri / dicentes q parati essent portare grauissimos dolores in corpore suo dūmodo essent libere ab hmōi tentationibus. Bene ergo ad propositū loqtur Job vij. dicēs: Militia est vita hominis sup terrā. Et nota q dicit super terrā scz morientiū. Loquebatur eni Job tāq expertus. Querunt ergo viri ciuitatis opprimere peregrinos angelos: qn demones q aliqn fuerūt in ciuitate celi: suis tētationibus laborāt q̄tum possunt opprimere pauperes homines: et signāter iustos: illos trahēdo ad cōsensum pcti. Nā qcunq cōsentit mortali pctō

ipo facto: ɔmiscetur spūaliter cū diabolo. Quā qdē nefariā cōmixtionem improperat dñs anime peccatrici / dicens illud Hiere.iij. Tu fornicata es cū amatorib⁹ multis. Ubi vero iu stus Loth illis xp̄m potest resi stit / tunc fortius ipm inuadūt / quasi vim inferentes. Et reali= ter nisi dñs auxiliū preberet contra huiōi tentationes / nul lus eas ferre posset. Sed cōso= latur tētatos Apost.j.ad Cor. x. dicēs: Fidelis est deus q nō patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cū tē tatione prouētū: vt possitis su stinere. Assunt etiā sancti dei angeli auxiliū ferentes tenta= to. Et hoc insinuatur ī presen= ti historia: per hoc scʒ q cū an geli in forma hospitū vidissent xp̄m mirabiliter viri Sodomite inuaderent sanctū Loth: mise runt manū / et introduxerūt eū ad se: clauseruntq ostiū: et eos qui foris erant / pcusserunt ce= citate. Per quod factū duplex beneficiū angelorum erga tenta tos insinuatur. Primū q pro= tegūt ipos tentatos tanq xp̄i ministri ne succūbant. ps. An= gelis suis deus mādauit de te vt et c. Secundū est q coercēt ipsos tyrānos demones ne tm̄ noceant hominib⁹ xp̄m optāt. Unde Isidor. de summo bono lib.j. Quotiens / inqt / de⁹ quo= cunq flagello cōtra hūc mun dum irascitur / ad ministerium vindicte apostate angeli mit= tuntur / qui tamē diuina pote= state coercētur ne tantum no ceant xp̄m cupiūt. Hec ille.

¶ Moraliter et sexto. Angeli in specie pegrinorū intra do= mum Loth habitātes: sunt bo na opera nostra / que xp̄m pos= sumus occultare et abscōdere debemus / ne si cōtingat eave= nire ad lucē / corrūpantur per sinistram intentionē scilʒ vane glorie. Sic em̄ consulit esse fa ciendū xp̄s Matth.vj. dicens: Te faciēte elemosynā nesciat sinistra tua quid faciat dexte= ra tua / vt sit elemosyna tua in abscōdito. Idem etiā dicit de oratione / sic inquiēs. Cū ora= ueris / intra in cubiculū tuum / et clauso ostio ora patrē tuū in abscondito. Similiter de ieiu= nio postea loquitur dicēs: Tu autem cū ieiunas vnge caput tuum / et faciē tuam laua / ne vi= dearis hominib⁹ ieiunans: sed patri tuo qui est in abscōdito. Sed profecto diabolus xp̄m potest laborat vt dicta opa de genere bonorū veniāt ad lucē / vt cōmisceatur cū eis: et ea cor rumpat per inanē gloriam / vt dictū est: ita vt vnde debuerat homo reportare meritū et glo riam apud deum: reportet cul pam in presenti / et penam eter nam in futuro. More ꝫ Loth ostium post tergū claudamus / ne nobis absentib⁹ valeat fur ille infernalis subintrare. Sūt enim demones quasi fures: et cū homo nitit expellere vnum per elemosynā / aut orationē / siue ieiuniū: statim alius sub= intrat per inanem gloriā. In cuius figurā legitur Iudi.xx. q cum Beniamin persequeret hostes suos / vidit post tergum ciuitatē suā accēsam: sicq vi= ctus est / et occisus ab aduersa= rijs. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et septimo / cōuer

tendo ꝓpositū presens ad pec catū cōtra naturā / quod tam ardenti desiderio cōcupierūt viri ciuitatis sodome in hospites domus Loth perpetrare: itavt effringere laborarent fores domus illius: ꝓpter quod percussi sunt cecitate / itavt ostium domus inuenire nō possent: notandū est ꝙ etsi oē peccatum causet cecitatē in aīa: iuxta illud Sapieñ.ij. Excecauit eos malitia eoꝝ: istud tamen vitiū hoc maxime operatur secū ferēs partē pene sue. Nam adeo tales excecātur in mēte / ꝙ ostiū dom⁹ / supple celestis / vbi habitāt āgeli ꝛ loth .i. ceteri beati / iuenire nō possunt: ita vt merito dicere possint illud Esa. lvj. Palpauim⁹ quasi ceci parietē. Quinimmo tales adeo sunt ceci ꝙ vix confitētur de isto peccato / nisi forsan satis superficialiter ꝛ leuiter: ꝛ hoc ideo qꝛ aut nō reputant ipm grauissimū ꝛ nephādissimū / sicut est a parte rei: aut qꝛ non audent / ita vt qͦdāmodo efficiant muti. Hoc etiā sibi vult hoc nomē sodoma: qꝺ muta interpꝛtatur. Tales etiā in die iudicij erūt muti: ꝓ eo ꝙ cum ab illo districto iudice xp̄o interrogabūtur tunc cur vacauerunt huic tā nephario vitio / excusationē nō habebūt / sicut multi alij pctōres / puta fornicatores / ebrij / auari / iracūdi / ꝛ similes: qui tūc allegare poterunt ꝓ excusatione in dictis pctis delectationem talium actuū maloꝝ. Secus autē de isto nephario vitio. Propter quod de talibus verificabitur tunc illud Psalm. Muta fiant labia dolosa.

¶ Moraliter ꝛ octauo. Loth vir iustus ac timens deum: et quem grauiter infestāt viri ciuitatis sodome vt tradat vo lūtati eorum hoies qui intra domū eius sunt: designat qͣsdam bonos et deuotos laicos qui ex charitate libēter recipiūt fratres mendicantes hospitio cū ipsos cōtingit declinare ad eos predicādi gratia aut alias. Uiri autē ciuitatis sodome sunt mali et peruersi clerici: qui inuidētes talibus fratribus: forsan qꝛ illis videt ꝙ ꝓpter elemosynas que fiūt illis / oblationes eoꝝ minuant aut qꝛ inter predicādū tāgāt visceraliter vitia eoꝝ: qͣuis hoc discrete fieri debeat: propter hec ꝛ his similia latrant cōtra eos qui ipsos fratres recipiūt in suis domib⁹: vocātes eos hypocritas: sic̄ et dictos fres: impedietes etiā suis prauis ꝯsilijs bonos iuuenes aut alios ad ordinē dictoꝝ fratrū se transferre volētes: nō intelligentes ꝙ intra domū loth.i. intra domū claustralē bene viuentem habitāt sancti dei angeli: vꝫ boni ꝛ synceri fratres angelicā vitā ducentes: qͣuis interdū inueniatur zizania in medio tritici. Sathā etiā qñque inuenit se inter filios dei. Job.j. Et inter discipulos xp̄i vnus diabolus erat: scꝫ iudas. Joā.vj. Et quemadmodum sodomite ostiū dom⁹ Loth querebāt: nec inuenire potuerūt: ita ꝛ multi seculares mundani ꝛ vitiosi querūt cōiter vallare domum claustralem / ꝛ reprehendere viros religiosos:

sed deo eos protegēte nō inueniunt aditū ad eos: qz boni et deuoti religiosi taliter cōuersantur q̄ i nullo notabili facto sunt rephēsibiles. Propterea eos hortatur Petrus dicēs. Conuersationē vestrā inter gentes habentes bonā: vt in eo q̄ detractāt de vobis tanq̄ de malefactorib⁹: ex bonis operibus vos considerantes glorificent deū ꝛc. j. Pet. ij. Item Paulus ad Philip. ij. Sitis synceres ꝛ sine q̄rela filij dei: sine reprehēsione in medio nationis praue et puerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Attendāt tamē ꝛ corde intelligant aduersarij bonorū religiosorū q̄ sicut illi pessimi Sodomite volētes maculare sanctos dei angelos: nō euaserūt iustū dei iudiciū: sic neq̄ inuidi ꝛ emulatores puerū sanctarum congregationum euadēt idem dei iudicium.

¶ Allegorice: duo angeli q̄ venerūt Sodomā in specie virorum: sunt Christus ꝛ Joseph. Loth est spiritussanctus. Due eius filie sunt lex vet⁹ ꝛ noua. Uiri vero ciuitatis sodome sunt heretici ꝛ p̄cipue iudei. Dicamus ergo sic. Uenerūt duo angeli Sodomā: ibiq̄ hospitati sunt: qñ xp̄s ꝛ Joseph vir virginis Marie intrauerunt hūc mundū: licet modo diuerso: qz vnus sine virili semine: sed mystico spiramine: alter vero modo naturali: scz ex viro ꝛ femina. Dicunt aūt hi duo viri angeli: qz āgelicā duxerūt vitā. Et q̄dem de xp̄o satis notū est apud oēm fidelē. Uñ Malach. iij. vocat angelus testamenti: supple noui. De Joseph vero hoc persuadere possum⁹: per hoc scz q̄ virgo cōtrarit cum virgine: ꝛ virgo cū ea permāsit. Mō s̄m Hiero. ij. parte epistolarū suar epl'a. lv. In carne preter carnē viuere: nō terrena vita est: sed celestis ꝛ angelica. Uiri aūt sodomite volentes polluere carnaliter predictos viros: sunt heretici ꝛ iudei nitētes infamare xp̄m ꝛ ioseph. Primo quidē xp̄m: dicētes ipsum more alior hominū ꝯceptū ꝛ natū: scz ex vtroq̄ sexu. Et hi heretici dicti sūt carpocratiani a carpocrate quodā sic appellati: vt dicit Isid. lib. viij. Etymologiarū cap. v. et recitat. xxiiij. q. iij. q̄dā aūt heretici. De iudeis autē legit Jo. vj. q̄ dicebāt de xp̄o. Nōne h̄ est filius Joseph: cui⁹ nos nouim⁹ patrē et matrē? Secūdo iidem moliūtur cōtra ioseph infamiā: dicentes eū carnalit cognouisse vxorem suā mariā. Loth aūt est sp̄ussanct⁹ q̄ tuet honorem hospitum suorū: xp̄i scz ꝛ Joseph: precauens ne corrūpantur siue infamētur. Et quidē de xp̄o ꝛ eius matre dignissima canit ecclesia a sp̄iritusancto edocta dicens. Gabrielem archangelum scimus diuinitus te esse affatum: vterum tuum de sp̄ū sancto credimus impgnatū: erubescat iude⁹ infelix q̄ dicit xp̄z ex Joseph semine esse natū. De Joseph vero dicitur Mat. j. q̄ nō cognouit ꝯiugē suā donec peperit filiū suū primogenitum. Nec tñ est sensus q̄ cognouerit eā postq̄ peperit filiū suū p̄mogenitū scz xp̄m: sed est sen

suã: q nunq̃ cognouit eã. Nã ly donec aliquando tenetur pro certo tẽpore: aliquando vero pro perpetuo: scđm glos.ordi. vt ibi: Dixit dñs: scz pater: domino meo xp̃o: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Nec tñ est itelligẽdũ q̃ qñ inimici xp̃i erũt positi sub pedib⁹ suis scz in die iudicij: q̃ ipse tunc dimittat sedere ad dexteram patris: qz eternaliter ibi sedebit. Hoc modo ergo accipitur hic ly donec cũ dicitur donec pepit ꝛc. Resolutorie ergo tenendũ est Joseph fuisse perpetuo virginem. Quinimmo virginitatem vouerat cum vxore sua post ꝯtractũ matrimoniũ vt dicit beat⁹ Tho.in.iiij.Sẽ. Ecce ergo quõ spũssanct⁹ tanquã alter Loth tuetur hospites suos xp̃m scz ꝛ Joseph ab infamia. Per filias loth quas expcsuit volũtati sodomitaꝝ: intelliguntur synagoga ꝛ xp̃i ecclesia: siue lex vet⁹ ꝛ noua: quas exponit spiritussanctus voluntati sodomitarũ.i. hereticorũ ꝛ iudeorũ: nõ tñ ad hoc q̃ violẽtur siue stuprẽt ab eis: sed vt eis diligenter inspectis cognoscant errores suos.

¶ Anagogice domus loth est celũ. In hac igitur domo iam hospitati sunt angeli ꝛ homines sancti. Per cubitũ autem intelligitur generalis resurrectio corporũ. Tũc enim electi requiescẽt in spiritu et corpore: qui pro presenti ibi pausant q̃ ad spiritũ. Sodomite vero viri pessimi volẽtes opprimere dictos hospites: fuerũt illi heretici qui male sentiunt de futura vita: vel qui dicunt sanctos non esse orandos: vt lutheriani: vel qui reprobant canonizationes sanctorum: ꝛ venerationem reliquiarum eorũdem. Uel huiusmodi sodomite olim fuerunt illi crudeles tyranni ꝛ persecutores ecclesie: qui post illatam ab eis mortem sanctis martyribus ꝛ dei amicis: vidẽtes q̃ non poterant nocere aĩabus eorum: qz vt habetur Sapiẽ.iij. Justorum aĩe in manu dei sunt: cõuertebãt furorẽ suũ cõtra eorum corpora: ita vt qñq̃ proijcerẽt ea bestijs terre: aut volatilib⁹ celi ad deuorandum. Interdũ etiã ꝯcremari ea iubebãt: vt nullũ vestigium aut memoria de ipsis remaneret in terris. Uñ ps̃. sup tãta crudelitate facit planctũ ad dñz dicẽs. De⁹ venerũt gẽtes ĩ hereditatẽ tuã.i. heretici vel tyranni cõtra ecclesiã. Sed q̃d fecerũt ibi? Profecto posuerũt morticina seruorũ tuorũ.i. sanctorũ tuorũ corpora post mortem: escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. Effuderunt sanguinẽ eorũ tanq̃ aquã in circuitu hierlm .i. vbiq̃: ꝛ nõ erat q̃ sepeliret. Loth aũt defẽdẽs toto cõatu hospites suos ab iniuria: designat illos zelosos hoĩes q̃ ĩ p̃mitiua ecctia opponebant se murũ p̃ domo dñi: nõ obstãte mortis piculo: sicut p3 de btõ sebastiano: et q̃ etiã admiratione dignum est: itidem fecerunt tenelle virgines. Unde de beata emerẽtiana legit q̃ virili ꝛ cõstãti aĩo aggressa est eos qui interfecerant

beatam agnetem collactaneā suā sub his verbis exprobrans tm̄ eorū facinus ꝛ dicens. Superflui miseri caduci atq3 atrocissimi: dominū deū q̄ in celis est cōtēnitis oīpotentem: ꝛ colētes eum occiditis: ꝛ pro defensione lapidum.i.deorū vestrorū qui sunt veri lapides:innocentes hoīes iugulatis. Cū ergo hec ꝛ his similia diceret beata emerentiana turbis furentibus: tandem lapidata est ab eis: sicq3 orans ad sepulcrū beate agnetis emisit spiritū. Bene ergo dictum est de sodomitis ꝙ vim faciebant Loth vehementissime: q2 reuera p̄dicti tyranni vim multā etiā vsq3 ad mortē fecerunt deuotis catholicis qui eos exprobrabant super tyrānide ꝛ crudelitate quā exercebant ī sanctos dei amicos. Sed quid est ꝙ viri ingressi sub vmbra culminis loth.i. vsq3 ad sūmitatē tecti dom⁹ sue/descēderūt īde ꝛ traxerūt ad se Loth/ clauseruntq3 ostium: ꝛ eos q̄ foris erāt pcusserūt cecitate: ita vt ostium inuenire nō possent: nisi ꝙ sancti dei martyres suis meritis ꝛ precibus post mortē corporis: ꝛ introductionem animarum in celum: impetrauerunt a domino vt sui deuoti famuli illuc ascēderēt post eos? Tyranni vero percussi cecitate mentis non inuenerūt ostium quo intratur in illud sanctum hospitium celeste: s3 descenderūt in infernum / vbi est vmbra mortis: ꝛ tenebre exteriores: cum fletu ꝛ stridore dentium.

¶ Tertia clausula.

¶ Dixerunt autē ad Loth. Habes hic quēpiā tuorum generum: aut filios aut filias? Omnes q̄ tui sunt/ educ de vrbe hac. Delebimus enim locum istum: eo ꝙ increuerit clamor eorum coram dn̄o: qui misit nos vt perdamus eos. Egressus itaq3 Loth locutus est ad generos suos q̄ acceptu ri erant filias ei⁹: ꝛ dixit. Surgite: ꝛ egredimini de loco isto q2 delebit dn̄s ciuitatem hāc. Et visus est eis quasi ludēs lo q. Cūq3 eēt mane / cogebāt eū angeli dicentes. Surge tolle vxorem tuam: ꝛ duas filias q̄s habes: ne ꝛ tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulāte illo apprehenderunt manū eius: ꝛ manum vxoris: ac duarum filiarum eius: eo ꝙ parceret dn̄s illi: eduxeruntq3 eū ꝛ posuerunt extra ciuitatem.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula egit egregi⁹ dei famulus Moyses de trib⁹: vc3 de nephanda nequitia virorū ciuitatis sodome: de pietate loth erga hospites suos: et de prima plaga sodomitarū que fuit cecitatis siue potius acrisie percussio: hic cōsequēter agit de eductione Loth ꝛ familie sue extra vrbem sodome: ne periret cum alijs. Refert ergo Moyses qualit' predicti duo angeli ī domo loth hospitati: ꝛ q̄s veraciter credebat esse hoīes: ꝙ postq̄ percusserunt viros ciuitatis cecitate: dixerunt ad hospitē suū Loth. Habes hic quēpiā tuorū generum? Hebrei dicūt ꝙ isti duo angeli excesserunt fi-

nes mandati sibi facti a dño: per hoc scз ꝙ voluerunt salua re generos loth: cum tñ dñs non decreuisset eos liberare: sicut rei probauit euẽtus. Sз hoc est falsum. Cum enim angeli boni non possint peccare: consequens est dicere ꝙ non possunt mãdatum sibi factum vltra intẽtionẽ mandãtis amplia re. Alij vero dicũt ꝙ erãt angeli mali: qui communiter sunt executores diuie ire ꝛ iustitie: iuxta illud ps. Misit in eos scз hebreos iram indignationis sue: indignationẽ ꝛ irã ꝛ tribulationem: immissiones per angelos malos. Et est sensus ꝙ tria predicta que sunt dei indignatio / ira / ꝛ tribulatio: mittuntur ad hoies a deo per angelos malos. Utrũ aũt semp sic eueniat nec ne: postea dicetur. Sed silr dicere ꝙ dicti ãgeli essent mali / falsum est. Alias qũo tam reuerẽter ꝛ honorabiliter fuissent hospitio recepti ꝛ adorati tã ab abraham patriarcha sanctissimo ꝙ̃ Loth nepote suo viro iusto et bono saltem pro tẽpore illo in quo apparuerunt sibi? Dicendũ ergo ꝙ isti angeli erant boni: nec excesserunt mãdatũ sibi ad dño factum per hoc ꝙ voluerũt liberare generos Loth: qꝛ ꝓpter bonitatẽ Loth voluit dñs vt se offerrẽt ꝙ̃tum ipsis erat ad liberandũ eos cũ familia ipsius loth. Nã circa hoc fecerũt qđ i'se erat: saltem medio ipsi'Loth: vt patet in textu: vbi dicitur. Oẽs inquiunt ad ipm loth: qui tui sunt.i.de familia tua: educ de vrbe hac. Et hui⁹ eductionis causam assignant cum aiunt. Delebimus enim locũ istũ: eo ꝙ clamor eorũ increuerit coram dño. In quo denotaꝛ magnitudo culpe. Super quo dicit Aug.in glo.ordi.ꝙ clamorem sacra scriptura solet ponere pro tanta impudentia ꝛ libertate iniquitatis: vt nec verecundia nec timore abscõdatur. Increuit ergo inquiũt angeli / clamor eorum corã dño: qui misit nos vt perdamus illos. Cũq; Loth monuisset generos suos ad exeundũ ꝓpter imminẽs periculũ: illi nihil facere voluerunt propter verba sua: quinimmo visus est eis q̃si ludens loqui.i.irrisorie: cõsuetudinẽ hãc verborum loth esse dicentes ꝙ semper mala prediceret: vt dicit Petr.cõe. Propter qđ illis relictis: iteꝝ mane facto cogebãt dicti angeli Loth exire cum vxore et duabus filiab⁹: ne perirẽt cũ ceteris. Quo dissimulante.i. negligenter ꝛ tepide se ad exeundũ preparãte: eo forte ꝙ nõ firmiter credebat rem sic venturã: vel qꝛ affectu carnali ducebaꝛ ad locũ ꝛ patriã: et iõ graue illi erat ꝛ molestũ inde recedere. Erat ei regio fertilissima. Considerabat ꝙ̃ qđ inde recedẽdo relinquebat: et nesciebat quo tẽdere debebat ꝛ si ad patriã sterilem: necne. Eo ergo sic dissimulante: appꝛ̃hẽderũt dicti angeli manum eius: atq; vxoris ꝛ filiarũ ei⁹: scз fortiter: galľ.en bon esciẽt: ꝛ eduxerũt eũ extra ciuitatẽ: dicentes ei. Salua animã tuã .i.vitam: eũdo quocũq; volueris: dummodo non redeas so-

dormiant: neqꝫ vadas ad alias quatuor ciuitates q̄ subsunt ei: dē exterminio sicut ꝛ sodoma. Unde in sequēti clausula dici: tur: neqꝫ stes in omni circa re gione: sed in monte saluum te fac. Circa hūc textum ad am: pliorē illius declarationē mo: uentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū. Qui sunt illi generi de quibus di: xerunt angeli ad Loth ꝙ edu ceret eos foras cum reliqua fa milia sua? Responsio. Hebrei dicūt Loth habuisse quatuor filias tempore perditionis so: dome/ꝛ omnes habitantes in: tra ciuitatē sodome: duas ma ritatas: ꝛ duas virgines. Ma: riti duarum primarū vocant in p̄nti textu filij Loth: cū dici tur aut filios. Et iste due filie eiusvna cū maritis suis inter: ierunt in subuersione sodo: me. Habuit ꝛ alias duas filias virgines: iam tamē affidatas: quarum sponsi futuri vocant hic generi loth cū dicitur. Lo cut⁹ ē itaqꝫ loth ad gn̄os suos qui accepturi erāt filias suas. Et iste due filie virgines salua te sunt cum patre. Sed istam pluralitatem filiarū loth re: probant de lyra similiter ꝛ de pal. multum apparenter tali ratione: saltem equiualenter. Si enim loth habuisset duas filias maritatas/debuisset ma gis optare procurare libera: tionem maritorum suorum q̄ aliorum duorum qui acceptu: ri erant alias duas virgines. Et tamen de hoc nihil legit: de alijs autem duobus legi: tur ꝙ monuit eas ad exitum dicens. Surgite; ꝛ egredimi: ni de loco isto: quia delebit do minus ciuitatem istam. Et sic patet ꝙ hebrei ponunt plura: litatem filiarum Loth sine ne cessitate.

¶ Secundū dubiū est vtrum loth cognouerit de angelis lo: quentibus ad eū ꝙ realiter es sent tales. Dicendum ꝙ prius credidit eos esse veros homi: nes: sed nūc cognouit eos esse angelos cū dixerunt ei. Dele: bimus locum istū. Constat eñ ꝙ duo homines non poterant delere ex toto illā ciuitatem. Hoc tamen potuerūt duo an: geli. Si enim de diabolo dicat ad literam illud Job. xlj. Non est potestas super terram que comparetur ei: multo fortius idem sentire debemus de vno quoqꝫ angelo bono. Unde legi tur. iiij. Reg. xix. ꝙ vnus solus angelus vna nocte occidit de exercitu Sennacherib regis assyriorum. clxxxv. milia virō: rum fortiū. Itē legitur. ij. Re. vlti. ꝙ in penā pc̄ti dauid q̄ñ nūerauit ppl̄m ex supbia: vn⁹ solus angelus in tribus dieb⁹ interfecit septuagita milia vi: rorū. Insup vn⁹ sol⁹ angel⁹ vna nocte īterfecit oē p̄mogenitū in terra egypti ab homie vsqꝫ ad pec⁹. Ecce q̄ta est fortitu: do vni⁹ angeli. Nō mirū ꝙ si il li duo angeli qui apparuerūt loth / dixerūt ei. Oēs q̄ tui sūt educ de vrbe hac. Delebim⁹ ei locū istū ꝛ oēm circa regionē: scilꝫ alias quatuor ciuitates. Ex quorū verbis cognouit suf ficienter: aut saltē cognoscere potuit loth ꝙ illi essēt boni an geli: q̄ etiā asserebāt ei ꝙ ad hoc missi essent a domino scꝫ

ad perdendum dictã ciuitatẽ
¶ Tertium dubiũ. Cur perdi
ti sunt generi Loth in subuer-
sione ciuitatis: maxime cum
dicat Apo.j.ad Cor.vij. q̄ san
ctificatur vir infidelis per mu
lierem fidelẽ. Mirum est ergo
q̄ propter sanctitatẽ filiarum
loth: sponsi earũ scz futuri nõ
fuerũt liberati ab incendio ci
uitatis sodome cũ eis? Rñsio.
propter tria illi concremati
sunt cũ aliis. Primo quidẽ in
penam sue cõtumacie/ q2 cum
Loth ad exeundũ eos monuis-
set dicens. Surgite et egredi-
mini de loco isto/ q2 delebit do
minus ciuitatẽ hanc: exire no
luerunt. Secundo in penã sue
irrisionis: q2 vt subditur in te-
xtu/ visus est eis loth quasi lu-
dẽs loqui. vnde Prouer.j. Sa-
pientiam atq3 doctrinã stulti
despiciũt. Et eiusdẽ.xviij. Nõ
recipit stultus verba pruden-
tie/ nisi ea dixeris que versan-
tur in corde ei9. Tertio in pe-
nam sue iniquitatis: q2 verisi-
mile est q̄ erãt i eodẽ delicto
cum aliis. Q2 aũt voluerit eos
angeli liberare medio ipsius
Loth/ dicẽtes ad eũ: Si habes
quempiã tuorũ generũ/ educ
de vrbe hac: hoc fuit ppt me-
rita ipsius Loth aut filiarum
suarum: et non ex operib9 iusti-
tie que illi fecissent.
¶ Quartũ dubiũ mouet ppt
illud verbũ. Cũq3 eẽt mane: co
gebant eũ scz Loth angeli di-
cẽtes: Surge tolle etc. Querit
ergo cur angeli tñ distulerũt
educere loth de medio natio-
nis peruerse: q2 a vespera vsq3
mane. Ad hoc dicit de lyra q̄
hoc ideo quia loth tota nocte
steterat in oratione deprecãs
dñm p liberatiõe ppli habitã
tis i ciuitate: sup cui9 pditiõe
cõpatiebat/ cõsiderãs etiã q̄
necesse erat multos puulos cũ
impiis parẽtib9 ꝯcremari. Cõ-
siderabat ergo forte Loth q̄
dñs aliqñ predicit aliqua per
modũ cõminatiõis et ad terro-
rẽ peccãtiũ: quis nõ velit effe
ctũ ineffabiliter sed: sicut pa-
tuit de predictiõe subuersiõis
Niniue. ideo dubitãs an esset
ita in pposito/ orauit tota no-
cte vsq3 mane p populi libera-
tione: vt dictum est.
¶ Moraliter et pmo iuxta illõ
verbũ: Habes hic quẽpiã tuo-
rum generũ/ aut filios/ aut fi-
lias? Omes qui tui sunt educ
etc. per hoc denotatur q̄ in-
terdum ad tẽpus dñs multis
parcit ppter vnũ bonũ. Sed
quia interdũ mali deridẽt bo-
nos sicut generi loth: ideo ta-
libus iusto dei iudicio tandem
male accidit nedũ in futuro:
verũetiã qñq3 in presenti: si-
cut sequens insinuat historia.
Legit eñi in speculo exẽplorũ
distin.vij. exẽplo. lxxix. q̄ fuit
quoddã monasteriũ monialiũ
apud Thebaidã superiorẽ: in
quo erant ferme ducẽte soro-
res. Erat autẽ dictũ monaste-
riũ abũdãs bonis: bene reclu-
sum/ atq3 oĩ honestate decora-
tũ: preter vitium simonie qd
ibi vigebat: hoc modo. Nam
nulla filia ibi recipiebat nisi
secũ afferret certam pecunie
summã: ita vt nulla ibi recipe-
retur in monialẽ affectu cha-
ritatis: sed desiderio et intui-
tu tẽporaliũ. Hoc tamen gra-
uiter ferebat admodũ quedã

sanctimonialis que a pueritia
in dicto monasterio semp reli=
giose conuersata fuerat: et que
hoc vitiū summe abhorrebat.
Huic ergo apparuit quadam
nocte beatus Hierony. cū illa
in oratione persisteret: locum
immēso lumine perlustrans: et
precipiens ei q mane facto il=
la abbatissam et ceteras soro=
res admoneret vt desisterent
a tanto facinore: alias sentirēt
super se diuinā vltionē. Mane
igit facto pulsata nola/ omnes
ad capitulū cōgregauit/ et vi=
sionem illis narrauit. At vero
ille eam irridentes et fatuam di=
cunt: dicētes q nimis insiste=
bat orationi: et q inde haberet
cerebrū lesum/ et his silia. Post
decē ergo dierū spatiū iterū
cū illa oratiōi insisteret/ adest
idem beat9 Hierony. iubēs vt
secūdo abbatissam et ceteras so
rores admoneret. Fecit/ vt ille
imperauerat: sed iterū irride
tur: et cū cachino oēs capitulū
egrediūtur/ illam solam ibi re
linquētes. Qd cū videret/ iniu
riam patiētissime tulit: et iter
ad orationis suffragiū p toti9
monasterij cōseruatione se cō
tulit. Post triginta ergo dies
iterū eidem apparens beatus
Hiero. vallatus angeloz cetu
vt sibi in somnis existēti vide=
batur/ precepit ei vt monaste=
rium cito egrederetur/ nec in=
stantem vindictā expectaret.
Cūq illa more abrahe dñm ro
garet p salute dicti monaste=
rij/ indulsit ei dñs Hiero. vt
tertio adiret abbatissam/ et vt
capitulariter cōgregaret ce=
teras sorores: illisq hec omnia
intimaret cū inductiōe ad pe=
nitētiā: alias cito monasteriū
funditus corrueret. Cū ergo
illa a somno surrexisset: et lega
tionē suā cōplesset: extra mo=
nasteriū cū rubore et cachino
eijcit. Et ecce pene limen ostij
illa excedens seu relinquens/
subito retro aspiciēs vidit to=
tū monasteriū corruere: atq
omnes sorores opprimi: ita vt
nec vna sola euasisset. Sancti=
monialis aūt illa ad aliud mo=
nasterium eiusdem ordinis se
transtulit: in quo vitam felici=
ter consummauit. Hec vbi su=
pra cū abbreuiatiōe historie.

¶ Patet ergo quomō dñs de9
parcit multitudini ad tēpus
propter vnū iustū. Unde etiā
qdiu Loth stetit in sodomis:
ciuitas nō fuit euersa. Cumq
angeli vellēt exequi diuinum
mandatū circa perditionē il=
lius: prius coegerūt illum in=
de recedere: quasi nō valētes
legationē suam implere qdiu
in ea habitaret. Quo egresso
statim ciuitatē perdiderūt cū
alijs. In huius etiā figurā le=
gitur Actuū. xxvij. q cum na
uis in qua erat paulus/ ventis
vehementissime agitaret: ita
vt habitātes in ea valde time
rēt submergi: apparuit illi an
gelus dñi dicēs: Donauit tibi
deus oēs qui nauigant tecū.
Ex quo concluditur q habitato=
res illorū locorū in quibus re=
quiescunt sacre reliquie san=
ctoz/ debēt eas multū deuote
honorare: existimātes q preci
bus sanctoz quoz sunt/ multa
prosperitas illis eueniat. In cu=
ius figurā legit. ij. Regū. vj. q
postq arca dñi reposita fuis=
set in domo obededom tribus

mensibus: benedixit dñs obe-dedom et omnē domū ei⁹. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et secūdo referendo predicta verba ad salutem anime, que pri⁹ exposita sunt de salute corporis: p ea datur nobis itelligi q aliquis iustus potest de congruo alteri mereri salutem anime illius. Nō si sit questio de merito cōdigni, solus xp̄s potest hoc modo alteri mereri predictā salutē, et de facto eā meruit sufficiēter oībus predicto modo. Et ratio vtriusq dicti talis est secūdū beatū Tho. prima secūde. q. vlti. arti. vj. Unusquisq nostrum mouetur a deo p donū gratie vt ipse perueniat ad vitā eternā. Et ideo meritū cōdigni vltra hanc motionē nō se extendit. Anima autē Christi mota est a deo p gratiā nō solum vt ipse perueniret ad vitam eternam: sed etiā vt alios in eā adduceret inq̄tū est caput ecclesie: et auctor salutis hūane: secundū illud ad Hebre. ij. Qui multos filios in gloriā adduxerat auctorē salutis et c̄. Qd autem de congruo iustus possit iniusto mereri primā gratiā, multis argumētis id probare possumus. In primis nēpe ait Saluator Luce. xvj. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis, recipiāt vos i eterna tabernacula. Mō nullus recipit in eterna tabernacula nisi p gratiā, p quā solā qs meret vitā eternā. Igit. Itē orationes iustorū nō sunt vacue, sed efficaces: iuxta illd Iaco. vlti. Multū valet deprecatio iusti assidua. Sz ibi premittitur: orate p inuicē vt saluemini. Cū igit salus hoīs nō possit esse nisi per gratiā: cōsequens est q vnus possit alteri de cōgruo mereri primā gratiā. Ceterū glo. sup illo verbo Matth. ix. Uidēs iesus fidē illor: dicit sic. Quātū valet apd deū fides ppria: apud quē sic valuit aliena: vt intus et extra sanaret hoīem? Modo sanatio interior hoīs nō fit nisi p gratiā primā. Ergo consequēs est dicere q vn⁹ iustus possit alicui iniusto et peccatori mereri de congruo primā gratiā: dū modo ille nō sit obstinatus in malitia sua. Unde hoc modo Stephanus orans p suis lapidatoribus meruit de ꝯgruo cōuersionem pauli: de quo dicit Augusti. ser. j. de eodē stephano exponēs illud Act. ix. Saule saule quid me persequeris? q si pro Paulo non orasset, ecclesia Paulum non habuisset. Et paulo ante in persona domini loquitur idem Augusti. dicens: Saule, olim quidem debui perdere te: sed Stephanus meus orauit pro te. Patet ergo q iustus pōt de cōgruo pctōri mereri primā gratiam.

¶ Moraliter et tertio iuxta illud: Surgite et egredimini de loco isto: quia delebit dñs et c̄. notandum q ista possunt esse verba dñi ad peccatores, qui tandiu habitant in sodomis q̄diu manent in peccato. Horum ergo nolens dñs perditionem: sed potius saluationē: loquitur ad eos per internā inspirationem dicens: Surgite: supple a peccato per contritionem: et egredimini per portā

cōfessionis de loco isto.i.de statu peccati: quia delebit dn̄s p satisfactionē ciuitatem istam: id est ciuitatem diaboli: vt incipiat esse ciuitas dei/et habitatio sanctorū angelorū eius. Et tunc dicet de ea illud psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Hec est etiā illa ciuitas de qua idem psal. Nisi inquit dn̄s custodierit ciuitatē frustra rc̄. Delet ergo dn̄s sodomā quando euertit salubriter conscientiam peccatricem que est ciuitas diaboli. Euertit inq̄ eam de statu culpe ad statum gratie/de ruina diaboli in edificium Christi: et de habitatione demonū: in habitationem sanctorū angelorū. Et de hac subuersione loquitur scriptura Prouerb. xij. dicēs: Uerte impios/ et nō erunt: scz vltra impij. Erunt tamen melius edificati q̄ ante: scz tanq̄ pij et iusti et sancti. Nam vt dicit Augustinus de ciui. dei libro.xxj.capi.xxiiij. Deus euertit peccatores non solum iratus: verūetiam miseratus. Et iterū. Duobus inquit modis euertūtur peccatores. Aut sicut sodomite/vt tales pro suis peccatis puniant. Aut sicut Niniuite: vt ipsa hominū peccata penitendo destruantur. Quēadmodum ergo loquitur idem Augusti. vbi supra de spirituali subuersiōe Niniue/ dicens q̄ euersa est Niniue que mala erat: et edificata est bona que non erat (stantibus enim menibus et domibus euersa est ciuitas in prauis moribus) et sic factū est q̄ō predixerat dominus) ita etiā in proposito dicere possumus de spirituali sodoma: id est aīa peccatrice q̄ spiritualiter est delenda: scilz in eo q̄ mala: et hoc tribus modis/vt dictū est: vcz surgēdo a peccato p cōtritionē/egrediē do ab eo p confessionē: et quia delebit dominus ciuitatē predictam per plenam satisfactionem. ad Roma. vj. Destruatur corpus peccati.

¶ Moraliter et quarto iuxta illud verbū: Et visus ē eis quasi ludens loqui: notandū q̄ loth est deuotus et feruidus predicator/qui hortatur peccatores/atq̄ eos q̄ntum potest admonet vt exeant sodomā.i.ciuitatem diaboli: ne inuoluant cum habitatoribus illius.i.cū demonibus qui sunt ciues inferni: et crement cum illis illo igne inextinguibili de q̄ Esaie vlti. Ignis eoꝝ nō extinguet. Itē forte allegat illud Apoc. xviij. Audiui vocē de celo dicentē: Cecidit cecidit babylō magna: et facta est habitatio demonioꝝ: et custodia oīs spūs immūdi: et custodia oīs volucris imūde rc̄. Sequit: Exite de illa ppl's me⁹: et ne pticipes sitis delictoꝝ ei⁹: et de plagis ei⁹ nō accipiatis.i.ne sequmini in pena apd̄ inferos q̄s sequmini in culpa in p̄senti. Cū ergo predict⁹ Loth.i. feruidus predicator talia predicat corā viris mūdanis et pctōib⁹: videt eis quasi ludens loq. Et idem iudiciū est q̄n predicat de penis inferni/de iudicio/ de alio seclo et hmōi. Uñ bene ad ppositū dr̄ Job. xij. Deridet iusti.i. boni et zelosi p̄dicatoris simplicitas. Nā si talis nō fuerit do-

ctor theologus: et vehementer increpet vitia: statim de eo dicent viri mūdani q nescit qd loquatur: aut ad maius q est vnus bonus simplicianus. Itē q de predictis materijs predicat vt malis timorē incutiat: scdm illud verbū Tullij dicentis. Ut esset formido male agēdi apud iprobos: cōstituta sunt a maiorib⁹ nr̄is supplicia apd inferos. Sed vt dicit Hieron. iij. parte epl'arū suarū epistola lxxxiij. quā ad pāmachium et oceanū scribit: An putam⁹ q iocando predicent pphete? ridendo loquātur apostoli? inutiliter Christus iudiciū cōminetur? Sed profecto ioci non sunt vbi supplicia intercedūt. Si iocādo passi sunt sancti dei martyres: credant iocando loquuti. Esaias serra secat. Daniel leonib⁹ deputatur. Paulus gladio truncatur. Petrus in cruce exēplo dn̄i suspenditur: et hoc totum vt nos a peccatis sua doctrina reuocarēt. Hec ille. Itē vt dicit Grego. in suo dialogo libro. iiij. Si falsum est qd minatus est de⁹ vt ab iniustitia corrigeret: etiam falsa est pollicitus vt ad iustitiam puocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus presumat? Hec ille.

¶ Moraliter et quinto notandū q sicut Loth egressus est de sodomis etiā relictis illic generis suis: qui cū alijs perierunt: sic etiā viri probi et iusti debent relinquere societatem prauorum etiā consanguineorum vbi mali sunt: vt effugiant prauos mores eorum in presenti: et ruinam in futuro: qr vt dicit psal. Cū sancto sanctus eris: et cū peruerso peruerteris. Nam teste Hierony. iij. parte epistolarū suarum: epl'a lxxxv. nihil tam nocet homini q̄ mala societas. Nam successu tēporis talis efficitur homo: qualium societate fruit. Nūq̄ enī lupus cum agno habitat. Uir certe castus luxuriosi societatē aufugit. Plusq̄ impossibile puto virum diutius in bonis pmanere operibus: qui malorū assidua conuersatione vtitur. Hec ille. Unde in figuram hui⁹ legitur Exo. xxxiiij. q dn̄s locutus est filijs israel per moysen dicens: Caue ne cum habitatorib⁹ terre amorreorū, chananeor. et similium iungas amicitias que sint tibi in ruinam. Ne ineas pactum cum hominibus regionū illarum. Idem etiā prohibuit dominus Deutero. vii. Qd etiā in casu simili sint parentes relinquendi, aperte docet Christus Matth. xix. Itē Marci. x. Et Luce. xviij.

¶ Moraliter et sexto iuxta illd verbū: Cūq3 esset mane, cogebant eum scil3 Loth: angeli dicentes: Surge et c. notādum q per angelos intelliguntur boni prelati, quorū conuersatio debet esse angelica. Loth autē in medio nationis peruerse est subditus in mortali existens: quem debent prelati instar angelor. erga loth pmo gratiose monere vt inde exeat. Qd si noluit, aut dissimulauerit: tunc ipsum cogere debēt cū adhibitione penar. iuxta illud Luce xiiij. Cōpelle intrare. Aliter ergo attrahendi sunt homi et

aliter mali. Aliter peccantes ex fragilitate: et aliter ex malitia. Aliter beneuoli: et aliter maleuoli. Nā dicit Greg. q̄dā sūt qui gratis recedunt a peccato: scʒ ad alterius admonitionē: siue spūssancti inspirationem. Alij vero non nisi inuite aut saltem quodammodo coacte: qui scʒ aliqua infirmitate vel alicuius aduersitatis aculeo punguntur. Et de talibus dicit dñs Ozee. ij. Ecce ego sepiam viā tuam spinis.

¶ Moraliter et septimo notandum iuxta illud verbū: Dissimulante autē eo apprehenderunt manū eius zc. q̄ per dissimulationē et tarditatē Loth ad exeundum de sodomis: insinuatur q̄ difficulter exeunt a peccato q̄ semel in illo diu mā serunt: ita vt exitus eorū sit et reputetur quasi miraculosus: iuxta illud psal. Hec mutatio dextere excelsi. Hinc sanctus ille propheta dñi Hieremias animaduertēs hanc difficultatem/ loquiť talibus peccatoribus dicens: Si mutare potest ethiops pellē suā/ aut pardus varietates suas/ et vos poteritis benefacere cū didiceritis malum. Nota de illo Nicolao qui p septuaginta annos manserat in fecibꝰ luxurie. Quē nō nisi cū multis ieiunijs/ orationibus/ et obsecrationibus reuocare meruit beatus Andreas apl's: prout in eius legenda legitur. Nā vt dicit Augu. libro viij. cōfes. ex voluntate peruersa facta est libido: et dū seruitur libidini/ facta est consuetudo: et dū consuetudini nō resistitur/ facta est necessitas. Itē idem Augusti. libro de spiritu et aīa. c. lvij. Peccata inquit si in longam cōsuetudinem fuerint obseruata: cū mens ab illis exurgere voluerit/ nō poterit/ mole cōsuetudinis pressa. Quisquis ergo stat/ videat ne cadat: et si ceciderit/ velociter resurgat/ cordis cōpunctione/ oris confessione/ et operis satisfactione. Hec ille.

¶ Moraliter et octauo iuxta illud verbū: Et posuerunt eū scilʒ sancti angeli Loth/ extra ciuitatē: notādum q̄ hominū triplex est differentia. Primi nempe manent adhuc in ciuitate sodome. Hi sunt qui permanent in suis peccatis. Qui etsi aliquādo videantur secūdum apparētiā exteriorē inde recedere/ siue cōfitendo/ siue ecclesiā et sermones frequentando: interiꝰ tamē adhuc ibi manent et latent: vt sunt hypocrite et ficti hoies. Alij autem inde realiter recedunt: sed tamen manent in suburbijs: vt sunt illi penitētes qui veraciter dolent de peccatis mortalibus per eos cōmissis: atq̄ de illis debite tēpore et loco cōfitentur: sed tamē nō cauēt sibi a cōmissione venialiū: dicētes nō esse de illis multū curandū eo q̄ nō separāt a deo ppetuo. Attamē tales deberēt attendere q̄ta mala sequunť ex peccato veniali: vtpote remissio feruoris charitatis. Itē dispositio ad mortale: insup et obligatio ad penam hic vel in futuro subeundā: et huiusmodi. Qd si sic facerēt/ tunc merito sibi cauerent a talibus. Alij vero sunt qui oino exeunt ciuitatē

Sodome et suburbia illius/ si=bi cauentes a mortalibus ꝛ venialibus: ꝛ tales sunt valde rari. Rara est enim hec auis in mundo isto: quia vt dicitur.j. Joan.j. si dixerimus quoniam peccatum non habemus/ ipsi nos seducimus/ ꝛ veritas in nobis non est. Quamuis ergo homines etiam iusti adhuc habitent in suburbijs sodome/ id est adhuc inuoluantur venialibus: debent tamen quantum possunt laborare vt inde exeant/ predicta peccata vitando: quia qui minima negligit/ paulatim defluit.

¶ Moraliter ꝛ nono/ conformiter ad venerabilem Bedam per hoc quod angeli tam solicite seruauerunt iustum Loth / atque eum ab incendio Sodomorum liberauerunt: datur intelligi quod iusti ꝛ electi sunt sub cura ꝛ specia li protectione omnipotentis dei/ ꝛ sanctorum angelorum eius: et ideo nullus potest eis nocere: nec salutem eorum impedire: siue sint homines/ siue demones: etiam cum multitudine legionum eorundem. Si deus (inquit apostolus) pro nobis: quis contra nos est? ad Rom. viij. Unde de electis loquitur Christus Jo. x. dicens: Non rapiet eos quisque de manu mea. Hinc Job dicebat ad dominum: Pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. De pugna autem demonum specialiter loquitur Isido. de summo bono. li.j. ca. xij. dicens quod apostate angeli diuina potestate coercentur ne tantum hominibus noceant quantum optant. Patet ergo quod nulli mali homines aut etiam demones/ bonorum ꝛ signanter predestinatorum salutem impedire possunt: nec ad perditionem inuitos trahere. Econtra autem per hoc quod Loth nullum de Sodomitis etiam propinquum saluare potuit corporaliter: quantumcunque ad hoc quantum potuit laborauerit: signat quod nullus prescitus cuiuscunque ope vel auxilio saluari potest/ cum nemo corrigere possit quem ille desperierit: vt habetur Eccles. vij. Sed quia nescimus quis sit prescitus/ et quis predestinatus ideo salutem omnium optare debemus: ꝛ quantum in nobis est procurare: quia etsi oratio nostra tali prescito finaliter non prosit/ nobis tamen prodest. Unde ad propositum facit illud prouerbium quo dicitur: Qui pro alio orat / pro seipso laborat.

¶ Moraliter et. x. Per hoc quod Loth/ etiam sibi ab angelis facultate data/ nullum de ciuibus perfidis sodome/ nec etiam aliquem de suis cognatis siue amicis potuit ad salutem reuocare: quamuis ad hoc multum conatus fuerit: significat quod nullus labor hominis possit ad numerum predestinatorum: qui ante mundi constitutionem electi sunt a domino: etiam vnicam animam adijcere. Nouit enim dominus qui sunt eius. Dicit etiam Augu. libro de correctione et gratia/ quod numerus predestinatorum est certus/ qui neque augeri potest/ neque minui. Et sic patet de multiplici sensu moralis presentis clausule.

¶ Allegorice. Per Loth ꝛ familiam suam designantur saluandi: per reliquos vero habitatores ciuitatis sodome/ designantur

tur similiter dānandi. In fine ergo seculi cū venerint sancti dei angeli executores ꝛ ministri diuine iustitie delere locū istū et ciuitatē huius mūdi in qua habitamꝰ: ꝛ hoc ꝑpter clamorem criminū clamātium in celum vindictā ꝛ vltionē a dño: tunc familia Loth.i. oēs electi trahentur ad partem.i.ad christi dexterā. Ceteri vero.i. multitudo reproboꝝ miserabiliter interibūt: ꝛ hoc corporaliter/ spiritualiter/ ꝛ eternaliter. Per generos vero loth designant heretici siue falsi christiani / qui estimauerunt dñm predicentē futura/et signātem finale iudicium/penas ꝛ supplicia reproborū/ ꝛ similia/quasi ludentē et iocantē loqui. Sed reuera ludi ꝛ ioci non erūt vbi intercedēt supplicia/ vt dictū est supra. Mane ergo facto .i. adueniēte ipsa hora finalis iudicij/ quod secundū quosdam fiet hora matutina/iuxta illud psal. In matutino interficiebā oēs peccatores terre/vt disperderē de ciuitate dñi/ id est de presenti seculo/ omnes operantes iniquitatē. Et sunt verba Christi iudicis viuoꝝ ꝛ mortuorum. In predicto igitur mane angeli qui erūt cooperatores resurrectionis corpoꝝ omnium electorū/dicent cuilibet electo predictū verbū/ scilicet Surge/tu supple qui per mortem naturalē dormis/ ꝛ resurge a mortuis: tolle vxorē tuam scilicet propriam carnem resumēdo: ꝛ duas filias tuas: quod possumus referre ad vim concupiscibilem et irascibilē: que etsi radicaliter maneant in anima separata a corpore: nō tamen exercent actus suos sensitiuos nisi mediante corpore. Sed qd est ꝙ angeli apprehēderunt manū Loth: pariter ꝛ vxoris eius/atq; filiarum: educentes eū sic/ ꝛ ponētes extra ciuitatē: nisi ꝙ cōpleta resurrectione corporum: pariter et finali iudicio: illi sancti angeli q fuerunt in presenti custodes animarum: erunt pariter ꝛ cōductores electorum: educēdo eos de ciuitate huius mūdi: ꝛ deducendo in illam ciuitatem supernam hierusalem.

¶ Anagogice. Angeli educētes loth cum familia sua extra Sodomā/ne pereat cum alijs: sed potius vt saluus fiat: designant nedū sanctos dei angelos: verum etiam oēs electos cū eo regnantes gloriose in celis: qui omnes vno consensu optant nostram salutem ꝛ ascēsum in celum: pro quo etiā nō cessant intercedere apud ipm dominū. Unde bene ad propositū facit historia que legitur ij. Maccha. vlti. de Juda macchabeo bellatore potētissimo. Hic enī cū bellaturꝰ esset adaduersus Nicanorē superbissimū infidelem/in armis tamē potētissimum: cōuertit se prius ad deprecādū dominū/ qui facit victorias. Et ecce in somnis vidit oniam qui fuerat summus sacerdos/ ꝛ integre vite / ꝛ qui paulo ante decesserat/protendentem manus in celū: ꝛ orantem pro omni populo iudeorū. Deinde vidit et aliū virum etate ꝛ gloria mirabilē/ ꝛ magni decoris habitudinē circa illum. Quibus visionibus ostē

Ns ait Onias de Hieremia lo
quens. Hic est, inquit, fratrũ
amator, et ppli Israel. Hic est
qui multum orat pro populo:
et vniuersa sancta ciuitate Hie
remias propheta dei. Postmo
dum ipse Hieremias extendit
dexterã suã: et dedit iude gla
dium aureũ in hec verba. Ac=
cipe sanctum gladiũ munus a
deo, in q̃ deiicies aduersarios
populi mei Israel. Hec vbi s.
Ex qua historia patz qualiter
et qũo sancti regnantes cũ deo
iuuãt nos apd̃ eũ suis meritis,
atq̃ de maxis piculis eripiũt.

¶ Quarta clausula.

¶ Locuti sunt ange
li ad Loth dicẽtes: Salua ani
mam tuã. Noli respicere post
tergum, nec stes in omni circa
regione: sed in monte saluũ te
fac: ne et tu simul peas. Dixit=
q̃ loth ad eos. Queso dñe mi:
quia inuenit seruus tuus gra=
tiã corã te, et magnificasti glo=
riam tuam, et misericordiã fe=
cisti mecũ, vt saluares animã
meam: nõ possum in mõte sal=
uari: ne forte apprehẽdat me
malũ et moriar. Est ciuitas hic
iuxta, ad quam possum fugere
parua et saluabor in ea. Nunqd
non modica est, et viuet ani=
ma mea? Dixitq̃ ad eũ. Ecce
etiã in hoc suscepi preces tuas
vt non subuertam vrbem pro
qua locut⁹ es. Festina et salua=
re ibi: quia non potero facere
quicq̃ donec igrediaris illuc.
Idcirco vocatũ est nomẽ vrbis
illi⁹ segor. Sol egressus est sup
terrã: et loth ingressus ẽ segor.
¶ Historialiter. Postq̃ in p̃ce
dẽti clausula eximius ille dñi
propheta moyses ostẽdit quo=
modo angeli eduxerunt Loth
cum vxore et filiabus de media
nationis puerse ne periret cũ
malis: statuerũtq̃ eum extra
ciuitatẽ: hic consequenter re=
fert quomodo incantauerunt
eum etiam cũ precepto dicen
tes. Salua animam tuam ꝛc.
Huiusmodi autẽ incãtatio cõ
tinet quatuor precepta. Pri=
mum ibi: Salua animã tuam,
id est vitam corporalem. Hoc
eñ est de iure naturali vt qui=
libet q̃tũ potest, et debitis me=
dijs saluet vitã suam natura=
lem: conseruando se in esse. No
tanter autem dictum est, debi
tis medijs: quia si media essẽt
indebita, tunc nõ deberet per
talia cõseruari. Unde legitur
de beato Ludouico Francorũ
rege, q cum semel periculose
egrotaret, a medicis conclu=
sum est nullum superesse reme
dium preter cognitionem mu=
lieris. Qd̃ ille audiens, et vxo
rem suam longe esse ab eo cer
nẽs, dixit: Malo icurrere mor
tem ex hac infirmitate, q̃ ab
ea releuari cũ offensione crea
toris mei. Et ecce non multo
post summus ille medicus cele
stis eũ restituit sanitati. Secũ
dum preceptum fuit quod se=
quit: Noli respicere p⁹ tergũ.
Ac si dicti angeli dicerent ei.
Cũ tanta celeritate et diligen
tia recede hinc vt etiam non
te occupes ad respiciendũ re=
tro. De hoc tñ postea. Tertiũ
preceptũ fuit id quod seqtur:
Nec stes in omi circa regione:
q2 venerãt dicti ãgeli ad sub=
uertẽdũ cũ sodoma q̃tuor al's
ciuitates, et totũ spatiũ intuis

dium. Quartū preceptū: Sed in mōte saluum te fac. De isto monte dicūt Hebrei quod fuit locus ille in quo morabatur Abraham. Alij dicunt quod remotius habitabat. Sed tenēdo primā opinionē/ tanquam probabiliorem: cum etiā de eodem abrahā dicatur in sequētibus quod ille mane cōsurgens stetit/ et euersas vrbes a lōge conspexit: de isto monte dixerūt angeli ad loth: In monte saluū te fac/ scilicet manendo cū patruo tuo abrahā. Erat enim q̄stio de totali perditione totius illius vallis amplissime/ in qua erāt quinque ciuitates: et ideo dixerūt angeli ad ipsum loth vt ascēderet mōtem ꝓpinquiorē: et ibi saluaret se cū patruo suo Abrahā. Alij dicunt quod hic per montem designatur abrahā/ qui fuit alter mons pro vite altitudinē. Est ergo sensus secundū eos: In mōte saluū te fac.i. retrahe te cū abrahā/ cuius meritis ꝓseruaberis ꝯ imminentē pditionem vallis hui⁹. Ecce remediū oportunū euadēdi piculū mortis quod obtulerūt angeli loth.

¶ Sequitur respōsio illi⁹. Queso dñe mi etc. Quāuis enim essent duo angeli/ ad vnicum tñ dirigit Loth suū sermonē/ scilicet ad illū qui veniebat eripere eū de periculo subuersionis cū alijs. Nō possum in mōte saluari .i. prope Abrahā/ secundum priorē expositionem. Timebat enim Loth ne si veniret iuxta abrahā qui erat sanctus homo: imperfectio eius magis appareret/ et a deo puniretur: qui tamen in sodomis saluabatur/ in quorum cōparatione iustus erat. Et huic simile habetur. iij. Reg.xvij. de muliere sareptana que dixit ad Heliā. Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates mee/ et interficeres filium meū. Alij dicūt et magis cōformiter ad sensum literalem quod erat q̄stio de mōte materiali/ qui erat ꝓpinquus Sodome/ de quo timebat loth ne subuerteretur siue rueret post subuersionē ciuitatis. Propter quod gratiose se excusauit apud angelū dicēs: Nō possum in monte saluari. Alij vero afferūt aliam excusationē pro responsione loth. Dicūt enim quod cū iā esset senex/ timebat grauari in ascēsu dicti mōtis. Insuper timebat ne post ascēsum illius ibi pateretur intēperatum frigus/ et cōsequēter infirmaretur aut moreretur. Vñ Petrus comestor. Forte senex montium frigora/ et laborē vie perhorrebat. Propter hec ergo se excusauit dicēs: Nō possum in monte saluari. Quod aūt subdit loth dicēs: Ne forte apprehendat me malū et moriar/ referēdū est ad subuersionē predicte vallis/ siue incēdij ciuitatis Sodome. Utrūque enim timebat Loth/ quē senectus cogebat lēte incedere: pariter et comitatus vxoris sue atque filiarum eius.

¶ Postquam ergo posita est excusatio Loth/ cōsequenter ponitur illius petitio cū sit ad angelum cui loquebatur: Est ciuitas hic iuxta ad quā possum fugere parua/ et saluabor in ea. Nunquid non modica est? Ac si diceret. Non est magnum si parcitur tam parue ciuitati

propter salutem meam, quamdiu ero in ea: quia postea Loth ascendente montem, dicta ciuitas subuersa est. Uel secundum glo.interli. Nunquid non modica est? id est. Nunquid sufficit imbecillitati mee ad vitam? Uel sic secundum de lyra: Est ciuitas hic iuxta pua &c. Ac si dicat Loth. Modicus est ibi populus: & per consequens iniquitates eius non sunt tante sicut aliarum quatuor. Propter quod potest facilius parci dicte ciuitati. & saluabor in ea: quod etiam illi concessum est. Unde sequitur: Ecce (inquit dominus) etiam in hoc suscepi preces tuas vt non subuertam eam. Sed contra hoc verbum militat rei experientia: quia a parte rei dicta ciuitas subuersa est. Ergo non est verum locutus dominus. Responsio: sensus verbi domini talis est: non subuertam eam, scilicet quamdiu tu supple Loth ibi fueris. Festina & saluare: quia non potero facere quicquam, scilicet subuersionis proposite, donec ingrediaris illuc. Et nota quod hic ponitur non posse pro non velle: sicut Mat.xij. cum dicitur. Non poterant credere, id est nolebant. Augustinus autem exponit ly non potero, de iustitia: licet possim de potentia. Hoc est dictu quod de potentia absoluta poterat: sed non poterat secundum exigentiam meritorum subuertere Loth cum Sodomitis: sicut de Christo dicitur Marci.vj. quod non poterat vllam virtutem facere in patria sua: quia merita illorum non exigebant vt aliqua signa ibi faceret. Multa enim potest deus absolute que non conueniunt meritis hominum. Et ad hunc sensum non potuit subuertere Loth virum bonum & iustum cum pessimis sodomitis. Uel vt dicit de lyra: angelus qui erat missus ad subuertendum dictam ciuitatem: taliter locutus est quia sciebat voluntatem domini de liberatione loth: contra quam venire non poterat, sicut neque decebat aut volebat. Ingressus est ergo Loth dictam ciuitatem paruam prout petierat: idcirco vocatum est nomen illius segor.i.parua: & hoc propter verbum loth qui de ea dixerat. Nunquid non modica est? Beda super hoc passu dicit quod beatus loth ea intentione cupiebat diuertere ad ciuitatem paruam iuxta positam: ne dum montis altitudinem qui longius aberat peteret: in ipso itinere positum flamma que impijs proxima imminebat absumeret. Et nota secundum de palude quod hec ciuitas que appellata est segor: prius vocabatur bala: que habebat regem suum: sicut sodoma & alie ciuitates: vt patz superius.xiiij.capi. Interpretatur autem bale deuoratio: eo quod secundum hebreos tertio terremotu absorpta sit. Sequitur in textu. Sol egressus est super terram: & Loth ingressus est segor. Hoc autem hic ponitur ad ostendendum quod segor distabat a sodoma quantum est spatium itineris a mane vsque ad ortum solis. Spatium ergo breuissimum est: & presertim attento quod loth non incedebat cum equo velocissimo: quippe qui comitabat vxore & filiab9.

De hac ciuitate refert petrus in historia scholastica: quod secundum hebreos primo dicta est Bala: et postea Salisa: et Esaie xv. vocatur vitula consternans: eo quod tertio terremotu absorpta sit post subuersionem aliarum quatuor ciuitatum. Modo autem vocatur ciuitas palme. Quamdiu ergo Loth fuit in ea: pepercit ei dominus. Sed vt dicit Hieronymus. Loth timens consuetum eius terremotum: egressus inde mansit in monte.

Circa hunc textum mouende sunt alique questiones.

¶ Prima igitur questio. Cur angeli non sustulerunt sursum Loth: transferentes eum in locum securitatis: siue in montem de quo ei dixerunt: In monte saluum te fac: siue alibi: sicut optime facere poterant. Responsio. Propter tria ita factum est: vt scilicet proprio labore se saluaret. Primo quidem in signum quod deus non est semper paratus facere miracula: sed tantum quando iudicat id expedire. Poterat nempe mundi saluator in presenti fulcitus angelico subsidio per aera circunferri si voluisset: ita vt pedibus ambulando non fatigaretur ex itinere: sed hac potestate non est vsus: quia forsan hoc non fuisset expediens nostre saluti. Secundo vt ipse Loth senex fatigando corpus suum ex labore itineris mereretur per impletionem precepti sibi facti. Tertio vt per hoc ostenderetur quod nullus adultus regulariter saluatur absque actu personali et proprio labore. Si enim oportuit Christum pati: et ita intrare in gloriam suam: vt dicitur Luce vlti. quanto magis necesse est hominem terrenum et peccatorem pati et laborare in presenti si cupit saluari?

¶ Secunda questio: quare prohibitum est loth egredienti de sodomis ne respiceret retro. Dicendum ad hoc quod triplex fuit ratio. Prima literalis: ne scilicet viso tam stupendo et mirabili atque horribili exterminio et incendio laberetur in desperationem: et ex desperatione in blasphemiam diuine iustitie. Vel ne forte nimio terrore inde percussus subito moreretur. Secunda ratio dicitur moralis. Voluit enim dominus innuere loth atque vxori sue: quod non debebant esse nimium curiosi in aspiciendo rem tam insolitam: et in discutiendo diuinum iudicium: iuxta id quod scriptum est Eccle. iij. In pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea que abscondita sunt videre oculis tuis. Tertia ratio similiter est moralis. Nam per hoc denotabatur quod postquam quis exiuit a peccato: non debet postea iterum illic redire per vomitus resumptionem. Sed de hoc postea.

¶ Tertia questio. Quare Loth loquitur singulariter dicens? Queso domine mi: cum tamen essent duo angeli? Responsio duplex. Prima: quia dirigebat verbum suum ad vnicum angelum: scilicet ad illum qui veniebat liberare eum: et non ad illum qui veniebat subuertere sodomam. Secunda responsio: quia in angelis dominum cuius nuncij erant honorabat et alloquebatur dicens. Queso domine mi: quia inuenit

seruus tuus gratiã corã te &c.
¶ Quarta questio. Utrũ loth peccauerit se excusando & dicendo ꝙ non poterat in monte saluari? Uidetur ꝙ sic. Nã ex quo angelus in persona dñi dixerat ei vt ad montẽ recurreret: & ibi se saluũ faceret: scꝫ corporaliter: ꝯsequẽs est dicere ꝙ hoc facere poterat. Nusquã enim angelus bonus precipit impossibile: sicut neque deus. Ergo loth se excusando & dicẽdo ꝙ hoc nõ posset: mẽtitus est. Cuius etiã excusatio friuola & inanis erat. Rñsio. Simpliciter erat possibile loth quod illi precepit angelus: vt bene ꝓbat ratio adducta. Qđ aũt dixit ipse loth: Nõ possum ĩ mõte saluari: subintelligẽdũ est faciliter & in promptu: & hoc ratiõe etatis & grauitatis corporis: vt dictum est. Absolute tñ poterat. Uel dicẽdũ ꝙ turbatus hoc dixit: & nõ delibera to aio: sicut supra dictum est de eodem offerente filias suas voluntati virorũ ciuitatis sodome. Uide supra in secunda clausula presentis capituli in solutione ad secundum dubiũ
¶ Moraliter iuxta illud primum preceptum datum loth per angelos: quo dictũ est ei: Salua animam tuã: notandũ ꝙ huiusmodi preceptũ hodie dirigitur ad quemlibet adultum: cui dicitur a dño. Salua animam tuam. Paruuli enim baptizati saluantur sine actu proprio propter defectũ etatis. Sed non sine actu alteriꝰ qꝛ cum merito Christi: quod applicatur eis in actuali susceptione baptismi. Hinc de talibus sic morientibus loquitur Christꝰ Mat.xix. dicens. Sinite paruulos venire ad me: taliũ eñ est regnum celorum. In adultis vero vna cũ merito xp̄i requiritur actus personalis: et meritum ꝓpriũ: ita vt dicere possimus de quolibꝫ tali. Qui fecit te sine te: nõ saluabit te sine te. In cuius rei signum dñs posuit Adam in paradiso terrestri vt operaretur. i. vt mereretur: & sic cum tali merito tandẽ faceret eũ ascendere in celestem paradisum. In hoc ergo se decipiũt multi mũdani homines qui cõmendãt se orationibus aliorũ & interim dant se voluptati: nõ plene intelligẽtes ꝙ oportuit Christum pati in propria carne priusquã intraret ĩ gloriam suã. Luc.xxiiij.
¶ Moraliter iuxta illud scđm preceptũ. Noli respicere post tergũ: notandũ ꝙ dictũ preceptũ hodie dirigit ad plures ꝑsonas: & signãter ad penitentes: ad clericos: ad religiosos. Prio nẽpe dñs alloqͭ quẽlibꝫ verꝫ penitẽtẽ cui data ẽ remissio pctõꝝ: ne retro respiciat ꝑ recidiuũ ad ꝑora pctã. Unde Au. lib. j. q̃stionũ noui & veterĩ testamẽ. q. j. Qui iqͭ semel peccauerit: repare se dꝫ ne denuo peccet: qꝛ qui semel tñ elisus ẽ: bis triũphat: vcꝫ de pctõ cõmisso: & ꝯ cõmittẽdũ. Itẽ idẽ Aug. de ci. dei lib. xvj. ca. xxx. Quid inqͭt pertinet ꝙ ꝓhibiti sunt qui liberãtur retro respicere? nisi ꝙ non sit redeundũ ad veterẽ vitã quã ꝑ grãꝫ regñati deposuimꝰ: si vltimũ iudicium euadere cogitamꝰ.

Secundo idem deus et dominus alloquitur quemlibet clericum ordinatum secundum formam ecclesie occidentalis dicens. Noli respicere post tergum: scilicet volendo nubere: quod tibi erat licitum ante susceptionem sacrorum ordinum: sed non post. Nam per huiusmodi ordinationem efficitur clericus omnino inhabilis ad contrahendum in posterum: et similiter a fortiori ad cognoscendum mulierem. Alias incurrit sacrilegium per abusum rei deo dedicate: que est corpus suum. Tertio dominus alloquitur quemlibet religiosum professum dicens. Noli respicere retro: siue redeundo ad seculum: siue contra vota essentialia agendo. Alias perpetuam damnationem incurres: quia teste saluatore Lu. ix. Nemo mittens manum ad aratrum: et respiciens retro: aptus est regno dei. Quod si aliter feceris: in hoc assimilaberis serpenti resumenti venenum suum quod prius euomuerat. Nam vt dicit Aug. ad fratres in eremo ser. iiij. qui intitulatur de prudentia: serpens cum ad aquam descendit / prius venenum suum in loco tutissimo reponit: quod recedens ab aqua iterum resumit. Sic inquit multi hec vestigia serpentis sequuntur: vt qui post renunciationem mundane conuersationis: post habitum sancte religionis: post iuramentum sancte professionis: post agnitionem sancte veritatis: reuertuntur ad venenum praue consuetudinis. Quibus melius esset veritatem non agnouisse quam post agnitionem retrorsum abire. In hoc ei vno fratres imitari debemus serpentem: quod venenum deponit / sed non quod iterum venenum resumit. Hec Aug. vbi. s. Uel dic quod illi religiosi respiciunt retro / qui in principio sunt ferventa: sed postea tepidi vel remissi: vel qui considerant diuitias quas reliquerunt: vel quas habere potuerunt in seculo.

¶ Moraliter iuxta illud tertium preceptum. Nec stes in omni circa regione: notandum quod veri penitentes: et qui euaserunt carcerem peccati / et laqueos diaboli: debent longe stare a locis: societatibus: et occasionibus que semel fuerunt illis in scandalum et perditionem perpetuam animarum suarum nisi illis misericorditer succurrisset dominus. Et de hoc habemus historiam in peccatrice Magdalena: que post ascensionem domini relicto patrimonio quod valde magnum erat: elegit in paupertate pauperem xpm sequi vsque marsiliam. Ibique prope austeram et solitariam vitam vsque ad vite sue terminum incessanter tenuit. Unde sicut homines sani pestilentes atque loca peste infecta solent a longe vitare: ita in proposito. Hinc ps. in persona veri penitentis ait. Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.

¶ Moraliter iuxta illud quartum preceptum. Sed in monte saluum te fac: notandum quod mons in quo oportet nos saluos fieri: est eleuatio mentis in deum: quo nihil altius. Ad dictum enim montem nequit diabolus ascendere. Qui ergo tempore temptationis illuc ascendit: prudenter et salubriter ascendit: ita vt merito de eo dici possit illud ps. Altissimum posuisti refugium tuum. Altum refugium temptatis sunt sancti dei. Altius xpifera Maria. Altissi-

mum vero ipse xp̄s deus ꝛ homo existēs. Studeamus ergo charissimi in mōte saluos nos facere: scȝ eleuādo corda nr̄a sursum ad dn̄m. Ad qđ etiam faciendū nos hortatur minister eccľie in missa cū cātat dicens: Sursum corda. Cui rn̄det clerus vice toti⁹ populi dicēs. Habemus ad dn̄m: scȝ cordo nostra: eleuādo ea ad ip̄m sicut ad montē excelsum securitatꝭ ꝛ pacis. De hoc vide decretū de cōse. disti. j. quando.

¶ Moraliter ꝛ quinto notandū iterū iuxta illud idem verbū: in monte saluū te fac: ꝙ ꝗdam morant̄ in mōte: quidam i segor: ꝗdā i sodomis. In mōte ergo morātur perfecti: ꝛ tales secure manēt. In segor morātur imperfecti: ꝛ tales non sunt absq̄ periculo graui sue salutis. In sodomis vero manent miseri peccatores: ꝛ hoc cū ꝯtinuo periculo eterne dānationis. Primi manēt in terra ꝓmissionis. Scđi in deserto. Tertij i egypto. Itē primi cantāt carmē: gaudētes i spe future beatitudinis. Scđi cātant lamētationes preteritorꝝ peccatorū. Mat. v. Beati qui lugent. Tertij vero cātant ve future maledictiōis vēture super eos: de qua Mat. xxv. Ite maledicti ꝛc.

¶ Moraliter ꝛ sexto notandū iuxta illud qđ sequit̄: Nō possum in mōte saluari: ꝙ alia sūt opera actiue vite: ꝛ alia contēplatiue. Stat eñ frequent̄ vt aliquis sit exercitatus (operibus vni⁹ vite) qui non est exercitatus in opib⁹ alterius. Exēplū habemus de duabus sororibus maria scȝ ꝛ Martha. Nam maria sedebat ad pedes dn̄i: audiens verba melliflua oris illius. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū. Luc. x. Una ergo intenta erat contēplationi: alia vero operi. Multi ergo possunt se excusare ab operib⁹ vite cōtēplatiue ꝓpter occupationes exteriores ꝛ terrenas: dicētes cū Loth. Nō possumus in monte saluari: qȝ premūt nos corporales occupationes. Possūt tñ tales in valle saluari si volūt: eo ꝙ nemini claudit̄ via salutis. Studeāt ergo visitare infirmos: pascere esuriētes: vestire nudos: ꝛ hmōi: vt saltē in valle actionis saluari possint. Siue magis iuxta historiā ingrediant̄ tales ciuitatē. i. hospitalia ꝛ cōgregationes infirmorū (illis impēdēdo charitatis bn̄ficia: vt tādē xp̄s illis regratiādo in extremo iudicio dicat illud Mat. xxv. Esuriui ꝛ dedistis mihi mādučare ꝛc. Et ideo venite benedicti patris mei ꝛc.

¶ Moralr̄ ꝛ septio ꝯformiter ad venerabilē Bedā Loth existens sodomā: ꝛ eligēs nō mōtē sed ciuitatem: significat illū ꝗ pctm̄ ꝗdē fugit: sȝ tñ culmen ꝑfectionis nō attingit. implet quidē talis diuina mādata: sȝ ad cōsiliorū opa non studet se erigere. Talis enim etsi nō sit habitur⁹ fructū cētesimū aut sexagesimū: habebit tñ trigesimū. Uñ Mat. xix. dictū est a xp̄o cuidā adolescēti querēti ab eo quid faciendo vitā eternā possideret. Si vis ingrdi ad vitā ingredi (serua mandata.

Insuper etsi talis nō sit habiturus aureolā: nequaq̄ tñ au rea priuabitur.

¶ Moraliter ꝛ octauo p montem ꝛ ciuitatem duo stat⁹ recte designantur: cōtinētie scȝ ꝛ coniugij: quorū quilibet debite obseruatus perducit ad vitam eternā. Sȝ multi se excusant cū Loth dicētes q̄ nō possunt in monte scȝ cōtinentie saluari. Nō ascendāt ergo tales predictum mōtē: sed ingrediantur ciuitatē segor/ scȝ statū matrimonialē. Vñ bene ad propositū loquitur apo. ad Cori. vij. dicens. Bonū est non nuptis ꝛ viduis si sic permanserint sicut ꝛ ego. Qđ si non se cōtinēt: nubāt. Melius est eñ nubere q̄ vri. Hec tamē facultas non datur his qui se iā ad cōtinentiā voto astrinxerunt siue per ingressum religionis approbate: siue p susceptionē sacri ordinis: siue etiam voto simplici. In quo tñ cadit dispēsatio: sed nō nisi auctoritate sedis apostolice. Tales ergo quos prediximꝰ: ex quo semel montē cōtinentie propria sponte cōscenderunt: inde ad ad ciuitatem .i. ad statum matrimonialē descendere nequeunt. Et ideo cū matura deliberatione illic debent ascēdere: ne turpiter et dānabiliter inde cadat. Qui ergo stat i dicto mōte: videat ne cadat. Qr vt dicitur. xij. q. j. scimus. melius est nō vouere: q̄ votū prout meliꝰ potest nō perficere. Itē August. lib. ij. de vita et moribus clericorum. Melius inquit est non vouere: q̄ vouere et non reddere.

¶ Moraliter ꝛ nono iuxta illud verbum angeli ad Loth. Ecce suscepi preces tuas vt nō subuertā vrbē pro qua locutꝰ es: notandū q̄ preces sanctoꝝ virorum ꝛ pñtia eoꝝ multum valēt apud deū: prout pñtia verba indicant. Hoc idē etiā cōfirmat p illud Jac. v. Multū valet deprecatio iusti assidua. Et hoc idē etiā pbat ipe Jacobꝰ vbi supra p historiā de helia qui orauit ꝛ celum dedit pluuiā: ꝛ terra dedit fructum suū: cū tñ prius celum fuisset clausum per tres annos ꝛ sex mēses: prout legitur. iij. Reg. xvij. Ad idem etiā propositū facit historia de moniali posita in pcedēti clausula sub primo sensu morali.

¶ Moraliter ꝛ decio iuxta illud verbū. Festina ꝛ saluare i ea: notādū q̄ segor ciuitas parua ē pnia: q̄ dr pua qr cū humilitate fieri debet: exēplo publicani q̄ ex humilitate nolebat oculos suos leuare in celū: sed humiliter orās pcutiebat pectus suū dicēs. Deꝰ ppitiꝰ ꝛc. Luc. xviij. Uel dicit parua respectu offense. Sēper eni punit deus citra cōdignum. Ad hāc igitur paruā ciuitatē debet Loth recurrere .i. peccator vt saluetur ea. Alias est in periculo dānationis siue subuersiōis ifernalis: dicēte xp̄o Luc. xiij. Nisi penitētiā habueritis: oēs peribitis. Sed quid est qđ angelus dixit ad Loth. Festina ꝛc. nisi q̄ penitētia nō est procrastinanda seu differēda: sed quantocyus implenda iuxta illud Eccli. v. Ne tardes cōuerti ad dñm: ꝛ ne differas

de die in diē. Cuius causa subditur cū additur. Subito enī veniet &c. Sed quid sibi vult quod sequitur: Sol egressus est super terram: & loth ingressus est segor? nisi q peccator non debet ingredi ciuitatem penitentie nisi sole discretionis primū egresso super terrā cōscientie sue. Quod maxime intelligendū est de operib9 arduis. Et hoc est ꝯ nonnullos qui faciūt multas abstinētias peregrinatiōes & vigilias priusq sol discretionis illucescat super mētes eorū: ita vt q̄nq eos peniteat talia icepisse, nō intelligentes q in omni sacrificio apponendū sit sal, scilicet discretionis.

¶ Allegorice et primo. Mons est sanctum euangeliū siue lex euangelica: de q in psal. Mōs in quo beneplacitū est deo habitare in eo: etenim dn̄s habitabit in finē, scz in dicto monte: q2 Christus in lege gratie inuenitur. Nam ibi eum inuenit beatus August. atq inuenietur vsq ad consummationē seculi ab his q diligenter querunt eum ibi. De hoc aūt mon te dicit cuilibet hoi. In monte saluū te fac: scz credēdo firmit scō euāgelio: ne & tu pereas: iuxta id qd scriptū est Marci vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui ꝟo nō crediderit: cōdēnabit. Sed qd est q loth ad tēpus saluat9 est in parua ciuitate dicta segor: de q̄ tādē exiuit, & i mōtē ascēdit: nisi q i ꝑmitiua ecclesia iudeis de nouo cōuersis ad fidē ꝑmissum est ad tēp9 obseruare legalia cū euangelio: dū modo nō ponerēt spem i ipis. Nā etsi illa tūc mortua essent: nō tn̄ mortifera: nisi post sufficientē ꝓmulgationē sacri euāgelij. Oportuit enī sepelire synagogā cū honore: & nō statim eā tanq mortiferā reprobare. Promulgato autē sufficienter sancto euāgelio, Loth .i. populus iudaicus ad fidē xp̄i cōuersus exiuit ex toto de segor, relinquēdo penitus legalia: & in monte sacri euangelij saluū se fecit: ipsum amplectando: & dicēdo illud Joā. vj. Uerba vite eterne habes.

¶ Allegorice scdo: iuxta illd verbū: Est ciuitas hic iux ꝓpa &c. notādū q ciuitas parua est virgo maria: de q̄ in psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Dr aūt parua ꝑ hūilitatē, q tn̄ i ꝑnti fuit maxima ꝑ vite meritū: & nūc i celo ꝑ sublime premiū. Cū igit tētamur aut tribulamur, debemus ad hāc paruā ciuitatē refugere: suffragiū eius deuote iplorātes.

¶ Allegorice & tertio iuxta illd qd in fine ꝑdicte clausule dr: Sol egress9 ē sup terrā: & loth ingressus est segor: notādum q sol est xp̄s: q oriēs ex alto venit i hūc mūdū illuiare his q in tenebris & in vmbra mortis sedebant: vt dr Luce .j. Tūc g sol ort9 est sup trā: qn̄ dei fili9 ingressus est mūdū istū carnē assumendo: scdm q ꝓphetatū fuerat Malach. iiij. Orief vobis timētib9 nomē meū sol iustitie. Orto ergo huiōi sole .i. xp̄o incarnato, Loth igressus est segor .i. ppl's predestinatus ingressus est ecclesiā militantem, & tandē triūphātem.

¶ Anagogice: mons designat ecclesiam triumphantē: de quo quidem monte scribit Esa. ij. Erit in nouissimis diebus preparat⁹ mons domus dñi in vertice montiū. Pro tāto autē dicitur iste mons dom⁹ dñi. i. celi preparat⁹ in nouissimis diebus: q2 preparauit illum christus oībus predestinatis in suo aduentu, qui factus est in vltima etate mundi. De hoc itaq3 monte dicitur cuilibet deuoto catholico: In mōte saluum te fac. i. eri de sodomis. i. a peccato in presenti: vt tandem valeas et merearis in monte celi saluari. Prius tamē talis debz habitare in segor. i. in ecclesia militante per gratiā: si velit tandem ascendere dictū montem per gloriā eternam.

¶ Quinta clausula.

¶ Igitur dñs pluit super Sodomā 7 Gomorram, sulphur 7 ignem a dño de celo: 7 subuertit ciuitates has: 7 oēm circa regionē: vniuersos habitatores vrbium: 7 cuncta terre virentia.

¶ Historialiter. Postq3 in precedenti clausula ostēdit moyses quomodo angeli incātauerūt loth vt cito exiret de sodomis ne periret cū alijs: et quomodo ad tēp⁹ saluat⁹ est in segor: et breuiter posuit multa antecedentia sodomorū subuersionem: hic consequenter agit de destructione eiusdē ciuitatis: et de modo illius cū ait. Pluit dñs sup Sodomā 7 Gomorrā, sulphur 7 ignem de celo: 7 subuertit 7c̄. Sup quo magister historiarū. Pluit dñs sup sodomā 7 go. sulphur 7 ignē: vt terra in eternum aresceret sine spe iterū germinādi. Nō enim solum ciuitates perierūt: verūetiam oīs circa regio: 7 hoc in penā scelerū perpetratorū intra ciuitates. Uel q2 in locis circūadiacētib⁹ inhabitabant aliqui agricole similibus scele ribus laborātes: 7 ideo meruerunt consimili pena puniri: q2 quos vna culpa tenet, cōsimilis pena tenere debet. Nec tales debuerunt rationabiliter imputare penā sui exterminij ciuibus dictaꝝ ciuitatū: quia vt habetur de regulis iuris li bro. vj. dānū qđ quis sua culpa sentit: sibi debet et non alteri imputare. Ratiōabiliter ergo subuertit dñs predictas ciuitates, et omnē circa regionē. Hoc tñ fecit ꝑ ministeriū angeli. Dicūt aūt hebrei q᷑ sodoma, gomorra, seboim, adama: quatuor ciuitates erāt situate sup rupē vnā. Angelus ergo subuertit rupē illam: ad cuius subuersionē secuta est subuersio dictarū ciuitatū: que erant desuꝑ situate. Sed hoc videt̄ falsum, q2 locus in quo erant situate, erat vallis habēs aquas fluuiales. Tales autem aque nō solent fluere neq3 ascēdere sup rupes: nisi forsan dicat̄ q᷑ hmōi rupes erāt valde depresse et basse: sup quas artificiose poterāt aque fluere. Alij autē sic exponunt dictum textū. Subuertit dñs. i. destruxit igne sulphureo predictas ciuitates: 7 omnē circa regionē: quā scil3 corruperāt suo malo exēplo: vniuersos habitatores vrbiū: etiā paruulos

et cuncta terre virentia: quia lasciui maxime polluunt talia: iuxta illud Sap.ij. Non sit pratum qd nõ ptranseat luxuria nostra. Unde etiã illi nequissimi senes de qbus Dan.xiij. voluerunt exercere turpitudinẽ suam cum susanna in pomerio siue viridario domus sue. Circa hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ est de sensu illorũ verboꝝ. Pluit dñs sup sodomã rc̃. a dño de celo Querit̃ ergo quis sit iste dñs de quo dicit moyses: a dño de celo? Respõdet ad hoc Augu. dicens: ꝙ dñs a dño/ est filius a patre in diuinis. Distictionẽ eñ suppositoꝝ denotat prepositio transitiua: scilicet a: que denotat habitudinẽ vnius ad alterum: cũ dicitur a domino. Unitatẽ vero essentie denotat vnitas significationis hu⁹ termini dñs. Idem eñ secũdum essentiã significat̃ per rectũ ꝛ obliquum: quia idem est domi nium patris ꝛ filij: sicut ꝛ eadẽ potẽtia ꝛ essentia. Unde Athanasius in symbolo. Dñs pater/ dñs filius/ dñs spũssanct⁹. Et tamẽ nõ tres dñi/ sed vnus est dñs. Item oĩpotens pater/ oĩpotens filius/ oĩpotẽs spũssanctus. Et tamẽ nõ tres oĩpotẽtes/ sed vnus oĩpotẽs. Itẽ De⁹ pater/ deus rc̃. Est ergo sensus predictorũ verboꝝ: Pluit dñs a dño.i. filius qui est a patre. Uel vt dicit Petrus cõestor: Pluit dñs a seipso ens/ in terra a se ente in celo iudicans.i. puniens ab imperante.

¶ Secũdũ dubiũ/ ꝛ qd oritur ex solutione precedentis/ tale est. Quare punitio sodomoꝝ ꝛ go. magis attribuit̃ filio in diuinis ꝙ̃ patri: maxime cũ operatrinitat̃ ad extra sint indiuisa. Dicẽdũ secũdũ de pal. ꝙ hoc ideo qꝛ solus filius debuit humanã naturã assumere in vnitatẽ suppositi. Quã qꝛ sceleratissimi sodomite turpissime polluerãt: fiebat filio iniuria quasi personalis. Pluit ergo filius a patre ꝓcedẽs ignẽ scilicet ꝛ sulphur de celo: scilicet aereo.

¶ Tertiũ dubiũ mouet̃ ꝑpter modũ loquẽdi scripture cũ dr̃ Pluit ignem ꝛ sulphur. Videt̃ enim esse repugnãtia in adiecto: maxime cũ pluuia cõmuniter dicat̃ aqua per guttulas cadens q̃ ꝯtrariat̃ igni. Respõsio: tali modo loquendi vtitur in ꝓposito scriptura: vt ex. significatione pene cõtra naturã vt ꝓbatũ est: ostendat̃ puniri culpa ꝯtra naturã. Nã secũdum Grego. qualitate vltiõis innotuit malitia criminis. Qui eñ fetore carnis arserũt: iure igne ꝛ sulphure perierũt. Itẽ quidã alius dicit ꝙ fetor sodomitarũ ascẽdit vsq̃ ad celum: et eius ardor descẽdit vsq̃ ad infernũ. Ignis eñ sulphure⁹ habet ardorẽ ꝛ fetorẽ. Conuenienter ergo pluit dñs super sodomã sulphur ꝛ ignẽ: et hoc ad significãdũ enormitatẽ peccati cõtra naturã: qd fetet vilitate: et ardet concupiscentie feruore.

¶ Quartũ dubiũ est tale. Cur dñs non puniuit sodomitas p aquas: sicut vniuersum mũdũ puniuit prius p aquas diluuij maxĩe cũ vtroruq̃ pctã essent

carnalia. Responsionem ad hoc accipere possumus ex illis verbis Deut. xxv. vbi dr: Pro mensura delicti erit & plagarū modus. Quāuis ergo homines tpe diluuij grauit peccarēt: quasi tamē naturaliter peccabāt: vt dicit Petrus cōest. Sodomite autē cōtra naturā peccabāt: & p ɔsequēs multo grauius. Propter qd grauius etiā in pñti meruerūt a dño puniri: scdm q cruciatus ignis & sulphuris est grauior exterminio aque.

¶ Quintū dubiū oritr ꝑpter illud verbū: Subuertit: supple dñs cictos habitatores vrbiū. Est ergo qstio quare dñs pdidit paruulos predictaꝝ vrbiū. Dicēdū q ꝑpter tria. Primo quidē ne aliqd vestigiū vel memoriale tanti facinoris remaneret sup terrā. Secūdo vero vt sic parētes nō solū in seipsis punirētur: verūetiam in filijs suis: sicut et in alijs rebus puniebātur. Tertio vero ne dicti paruuli tpe suo imitarētur scelera patrū suorū: & sic dānarētur cū ipsis: q morientes ante pubertatis annos descēderūt ad limbū cū ceteris paruulis. Ex quo ptz q ad vtilitatē corꝝ maximā factū est vt cū parentibus suis interierit corporaliter p ignē descēdentē de celo ex diuia ordinatiōe. De hoc vide supra. c. xviij. iiij. clausula in solutione scde questionis.

¶ Sextū dubiū mouetr ꝑpter illud vltimū verbū: et cuncta terre nascētia. Queritur ergo cur dñs subuertit cūcta terre nascentia: scilz vites/ arbores/ herbas & similia. Dicēdum q hoc fecit in penā pessimoꝝ hominū: q forsan talia suis spurcitijs cōmaculauerāt: vt dictū est in expositione lre. Unū sicut hodie solēt castra & fortalitia nobiliū incidētiū in crimē lese maiestatis subuerti in detestationē sue proditiōis: ita in ꝑposito. Unde etiam vsqz hodie dñs sepe ꝑpter pctā hominū affligit terrā & arbores sterilitate: sicut ipse ɔminat Leuit. xxvj. dicēs: Si nō feceritis mādata mea/ visitabo vos velociter egestate & ardore. Dabo vobis celū desup sicut ferrum: & terrā eneā. Nō ꝓferet tra germen: nec arbores poma prebebunt. Eadē etiā cōminatio repetitur Deutero. xxviij. Propterea Hierony. sup Malach. ij. c. & recitat. xvj. q. j. reuertimini. dicit sic. Quādo fames & penuria/ & rerū omniū egestas opprimit mūdum: sciam9 hoc ex ira dei descendere. Possumus etiā dicere q dominus tam mirabiliter afflixit terrā predictam: scilz ad perpetuā rei memoriam.

¶ Moraliter et primo conformiter pro parte ad dñm Hugonē cardinalē/ notādum q p sodomā designat mūdus presens: & hoc ꝑpter oīa & singula que vtrobiqz reperiūtur: licet diuersimode. Nam qd reperitur materialiter in sodomis: reperitur spiritualiter in mūdo isto. In primus pluit dominus sup Sodomā sulphur & ignem. Et in mundo isto habitat mirabilis fetor luxurie/ et ardor cupiditatis et auaritie: quia vt habetur. j. Joannis. ij. Omne qd est in mundo/ cōcupiscentia carnis est: et concu

piscentia oculorū. Item secundum Josephū de bello iudaico: vbi olim erant sodoma/gomorra/ et tres alie ciuitates: nūc est lacus ꝓfundissimus/ q̄ mare mortuum dicit. Sic ꝛ in mundo isto est lacus ꝛ profunditas impertransibilis vitiorum ꝛ peccatorū: ꝛ signanter duorū predictoꝝ: que etiā ducunt in abyssum īferni: q̄ quidem abyssus merito dicit mare mortuum: quia vt habetur Prouerbioꝝ.xj. Mortuo homine impio/ nō erit vltra spes: scilicet ꝙ debeat reuerti ad statum penitentie ꝛ salutis: eo ꝙ in iferno nulla est redemptio. Bene ergo ad propositū loquitur psal. dicens: Abyssus/ supple malitie/ abyssum pene infernalis inuocat. i. vnum trahit ad aliud. Ezechielis. xlvij. Aque iste intrabunt in mare. Item in dicto mari mortuo lucerna ardens supernatat: extincta demergit. Lucerna est prelatus: qui debet esse lucerna ardens et lucens: secūdum ꝙ de Joanne baptista dicitur Joan. v. Ardens quidem interius quo ad se per charitatē dei et proximi: et lucens exterius quo ad proximū per sanctam exemplaritatem. Ista ergo lucerna id est prelatus si ardet/ supernatat mūdum et que mundi sunt/ per contēptū tēporalium. Sed quid est ꝙ lucerna extincta demergitur in predicto mari? nisi ꝙ malus ꝛ dissolutus prelat⁹ ab alijs etiā subditis conculcatur et deprimitur siue vilipenditur. Item dictum mare est sterile: adeo ꝙ neqꝫ pisces neqꝫ aues ibi viuere possunt. Ita et mundus iste siue status peccati est totus sterilis. Non enim ibi viuere possunt aues: id est contēplatiui: neqꝫ etiā pisces: id est actiui. Item predictū mare nauem non sustinet: sed statim in eo demergitur. Nauis est corpus humanū/ quod cito demergitur in mari hui⁹ mundi per mortē/ ꝛ tandem necesse est vt descendat in terrā de qua sumptū est. Fertur etiā ꝙ in locis circūadiacētibus sunt arbores que afferunt poma/ que cū inciduntur/ nō inueniuntur intra ea nisi fauilla. Per que designantur multi homines qui exterius quidē apparēt boni et virtuosi: intus tamen sunt omni bono destituti et vacui: vt sunt hypocrite: quos christus comparat sepulchris exterius pulchris ꝛ dealbatis: que interius sunt plena spurcitijs et ossibus mortuorum. Matthei. xxiij.

¶ Moraliter ꝛ scd̓o conformiter ad Isido. quinqꝫ ciuitates que imbrib⁹ igneis cōflagrate sunt: significant quinqꝫ sensus corporales: quib⁹ quicūqꝫ vtūtur libidinose/ in finali dei iudicio cōcremandi sunt incēdio. Ipse autē Loth iustus ꝛ hospitalis q̄ aliqn̄ in sodomis habitauit/ et q̄ a predicto incendio qd̓ erat simitudo ꝛ figura futuri iudicij/ meruit saluus euadere: typum gerebat corporis xp̄i mystici: qd̓ in oībus scl̓is inter impios gemit: quorū factis nō cōsentit: ꝛ a quoꝝ mixtione in fine seculi liberabitur illis impijs dānatis supplicio ignis eterni.

¶ Moraliter et tertio predicte quinque ciuitates designat presentem mundum: et varios status illius: vbi plurima crimina abundant. Propter hanc igitur causam dominus comminatur illis subuersionem et damnationem eternam: que erit cum igne et sulphure.

¶ Allegorice et primo. Sicut olim dominus perdidit omnes sodomitas: sic etiam in nocte natiuitatis sue renouauit secundum quosdam plagam priorem saltem in parte: adeo quod omnes dantes operam predicto flagitio subito extincti sunt. Tales ergo pro presenti cum sibi similibus pro parte suorum cruciatuum habitant in stagno ardenti igne et sulphure apud inferos: vt habetur Apoc. xxi. Summe enim displicuit Christo quod in natura quam assumpserat tanta nequitia inueniretur.

¶ Allegorice et secundo. Sodomite in nocte peccauerunt et mane puniti sunt: per quod designatur quod istud nephandum peccatum modo latet: sed in districto finali iudicio publicabitur. Scriptum namque est Dan. vij. Iudicium sedit et libri aperti sunt. Dicit etiam Christus Matthei. x. quod nihil opertum quod non reueletur: neque absconditum quod non sciatur. Item Osee. vj. Iudicia tua quasi lux egredientur.

¶ Allegorice et tertio quinque ciuitates destructe materialiter in detestationem horrendi sceleris quod pre sui abominatione innominabile dicitur; denotant plurimas ciuitates gentilium et idolatrarum que spiritualiter subuerse sunt in aduentu Christi adeo quod vbi abundabat spurcitia idolorum: nunc dei gratia abundat cultus vniusveri dei et sanctorum eius. Unde Paulus ad Rom. v. Ubi abundauit delictum superabundauit et gratia. Quod autem predicta subuersio fuerit spiritualis stantibus menibus templorum: patet per hoc quod vbi olim apud gentiles erant flamines aut archiflamines iuxta ritum eorum: nunc sunt sedes episcoporum et archiepiscoporum. Bene etiam dicitur quod dominus subuertit omnem circa regionem: quia subuersis predictis ciuitatibus modo predicto scilicet salubriter et vtiliter: iuxta illud Prouer. xij. Uerte impios et non erunt: supple vltra impij: subuersa est etiam omnis circa regio. i. omnia oppida circunadiacentia dictis ciuitatibus.

¶ Anagogice: Sodomite qui interpretantur tripliciter: videlicet declinationes eorum: steriles et ceci: designant multitudinem malignorum spirituum: qui declinauerunt de celo in infernum: qui sunt steriles: quia sine fructu boni operis: et qui similiter sunt ceci: ita vt non recognoscant reatum suum. Sap. ij. Excecauit eos malitia eorum. Omnes ergo hos spirituales sodomitas subuertit olim dominus quando eiecit eos de altitudine celi in profundum abyssi: iuxta illud Eccli. x. Sedes ducum superborum destruxit deus: et sedere fecit mites supple homines pro eis. Cui verbo alludit illud Luce. j. Deposuit potentes: scilicet demones de sede: et exaltauit supple illic homines. Non est tamen intelligendum quod proprie loquendo demones aliquando habuerint sedem in celo: sed quod habituri erant si stetissent sub

obedientia omnipotentis dei. Et qr non steterunt/ideo iure quod habere poterant/ priuati sunt.

¶ Sexta clausula.

¶ Respiciēsq; vxor Loth post se/ versa est in statuam salis.

¶ Postq̄ in precedēti clausula maximus ille vates dñi moyses egit de destructione quinq; ciuitatū/ et de modo destructionis illarū/hic consequēter agit de cōsequentibus dictā destructionē. Et primo de mirabili et subita punitione vxoris Loth:que cū exiret sodomā/ et audiret mirabilē sonitum/ vex terribilissimū tonitruū/ sentiretq; vehemētissimū terremotum/ videret quoq; hincinde coruscationes et fulgura micātia:ex his oībus in admirationem et stuporē inducta/cōuertit oc'los suos versus Sodomā. Et ecce mox versa est in statuā salis/quā dicit iosephus se vidisse:et q̄ hactenus manet. Notandum est aūt ꝑm Pet. de pal. q̄ iste genitiuus salis/ pōt dupl'r construi. Primo q̄dem in rōne cause formal's:ita vt sit sensus: statua salis.i.similitudo salis: nō veritas salis. Scdo in rōne designatiōis essentie:ita vt sit sensus: statua salis.i. statua q̄ est sal/ sicut dr creatura salis in exorcismo aque benedicte/ id est creatura q̄ est sal. Et isto scdo modo intelligendo verba predicta:vxor Loth fuit versa in statuā.i.similitudinē mulieris/ et veritatē salis: hoc est dictu q̄ hmōi statua hȝ similitudinem et figurā mulieris/cum omnib' suis lineamentis:retinet tñ veritatē salis. Siue aūt intelligat' ꝯuersa fuisse in salis similitudinē/ vel in salis veritatē: intelligendū est ꝑm actū factā fuisse predictā cōuersionem/remanēte potentia nature hūane ad mulierē siue vxorem loth. Hec de Pal. Nō credo tñ q̄ intelligat in dicta statua salis esse potentiā naturalem ad vxorē Loth:quia omīs potētia naturalis passiua habet aliquā potētiam naturalē actiuā sibi correspōdente per quā pōt reduci in actū. Modo per nullam potentiā naturalē actiuā pōt talis statua reduci in formā vxoris loth. Alias mirū est q̄ p tm̄ tēpus sic stetit vt erat in p̄ma die. Intelligit ergo de Pal. q̄ in dicta statua salis sit potētia obedientialis in ordine ad deū/vt eam possit reducere in pristinam formā/ scilicet vxoris Loth.

Circa aūt hunc textum q̄uis breuissimū mouet' aliq̄ dubia.

¶ Primū igit' dubiū. Cur vxor loth fuit potius cōuersa in naturā salis q̄ in aliā? Hec q̄stio supponit q̄ dicta vxor fuerit cōuersa in veritatē salis:remanente tm̄ similitudine et figura mulieris/ sicut paruuli tēpore niuium effigiāt diuersas figuras/remanēte tñ semp veritate niuis. De lyra assignat duplicē rōnē sup hoc. Prima in q̄t est hebreoꝝ dicentiū hoc illi cōtigisse eo q̄ nocte precedēti peccauerat in sale. Petēti em̄ Loth sal ab ea p condimento cibi angeloꝝ/ q̄s hoīes credebat/ipa renuit apportare:qr ꝑm modū Sodomoꝝ in-

ter q̄s habitabat/ affectum ad hospites nō habebat. Qr ergo peccauerat in sale/iustum fuit vt ɔuerteret̃ in materiā salis: vt sic pena correspōderet cul- pe:iuxta illud Sapieñ.xi.Per que peccat q̄s: p̄ hec et torq̄t. Secūda ratio est latinorū do- ctorū dicentiū q̄ hoc factū est in figura. Sal em̄ cōdimētū ci borū est:τ ideo vxor loth respi ciēs retro versa est in statuā sa lis:qr punitio ei⁹ dat ɔdimētū sapiētie penitētibus/ne scʒ ad pristina pctā reuertātur. Sed de h̄ postea dicet̃ sub sensu mo rali. Tertia rō pōt addi/τ quā ponit dn̄s p̄triarcha de pal. Di cit em̄ q̄ sic punita est p̄pter suā inobediētiā:co scʒ q̄ respe xit retro ɔ̄ dei mādatū. Quar ta ratio addit̃ s̄m eūdē: qr scʒ retro respiciēs/τ vidēs tātam vltionē approbauit ī corde suo sodomoꝝ malitiā/sic̄ detestās diuinā iustitiā: ac si de⁹ iiuste ageret cū eis. Justum ḡ fuit vt verteret̃ imateriā salis/ sicut oīs illa regio salsa τ sterilis re- mansit:vt q̄ꝝ approbauit cul- pā:similē in se recipet penā.

¶ Scōm dubium est de causa p̄pter quā versa est vxor loth in statuā salis. videt̃ em̄ q̄ non fuerit sufficiēs. Nā principalis causa fuit eo q̄ respexit retro. Sed vt videt̃/in hoc nō pecca- uit. Non em̄ sibi/sed Loth viro suo dictum fuerat a dn̄o: Noli respicere post tergū/vt ptʒ in p̄cedēti q̄rta clauſ. Igitur. R̄n̄sio. Dictū p̄ceptū non erat psonale/sed cōmune. Extende- bat em̄ se ad vxorē loth τ ad fi- lias ei⁹: ad q̄s psonas deuolu- tum est mediāte ipso Loth:sic ut supra.ij.c. prohibitio ligni vetiti facta fuit Eue mediāte adā. Cū enim vir sit caput mu lieris/ sufficit q̄ p̄ceptū vel p̄hibitio vtriq̄ cōis fiat tātū viro/τ p̄ virū deuoluat̃ ad mu lierē. Respiciēs ḡ vxor loth re- tro/peccauit mortalit̃:et ideo iusto dei iudicio cōuersa est in statuam salis.

¶ Tertiū dubiū. Supposita veritate prime opinionis q̄ di cit q̄ vxor Loth versa est in si- militudinē salis:et nō in natu- ram salis: querit̃ ɔsequēter si anima ei⁹ adhuc sit intra cor- pus illi⁹/sicut fert̃ de nōnullis dormientib⁹ sub terra. Dicēdū q̄ vtrūq̄ p̄babile ē/vcʒ q̄ aīa eius adhuc intra corpus eius sit/ miraculose tñ: maxime cū non comedat neq̄ bibat: neq̄ exerceat quascūq̄ opationes vitales/ vt sunt spirare/ respi- rare/pulsue/ cōmotio/ τ silia: atq̄ in tali statu expectet fina le dei iudiciū. Itē p̄babile est q̄ ibi sit solū corpus illius sub silitudine salis. Anima aūt ibi est vbi deo placet s̄m merita il lius. Et forsan in iferno p̄pter inobediētiā suā ad diuinū p̄ce ptum de non respiciēdo retro. Possibile etiam est q̄ sit in via salutis:τ q̄ talis exterminatio in statuā salis fuerit illi in re- mediū salutis/τ in penā offen- se/ vna cum contritione.

¶ Quartū dubiū. Utrum sola vxor loth ɔuersa sit in naturā salis? Dicēdū q̄ sic q̄ ad hūanas psonas. Nihilominus mare qd̄ coopit terrā illā:τ qd̄ dr̄ mor- tuū ab effectu/ qr scʒ nihil pōt in illo viuere: ēt salsum ē. Un̄ Petr⁹ comest. dicit q̄ tota illa

regio verſa eſt in lacum ſalis ⁊
ſterilē: eo ꝙ neqꝫ aues neqꝫ pi
ſces in eo viuere poſſunt vt in
alijs/ vt iā dictū eſt. Hic eſt ēt
ſm eundē Petrū/ ꝙ dictus lo
cus vallis ſalinarū dicit. For-
te inquit q2 fit ibi ſal: vel q2 la
pides ſalis circa inueniūtur.
¶ Quintū dubiū. Cur ſcriptu
ra non exprimit nomen vxoris
loth? Reſpōſio: q2 hiſtoria non
erat pꝛicipaliter ꝑ eam texen
da ſicut ꝑ virū ſuū loth/ ſꝫ q̄ſi
incidētalr de ea loquit. Itē h̄
factū eſt in penā ſue inobediē-
tie. ps. In gñatione vna ſcꝫ fi-
liarū ſuarū deleat nomē eius.
¶ Sextū dubium/ vbi ſitus eſt
huiꝰ lacꝰ? Dicēdū cōformiter
ad dictū Pet. comeſt. ꝙ ſitus
eſt ad latus Judee. Nam ſcđm
eūdē diuidit iudeā ⁊ arabiā:
nō inquit maiorē/ ſed illā que
olim fuit illa ſolitudo inuia et
inaquoſa/ in qua .xl. annis fue-
runt filij iſrael/ dū reuerteren
tur ex Egypto. Dicit etiā Jo-
ſephus de huiꝰ lacu/ ꝙ nimia
eiꝰ leuitate etiā grauiſſima in
ipſum iacta referūtur in altū.
Unde Veſpaſianꝰ q̄ſdā hoīes
iunctis manibꝰ poſt tergū/ iuſ
ſit in altū proijci: et oēs tanq̄
vi ſpiritus repulſi ſurſum de-
ſuper fluitabant.
¶ Septimū dubiū/ quō potuit
fieri ꝙ p̄dicta vallis admodū
fertilis ⁊ abūdās oībꝰ bonis et
delicijs haberet deſertū adia-
cēs admodū ſterile/ ⁊ deficiēs
bonis oībꝰ. Rñſio: de hoc non
eſt multū mirandū. Sicut em̄
prope domū diuitis habitat vi
cinus pauꝑ: ⁊ ꝓpe fontes ſepe
repiunt loca arida: ita ēt ꝓpe
valles abundantes frumento

ſunt ſepe mōtes ſicci aridi et
ſteriles/ eo ꝙ hūor et pīguedo
dictorū mōtiū fluit ⁊ deſcēdit
ad valles vna cū aqua pluuia-
li/ aut ꝑ venas ſubterraneas.
¶ Moralr ⁊ primo: vxor loth
retro reſpiciēs/ figurauit illos
q̄ poſt grāſ dei retro aſpiciūt:
vt ſunt multi penitētes redeū
tes ad vomitū more canū. Ta
les ēt ſiles ſunt cācris/ itē pla
netis retrogradientibꝰ. Item
multi clauſtrales ad tꝑalia q̄
reliq̄rūt/ ſepe redire ꝯtendūt:
de q̄bꝰ cōiter dicūt habitātes
in ſclo/ ꝙ ſunt ceteris auario-
res/ ⁊ magis ardētes poſt tem
poralia lucra. Cōtra q̄s loquit
xp̄s Luc. ix. dicēs: Nēo mittēs
manū ſuam ad aratrū/ ⁊ aſpi-
ciēs retro/ aptꝰ eſt regno dei.
Non eſt ḡ ad veterē hominem
redeundū. Qꝫ vero dicta vxor
retro aſpiciēs ꝯuerſa ſit in ſta
tuam ſalis/ q̄ vſqꝫ in hodiernū
diē ibi ꝑſeuerat ſm Joſephū
vt allegatū eſt/ deſignat ꝙ illi
qui redeūt ad vomitū/ q̄nqꝫ iu
ſto dei iudicio ꝯuertunt in ſta
tuam ſalis ꝑ obſtinationē: nec
poſtea ad deū redeunt/ ſed ꝑ-
petuo i malitia ſua manēt/ ꝯti
nue augētes ſuā dānationē fu
¶ Moralr ⁊ .ij. ꝙ vxor (turā.
loth retro reſpiciēs conuerſa
fuerit in ſtatuā nō cuiuſcunqꝫ
materie/ ſed ſalis: exēplū p̄ſtat
ad ꝯdimētū fideliū: vñ ſcꝫ alij
ſaliāt/ vt dt iterli. Nec ēt de h̄
tacuit xp̄s qui nos admonens
Luc. xvij. ait. Memores eſtote
vxoris Loth. Nā ipſa in ſtatuā
ſalis cōuerſa/ admonēdo hoīes
ne retro aſpiciant/ corda eorū
condit ne ſint fatui/ vt dt glo.
ordi. Itē vt dt glo. interli. ad ꝯdi

mentū fidelium hoc factū est: qr pena impij / eruditio est iusti: iuxta illud puerb. xxi. Mulctato pestilēte. i. pctōre / sapiētior erit puulus. i. iustus / q est paruulus per humilitatem coram oculis suis.

¶ Moralr̄ et tertio. Uxor loth exiens de sodomis / et respiciēs retro / scz ex auaritia / vt dicit quidā (egre eñ ferebat q relinquerat bona sua in sodomis) designat mltas moniales / que ingrediendo religionē relinquerunt mundū plenū omni spurcitia. Sed pfecto sepe post pfessionē: et signanter qñ veniūt ad annos nubiles / et sentiūt stimulos carnis isurgere: illis sepe nō resistūt: quinimo in cordibus suis retro respiciūt: et si illis liceret / etiā corpore retro abirent libēter. Sepe eñ mente reuoluunt seculi vanitates quas forsan viderūt aliqñ in seculo / aut q̄ sibi somniant esse: siue etiā quas expte sunt. In hoc similes illis iudeis qui in deserto (per qd̄ denotat religionis status) dicebāt. Recordamur pisciū quos comedebamus in Egypto gratis. In mētem nobis veniūt cucumeres / et pepones / et porri / et cepe / et allia. anima nostra arida ē: nihil aliud respiciūt ocli nostri nisi man. Numeri. xi. Per man aūt designat cibus regularis / qui sepe cōtēnitur a claustralibus delicatis. Ecce q̄uo hmōi moniales mundane respiciūt retro / saltē corde et affectu. Non sic aūt gloriosus ille Paul⁹ resperit retro / q̄ Philip. iij. dicebat. Ea q̄ retro sūt obliuiscor: et in anteriora me extendo. Caueant ergo predicte moniales ne retro aspiciētes vertant in statuā salis p finalē dānationē

¶ Moralr̄ et quarto / notandū conformiter ad dñm Cardi. q retro duo sunt / q̄ obliuioni dāda sunt: vcz bona preterita / ne eorū fiat recordatio ad gloriā: et mala preterita / ne eorū fiat recordatio ad delectationem. Qui hec duo respicit / i statuā salis vertit. Statua spēm hois habet: sed nō hz spiritum viuificātē. Sic et multi habēt habitum sanctitatis / sed hoc est totum. Nō eñ habēt opa bonorū virorū. Caueamus ergo ne retro aspiciam⁹ duob⁹ predictis modis: sed semp tēdamus ante nos. Sic eñ esse faciendum demōstratū est Ezechieli in visione animaliū que ante faciē suam gradiebātur / et nō reuertebātur cū incederēt. Eiusdē j. In cuius figurā legit. j. Reg. vj. q vacce in directū ibant p viā q̄ ducit bethsamis / et itinere vno gradiebant mugiētes: et nō declinabāt neq ad dexteram neq ad sinistrā. Nota q dicit: Itinere vno gradiebant per concordiā et charitatē: pgentes per bonā operationē: qr operatio gressus est: mugiētes per desideriū boni: et non declinabāt etc. per intentionis rectitudinem.

¶ Moralr̄ et quīto. Uxor loth retro respiciens / est hūana caro siue sensualitas: quam loth. i. ratio siue spūs libēter indueret ad bonū / vt saltē i gñali omniū resurrectiōe posset intrare ciuitatē celestē cum eo. Sed i mala hora dicta vxor spiritus hūani vult semp respice-

re retro/ & nūq̃ ante. i. ad spūalia nūq̃ se erigit: quinimmo a tali ascēsu q̄tū pōt impedit et retrahit spiritū: q2 corpus qd corrūpitur/ aggrauat animā. Sapieñ.ix. Itē iuxta sentētiā Apli Gal.v. Caro concupiscit aduersus spm̄. Hec est igit̄ asina Balaā/ q̄ auertit se de itinere cū sessore suo Balaā/ et ibat per agrū. Sed profecto sessor eius scilicet spiritus debet eā calcarib9 pungere vt recte incedat q̄tum est possibile.

¶ Mystice: vxor loth retro respiciens designat multitudinē reprobo2: q̄ i die iudicij respicient retro/ dū plangēt ea q̄ dimiserūt: & signanter q2 pdiderūt opportunitatē redeūdi ad deū: & oīa remedia eterne salutis. Itē tūc vertētur in statuā p stuporē quē habebunt de immutatione facta circa se/ & circa bonos. Sapieñ.v. Uidētes turbabunt̄ timore horribili: et mirabūtur in subitatiōe insperate salutis. Itē statua erūt. i. immobiles ad penitēdum. Itē statua salis erūt/ dū de eorum penis sancti gaudebūt. ps. Letabitur iustus cū viderit vindictam/ supple de reprobis. Uel dic q2 in dicto iudicio reprobi retro respiciēt/ qñ quidē prolata illa terribili sñia dñi: Ite maledicti in ignē eternū: ibūt in suppliciū eternū/ quasi dorsum vertētes ad dñz/ & ad vniuersum cetū electo2ū. In cui9 figura legit̄. j. Reg. iiij. q2 hely cecidit de sella retro2sū iuxta ostiū: & fractis ceruicibus mortuus est. Sic & miseri damnati audita p̄dicta voce dñi cadēt in p̄fundū abyssi infernalis: ex quo lapsu et casu morientur: morte supple eterna.

¶ Allegorice vxor Loth est synagoga iudeo2ū: que ante domini aduentum fuit sponsa illius per fidem/ que habitauit in populo iudaico. At vero domino incarnato retro respexit: qñ quidem sua legalia seruare voluit spreto euangelio: in quo solo est salus. Modo autem dicta synagoga versa est in statuam salis. Habet enī similitudinem sanctitatis per exteriorem obseruantiam legis: intus tamen vacua est ab omni fructu bono. Unde modo pie cōqueritur dñs noster Jesus xp̄s de cōuersione synagoge retrorsum: dicens illud Hiere. ij. Ego plantaui te vineā electam: omne semen verum. Quō ergo cōuersa es mihi in prauā vineā alienā? Ubi nota q2 dñs loquitur de populo iudaico sub noīe vinee: & q̄si de vinea: improperans ei beneficia olim prestita antiquis patribus suis. Similiter de cōuersione retrorsum predicte synagoge cōqueritur idē de9 & dñs Esa. j. dicens. Ue genti peccatrici: populo graui iniq̄tate: semini neq̄: filijs scelera tis. Dereliquerunt dñm: blasphemauerūt sanctū israel. i. xp̄m: vocātes eū pctōrem: & q2 i beelzebub pri̇cipe demonio2ū eijciebat demonia. Luc. xi. abalienati sūt retrorsum: supple apostatantes a recta fide: quam olim tenuerant patres ipsorum.

¶ Allegorice & aliter loth est dei fili9: cui9 vxor est humana natura sibi hypostatice & pso-

naliter vnita: de qua q̃dē vro re loq̈tur Jo. Apoc. xxi. dicēs. Ueni ostendā tibi sponsam vxorem agni. i. filij dei. Nihilominus i tali vnione dicta vxor xp̄i cōuersa est/ retro: q2 descendit sub angelis/ iuxta illd̄ psal. Mi nuisti eū (sc3 xp̄m hoiem) paulominus ab angelis: et hoc ſm naturā humanā q̃ in ordie naturarum creatarū inferior est angelica natura. Jn cui⁹ figuram legit. iiij. Reg. xx. q2 sol reuersus est retrorsum decē gradibus. Et Eccli. xlviij. Retro rediit sol. Sol est xp̄s: iux illd̄ Malach. iiij. Orietur vobis timētibus nomē meum sol iustitie. Hmōi ergo sol reuersus est retrorsum decē gradib⁹/ q̄n pertransitis noue ordinib⁹ angelorum ꝑuenit vsq3 ad decimū ordinē/ naturam humanā assumendo. Et hoc est qd̄ sub paucis cōprehendit ap̄ls Heb. ij. dicēs: Nusq3 angelos apprehēdit: semē aūt abrahe apphēdit

¶ Anagogice/ vxor loth designat synagogā sathane. i. multitudinē malignorū spirituū. Hmōi ergo vxor tunc respexit retro/ quando in celo illi spūs maligni voluerūt facere volun tatem suā spreta dei voluntate. Ecōtra aūt boni angeli respexerunt semp ante se/ p obedientiā ad deū/ z recte se habētes ad eū. Jn penā ergo q2 p̄dicta mulier. i. synagoga sathane respexit retro: ꝑsa est in statuam salis: tū per obstinationem/ a qua nunq̃ liberabit: tū per descēsum ad infernum/ vbi nulla est redēptio. Hec autem statua salis d3 nobis esse in cōdimentū eterne salutis/ cōsiderantes q2 si angelis suis peccātibus non pepercit deus: q̄to minus parcet hominibus saltē in malo vsq3 ad vite terminū perseuerātib⁹. Unū Apo. Rom. xi. Si de⁹ naturalib⁹ ramis. i. āgelis nō pep̄cit: ne forte nec tibi parcat. Uide ergo bonitatem z seueritatē dei. Jn eos quidē q̄ ceciderūt seueritatē. Jn te autē bonitatē dei si ꝑmanseris in bonitate. Alioq̈n z tu excideris.

¶ Uel dic q2 Loth est intellectus demonis: vxor autē illius est voluntas eiusdē: que tunc respexit post se: q̄n inordinate se dilexit: sc3 plusq3 deū. Quo facto cōuersa est in statuā salis vsq3 in hodiernum diē: sc3 per obstinationē: eo q2 cuicūq3 rei adheret post cōpletam electionem/ immobiliter atq3 iflexibiliter adheret: vt dicit beatus Thom. j. parte. quest. lxiiij. arti. ij.

¶ Septima clausula.

¶ Abraham autem consurgens mane vbi steterat pri⁹ cū dn̄o/ intuitus est sodomā z gomorrā: z vniuersā terrā regionis illi⁹. Uiditq3 ascēdētē fauillā de terra quasi fornacis fumū. Cū eīn subuerteret dn̄s ciuitates regiōis illi⁹ recordat⁹ est abrahe: z liberauit Loth de subuersione vrbiū in quib⁹ habitauerat.

¶ Postq3 in p̄cedēti clausula sanct⁹ Moyses egit de vno cōseqnte subuersionē sodomoꝝ: sc3 de cōuersione vxoris Loth in statuā salis: eo q2 respexisset retro cū subuerteret sodoma: hic consequenter agit de alio

consequente: scilz de aspectu Abrahe. Dicit ergo moyses q Abrahā mane cōsurgēs: tāq3 sc3 solicit⁹ de liberatione nepotis sui Loth: perrexit supple ad locū vbi steterat pri⁹ die p̄cedenti corā dño subuersionē istam sibi reuelāte: ꝛ intuitus est sodomā ꝛ go. ꝛ vniuersam terrā regionis illi⁹: supple in actuali subuersione ꝛ destructiōe. Ideo sequitur. Viditq3 ascēdētem fauillā de terra q̄si fumū fornacis. i. ad modum fornacis in qua decoquunt lapides pro calce faciēda. Cum autē subuerteret dñs ciuitates regionis illius: recordat⁹ est abrahe: ꝛ liberauit loth nepotem suū de subuersione sodome.

Circa autem hūc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū tangit ipsum Abrahā qui intuit⁹ est sodomā ꝛ go. Queritur ergo quare nō fuit punit⁹ a dño ꝑ tali respectu sicut vxor loth. Dicendū q hoc ideo q2 nō fuerat sibi hoc prohibitum: sicut vxori Loth prohibitum fuerat ne respiceret retro. Talis ḡ respect⁹ nō erat de se mal⁹: s3 tm̄ q2 ꝓhibitus vni ꝛ nō alteri. Da exēplū de fructu vetito de quo comedit Adam: ꝛ peccauit: sc3 ratione prohibitionis. Et sic̄e iudiciū est de multis alijs que non sunt mala de se: sed q2 prohibita. Aliam rationem assignat de palu. dicēs q aliter intuit⁹ est perditionem sodome Abrahā: ꝛ aliter vxor Loth. Nam Abrahā eam intuit⁹ est cōmēdās ꝛ laudās in corde suo diuinā iustitiam se vlciscentē de obstinatis peccatorib⁹. Item parte ex altera condēnans sodomorū malitiā nephandissimā. Unde de eo dici tunc poterat illud ps. Letabitur iust⁹ cū viderit vindictam. Et sic̄e habem⁹ Exo. xv. de Moyse ꝛ filijs israel qui cecinerūt carmen dño de subuersiōe regis pharaonis: ꝛ totius sui exercitus in mari rubro: dicēdo. Cātem⁹ dño: gloriose enim magnificat⁹ est ꝛc. Uxor vero Loth intuita est perditionem sodome post prohibitionē sibi factā. Insup vt approbans sodomorū nequitiā: ꝛ condēnans in corde suo diuinam iustitiam. Et ideo illa iuste punita fuit: non autem Abraham.

¶ Secūdū dubiū. Cur Moyses tātū exprimit in ꝑticulari abraham respexisse duas ciuitates: sc3 sodomā ꝛ gomorrā: alias aūt tres: vc3 Adamā: seboim: ꝛ segor: in ḡnali tm̄: vc3 sub illis verbis: ꝛ vniuersā terrā regiōis illi⁹? Dicendū q h̄ ideo q2 erāt ꝑncipaliores ꝛ famosiores. Itē q2 erāt in culpa deteriores. Hoc em̄ ex tūc satis cōe est vbiq3 q in magnis ciuitatib⁹ abūdāt etiā magna ꝛ multa pctā: etiā qn̄q3 vsque ad pctm̄ ꝯtra naturā. Talib⁹ tn̄ neq̄ssimis pctōribus parcit dñs ad tp̄s ꝓpter bonos inter eos cōmorātes. Propter qd̄ tales recte p̄nt dicere illd̄ Esa. j. Nisi dñs exercituū reliq̄sset nobis semen: sc3 bonorū virorꝫ ac mulierū sanctarū: quasi sodoma fuissem⁹: ꝛ quasi gomorra similes essem⁹. i. iam exterminati essemus.

¶ Tertium dubium est de eodem abraham: de quo queritur si non timuerit vite sue quando vidit predictas ciuitates cum vniuersa regione circumadiacente igne et sulphure concremari. Dicendum quod non. Erat enim certus quod tale exterminium esset casurum super dictas ciuitates: et eum non lesurum. Sic ei prius reuelauerat ei dominus: vt patet in precedenti capitulo: dicens. Num celare potero Abraham que gesturus sum? cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam: et benedicende sint in eo omnes nationes terre. Et post pauca. Dixitque dominus ad abraham. Clamor sodomorum et go. multiplicatus est: et peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam et videbo etc. Insuper fuerat sibi reuelatum a domino quod sara vxor sua deberet sibi parere filium: qui appellandus erat Ysaac: vt patet supra. xvij. ca. Cum ergo tempore dicte subuersionis nondum natus esset isaac: quis in vtero matris conceptus: consequens est dicere quod Abraham habens secum vxorem pregnantem non timuerit ad aspectum dicte subuersionis quasi inde aliquid passurus. Denique ipse optime nouerat causam dicte subuersionis: a qua se omnino immunem sentiebat: ideo etc.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbum: Recordatus est deus Abrahe/et liberauit Loth etc. scilicet meritis ipsius abrahe: vt dicit glo. ordi. Et tamen eidem Loth dictum est prius per angelum in persona domini: videlicet sub quarta clausula huius. Non potero facere quicque donec ingrediaris illuc: scilicet in paruam ciuitate cui nomen segor. Item Sapien. vj. et. ij. Petr. ij. vocatur iustus. Ergo videtur quod ipse fuerit saluatus ab incendio sodome propriis meritis: et non meritis auunculi sui abrahe. Responsio. liberatus est tam meritis propriis quam meritis abrahe. Et forte non suffecissent illi merita propria vt liberaretur a temporali pena incendij: de qua in presenti est questio. Unde de eo dicit glo. ordi. quod iustus erat: sed non sicut abraham/scilicet comparatione sodomorum: tum quia vnum verum deum colebat: quod non illi: tum quia quamuis inter eos habitauerit: nunquam tamen potuit flecti ad simile scelus cum illis. Credibile est autem vt dicit de palu. Abraham statim viso incendio celeres destinasse nuncios ad sciendum statum nepotis sui: cui forte eius liberatio fuerat reuelata: quia sicut dicitur. j. ad Timothe. v. Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet/fidem negauit: et est infi. de.

¶ Moraliter et primo Abraham est quilibet homo: qui mane consurgit quando primum incipit in eo vigere vsus rationis: et tunc debet respicere sodomam et gomorram. i. apud se considerare/si etas et ratio patiantur: qualiter dominus olim puniuit malos angelos propter superbiam suam: primos parentes propter gulam: vniuersum mundum octo exceptis personis propter luxuriam/tempore diluuij: sodomitas propter turpitudinem suam: et huiusmodi. Et hec consideratio siue intuitus spiritualis multum proderit illi siue ad malum vitandum: siue ad bonum prosequendum: iuxta il-

lud Prouerbi.xix. Pestilente flagellato stult⁹ sapiẽtior erit. Dicit etiam poeta Cato. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Dicit denique lex imperialis. C. ad legem Iuliã repetũdarum: in principio dicte rubrice: q pena vnius est multorum metus. Et idem dicitur institutis de exceptionibus. §. hodie autem. in fi.

¶ Moraliter ꝛ secundo Abrahã est quilibet homo, vt dictũ est: qui mane consurgẽs, id est ad rationis ꝛ luminis naturalis capacitatẽ perueniens: debet iuxta facultatẽ suã oculo mentis intueri fauillam. i. scintillam ascendentem de terra quasi fornacis fumum: per qđ intelligitur cõsideratio penarum fornacis infernalis: que quidem consideratio multũ vtilis est: eo q hominẽ retrahit a peccato ꝛ a delectationibus presentis seculi. Unde ps. In meditatione mea exardescet ignis. Et alibi. Descendant in infernum viuentes. Illi quippe descendunt in infernum viuentes: qui in presenti contemplantur q̃ mirabiles sint pene fornacis inferni: vt sic saltẽ timore resiliãt a peccato: ne post mortẽ illic realiter descendant ibi perpetuo cruciandi. Orandus est ergo de⁹ vt dicta fauilla fornacis inferni ascendat sursum vsque ad corda nostra per meditationẽ ꝛ terroris cõcussionem: vt sic resilientes a peccato non contingat tãdem nos ab ea inuolui, ꝛ perpetuo cruciari.

¶ Moraliter ꝛ tertio iuxta illud: recordatus est dominus Abrahe: ꝛ liberauit Loth ꝛc. per Loth denotatur q̃tũ prosit oratio iusti apud deum: nedum pro se: verum etiam pro alio: iuxta illud Iaco. v. Multum valet apud deum oratio iusti assidua. Et nota q dicit, assidua: quia non est satis orare dominũ semel aut bis: sed assidue orandus est: iuxta illud. j. ad Thes. v. Sine intermissione orate. Quantum autem valeat oratio iusti pro alio facta: nedũ innotescit per presentem historiam: verũ etiam per orationem quã fecit Moyses ꝑ populo, a quo auertit iram dei. Nã vt legit Exo. xxxij. cum dñs diceret Moysi: Dimitte me vt irascatur furor meus contra populũ istũ: ꝛ Moyses instantius oraret eũ dicens. Cur domine irascitur furor tuus cõtra populũ tuũ quem eduxisti de terra egypti ꝛc. tãdem placatus est dominus ne faceret malũ quod locutus fuerat aduersus populum suum. Patet ergo intentum.

¶ Allegorice ꝛ primo abrahã est xp̃us: qui ad literam mane surrexit. s. de sepulcro: stetitque vbi steterat prius: scʒ resumendo eandẽ vitam naturalẽ quã prius habuerat: quamuis non eodem modo: qꝛ resurrexit ad vitam immortalẽ ꝛ gloriosam: qui prius fuerat mortalis ꝛ passibilis. Tunc autem intuit⁹ est sodomam ꝛ gomorrã: per quas designantur impij iudei qui prius ꝓcurauerãt apud pilatũ ei⁹ mortẽ. Ut etiã intelliguntur custodes sepulcri: pręcauentes ne ipse

mortuis resurgeret. Hos ergo intuit⁹ est p angelū apientē sepulcrū: cum iam ipse dn̄s a mortuis resurrexisset. Cui⁹ intuit⁹ dictos custodes adeo perterruit q facti sunt velut mortui: vt legit Matt.xxviij. Un̄ bn̄ ad ppositū loquit ps. in psona ipsius xpi dicēs. Ego dormiui z sopozat⁹ sum: scʒ de scēdo per mortē in sepulcro: z exurrexi: scʒ tertia die: qz dn̄s supple pater suscepit me.i.auxiliat⁹ est me. Et ideo nō time bo milia ppli circūdantis me .i. resurrectionē meā impedire volentis.

¶ Allegorice z scdo possum⁹ ista referre ad finale iudiciū: in q intuebit ille iudex viuorū z mortuorū iesus xp̄s sodomā z gomorrā cū adiacēti regiōe .i. multitudinē reproborū a sinistris ei⁹ astātium. Sz qbus oculis ituebit eos? Certe terribilib⁹ oculis: ita vt de eo dicere tūc possit qlibet reprob⁹ illud Job.xvj. Hostis me⁹ terribilib⁹ oculis intuit⁹ est me. Et bn̄ dr. Hostis meus: qz ipse xp̄s in die iudicij ondet se hostē formalē ꝯ reprobos. Unde Aug. ad fratres in eremo ser. lvij. Cōsideremus inquit fratres qualis terror in die illo erit cū dn̄s de celo ad iudicādū venerit. O qlis metus erit deū iratum videre: ad cui⁹ aduētū vniuersa elemēta quatiētur: z celū cū terra contremiscet: virtutesq celorū cōmouebūt. Hec ille. Sz qd est q abrahā vidit fauillā qsi fumū fornacis? nisi q in die iudicij fornax iferni patebit apta reprobis ad suscipiēdū z deuorādū eos. Un̄ Ansel. in suis meditationib⁹ dicit q reprobi in die iudicij videbūt desuper indicem iratū: subtus vero patens horridū chaos inferni.

¶ Quod aūt sequit: Cū enim subuerteret dn̄s ciuitates zc. referendū est ad ignem conflagrationis quo exibit mundus. Tūc ergo qui reperient viui: dicto igne exibūt: z tūc recordabitur dn̄s Abrahe: z liberabit Loth de subuersione sodome. Et est sensus qtū facit ad propositū: q tunc multi liberabunt a subuersione sodome .i. a periculo eterne dānationis meritis z precibus abrahe .i. sanctorū dei: qui tūc intercedent pro sibi deuotis famulis: iuxta illud ps. Cū occideret eos: querebāt eū: z reuertebant: scʒ per penitētiā: z diluculo .i. i ipa hora iudicij: qd fm aliqs fiet diluculo .i. mane iux illd ps. In matutino iterficiebā oēs pctōres tre: vt disperderē de ciuitate dn̄i .i. de pn̄ti mūdo: oēs opantes iniqtatē.

¶ Absit aūt vt pdicta vba referam⁹ ad ipam iudicij horā: qz tūc ppt merita Abrahe nō liberabit Loth dn̄s de subuersione sodome .i. tūc null⁹ mal⁹ liberabit a dānatione eterna ppt merita qrūcūq sctōꝝ: vt pz ex vbis Hiero. put recitat xiij.q.ij.i pn̄ti. ita dicētis. In pn̄ti seculo scim⁹ siue orōnib⁹ siue ɔsilijs iuicē posse nos adiuuari. Cū aūt an̄ tribunal xpi venerim⁹: nec iob: nec daniel: nec noe rogare posse p qcūq sʒ vnūquēq portare on⁹ suū. Uerum hoc de impenitentib⁹ accipiendū est: de quibus pro-

pheta. Nō dabit deo placatio-nem suā: nec preciū redēptio-nis aīe sue: et ideo frater non redimiet eū: sed laborabit in e-ternum. i. puniet eternaliter: vt dicit glos. et viuet: supple in tormentis: vsq in finē. i. perpe tuo et absq fine. Illi ergo er-rāt manifeste qui dicūt aliqs malos misericordiā cōsecutu-ros in die iudicij precib9 et me ritis aliquorū sanctorū. Et ho rum errorē reprobat Aug. lib. xxj. de ci. dei. c. xxiij. per illud dñi verbū Mat. xxv. quod pro-nunciaturus est aduersus ma-los in die iudicij: Discedite a me maledicti in ignē eternū. Silr eundē errorem reprobat Grego. li. xxxiiij. mora. c. xj. vbi inter cetera dicit q si qñq fi-niēda sūt supplicia reproboz, qñq etiā finiēda sunt gaudia beatorū. Cū g istud nō admitta-tatur, nec silr illd admitti dz. Uide ibi pulchra ad ppositū.

¶ Anagogice. Abraham desi gnat vnūquemq angelū bonū et sanctum, qui tunc mane con surrexit quando cepit habere notitiam matutinam de reb9, scilicet videndo eas in verbo: et tunc stetit vbi prius: scilicet in statu gratie. Tunc etiā in-tuitus est sodomā et gomorrā: qd referendum est ad ruinam et perditionem malorū ange-lorum: quā nō solum cognouit notitia vespertina. i. in pprio genere priusq assumeret ad vi sionē diuine essentie: verūetiā post: maxie cū in verbo videā-tur preterita, presentia, et fu-tura. Qd autē subdit: Uiditq ascendentē fauillam de terra quasi fumū fornacis: referen-dum est ad penas et supplicia malignorū spirituum: que non sunt incognita angelo bono. Super quibus tamē nō trista-tur, sed potius letatur, in hoc approbās iustum dei iudiciū. psal. Letabitur iustus: scilicet angelus bonus: cū viderit vin dictam: supple fieri a iusto iu-dice deo de angelis malis. Qd autem subditur: Cum em sub-uerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus est abrahe, et liberauit Loth etc. referendum est ad ruinam an-gelorum malorū: quos perden do dominus et in abyssum deij-ciendo: simul et semel, quinim-mo etiam ab eterno, precogno uit aduentum filij sui, in mun-dum: cuius etiā meritum ac-ceptauit ad liberationē Loth de subuersione sodome: id est ad preseruationē electorū ne subuerterētur cū reprobis in abyssum: in quo patet vtilitas et fructus dñice incarnatiōis et passiōis: sine qua nūq loth preseruatus fuisset de subuer-sione sodome: qd est dicere q nullus electus fuisset ad vitā eternā, aut pseruat9 ab eterna dānatiōe nisi pmū fuisset pnuī sum meritū xpi venturi: et hoc lege stāte: quia de potētia dei absoluta aliter fieri poterat.

¶ Octaua clausula.

¶ Ascenditq Loth de segor: et mānsit in monte: due quoq filie eius cū eo. Timue-rat enim manere in segor. Et mansit in spelunca ipse, et duo filie eius cum eo.

¶ Postq in pcedenti clausula egit moyses de scdo cōseqnte

subuersionē sodome: scз de respectu Abrahe sup sodomā et gomorrā cū incenderentur: ꝛ similiter egit de liberatione Loth de predicta subuersiōe: hic consequēter agit de tertio consequēte: scз de fuga Loth de ciuitate segor: ꝛ ascensu illius in montē: quē ꝯcomitate sunt inseparabiliter due filie ei⁹. Refert ergo moyses qualiter Loth videns quatuor ciuitates subuersas que erant in valle / timuit etiā ne segor in qua erat: ꝛ que erat situata in eadem valle cū predictis: similiter ꝛ cito subuerteretur. Ob quā causam exiuit inde. Quo egresso / statim subuersa est dicta ciuitas: q̄ ꝑpter eū fuerat ad tēp⁹ preseruata ab incēdio. Ipse autē ascēdit inde in montem / ꝛ ibi habitauit. Dicunt tamen aliqui postillatores ꝙ iste mons non fuit ille de quo sibi prius fuerat dictū a dño. In monte saluum te fac. ꝛ de quo se excusauerat dicens: Nō possum in monte saluari: ne forte apprehēdat me malum / ꝛ moriar. Nā vt dictū est pri⁹ / mōs ille primus erat situat⁹ iuxta vallē que subuersa est: de quo timuit ne destructa valle ꝛ ciuitatib⁹ illius simılit' periret dictus mons: ꝑpter qd̄ noluit illuc ascendere. De alio autē monte de quo hic fit mētio / nō fecit difficultatē illuc ascēdendi cū recessit de segor / quā videbat subesse periculo obruēti incendij: sicut eo exeunte inde statim factū est. Sed sustinēdo ꝙ fuerit vnus et idem mons: potest dici ꝙ Loth primo fecit difficultatem illic ascēdendi: etiā ad verbū angeli: qui tamē postea ꝓpria sponte illic ascendit: eo ꝙ timebat vlterius manere in segor ꝑpter frequentē terremotū quo grauiter concutiebat. Timuit ergo ne ciuitas cito subuerteretur sicut ꝛ alie / ꝛ ipse pariter cum ea absorberetur.

Circa hunc textū possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū. Utrū Loth peccauerit relinquendo segor / ꝛ in montē ascēdendo? Uidetur ꝙ nō: qꝛ angelus non precepat ei vt maneret in predicta segor: sed tantū annuit petitioni sue. Sic em̄ ipē petierat se excusādo ab ascēsu montis. Responsio. Hierony. dicit ꝙ ipse peccauit: nō qꝛ inde exiuit: sed qꝛ ibi manere timuit / quasi dubitans de verbo angeli: siue dñi: qui dixerat ei ꝙ poterat ibi saluari. Ipse autē nō debuit facere difficultatē de verbo dñi / siue post verbum illius. Excusatur nihilominus a tanto ratione ꝑturbationis in qua erat: tum de subuersione quatuor ciuitatū: tum de versione vxoris sue in statuā salis: tum de terremotu quē quasi assidue patiebat' ꝑdicta segor.

¶ Secūdum dubiū: quomodo Loth presumpsit ꝓprio motu montē ascendere absq; ꝓuisione victualiū? Uidebat' em̄ in hoc quodāmodo tētare deū: ꝛ per cōsequens peccasse. Respōsio. I hoc fctō nō tētauit deū: sed in necessitate siue periculo mortis secūdum suū iudiciū constitutus cōsuluit vite proprie ꝛ filiarū suaꝝ ꝗtū ꝛ secūdum ꝙ potuit: scilз ascēdendo

in monte. Insup verisimiliter opinari poterat q i dicto mōte iueniret vite necessaria/ sal tem fructus arborū: aut herbas siue radices earū / & maxime cū sibi iam dictū fuisset a dño vt illic ascēderet. Ceterū dici potest q in tanta pturbatione cōstitutus nō cogitabat nisi de fine: sc3 de cōseruatione vite sue & filiarū suarū: & nō de medijs ad dictū finē. Pōt insup dici q secū tulit puisionem aliquā & ad tēpus: sperās a dño meliorē. Pro quo facit q in dicto monte bibit vinum vsq ad ebrietatē: vt dicet in sequenti clausula.

¶ Tertiū dubiū: quomodo habitatores ciuitatis segor sentientes terremotum ciuitatis sue: nō recesserunt cū eo: vt in mōte salui fierent? Potest ad hoc dici q sicut generi ipsius credebant q ludens loqueretur cū moneret eos ad simul exeundū de sodomis cū eo: vt dictum est sub tertia clausula precedenti: pter qd mortui sunt cū alijs: ita in proposito possibile est q ipse monuerit habitatores dicte segor ad exeundū cū eo: & q visus est eis quasi ludens loqui. Existimabāt enim se simpliciter euasisse subuersionis periculum: eo q cū alijs nō fuissēt subuersi: nō intelligētes q ad horā pepercisset illis dñs pter presentiam sancti Loth. In cui9 rei signū eo exeūte subuersi sunt. Et hoc est qd pri9 dixerat ipsi Loth dñs. Festina & salua re in segor: qr nō potero facere qcq donec ingrediaris illuc.

¶ Quartū dubiū: q̄to tēpore manserit Loth in segor. Dicēdum q de hoc nihil dicit scriptura. Nihilominus possumus opinari q satis breui tēpore. Nō enim diu potuit diuina ira sustinere iniquitates habitantiū in dicta ciuitate: sed sicut permisit deus q loth illuc ad tēpus se saluaret / ita eundem inspirauit inde cito recedere: vt vlcisceret se de inimicis suis.

¶ Quintū dubiū est de eisdem habitatorib9 segor: de quibus querit quō nō se emēdauerūt siue correxerūt cū viderūt vicinas ciuitates miserabiliter subuersas pter iniquitates suas: & signanter pter nephādum peccatū cōtra naturam. Non enim tanta plaga poterat eos latere. insuper sentiebāt sub pedibus suis quasi ↄtinuū terremotū. Deniq verisimile est q loth monuerit eos ad penitētiā: p q̄ nihil fecerūt. Qō aūt se nō correxerit / pt3 p subsequentē subuersionē: qr segor tandē periit: sicut & alie q̄tuor ciuitates. Vñ sic dicit textus. Cū subuerteret dñs ciuitates regionis illius: recordatus est abrahe. i. merito2 ei9: & liberauit loth de subuersione vrbiū in quib9 habitauerat. Habitauerat autē in segor. ergo etiā segor subuersa est. Posset tñ dici q ibi ponit pluralis numer9 p singulari / cū dr vrbiū. i. vrbis pricipalis / q̄ dicebat sodoma. Hinc etiā canit eccl'ia dicens: Recordatus est de9 abrahā: & liberauit loth de subuersione sodome. Quicqd tñ sit: certū est ciuitatē p̄dictā post alias perisse igne & sulphure. Cū ergo q̄rit de habitatorib9

¶ Queritur tertio. Utrū sibi licuerit facere tam grāde cōuiuiū pro tā modica causa / scilicet ꝓpter ablactationē filij sui. Uidetur ꝙ non: qꝛ hoc magis pertinebat ad prodigalitatem ꝙ̄ ad liberalitatē siue magnificentiam. Dicendū ꝙ quicquid in hoc fecit / bene et laudabiliter fecit. Cū enim esset diues / vt ꝓbatū est: debuit tēpore ⁊ loco se ostēdere magnificum. Unde ad tam magnificum cōuiuiū celebrādum tria eum inducere poterant. Primum quidē gratiarū actio apud dn̄z / qui dignatus fuerat illi seni prolem dare / etiā ꝯtra nature cursum / vtpote ex matre sterili ⁊ nonagenaria. Secundū / alia gratiarū actio super remissione originalis peccati ipius Isaac. Que etsi iam diu facta fuisset / vz in die circuncisionis ipsius: distulit tamen pater vsqꝫ ad ablactationem illius hmōi celebrare conuiuium: vt ꝓ vtroqꝫ mysterio vnicum faceret cōuiuium: forsan parcēs expēsis / vt haberet vnde abundantius paupes peregrinos sustentaret. Tertiū inductiuū fuit gaudiū quod habuit de christo venturo: cuius aduentum cognouit in spiritu ꝓphetico per filiū suum: tum quia vterqꝫ diuinitus prenunciatus: tum qꝛ vterqꝫ miraculose cōceptus ⁊ natus: tū quia vterqꝫ sanctus. Bene ergo ad propositum dicebat Christus Joan. viij. Abraham vidit diē meum: vidit / ⁊ gauisus est. Nō ergo absqꝫ causa fecit Abrahā tam grande conuiuium in die ablactationis filij sui Isaac.

¶ Moraliter ⁊ primo: tūc crescit puer ⁊ ablactatur quādo paruulus relictis infantilibus leuitatibus incipit maturescere / et se dedicare dn̄o. Quod quidem factum laudat ꝓpheta hieremias in suis Threnis iij. ca. dicēs: Bonū est viro cū portauerit iugum dn̄i ab adolescētia sua. Super quo facto debet pater facere cōuiuium magnum. i. spiritualiter gaudere in dn̄o / gratias illi de tā to beneficio referēs / atqꝫ illū

deprecans vt quod incepit in paruulo suo ipse perficiat. Ad talem aūt ablactationem mul tum confert bona ⁊ laudabilis parentum educatio. Propter quod dicit Hier.iij.parte epi. suarum epistola.xxv. ad saluinam scribēs non esse parui apud deum meriti bene filios educare.

¶ Moral'r ⁊ secūdo/conformiter ad de Pal. Puer designat opus bonū/quod secundū profectum etatis debet crescere: ita vt de die in diem homo proficiat. Sed quid designat per ablactationē hui⁹ pueri? Certe lac/qḋ ē dulce/designat voluptates carnis:q̄ sunt illi dulces. Tunc ergo ablactatur homo/ cū caro separata a desiderijs suis mortificatur : vel cū homo separat se a delicijs ⁊ voluptatibus huius seculi:secundum ꝙ consulit Salomō Prouerbi.j.dicens: Fili mi si te lactauerit peccatores:ne acquiescas eis.si dixerint: Ueni nobiscum / insidiemur sanguini / abscondamus tendiculas contra insontem ⁊c. fili mi ne ambules cum eis ⁊c.

¶ Moral'r ⁊ tertio/ conformiter ad venerabilē bedā/ Isaac qui p̄mo lactatus est a matre: deide ablactatus:in qua ablactatione pater abraham fecit grande conuiuiū:designat profectum baptizatoꝝ/qui primo nutriendi sunt lacte simplicis doctrine: deide solido cibo pfecte sapientie : quod cedit in magnum gaudium patrū spiritualium/qñ quidē vident discipulos proficere in via morū ⁊ virtutū/sicut gauisus est Petrus in Marco / et Paulus in Timotheo/Tito/ Luca/ Barnaba/⁊ Dionysio. Et hoc ē qḋ loquitur Petrus in sua secunda cano.ij.cap.cum ait: Quasi modo geniti infantes rationabiles ⁊ sine dolo lac concupiscite:vt in eo crescatis in salutem cū gustaueritis ꝙ dulcis est dn̄s.

¶ Allegorice / puer est Christus. Puer em̄ dicit̄ quasi purus aer. Quis autē tam purus sicut xp̄s? qui pctm̄ nō fecit vllum:/nec inuentus est dolus in ore eius:vt dicit esaias: ⁊ post eū Petrus apl's. Iste puer creuit corpore sicut/⁊ ceteri pueri. Item creuit siue profecit sapientia ⁊ gratia apud deum ⁊ hoies:vt habetur Luc.ij. Apḋ deū quidē q̄tum ad illius honorē. Apud vero homines q̄tum ad eorū vtilitatē. Gregor. Proficiebat sapiētia ⁊ grā ⁊c. nō per accessum tēporis/quod non habebat accipiēdo:sed bona gratie que habebat/ceteris pandendo/ ad dei honorē siue laudem/⁊ hominū vtilitatem. Et ideo proficiebat apud deū et homines.i.deo ⁊ hominib⁹. Proficiebat etiā in subditis/ qui per eius doctrinam proficiebant/qui ex hoc tanto amplius excitabātur ad dei laudes: quod ad ipsius honorem erat:et ita proficiebat deo: id est ad honorem dei. Iste puer primo lactatus est/ quando q̄dem inter iudeos est cōuersatus. Postea autem ablactat⁹/ qñ transiuit per gratiā suā ad gentes. Et tunc deus pater/ q̄ per abrahā figurat/ fecit grāde conuiuiū toti ecclesie triū

phātī.i.sanctis angelis. Unde audita est vox angelorum dicentium. Transeamus ab his sedibus.

¶ Anagogice. Abraham q̄ fecit grande cōuiuiū in die ablactationis filij sui Isaac/nō autem in die natiuitatis aut circūcisionis ipsi⁹: significat deū patrem/qui nō facit magnum conuiuiū de filijs suis quando nascūtur in presenti: eo ꝙ nascuntur ad laborē: vt habetur Job.v. Nec similiter quando circunciduntur per pn̄iam: q2 penitētia fit cū dolore de peccatis. Unde penitere/est penā tenere. Et breuiter in presenti non est gaudendū: sed poti⁹ lugendū. Et per oppositū in celesti gloria nō est lugendū: sed potius gaudēdū. Hoc autem innuit Salom̄. Eccles.iij. cum ait: Omnia tēpus habent. Tēpus flēdi: & tempus ridēdi. Et Christus Mat.v. Beati qui lugent/quoniam ipsi cōsolabuntur. In celesti autē gloria qn̄ admittentur electi ad mēsam patris celestis/ tunc fiet perfecta ablactatio.i.perfecta ablatio totius imperfectionis tam ex parte anime ꝙ̄ corporis: et hoc in generali resurrectiōe. Tunc etiā fiet magnum cōuiuium omnib⁹ electis: non quidem ad horam siue ad tēpus: sed perpetuo duraturū. Nam tunc omnes electi gaudiū & leticiam obtinebūt: fugietq̄ dolor et gemitus ab eis: vt habet̄ Esaie.lj. Et nota ꝙ dicta ablactatio necessario fiet an̄ igressum celi: siue priusꝙ̄ electi sedeant ad mensam patris celestis. In cuius figurā Samuel prius fuit ablactat⁹ ꝙ̄ portaretur ad templū/ vt legitur.j. Reg.j. Sic nullus intrabit tēplum celi ad videndū deū nisi sit totaliter ablactatus.i. a voluptate separatus. Copia em̄ lactis impedit visum. Et hinc est ꝙ catuli nascuntur non videntes/ scilicet propter abundantiam lactis q̄ educati sunt in vtero matris. Sic illi qui voluptuose viuunt in presenti/nō nisi difficulter videbunt gloriam dei in futuro. Qui ergo cupiunt videre deum in celos debent primo seipsos ablactare ī presenti/ fugiēdo delicias carnis/ et voluptates presentis seculi.

¶ Tertia clausula.

¶ Cūq̄ vidisset Sara filium Agar Egyptie ludētem cum Isaac filio suo/ dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc/et filium eius. Non enim erit heres filius ācille cum filio meo Isaac. Dure accepit hoc abraham pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperum super puero/et super ancilla tua. Omnia que dixerit tibi Sara/audi vocē eius: quia in isaac vocabitur tibi semen. Sed et filium ancille faciam in gētem magnam: quia semen tuum est.

¶ Historialr. Postq̄ in precedenti clausula exim:us ꝓpheta dn̄i moyses egit de ablactatione Isaac triēnalis/& de ꝯuiuio magno qd̄ factū est ob dictam causam: hic consequenter agit de eiectione agar ancille Abrahe/ et Ismahelis

filij eius de domo ipsius abrahe: et hoc totũ ad instantiã Sare vxoris eiusdẽ Abrahe. Refert ergo sctũs moyses ꝙ cum quadam die sara vidisset filiũ Agar egyptie ludentẽ ꝛc. Dicunt aliqui ꝙ Ismahel ꝗ erat antiquior et fortior/ludẽdo/ siue vt alij dicũt luctando cum isaac/ipsum ledebat. Quod cũ innotuisset Sare/ displicuit illi talis ludus. Propter quam causam procurauit apud virũ suum Abraham filij/et matris eiectionem. Hebrei tamen exponunt hunc terminum ludẽtem/ vt idẽ significet ꝙ idolatrantem. Dicunt enim ipsi hebrei ꝙ hec dictio Messabeth hebraica que idem sonat sicut ludẽs latine: est equoca: quia significat ludentẽ/ idolatrantem/ occidentem/ et coeuntem siue lasciuiẽtem. Unde/ Exodi xxxj. vbi nos habem⁹: sedit populus manducare et bibere/ et surrexerunt ludere: Hebrei dicunt idolatrare. Itẽ. ij. Regũ ij. vbi nos habemus: Surgant pueri et ludant: Hebrei habẽt et occidãt. Et infra. xxv. vbi habemus: Uidit abimelech isaac iocantẽ cũ rebecca vxore sua: hebrei dicũt coeuntem. Et in omnibus passibus illis allegatis est si͂le hebraicum ꝑdicte dictioni messabeth. Et sic ptꝫ equiuocatio predicti noĩs/ secundũ hebreos. Et sententia ꝑdictorum passuum ostendit varietatem predictorũ sensuum/ saltem apparentẽ/ quã equiuocationẽ (inꝗt de lyra) videtur ignorasse translator/ vel eã nõ reputasse: qꝛ vbiꝙ transtulit in vna significatione/ scꝫ prout importat ludũ. Dicunt igitur Hebrei ꝙ predicta dictio messabeth/ accipitur hic in triplici significatiõe: quia Sara vidit ismahelem facientẽ aliqua que pertinebãt ad idolatriã. Item percepit ꝙ querebat occidere caute Isaac fratrẽ suũ vt haberet hereditatẽ. Unde et aplꝰ ad Gal. iiij. dicit ꝙ is ꝗ erat secundũ carnẽ natus/ ꝑsequebatur eum ꝗ secundũ spiritum/ scꝫ Isaac. Itẽ percepit ꝙ erat pronus ad luxuriã. Timens ergo Sara ne ille ad similia induceret filiũ suũ isaac/ laborauit apud virũ suũ abraham vt ille expelleretur de domo vna cũ matre sua agar: dicens ei: Eijce ancillã et filium eius. Fecit autẽ mẽtionem de matre: quia filius nõ poterat conueniẽter expelli absꝙ matre. Cũꝙ hoc dure accepisset Abraham/ eo ꝙ paterno amore diligeret ismahelem / ait ei dñs: Non tibi videatur asperũ super puerũ tuum/ et ancillam tuam: sed ꝗcquid tibi dixerit Sara/ facito: qꝛ in Isaac vocabitur ꝛc. Hoc aũt verbũ dixit dñs Abrahe ad illius consolationem: per qꝺ voluit innuere ꝙ solus Isaac deberet esse heres ipsius.

Super hunc textũ mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igiꝶ dubiũ. Cur Sara tantũ instabat apud virum suũ pro eiectione Ismahelis? Responsio. Preter rõnes ꝑus assignatas/ Petrus come. assignat alias duas. Prima est: qꝛ illa intellexit in ludo futuram persecutionẽ/ scꝫ ꝙ patre mortuo maior vellet dñari minori.

Unde Josephus sup hoc passu sic ait: Sara natum de ancilla Agar primitus diligebat Ismahel/ nihil in eo facinorosi inueniens. Quē vtiq3 quasi proprium filiū ꝛ pncipatus nutriebat heredem. Isaac aūt filio pcreato nō dignabat eum cū Ismahel nutrire/ cū senior esset/ eūq3 posset opprimere mortuo patre. Suadebat ergo Abrahe vt eū in aliam regionem cum matre transmitteret. hec ille. Secūda ratio/ ꝛ que aliq̄ tulū tacta fuit/ est q2 cogebat fratrem suū Isaac adorare luteas imagines quas faciebat: etiā ledendo eū in corpore ppter hanc causam. Uerisimile est autē q̄ de hoc non tacebat paruulus Isaac: sed iniuriam q̄nq3 ad matrem more puerorum referebat: ꝛ ex hoc inflāmabatur Sara aduersus eum.

¶ Scdz dubiū: quō hic precipiat dn̄s Abrahe audire vocē vxoris sue. i. facere q̄ illa dixerit: cū tn̄ in pncipio mūdi reprehēderit adā de eo q̄ audisset vocē vxoꝛ sue: vt p3 s. iij. c. Cur ergo tā varie? R̄nsio. Sara hic locuta ē ex inspiratione diuīa/ vel exteriori reuelatione. Eua vero locuta est suggestione diabolica ī specie serpētis. Et ideo lata est differētia inter vtrāq3. Regulariter autem nō expedit viro in oib⁹ audire. i. exaudire vocem vxoris sue: tū quia fragilis est/ nec cōmuniter dotata tanta ratione sicut vir/ tū q2 sic posset de facili supbire: ꝛ viꝛū suū cōtēnere. Propter qđ Sapiēs Eccli. xxv. ait: Mulier si primatū habeat: contraria est viro suo.

¶ Tertium dubium oritur ex precedētis solutione. Dictum est enim q̄ Sara locuta est ex diuina inspiratione: aut exteriori reuelatione. Ex quo ergo sic erat: vir ei⁹ ergo nō debuit dure accipere verbum illius. R̄nsio. prima fronte non constitit abrahe q̄ diuinitus illuminata loquereē: quinimmo ipsa primo dixit predicta verba muliebri animo. Unde Aug. in glo. Per Saram indē nesciētē prophetatū est sicut per caipham. Jo. xj. Ipsa eñ mota fuit muliebri animo ppter ancille sue supbiā: ꝛ tunc forte prorupit ī illa verba. Ejice ancillā ꝛ filiū ꝛc. Abrahā etiā tūc forte pr̄no affectu cōmotus dure accepit. Postea vero sara fuit mota a spū sancto ad replicādū predicta verba: eijce ancillam ꝛc. Et tunc simul reuelatū fuit abrahe vt audiret vocē eius. Unde dicit Augu. q̄ forte prius ambo nescierunt quid dicerent.

¶ Moraliter ꝛ primo sicut sara priusq3 haberet prolē diligebat ismahelē/ vt dictū est a Josepho: quē nato ei filio psecuta est: ꝛ eius eiectionem de domo apud virū suū curauit: quod tn̄ ille dure accepit: ita et modo sepe contingit vt si vir secundam accipiat vxorē: illa forsan simulabit se diligere natos eius quos genuit de prima vxore. Sed postq̄ illa venerit ad plem pprīā: tūc obliuiscetur priorū: vel forsan persequet/ multa illis iponēs. Hoc autem considerans pius pater lamētatur in corde suo moleste ferens q̄ pro pace ha-

benda cum vxore oporteat eu eijcere priores natos: qui hac occasiõe fortassis penuriã mul tam patiẽtur. Alij autẽ virili animo contradicunt vxoribus suis: quibus ꝛ duri sunt ꝑpter duritiam earũ ad priores na= tos eorum: quo fit vt in discor= dia et amaritudine cõuiuant. Secũda igitur vxor si velit di ligi a marito/ diligat opus est priores natos illius.

¶ Moraliter ꝛ secundo. Abra ham pater ismahelis ꝛ Isaac/ designat vnũquẽqꝫ bonũ pre= latum/ ꝗ cõmuniter habet duo gñã filiorꝫ spiritualiũ in domo sua.i.in ecclesia vel ĩ claustro. Primi sunt boni ꝛ obedientes more Isaac: quos illi quasi mi raculose genuit diuia gratia. Secundi sunt mali ꝛ peccato= res instar Ismahelis: quos illi genuit ãcilla sua.i.simonia vel ambitio/ siue iniqtas/ aut car= nalis et terrena affectio. Sed reuera inter ista duo genera filiorum semper solent esse iur gia: eo ꝙ Ismahel qui signifi= cat malos dyscolos et peruer= sos: per discordiam/ contradi= ctionem/ detractionem/ ꝛ in= uidiam persequitur Isaac fra trem suum/ id est bonos ꝛ sim= plices / quasi in omnibus vo= luntati eorum se opponẽdo. Et de talibꝰ aperte loquitur apl's j.Thessal.ij. dicens: Deum nõ amant: ꝛ cunctis hominibꝰ ad= uersantur. Hinc etiã Sapiens Eccli.xxiij.ait. Cõtra bonum malũ est: ꝛ contra vitam mors: sic ꝛ contra virum iustum pec= cator. Recte etiam tales desi= gnantur per Ismahelem: de quo dictum est supra.xvj.cap. ꝙ e regione id est ex opposi= to fratrum suorũ debet figere tabernacula. Item ꝙ manus eiꝰ esset cõtra oẽs: ꝛ manꝰ om niũ cõtra eum. Sed nouerint tales ꝙ non debent esse here= des in ecclesia nec quantũ ad beneficia possidenda: nec quã= tum ad officia spũalia. Tales ergo debet abraham.i. bonus prelatus egregie punire: ꝛ du re reprehendere. Quod si sen= serit eos incorrigibiles: debet eos per excõmunicationem si= ue per corporalem separatio= nẽ (si cõmode fieri potest) cũ rubore de ecclesia siue clau= stro eijcere: vna cum m̃re sua simonia: vel pertinacia ꝛ icor= rigibilitate: siue carnali affe= ctione: dicens illud Judic.xj. Heres in domo patris nostri esse non poteris: qꝛ de adulte= ra natus es. de adultera inqꝫ per malam vitam. Nihilominꝰ sicut Abrahã dure accepit ꝙ deberet eijcere ancillam et fi= lium eius: ita etiã bonus pre= latus debet per cõpassionem dure portare in corde suo ꝙ oporteat eum tã dure punire subditum: quãuis secundum rectam rationẽ ita facere co= gatur.

¶ Moraliter ꝛ tertio iste due mulieres: Sara libera: ꝛ agar ancilla: significant animam ꝛ carnem. Isaac autem filius li= bere: designat bona opera que ab anima vna cum gratia dei generantur. Ismahel au= tem filius ancille designat opera mala: que generantur a concupiscentia carnis. Tũc ergo Ismahel impugnat fra= trem suum Isaac: quando ca=

ro concupiscit aduersus spiritum. Isaac vero se defendit quando spiritus concupiscit aduersus carnem. Et breuiter pro presenti vita hi duo fratres sibi inuicem aduersantur scilicet opera carnis: ꝛ opera spūs: vt dixit Apost. ad Gal. v. Quale igitur remediū contra talem pugnā? Profecto more abrahe debet homo de domo sue conscientie eijcere quantocyus ancillam ꝛ filium ei⁹: reprimendo quātum fieri potest carnem et concupiscentias siue motus illius: qui dicuntur opera carnis. Alias si permittantur in domo cordis crescere: suffocabunt spiritum totius deuotionis: atq; tandē inducent mortem spiritualem et eternalem. Si vero eijciantur per debitā castigationē: viuet Isaac / id est spiritus: in presenti quidem per gratiā: ꝛ in futuro per gloriam. Et de istis duobus simul loquitur loquitur Apostol. ad Roman. viij. dicens. Si secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis / viuetis.

¶ Moraliter et quarto per istos duos filios Abrahe: quorū vnus semper mansit in domo patris tanquam heres illius: alter vero inde eiectus est: significantur iusti ꝛ pctōres: boni ꝛ mali: electi ꝛ reprobi: p̄destinati ꝛ p̄sciti: de quibus omnibus loquitur Apost. ad Rom. ix. dicens. Antequā aliquid boni vel mali egissent: dictum est. Jacob dilexi: esau autem odio habui. Boni ergo et deuoti Christiani qui per Isaac designātur / ꝛ qui sunt filij libere / id est matris ecclesie: habebūt hereditatem paternam / scilicet celum: ita vt quilibet deuot⁹ catholic⁹ possit recte in spe viuendo dicere illud psalm. In hereditate domini morabor: scilicet in celo post hanc vitam. Econtrario autem miseri peccatores qui per ismahelem designantur: ꝛ qui sunt filij ancille: indubie priuabuntur hereditate. Sed quis nouit inter quos tandem cōputandus sit? Certe nullus. Nam teste Salomone Ecclesiastes. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Et nota q̄ ibi loquitur salomon de odio reprobationis: ꝛ amore predestinationis. Merito ergo debem⁹ nobis timere: iuxta id quod scriptum est Prouerbiorum. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus.

¶ Moraliter ꝛ quīto p Isaac intelliguntur viri spirituales: per ismahelem vero designātur homines mundani et terrena sapientes. Quemadmodum ergo ismahel p̄sequebatur Isaac: ita et homines mūdani persequuntur spirituales: qui querunt deum et celestia: vocantes eos derisorie pauperes simplices: deridentes eorū bonā simplicitatē: iuxta illđ Job. xij. Deridet̄ iusti simplicitas. Sepe em̄ tales ismahelite aggrediūtur varijs processibus dictos simplices nunc in curia ecclesiastica: nūc in laicali. Contra quos sepe preualent: nunc astutijs: nunc nummis: et alijs modis:

et presertim si dicti simplices fuerũt pauperes. Propter qđ dicit Isidorus:ꝛ recitat.xj.q.iij.paup. Paup inqt dũ nõ hȝ qđ offerat in iudicio: nõ solũ audiri cõtẽnitur:sȝ etiã cõtra veritatem opprimit. Cito violatur auro iustitia: nullamqȝ reus pertimescit culpã quam redimere nummis existimat. ¶ Moraliter et sexto ismahel ferus homo cuius manus contra oẽs:ꝛ manus omniũ cõtra eũ:recte designat diabolum: qui est ferus ꝛ crudelis in tẽtando hoĩes:ita vt cõparetur leoni: iuxta illud.j. Petri.iij. Aduersari⁹ vester diabol⁹ tãꝗ̃ leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret. Isaac autẽ designat hoĩem iustũ sanctũ ꝛ bonum: quẽ persequtur toto posse dictus ismahel frater suus. Frater inqȝ quo ad beneficiũ creationis:qđ habet demon sicut ꝛ homo a deo. Ideo autẽ ipsum fratrẽ suum persequit vt impediat eum a successiõe hereditatis celestis:quam ipse diabolus libẽter occuparet si posset. Sed qꝛ malitia eius ꝛ obstinatio priuat eum predicta hereditate: ideo sola inuidia motus nititur dictũ fratrem suũ a perceptione illius impedire. Uel dic ꝙ Sara est diuina iustitia et ordinatio: que dicit ꝙ non erit filius ancille/id est diabolus: heres regni celestis cũ filio libere.i.cũ homine iusto: qui est filius ecclesie:que est libera:supple ab omni iniquitate.

¶ Allegorice et primo: Sara est beata Maria. Filius eius deuotus populus christianus Abraham dñs deus. Ismahel populus infidelis ꝛ heretic⁹: qui persequitur dure dictum populum fidelem:ꝛ deuotum eidem beate virgini. Hec igitur sanctissima sara nunc regnans in celis:ꝛ videns in verbo iniurias quas infert dict⁹ ismahel filio suo: deuoto scilȝ populo christiano: orat patrẽ celestem pro eo. Unde ꝛ simul videns perditionem futuram dicti ismahelis: et saluationem dicti Isaac:dicit ad abraham.i. deum patrem. Eijce id est eijcies finaliter: ancillã ꝛ filium eius.i.destrues omnẽ heresim ꝛ infidelitatem cum auctorib⁹ ꝛ sectatoribus suis. Quia nõ erit heres supple regni celestis fili⁹ ancille / id est populus infidelis:cũ filio libere.i.cum populo mihi matri nunc deuoto.

¶ Allegorice ꝛ secũdo duo filij Abrahe ex duabus vxorib⁹ ab eo geniti:designãt duo genera filiorum dei:qui sunt iudei ꝛ xp̄iani: qui prodeunt ex duobus testamẽtis: veteri scȝ ꝛ nouo :tanquã ex duabus matribus. Nam populus iudaic⁹ processit ex veteri testamẽto siue ex synagoga:que fuit tanꝗ̃ ancilla dei:qꝛ propter retributionem tẽporalem illi seruiebat. Popul⁹ vero xp̄ianus processit ex nouo testamento: siue ex ecclesia xp̄i sponsa:tãꝗ̃ ex libera. Ex eodem tamen patre processit vterqȝ fili⁹:scȝ a deo: qui p abrahã recte designat:qui pater multarũ gẽtium interpretatur. Sȝ quid est ꝙ sara dixit abrahe vt eijceret ancillam ꝛ filiũ ei⁹ꝛ Nũ-

quid per aduentũ noue legis euacuata est lex antiqua? Attēdat ergo ⁊ cōsideret lector ꝙ in antiqua lege erant tria genera preceptorũ. Nam quedam erāt moralia: quedā iudicialia: quedam cerimonialia. Prima manserũt cum euangelio: qḋ etiam approbat ea: vt pꝫ ibi Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata dei. Scḋa vero partim ablata sunt: ⁊ partim manserũt: secũdum ꝙ legislatoribus placuit: ⁊ visum est illis bonũ pro vtilitate et pace reipublice. Tertia aũt que tm̄ erāt figuralia/cessauerunt ꝗtũ ad vim obligandi adueniente veritate euangelica. Tũc enim erāt mortua cũ primum datum est euangelium. Postea vero scꝫ post sufficientē promulgationem euāgelij fuerunt mortifera: ⁊ signanter ponentibus spem in eis. Tũc ergo Sara .i. ecclesia xp̄iana xp̄i vera ⁊ vnica spōsa eiecit de domo sua ancillam ⁊ filiũ eius .i. synagogā cum obseruatoribus suis: iad sensum datum. Non enim erit heres celi filiꝰ ancille .i. populus iudaicꝰ obseruans legalia sua tāꝗ ad salutē necessaria: cũ filijs libere .i. cum deuotis xp̄ianis: qui per baptismũ regenerati sunt filij eccl'ie xp̄iane. Et hoc est qḋ loqtur apo. Gal.iiij. vbi cōcludens predictam historiā in sensu allegorico dicit. Itaque nos supple synceri xp̄iani/non sumus filij ancille .i. synagoge: sed libere .i. Christi sponse ecclesie. Qua libertate xp̄s nos liberauit scꝫ morte sua: cuius meritum nobis applicatur cum sacramenta ecclesie suscipimus.

¶ Allegorice ⁊ tertio Ismahel ē ppl's iudaicꝰ: Isaac ppl's xp̄ianus. Tũc ꝗ ismahel ludit cũ isaac: qñ populꝰ iudaicꝰ illudit populũ xp̄ianum de eo ꝙ adorat xp̄m crucifixum: et morte cōdenatum: deridendo ipsius xp̄i mortē ⁊ passionem: nō attendēs ꝙ sic olim fuerat prophetatũ. Sapiē.ij. Morte turpissima cōdēnemus eũ. Et ꝙ hec prophetia ad literā intelligatur de xp̄o: pꝫ ex textu precedenti: qui non potest ad literam aliter exponi nisi de xp̄o: saltem ab illo passu. Circũueniamus iustum ⁊c̄. Item de hoc alia ꝓphetia habetur: vcꝫ Esa.liij. Ubi per totũ capitulum ad literā describitur turpitudo ⁊ cōtumelia passionis eiusdē xp̄i. Turpitudo inꝗ ẜm iniquorũ iudeoꝝ estimationem: que tm̄ nobis xp̄ianis facta est maxima gloria laus ⁊ ⁊ honor: iuxta illud .j. ad Cor. j. Nos (inquit paulꝰ) predicamus xp̄m crucifixum: Iudeis quidē scandalũ: gentibus aũt stultitiā: ipsis aũt vocatis iudeis atꝗ grecis xp̄m dei virtutē: ⁊ dei sapiētiā: qꝛ qḋ stultum est dei: sapientiꝰ est hoībus: ⁊ qḋ īfirmũ est dei: fortiꝰ est hoībus. Sed stultam fecit deus sapientiā huiꝰ mundi: vt dicit paulo supra ibidem Paulus: et placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credētes. Itē ⁊ tertio ad idem ꝓpositum habetur alia prophetia Hiere.xi. vbi sic legitur in persona xp̄i. Ego ꝗsi agnus māsuetus qui portatur

ad victimā. Et nō cognoui.i.
ad modū nō cognoscēti me ha
bui: inquit xp̄s: qꝛ cogitauerūt:
supple ipij iudei: sup me ꝯsilia
dicētes. Mittam⁹ lignū in pa
nē eius: ꝛ eradamus eū de ter
ra viuētiū: ꝛ nomē ei⁹ nō me=
morek amplius. Ecce ꝗ quō i=
gnominia ꝛ turpitudo mortis
xp̄i fuit prius ad minus tripli=
cit̃ ꝓphetata. Insanit ergo is=
mahel.i. popul⁹ iudaicus: qui
ob hāc causam illudit ꝛ deri=
det Isaac.i. populū fidelē: nō
cōsiderās ꝙ opus fuit oīa im=
pleri que de xp̄o per ꝓphetas
olim scripta erāt. Nouerint ꝗ
dicti impij iudei irridētes fi=
dem ꝛ sacr̃a xp̄ianoꝝ: ꝙ in die
iudicij xp̄s iesus qui nūc habi
tat ī celis/irridebit eos: ꝛ dn̄s
quē tā ignominiose tractaue=
runt in p̄nti: subsannabit eos.
Ipse nēpe tunc loquek ad eos
in ira sua: ꝛ ī furore suo cōtur=
babit eos. Nec quidē mirū: qꝛ
tunc iudicabit in forma regis
q̄ pri⁹ iudicat⁹ fuit ī forma ser
ui. Et hoc ē qđ subdit ps̄. in ꝑ=
sona xp̄i loquēs: Ego aūt cōsti
tut⁹ sum rex ab eo: supple deo
p̄re: super siō mōtē sanctū ei⁹
.i. sup vniuersā ecclesiā mili=
tātē ꝛ triūphātē. Mat. xxviij.
Data est mihi oīs ptās in celo
ꝛ in terra. Sed q̄d est ꝙ Sara
vxor Abrahe moleste. tulit lu=
dū ismahelis filij agar cum fi=
lio suo Isaac? Nisi ꝙ ecclesia
xp̄i spōsa dure fert ꝙ impij iu=
dei vbi ꝛ qn̄ possunt illudunt
verbis ꝛ factis filios suos xp̄ia=
nos. Sed quale remediū? Cer
te optimū. Expediret nēpe sa
tis si auaritia principū xp̄ia=
norum qui a iudeis habitanti
bus in terris suis percipiunt
maxima tributa: pateretur vt
de vniuersis terris xp̄ianorū
expellerenk: sicut olim factū
est per totū regnū francie: et
nup per hispaniam. Propt̃ qđ
rex francie vocak christianis=
simus: ꝛ rex hispaniarū catho
licus appellak. Donet dn̄s gra
tiā vtrīqꝫ vt scđm nomē suum
sic ꝛ laus eius sit.

¶ Anagogice sara est eccl̃ia
triumphās: Abraham omni=
potēs de⁹: Ismahel cōuent⁹ ꝛ
cet⁹ malignoꝝ spirituū: Isaac
cōuēt⁹ bonorū spirituū. Tūc
ꝗ Ismahel lusit cū fratre suo
Isaac: qn̄ quidē draco.i. capi=
taneus malignorū spirituū cū
sibi adherentibus voluit tra=
here ad sectā suā malignissi=
mam Michaelē cū sibi adhe=
rētib⁹ angelis sanctis. Sed ꝑ
dei gr̃am non preualuit. Et h̃
est qđ dicik Apoc. xij. Factum
est prelium magnū in celo: mi=
chael ꝛ angeli ei⁹ p̄liabank cū
dracone ꝛ angelis eius. Eccle=
sia igik triūphās que ꝑ Sarā
designak: vidēs p̄dictū ludū:
dicit ad abrahā.i. ad deū qui
est pater multarū gētiū. Eijce
ismahelem istū de domo para
disi: qꝛ nō erit heres illius: qđ
et factū est. Et hoc est qđ sub=
dit Io. vbi.s̄. dicēs. Et ꝓiect⁹
est draco ille magnus serpens
antiquus: qui vocatur diabo
lus ꝛ sathanas: qui seducit vni
uersum orbē: ꝛ ꝓiect⁹ est in ter
ram: ꝛ angeli eius cū illo miss=
si sunt. Quod autē additur in
textu ꝙ abrahā dure accepit
ꝙ oporteret eū eijcere ismahe
lem de domo sua: designat ma
ximam dei bonitatē: qui quo=

dammodo cōpassus est super eiectione malignorū spirituū de celo: eo q̄ op⁹ manuū suarum essent. Unde tunc dicere poterat illud Esai.j. Heu ego cōsolabor super hostib⁹ meis: ⁊ vindicabor de inimicis meis?

¶ Quarta clausula.

¶ Surrexit itaque Abraham mane: ⁊ tollens panem ⁊ vtrē aque imposuit scapule eius: tradiditq̄ puerum et dimisit eā. Que cū abijsset errabat ī solitudine bersabee. Cūq̄ consumpta esset aqua in vtre/ abiecit puer̄ subter vnā arborē q̄ ibi erat: et abiit. Seditq̄ e regione procul q̄tū potest arcus iacere. Dixit enim: Non videbo morientē puerū: ⁊ sedēs cōtra leuauit vocē suā ⁊ fleuit. Exaudiuit autē deus vocem pueri. Uocauitq̄ angelus dn̄i Agar de celo dicens. Quid agis agar? Noli timere: Exaudiuit eñ deus vocē pueri de loco in quo est. Surge/ et tolle puerū/ ⁊ tene manum illius: quia in gētem magnā faciam eum. Aperuitq̄ oculos eius deus. Que vidēs puteum aque/ abijt et impleuit vtrem: deditq̄ puero bibere: et fuit cū eo. Qui creuit/ ⁊ moratus est in solitudine/ factusq̄ est iuuenis sagittarius: habitauitq̄ in deserto pharam: et accepit illi mater sua vxorem de terra Egypti.

¶ Historialiter. Postq̄ in p̄cedenti clausula moyses egit de eiectione agar et ismahelis filij eius cum ea/ et hoc totum ad instantiā sare vxoris abrahe: hic cōsequēter agit de modo eiectionis illius: et de loco ad quem abijt vna cū filio suo: necnon et de his que contigerūt ei in via. Refert ergo moyses q̄ cū abrahā ad instantiam magnā vxoris sue decreuisset eijcere agar ⁊ filiū eius: facto mane surrexit vt exequeretur dictam eiectionē. Et notāter dicitur. q̄ surrexit mane: vt denotetur prōpta ipsius obedientia ad diuinū preceptum. Propter qd̄ de eo vtiq̄ dicere potuit dominus illud psal. In auditu auris obediuit mihi. Et tollens panē et vtrem aque ⁊ imposuit scapule ei⁹: id est humero ad portādum. Fit autem de duob⁹ predictis mētio: eo q̄ iitum vite hominis sunt aqua ⁊ panis: vt habetur Eccli.xxix. tradiditq̄ puerū: scilicet Ismahelem ad ducendum secum.

¶ Et notā q̄ ipse ismahel qui hic vocatur puer/ erat tūc tēporis.xviij.annorū vel ampli⁹: maxime cū in natiuitate isaac iam esset.xiiij.annor̄: quod sic patet. Nam vt dictū est supra xvij.ca. abrahā erat etatis nonagintanouē annorū quando circuncidit carnē preputij sui. Ismahel autē filius eius quē tunc circuncidit/ erat.xiij.annorum. Et eodem anno nunciata fuit ei conceptio filij sui Isaac. Igitur in conceptione Isaac erat dictus Ismahel etatis predicte. Deniq̄ cum non posset ludere cum ipso Isaac: nisi ad minus ipse isaac esset talis etatis que est capax ludi: oportet dicere ipsum

tūc habuisse quinq; vel sex annos: et ipsum ismahelem totidē supra.xiiij. Sunt tamē qui dicunt ipsum ismahelem tunc fuisse.xx. annorum / vel plus: vt postea dicetur.

¶ Sequitur in textu. Que scz agar cū abijsset / errabat i solitudine q̄ postea dicta ē Bersabee: quasi viam ignorās. Cūq; cōsumpta esset aq̄ in vtre / abiecit puerū subter vnam arborem que erat ibi / eo q̄ videbat eum deficere pre siti: et sic aliquātulum se elongauit ab eo: q̄tum potest arcus iacere. Affectus em̄ maternus nō poterat puerū totaliter dimittere nec ipsum pre siti morientē videre. Flebat tamē tenerrime. Exaudiuit autē de⁹ vocē pueri. Sup hoc dicit de lyra q̄ ismahel videns se in piculo mortis / doluit de malis suis p̄teritis: rogauitq; dñm p prolongatione vite sue: quem exaudiuit dñs. Hierony. tñ hoc exponit de fletu matris. Dicit em̄ q̄ flente matre pter iminentem mortem pueri quē credebat moriturū / exaudiuit dñs vocē illius quā pro filio faciebat / quē pollicit⁹ fuerat fore in gentem magnā. Mater em̄ nō suam sed filij mortem flebat. Hinc etiā Petrus cōest. Exaudiuit dñs vocem pueri.i. fletū matris p puero. Text⁹ est clarus vsq; ibi. Factusq; est iuuenis sagittarius.i. exercens artem venandi. Unde secūdū de pal. sarraceni ab eo descēdentes traxerūt in consuetudinē q̄ sunt om̄es ferme sagittarij. Hebrei autē dicunt q̄ fuit venator et predator transeūtium sicut Nēroth. Et q̄uis in palestina infirmitate penituerit: postmodū tamē more multorū adepta sanitate ad vomitū redijt: iuxta pphetiā dicentem: Manus eius contra oēs. Sequitur. Et habitauit in deserto pharan. In hoc deserto fecerunt filij israel multas mansiones cū redirent de egypto. Et accepit illi mater sua vxorem de terra egypti: tum q̄ erat satis ppinqua: tum q̄ ipa ide sumpserat originē. Et ex hoc datur itelligi q̄ iuuenes puelli aut puelle nō debent de facili se iungere matrimonio nisi de consensu ppinquorū parentum: quia sepe nesciūt quid illis magis expediat. Qui autē aliter faciunt: sepe inde finaliter dolent.

¶ Notādum est autē q̄ de dicta vxore nati sūt ismaheli.xij. filij futuri principes tribuum suarū: quorū possessio fuit s̄m Petrū cōest. ab euphrate vsq; ad mare rubrū: de qb⁹ ducib⁹ habetur in sequētibus.xxv.c. Horū autē filiorū ista sunt nomina scdm Josephū de antiqtatib⁹. Nabaioth / Darus / Abdeilus / Marsain⁹ / Masmarus / Ydumas / Masmisus / Chodamus / Themasus / Jechor⁹ / Naphlesus / Cadomas. Isti ergo filij omnē terrā ab euphrate ad mare rubrum positam vsq; tenuerūt: Nabatheā nominātes puinciā. Sunt autem isti qui gentē arabicā secūdū tribum ab eis vocāt: et pter virtutem eorū / et pter abrahe dignitatē. Hec Josephus. Circa autem hunc textum ad ipsius ampliorē declarationē

mouentur alique questiones.
¶ Prima igitur questio moue tur propter illud verbum: Tollens panem et vtrem aque. Queritur ergo cur Abraham diues valde emisit a se matrem et filium cum tam modica prouisione: et presertim cum haberent intrare solitudinem .i. locum solitarium siue desertum: in quo nec cibaria nec potus poterant inueniri / sicut postea patuit de transitu filiorum israel per locum illum. Dicendum quod ita voluit sara / cui abraham tenebatur obtemperare in omnibus: secundum quod illi preceperat dominus dicens: Omnia quecunque dixerit tibi sara / audi vocem eius. vt dictum est in precedenti clausula. Ipsa autem noluit quod abraham daret abundantem prouisionem agar et filio suo / ne inde haberet facultatem insurgendi contra Isaac: vt dicit de pal.
¶ Secunda questio est de eiectione agar de domo abrahe. Cum enim illa fuerit vera vxor illius: vt patet supra .xvj. ca. videtur quod non licuit illi eam a se repellere: maxime cum scriptum sit Matth. xix. Quos deus coniunxit: homo non separet. Dicendum ad hoc in primis quod nondum illud verbum erat prolatum: quia nondum filius dei erat incarnatus / qui humana voce illud protulit. Dicendum secundo quod hoc fecit auctoritate dei: saltem mediante vxore sua sara. De ea enim sibi dixerat dominus: Omnia quecunque dixerit tibi / audi vocem eius. vt dictum est. Et quia ipsa dixit illi: Eijce ancillam et filium eius: ideo ille exequendo diuinum mandatum quod sibi innotuit per vocem vxoris: non peccauit. Insuper ipse dominus est supra vinculum coniugale: et ideo potest ipsum dissoluere quando vult / et dispensare super dicto vinculo.
¶ Tertia questio oritur ex solutione precedentis. Queritur ergo que fuerit causa quare dominus dispensauit cum sara prius vxore sua vt ipsam repudiaret et eam a cetero pro non vxore haberet? Responsio. dicendum quod causa fuit duplex. Prima quidem eo quod illa nolebat habitare cum abraham absque contumelia creatoris. Est enim commune prouerbium quod testa semper sentit allia. vnde Horatius in epistolis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Et Prouerbio. xxij. Adolescens ambulans iuxta viam suam: etiam cum senuerit non recedet ab ea. Agar autem erat natione egyptia. Egyptij vero erant tunc maxime idolatre. Verisimile est ergo quod ipsa adhuc idola colebat: et quod ad huiusmodi ritum induxerit filium suum etiam forte minis et terroribus. Creditur ergo ismahel ab ea seductus fuisse: et idola finxisse: et ad ea adorandum fratrem suum Isaac coegisse quantum in eo fuit. Secunda causa predicte repudiationis fuit ad significandum mysterium gratie: scilicet quod iudei erant eijciendi de domo et familia dei: christiani vero illic introducendi. Et hoc exprimere voluit apo. ad Gal. iiij. cum ait. Hec sunt per allegoriam dicta.
¶ Quarta questio mouetur propter illud verbum: Abiecit supple agar puerum subter vnam arborem et cetera. Queritur ergo quomodo abiecit eum quem non portabat: maxime cum ismahel es-

fet iam magn⁹? Respōdet Augusti. ipsum proiectum esse ex animo suo: scilicet tanq̄ mortuum: secundū illud psal. Proiectus sum a facie oculoꝝ tuorum. Uel dicitur mater eum abiecisse siue proiecisse secundum q̄ aliquis dicitur aliquē proijcere quando non vult q̄ secum maneat.

¶ Quinta questio mouet̄ propter illud verbū: Abiecit puerū. Queritur ergo quomō sacra scriptura vocat Ismahelē puerū: cū tamē iam esset. xviij annorū vel plus secūdum Hierony. De lyra autē dicit eum tūc fuisse. xx. annorū vel plus. Ad hoc dicēdum q̄ scriptura loquitur more illorum qui vocant oēs illos pueros q̄ habēt adhuc supstites patres. Unde talis cōsuetudo maxime tunc currebat apud Palestinos et Egyptios: q̄ etiā adhuc obseruat apd romāos: vt dt Hiero.

¶ Sexta questio est de agar: cur scȝ in tanta necessitate potus videns filiū suum nō reduxerit eum ad domū patris. Dicendum q̄ timebat sarā dominā suam: ad cuius instantiam nouerat se eiectā cū filio suo. Uel dic q̄ si hoc attētasset / pamplius sitis afflixisset filium suū: ratione scȝ laboris viarū: et ita deterius habuisset. Uel dic q̄ sitis tanta erat q̄ ipse ambulare nequiuisset: q̄ȝ iam proximus erat morti.

¶ Septima questio: cur litera non facit mentionē de alteratione matris? Responsio. q̄ȝ mulier erat: ꝛ per consequēs magis humida / atq̄ mīn⁹ indigens potu q̄ filius. Hinc est q̄ mulieres interdum absq̄ egritudine manent per plures dies absq̄ omī potu. Unde noui quandā bonā ꝛ fidelem matronā: de qua ferebatur q̄ steterat per. xvij. dies absq̄ omnī potu: nec tamē inde iam incurrit qualēcūq̄ debilitatē. Propter hanc ergo causam magis inculpat̄ mulier de nimio potu aut ebrietate q̄ vir. Unde Eccli. xxvj. Mulier ebriosa ira magna: ꝛ cōtumelia ꝛ turpitudo illius nō tegetur.

¶ Octaua questio: cur Agar desperabat de vita pueri sui: maxime cū illi dixisset dominus supra. xvj. ca. cū fugeret a facie sarai dñe sue: Multiplicans multiplicabo semen tuū: et nō numerabitur pre multitudine. Cum autē hec promissio ad literam intelligeret̄ de ismahele: eo q̄ nullum preter eā haberet aut habitura esset filiū: videtur q̄ nō debuit desperare de salute corporali filij sui. Dicēdum q̄ cū vidit dictum filiū in tanta necessitate cōstitutū: adeo turbabatur q̄ nō aduertebat de diuina promissione, p tunc. Uel dic q̄ tūc timebat ne in penā culpe filij sui quā habuit in persequēdo iniuste Isaac filiū sare / de⁹ reuocasset promissionē suam.

¶ Nona questio mouet̄ ꝑpter illud verbū: Aperuitq̄ oculos eius: scȝ agar / deus. Queritur ergo de īpedimēto ocloꝝ suorū ne videre posset puteū aq̄ qui de ꝑpe stabat. Ad hoc pōt dici q̄ poterat sup hoc dupliciter īpediri. Primo quidē: ꝑpter abundantes lachrymas / quas tunc ex materna pietate

propter instãtē mortē filij fundebat. Nã in tali casu matres sunt valde faciles ad plorandū Secūdo vero quia forsan erat acrisia pcussa, qua fit vt quis nõvideat rem p̄sentē. Est autē acrisia ludificatio oculoꝝ. Qua remota videtur clare obiectū presens. Uel dic q̄ dictus puteus tātū distabat q̄ ipsum videre absq̄ dei adiutorio non poterat.

¶ Decima q̄stio. Unde pcessit puteus aq̄, quē ablato impedimēto vidit agar? Respōsio. forsan pcessit p nouū miraculū de viscerib⁹ terre. Unde sicut petra illa de q̄ Nūeri. x. legit, ad tactum virge moysi dedit aquā populo ⁊ pecorib⁹ ad bibendū in abūdātia: ita forsan factū est i pposito. Uel dic q̄ prius ibi erat dictus puteus, q̄uis ipsum nō videret agar, nec similiter filius eius: ⁊ hoc pter causas predictas.

¶ Moraliter ⁊ p̄mo. Aduertēdū s̄m dñz Petrū de pal. q̄ in toto textu presenti ismahel nō appellat pprio noīe, sed puer. Cuius ratio est, q2 filij carnis qui p eū designant, sunt oēs pueri ⁊ fatui: licet carnaliter et apud hoīes mūdanos sibi similes videant sapiētes. Sed vt dicit apo. j. ad Cor. j. Stultā fecit de⁹ sapiētiā hui⁹ mūdi. Itē i eadē epl'a. iij. c. Sapiētia hui⁹ mūdi: stultitia est apō deū. De tali ergo puero loquit scriptura Esa. lxv. dicēs. Puer centū annoꝝ morietur. Sz de quo puero intelligat ppheta apte ostendit cū statim subdit dicens. Et pctōr centū annoꝝ maledictus erit.

¶ Moraliter et s̄cdo. Abrahā est deus pater. Hic ergo abraham habet duo genera filioꝝ scilz electos et reprobos. Primi manent cū eo in presenti p gratiā intra domū suā que est ecclesia militans: et tandē cū eo perpetuo manebūt in futuro per gloriā intra domū suā que est ecclesia triūphans. Et talibus filijs reseruat hereditatem suam celestem: de qua psal. Dominus pars hereditatis mee, et calicis mei. id est illius immense glorie qua inebriabor in celo: iuxta illō psal. Inebriabuntur: supple electi, ab vbertate domus tue: ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos: quoniā apud te est fons vite. Electi nempe in presenti sepe esuriunt et sitiunt: sed in futuro satiabuntur. Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Secundi vero filij omnipotentis dei: filij inquā per creationem: sed non per adoptionem: scilicet reprobi: non manent in domo dicti patris celestis nisi forsan ad tēpus, sicut videmus de paruulis baptizatis: qui exigentibus futuris culpis detrudentur finaliter cū demonibus in infernum. Et hec omnia paucis verbis expressit Christus Joānis viij. vbi ait: Seruus nō manet in domo in eternum. Filius autem manet in eternū. Primis itaq̄ filijs largitur dñs in presenti bona gratiarū et virtutū, que sunt q̄dā arre futuroꝝ bonoꝝ celestiū. Scd̄is ꝯo filijs largitur sepenumero bona tēporalia. In cuius figurā legitur in sequentib⁹. xxv. c. q̄

Abraham in fine dierũ suorũ cum scilz conderet quasi testamentum: dedit cũcta que possederat filio suo Isaac. Alijs autẽ filijs quos ex alijs vxoribus minus principalib9 genuerat: largitus est munera. Et diuisit illos abinuicẽ. Per quod designatur illa mirabilis diuisio que fiet in die iudicij inter bonos ⁊ malos. Hoc etiam totum figuratũ est per pabolã de filio prodigo ⁊ fratre suo qui semper mãsit i domo: vbi tñ alter accepta portione substantie paterne que illum contingebat: abijt foras in regionẽ longinquam. Luc. xv. Applicatio est facilis. Hoc etiã mysteriũ innuitur ꝑ presentem historiã: vbi dicitur ꝙ Abraham tulit panẽ et vtrem aque / ⁊ iposuit scapule Agar: simul eijciens eã de domo sua vna cũ filio suo. Ubi per panẽ ⁊ vtrem aque designatur abũdãtia temporaliũ / quam possidentes impij / ⁊ peccatores / iuxta illud psal. Ecce ipsi peccatores ⁊ abũdãtes in seculo obtinuerunt diuitias: ferunt super se signũ certum ꝙ tãdem eijcientur de domo domini. i. de mundo isto per eternã reprobationẽ: quia teste Grego. Cõtinuus successus tẽporaliũ euidentissimũ est diuine reprobationis indicium.

¶ Moraliter et tertio: Per ismahelem cũ vtre aque / designantur diuites huius seculi / quorũ diuitie trãseunt ad modum aque: ita vt qui hodie diues est / cito in paupertatẽ sepe labatur. Agar autẽ q̃ cõcomitatur dictũ Ismahelem ꝗdiu manet aqua in vtre: ⁊ quẽ deficiente aqua statim relinquit: et elongat se ab eo: designat amicos huius seculi: etiã vsqꝫ ad parẽtes et consanguineos qui tenent bonã societatẽ amicis suis ꝗdiu habent aquã in vtre: quos euacuata aqua tẽporalium mox relinquunt: et quos prius vocabant amicos / postea etiã a longe videre contẽnunt. In hoc similes tribus amicis Job: de quibus dicitur eiusdẽ. ij. ꝙ cũ eleuassent procul. i. a longe oculos suos: non cognouerũt eũ. Hinc Ouidius lib. de tristibus. Donec eris felix / multos nũerabis amicos. Tẽpora si fuerit nubila / solus eris. Unde Seneca lib. de remedijs fortuitoꝝ. Multi inde aliquẽ comitantꝰ vt mel musce / cadauera lupi / frumentã formice. Predã sequiꝰ turba ista nõ hominẽ. Bene etiã ad ꝓpositum loquiꝰ sapiens Eccli. vj. dicẽs: Est amicus socius mẽse et non ꝑmanebit in tẽpore necessitatis. Et psal. Elongasti a me amicum ⁊ ꝓximũ / ⁊ notos meos a miseria. que mihi supple superuenit. Itẽ idẽ alibi. Qui iuxta me erant: scꝫ tẽpore ꝓsperitatis: de longe steterunt: supple occurrẽte aduersitate. Unde Christi discipuli in cena cũ eo fuerũt / q̃ statim post eo capto in orto fugerũt.

¶ Moraliter et quarto: ꝑ hoc ꝙ deficiente aqua in vtre / dñs prouidit de puteo aquarũ viuentium ipsi agar et filio suo: denotaꝰ ꝙ illi qui ꝓpter deũ relinquunt ⁊ perdunt aquam mundane felicitatis ⁊ letitie: que valde modica est ⁊ turbi-

da: ita vt oporteat frequenter homines mundanos bibere feces illius: tales inueniũt aquã viuam gratiarũ et virtutum: quam solus dñs propinat suis amicis. Qui si cupis scire differentiam hm̃ôi aquarum: attẽde qd dicat Christus Joã.iiij. Omnis inquit q̃ biberit ex hac aqua, scilz temporalis felicitatis: quã dat mũdus: sitiet iterum: quia nõ satiat nisi forsan ad horam. Postmodũ vero magis inflãmat sitim q̃ prius: iuxta illd Eccli.xxiiij. Qui bibũt me, adhuc sitiẽt. Item poeta: Crescit amor nũmi q̃tum ipsa pecũia crescit. Qui ꝓo biberit ex aqua quã ego do (inqt xp̃s) non sitiet iterum: quia extinguit ardorẽ libidinis ⁊ prospe ritatis mundane. Sed fiet in eo fons aque salientis .i. salire faciẽtis in vitam eternã. Ista igitur cõsiderantes multi viri pleni diuitijs, eas a se abiecerũt vt predictam aquã gratie inuenire possent. Propter qd dicebant apl̃i ad xp̃m Matth. xix. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te. ⁊c.

¶ Moraliter ⁊ quĩto: iuxta illud verbum: Exaudiuit enim deus vocẽ pueri de loco in quo est, notandũ q̃ tũc exaudit vocem pueri de loco in quo est: quãdo aliquis iuuenis qui est adhuc puer, id est pur⁹ aer ꝓ vite mũditiã, in tali statu deuote orat deũ. Dicit enim scriptura Eccli.xv. q̃ non est speciosa laus in ore pctõris. E contrario autẽ de puero dicit ps. ad dñm: Ex ore infantium et lactẽtium perfecisti laudem. Que etiam verba adduxit xp̃s contra principes sacerdotũ et scribas populi murmurantes cõtra eũ q̃ permitteret pueros clamare ⁊ dicere: Osanna. Nunq̃ inquit legistis quia ex ore infantium ⁊c. Matth. xxj. legitur etiam Luc.xix. q̃ dixerit eis. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Ecce q̃ grata est deo oratio pueroꝝ. Et ideo bonum est vt ad hoc cito a parentibus ⁊ tutorib⁹ inducant.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: Factus est iuuenis sagittarius, notandum q̃ multi iuuenes in dãnationem animarum suarum discunt artem sagittãdi, quã etiam postea diu exercent. Hi sunt qui a iuuentute assuescũt oculos suos ad incautos aspectus: ꝑ quos primum seipsos sepe turpiter et periculose vulnerant, deinde puellas et ceteras mulieres q̃s curiose intuentur, ⁊ que inde etiam sepe vulnerantur: quia non possunt sciẽter ⁊ deliberate mulieres vulnerare, neq̃ e conuerso, nisi primum seipsos vulnerent: ita vt recte possint dicere illud Cañ.iiij. Uulnerasti cor meũ in vno oculoꝝ tuorum, et in vno crine colli tui. Testis est Dauid respectu bersabee. ij. Reg.xi. Testis est Sichem respectu Dyne filie Jacob. Geñ.xxxiiij. Testes sunt illi duo p̃sbyteri iueterati dierum malorum respectu Susanne vxoris Joachim. Dani.xiij. Talis sagittarius erat amnõ filius Dauid respectu thamar sororis sue, et pene infiniti tales. Est ergo ista ars sagittandi summe periculosa: ⁊ presertim in iuuenibus gallãdis re-

spectu iuuenũ puellarũ saltatricum. Quod quidem periculum in se cõsiderans Democritus philosophus eruit sibi ipi oculos: eo ꝙ feminas sine concupiscẽtia videre nõ posset: vt refert beatus Anto. in prima parte chronice sue. tit. iiij. c. j. Unde ad propositum loquens Chrysost. super Matth. homi. xvij. dicit sic: Homo ꝑ curiosum mulieris aspectũ capitur vinculatur: in corde affligitur ꝛ cruciatur. Et illa que letalẽ hanc ieecit sagittã / subito auolans te relinquit: tu vero mortiferam tibi plagam dedisti: effrenato semel visus aspectu. Hec ille.

¶ Anagogice ꝛ primo. Abrahã ꝙ surrexerit mane / designat Christũ: qui surrexit manẽ a mortuis. Unde cũ illi dixisset deus pater illud psal. Exurge gloria mea / exurge psalteriũ ꝛ cithara. i. qui fuisti psalteriũ in vita / psallendo in frequenti oratione: ꝛ cithara in passione dulciter et pie canendo / nunc ad aures patris / nũc ad aures matris / nunc ad aures latronis / nunc ad aures Jo. nũc ad aures toti⁹ populi: statim respondit dicẽs: Exurgam diluculo. i. valde mane: gall'. a laube du iour. Tulit autẽ noster Abraham in dicto mane panẽ ꝛ vtrem aque / quando post resurrectionem suam comedit ꝛ bibit cum apostolis suis / nõ ex necessitate: quippe qui surrexerat ad statum immortalitatis: sed vt probaret / apud / hesitantes discipulos veritatem sue resurrectionis. Unde Act. x. dicebat Petrus audientib⁹ verbũ predicationis sue. Hũc scilꝫ Christum suscitauit deus tertia die: et dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testib⁹ preordinatis a deo / nobis qui manducauimus ꝛ bibimus cum illo postꝙ resurrexit a mortuis.

¶ Uel dic ꝙ iste noster Abraham mane tulit panẽ ꝛ vtrem aque: que duo imposuit scapulis Agar: quando in principio et nouitate legis gratie instituit duo precipua sacramẽta / scilicet altaris: quod per panẽ designatur Joan. vj. Ego sum panis viuus. cuius etiã materia est panis tritice⁹. ꝛ baptismi: cui⁹ materia est aqua elemẽtalis. Primum sacramentũ est precipuũ dignitate: secundum vero necessitate. Per Agar vero designatur mater ecclesia: super cuius scapulas sic hũeros posuit dictus abraham Christus panẽ ꝛ vtrem aque / quando voluit dicta duo sacramẽta iugiter in ecclesia manere / vt inde reficiat filium suum / populũ scilicet catholicum. Et ideo recte designat ꝑ illam mulierẽ viduam manentem in sarepta: ad quã missus est tempore famis Helias / qui adeo auxit farinã hydrie sue ꝙ non defecit illi toto reliꝗ tẽpore famis. Per quod designatur totum illud tẽpus qꝺ curꝛit ab institutione huius venerabilis sacramenti vsqꝫ ad finẽ seculi: in quo non defecit neqꝫ deficiet dictũ sacramẽtũ in ecclesia catholica. Postea tamẽ deficiet / scilꝫ in futura vita: qꝛ teste Apo. j. Cor. xiij. Cum venerit qꝺ perfectũ est / euacua

bitur quod ex parte est. Propterea vocatur hoc venerabile sacramentū panis viaticus, in signum ꝙ soli viatores sunt participes illius. Hoc autē significatur ꝑ hoc ꝙ dicitur in presenti historia, ꝙ cōsumpta est aqua que erat in vtre. Verisimile est aūt idem finaliter contigisse de pane. Hoc aūt factum est qn̄ agar abiecit puerum subter vnā arborē q̄ erat ibi. Per qđ denotat̄ stat⁹ mortis: in quo deficit vsus dicti sacramēti. Inclusiue tn̄ accipiēdo ipā3 mortē, ⁊ nō exclusiue. ¶ Allegorice ⁊ secūdo. Agar est synagoga iudeorum, quam Abrahā mane surgēs .i. xp̄s a mortuis resurgēs eiecit de domo sua .i. de ecclesia militante ⁊ similiter triūphante per reprobationē: ⁊ signanter postq̄ facta sufficienti promulgatione noue legis noluit credere euāgelio. Tunc aūt dictus abrahā tulit panē ⁊ vtrē aque, et iposuit scapule dicte agar, tradens illi puerum suū: ⁊ dimittens eam: quando post xp̄i passionē eiecta est dicta synagoga cū filijs suis de terra iuda cū modicissima substātia tēporali: preter eos q̄ in obsidione Hierusalē perierāt fame: ⁊ eos q̄ in captione illius perierant gladio. Ceteri autem qui venditi sunt, cum modicissima prouisione victualiū hincinde dispersi sunt vsq3 in hodiernū diem. Et hoc totum, quia non debuit esse heres filius ancille cū filio libere. Pri⁹ tn̄ fecerat dn̄s filium ancille in gentē magnā: qr populus iudaicus ante christi aduentū, ⁊ numerositate, ⁊ tēporali felicitate diu floruerat. Sed quid est ꝙ cū Agar abijsset cum filio suo, errabat in solitudie bersabee ⁊ nisi ꝙ synahoga hodie errat a vera fide cū filijs suis: quia vt dicit hic interli. errāt qui viam que xp̄s est ignorant. Tunc autem aqua vtris hmōi agar cōsumpta est: quādo quidem spoliata est sua tēporali substantia per Titum et Vespasianū. Et quod reliquum erat: aufertur quotidie ab ea per pricipes et tyrānos qui dominātur super eam, grauātes eā tributis varijs. Quod autē subdit̄: Abiecit puerū subter vnā arborem que erat ibi, et abijt: designat̄ ꝙ ipsa synagoga semꝑ abiecit puerū Jesum in vita sua repudiando eū ⁊ reprobando: nunc vocās eū samaritanū, nūc demoniacū, nūc inuocatorē demonum, nūc potatorem vini: ⁊ hmōi. Tandē aūt abiecit eum subter vnā arborē, qn̄ clamauit ad pilatū vt crucifigeret̄. ¶ Quod aūt seq̄tur: Nō videbo morientē puerū. Et sedens contra, leuauit vocē suā, ⁊ fleuit. referēdum est ad illos iudeos q̄ cognoscētes xp̄i innocētiam, ⁊ maximā penā ⁊ opprobria q̄ illi a malignis iferebāt̄, illi ꝯpatiebat̄ flētes. Hmōi aūt erāt ꝓcipue ille mulieres que seq̄bat̄ eū dū duceret̄ ad mortem flētes, q̄bus ait: Nolite flere sup me ⁊c. Luc. xxiij. Exaudiuit aūt deus vocē pueri, qn̄ deus pater exaudiuit Christū orantē pro inimicis suis ⁊ dicētē: Pater ignosce eis ⁊c. Tunc aūt apparuit euidēt̄ dicta exauditio: qn̄ quidem ipo puero

passioni multi reuertentes in ciuitatem percutiebāt pectora sua/quasi dolentes q̄ cōsensissent in mortē eius. Itē nō multo post cōuersi sunt quinq̄ milia ad fidē. Item alia vice tria milia: vt legit in acti.apos. Qd autem sequitur: Surge/ et tolle puerū: et tene manum illius: quia in gētem magnā faciam eum: hoc totū referē ad ipsius pueri Christi gloriosam resurrectionē/ et populi fidelis multiplicationē atq̄ dilatationē. ¶ Quod aūt iterū addit: aperuit oculos agar deus: que vidēs puteū aque abiit/ et impleuit vtrem ec. hoc totum referendū est ad cōuersionē synagoge ad fidem Christi/ que circa finē mundi derelinquet ritum suū antiquū/ cerimonias et sacramenta legalia/ et amplexabitur rectam fidem catholicam/ illuminēte eam desuper omnipotēte deo. Nam cecitas q̄ contigit ex parte in Israel: donec scilicet plenitudo gētiū intraret: vt habetur Rom.xj. tunc auferetur vt aperiantur oculi cecorum. Itē.ij.Cor.iij. dicit apl's q̄ vsq̄ in hodiernū diem velamen in lectione veteris testamēti manet non reuelatū: quod in Christo euacuatur: sed vsq̄ in hodiernū diem cum legitur Moyses/ velamē positum est super cor eorū. Cū autem cōuersus fuerit ad deū/ auferetur velamen. Dicit etiā Esaias.x. q̄ circa ipsum finem mundi reliquie Jacob conuertētur ad deū fortem. Si enim fuerit popul' israel quasi arenus maris: reliquie cōuertentur ex eo. Hec ibi. Ecce ergo quomodo in fine seculorū aperiētur oculi Agar/ id est synagoge: ita vt visura sit puteum .i. cognoscitura veritatē et virtutem sacramentorū ecclesie: et signāter baptismi. Impletura quoq̄ sit inde vtrem suum: eo vtendo loco circūcisionis: et datura bibere ex eo filio suo .i. populo iudaico sitiēti dictū sacrm. Tunc etiā ad talē potū inuitabit dictū populū ecclia Christi per suos predicatores et doctores/ dicēs illud Esa.lv. Omnes sitientes venite ad aquas/ scilicet baptismales. Sy quia sacramentū baptismi nō debet vendi/ sicut neq̄ alia ecclesiastica sacramēta: ideo sequitur/ Et qui non habetis argētum/ scilicet ad emendū: nihilominus properate/ emite/ et comedite .i. non est opus alia emptiōe nisi labor itineris/ vel suscipiēdi ipsum sacramētum. Post cuius susceptionē: et non prius eritis capaces susceptionis sacramenti altaris: de quo subditur: et comedite. Iterum replicat ecclesia suam inuitationem ad iudeos/ desiderando eorum conuersionē/ cū subdit: Uenite emite .i. labor veniendi sit vobis loco ēptionis. Ideo iterū subditur: absq̄ argento/ et absq̄ vlla cōmutatione: quia nihil est dandum per modum pactionis pro administratione sacramētorum. Sed que gratis offerūtur/ possunt licite recipi. Sūt etiam in his laudabiles consuetudines obseruande. Dicit ergo: Uenite emite absq̄ argento et absque vlla cōmutatione vinum et lact id est gratis percipite vos iu-

dei atq ceteri infideles sacramentum altaris: quod per vinum designatur. Itē sacramētum baptismi/ quod tamen debet precedere/ cū sit ianua ceterorum sacramentorum: & qd designatur per lac: & hoc propter dealbationē interiorem a culpa & pena quam operatur. Cumq hec omnia q̄ dicta sunt de synagoga et filio ei9/ impleta fuerint in sensu allegorico/ tūc crescet dict9 populus saltem per vite meritū: et morabitur in solitudine / penitētiā ducēdo de eo q prius persecutus est fratrem suum Isaac .i. populum Christianū: fietq sagittarius pugnādo cōtra Antichristū et satellites illi9. Deniq accipiet illi mater suavrorem. Hoc autem fiet qnādo in fine seculi dicta iudeorū synagoga vniet populum suum cū ecclesia catholica per verā fidem. Osee.ij. Sponsabo te mihi in fide.

¶ Allegorice &.iij. Agar q̄ interpretatur festū suscitans/ significat dignissimā christi matremque nascendo festū suscitauit toti mūdo/ secundum q de ea canit ecclesia dicēs: Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudiū annunciauit in vniuerso mundo: et hoc ideo supple quia ex te ortus est sol iustitie Christus deus noster/ qui soluens &c. Posuit autem tūc Abraham super scapulas ipsius agar panem & vtrem aque/ qn̄ cibauit eam pane vite & intellectus/ & aqua sapiētie salutaris potauit eam: etiā pre ceteris puris creaturis. Eccli.xv. Uel dic q per panē intelligitur Christi corpus: & per vtrē aque / abūdātia gratie. Tunc ergo Abraham.i. deus pater posuit super humeros Agar panem & vtrem aque qn̄ fecit beatam virginem concipere eius filium: qui dicit Joā.vj. Ego sum panis viuus. Et tūc repleuit vtrem eius aqua: qn̄ impleuit aiam ei9 spiritussancti gratia. Tradidit aūt tunc illi abraham.i. deus pater puerum/ qn̄ fecit eam cōcipere & parere filium: qui esset vtriq cōmunis: scōm tn̄ diuersitatē naturarū. Tūc autem hec Agar quasi errabat in solitudine bersabee cū filio suo: qn̄ quādam statim post illius natiuitatē ad vocem angeli tulit eū ī egyptū. Deide post annos septē mortuo herode agrippa: inde eū reduxit: & secessit ī nazareth: vt dicit Matt.ij. Tūc etiā hec Agar quasi errabat qn̄ requirebat filiū suū inter cognatos & notos. Quē nō inueniens regressa est in hierusalē requirēs eū: quē post triduum inuenit in tēplo sedētē in medio doctorū: audientē illos: & interrogātē eos. Luc.ij. Tādē aūt tunc consumpta est aqua in vtre: qn̄ quidē xp̄o pēdente in arbore crucis facta est pia mater erannimis tū pre dolore: tū ex lachrymarū abūdantissimarū resolutione. Tūc etiā ipsa sedebat siue poti9 stabat e regione.i. ex opposito cū pēderet fili9 su9 in cruce. Dicebat aūt qnq tūc. Non videbo morietē puerum. Sed mox eā reuocabat vis amoris: ita vt nō posset eū relinquere: poti9 cū ipso mori parata: q postea vi

uere. Tūc etiā leuauit vocem suam melius quo potuit: et fleuit amarissime: atq abundantissime: et diutissime: quia vsq ad horā dñice resurrectionis: et tunc exaudiuit dñs.i. deus pater vocē pueri de loco in q erat: scz de sepulchro: quando quidē eo dicēti ad patrē illud Psal. Tu cognouisti sessionem meam et resurrectionē meā.i. sicut approbasti mortē meam: similiter debes approbare resurrectionē meā. Que vtilitas sanguine meo.i.in morte mea: dū.i. si descēdero in corruptionem: scz more aliorum hominum? Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annūciabit veritatem tuā.i.futuram resurrectionē alijs? Sequit: Audiuit dñs: supple pater vocē meā pro mea resurrectione: et misertus est mei: et dñs inq pater fact9 est adiutor meus: educēdo animam meā de inferno: et corpus meū de sepulchro. Conuertisti planctū meū in gaudiū mihi: faciendo me resurgere. concidisti saccū meū.i.reparasti corpus meū: quod fuerat in cruce scissum in pluribus locis. et circundedisti me letitia.i.ex omni parte tā anime q corporis repleisti me gaudio. Nunc quoq exultabunt dño ossa mea: supple prius humiliata. Ecce ergo qūo deus pater exaudiuit vocē pueri de loco i quo erat. ¶ Qd aūt seqtur: Surge: tolle puerū: et tene manum eius: qz in gētem magnā faciā eū: hoc totū potest referri ad manifestationē dñice resurrectionis factā per angelū gabrielē beate virgini: cui dixit: Regina celi letare: qz quē meruisti portare: resurrexit sicut dixit.i. promisit. Qui cū hec illi diceret: subito affuit xps in forma gloriosa: et tūc dixit eidem virgini predict9 gabriel. Surge tolle puerū: et tene etc. Quod aūt subditur: In gētē magnā faciā eū: referēdū est ad deū patrē: qui fecit filiū suum post suā resurrectionē in gētē magnā: qñ dedit ei potestatē in celo et in terra: et qñ multiplicauit populū xpianū supra numerū stellarū celi. Quod aūt sequit: Que vidēs puteū aque abijt et impleuit vtrē: referendū est ad illud ingens gaudiū qd habuit dicta agar de resurrectione filij sui: qd tm ac tale fuit vt repleret vtrem cordis sui: ita vt merito dicere posset filio suo illud ps. Scdz multitudinē dolorū meorum: quos supple habui de tua passione: cōsolationes tue: quas habui de tua gloriosa et iucunda resurrectione: letificauerunt animā meā. Ecce qūo nostra agar repleuit vtrē cordis sui de gaudio resurrectionis filij sui. Deditq puero.i.filio suo bibere: qñ perfecte et sine titubatione credidit dictam resurrectionē. et fuit cū eo: scz corporaliter et localiter ad tēp9. Itē semp spūalr p fidē et charitatē. Nūc vero semp et i eternū per eternā felicitatē. Vñ pōt illi dicere illud Lu.xv. Fili tu semp mecū es: et oia mea tua sunt: et econuerso.

¶ Quod aūt sequit: Qui creuit: et morat9 est in solitudine: referēdū est ad xpi ascēsionē in celū: vbi ipse morat9 est i so-

litudine respectu habitatiõis mortaliũ. In cui⁹ rei signũ dixit angelus mulierib⁹ venientibus ad xpi monumentũ. Quid inquit queritis viuẽtẽ cũ mortuis? Luc.xxiiij. Fiet autẽ iste puer iuuenis sagittari⁹ in die iudicij: qñ q̃dẽ mirabilr sagittabit cõtra reprobos: dicens illud Mat.xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Hec enim sagitta penetrabit reprobos de parte in partem tã ex parte aĩe q̃3 corporis. ps. Sagitte tue acute: ppli sub te cadẽt in corda inimicoꝝ regis. Postea vero cõpleto sc3 iudicio: iterũ ascẽdet dict⁹ puer in celũ cũ multitudie electoꝝ: ꝛ habitabit perpetuo in deserto. i. ĩ ipso celo: qḋ dicit desertũ ꝑpter causã predictã. accipietq3 illi mater sua. i. diuina ordinatio: vxorẽ de terra egypti. i. ecclesiam triũphãtẽ: q̃ pri⁹ habitauit in egypto. i. ĩ mũdo isto: cũ sc3 adhuc militaret in terris: de qua Apoca.xxi. Ueni oñdã tibi sponsam vxorem agni.

¶ Anagogice agar que vt dicitũ est interpretaẛ festũ suscitans: significat ecclãm triũphãtem: in q̃ suscitaẛ oĩ die festũ. i. materia noui gaudij: et ꝓcipue ꝑpter electos q̃tidie il lic de nouo introeuntes. Fili⁹ aũt hui⁹ agar: est q̃libet spũs human⁹ in celo degens: qui vehemẽter sitit ꝑ naturale desiderũ qḋ habet de reunione ꝛ cõiunctione ad suũ corpus: et quousq3 reunit⁹ cũ eo fuerit nõ plene neq3 ꝑfecte redescet. Dis eñ pars a suo toto separata naturaliter appetit illi reuniri. Dicit etiã boethi⁹ de cõsola. q̃ nullius rei sine consortio iucũda est possessio. Tãdẽ aũt exaudiet dñs vocẽ pueri: cũ sc3 in gñali resurrectione reuniet spũ cũ ꝑprio corpore: ꝛ tũc ꝟificabit illud ps. Desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei dñe.

¶ Sexta clausula.

¶ Eodẽ tẽpore dixit Abimelech ꝛ phicol princeps exercit⁹ ei⁹ ad abrahã. De⁹ tecũ est in oĩbus que agis. Jura ergo per dñm ne noceas mihi ꝛ posteris meis: stirpiq3 mee: s3 iuxta miam quã feci tibi; facias mihi ꝛ terre in qua versat⁹ es aduena. Dixitq3 Abraham. Ego iurabo. Et increpauit abimelech ꝑpter puteum aque quẽ vi abstulerant serui ei⁹. Rñditq3 abimelech. Nesciui quis fecerit hãc rẽ. S3 ꝛ tu nõ indicasti mihi: ꝛ ego nõ audiui preter hodie. Tulitq3 abraham oues ꝛ boues: ꝛ dedit abimelech. Percusserũtq3 ambo fedus. Et statuit abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit abimelech. Quid sibi volũt septẽ agne iste: q̃s stare fecisti seorsum? At ille. Septẽ inq̃t agnas acipies de manu mea: vt sint mihi in testimoniũ q̃m ego fodi puteum istũ. Idcirco vocat⁹ est locus ille bersabee: q2 ibi vterq3 iurauit. Surrexitq3 abimelech ꝛ phicol princeps exercitus eius: reuersiq3 sunt in terrã palestinoꝝ. Abrahã vero plãtauit nemus in bersabee: ꝛ inuocauit ibi nomen dei eterni: ꝛ fuit colonus terre palestinorum diebus multis.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula moyses famulus dñi egit de modo eiectionis agar et ismahelis filij sui de domo Abrahe: pariter et de ijs que cõtigerunt illis in via: hic cõsequenter agit de federe quod abimelech rex et abrahã inierunt inter se. Refert ergo Moyses quõ abimelech vidẽs Abrahã in oĩbus prosperari / timuit sibi et posteritati sue et maxime eo quod prius rapuisset sarã vxorem illius: ob cuius causam dñs valde grauiter percusserat eũ. Ad maiorẽ ergo securitatem future pacis et cõfederationis cũ eo / exegit ab eo iuramentũ ne in futurũ noceret illi aut posteritati sue. Deĩde allegat abimelech rex motiuum quod debebat inducere ipsum abrahã ad faciẽdũ fedus cũ eo / cũ ait. Sed iuxta misericordiã quã feci tibi / facies mihi et terre in qua versatus es aduena. Misericordia autẽ quam fecerat abimelech Abrahe: fuerat quod dederat ei optionẽ habitãdi in terra sua vbicũquam vellet: vt dictũ est in precedenti capitulo sub prĩa clausula. Nunc ergo postulat ab abrahã consimilem grãm sibi et posteris suis fieri. Et est hic argumentum vt dicit de palu. quod homo debet diligere illam terrã in qua fuit conuersatus. Quia ergo postulatio Abimelech erat rõnabilis: ideo rñdet illi abrahã dicẽs. Ego iurabo. Et est hic vnus de casibus in quibus licet iurare: scz pro pace fienda et firmanda. Et statim increpauit abrahã regem abimelech propter puteum aque quem vi abstulerant ab eo serui illius. Nam fecerant huiusmodi puteum in solitudine pro gregibus adaquãdis: qui longe a mansione eius in solitudine pascebãtur vt dicit magister historiarũ. Restituit ergo abimelech dictum puteum Abrahe: a quo serui illius eo ignorante vi abstulerãt. Excusat autẽ se super hoc abimelech propter ignorãtiã facti: quia vt dicit hic glo. interl. que est Hiero. nullius crimen maculat ignorantẽ. Tulit itaque abrahã oues et boues: et dedit abimelech. Fecit ergo sibi consimilem gratiam sicut ille fecerat ei prius: vt habetur in precedenti. c. sub prima clausula. Ecce quõ abrahã fecit statim abimelech gratiã quã postulauerat ab eo. Vel forte dedit illi predicta munera in recõpensationẽ putei quem sibi restituerat vltro abimelech. Nihilominus ipse abraham deduxit factum putei in mediũ tractatus federis: ne scilz hac occasione inter posteros rũperetur iuramentũ federis. Sequitur. Percusserũt ambo fedus. Ecce confirmatio tractati federis. Et statuit abraham septẽ agnas gregis seorsum: scz ponẽs eas ad ptẽ i cõspectu regis: dicẽs ad eũ. Septẽ agnas accipies de manu mea: vt sint mihi i testimoniũ .i. in meõriale mihi et meis: quod ego fodi puteũ istũ: quẽ hodie recognoscis esse meũ: illũ mihi restituẽdo. Idcirco vocatus est locus ille bersabee .i. puteus septem. Nã vt dicit Petrus cõe. ber idẽ est quod puteus. Sabee

hebraice septē sonat siue iuramentū. Qz ergo predicti duo viri ibidem percusserant fedus: ideo locus dict⁹ est bersabee. i. puteus iuramenti: siue puteus septē: ꝛ hoc ꝓpter septē agnas q̄s in eodē loco obtulit Abraham abimelech. Josephus tñ interpretatur bersabee fedus putei. A predicto autem puteo circunstans regio etiā dicta est bersabee: vt dicit cōestor. Postq̄ ergo abraham factus est pacificus possessor dicti putei: plātauit circa ipsum nemus. Itaq; habitauit multo tempore.

Circa autem hūc textū mouētur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū mouetur ꝓpter illud verbū abimelech ad Abraham. Deus tecū est in oībus que agis. Querit̄ ergo qūo dict⁹ abimelech cognouit de abrahā ꝙ deus esset cū eo in oīb⁹ que agebat? Rñsio. Istud cognoscere potuit multipliciter. Primo qdem ꝓpter mirabilē victoriā quā cū paucis vernaculis habuerat de quatuor regib⁹: vt dictū est supra. xiiij. ca. sub prima clausula. Hos enim debellauerat ipse abrahā magis virtute ex alto q̄ vi armorū: maxime cū non haberet in expeditione sua nisi trecētos vernaculos. Scdo ꝓ qz viderat ꝙ illi dedisset dñs filiū miraculose: scʒ ex vxore sterili ꝛ sene. Tertio aūt qz viderat qūo dñs paulo ante grauissime ipsum percusserat cōminās illi morte casu quo nō restitueret illi sarā vxorē suam quā ab eo abstulerat: vt patuit i p̄cedēti capitulo. Preter autē hec oīa videbat ipsum in oīb⁹ ꝓsperari: vt dictum est. Ex quib⁹ oībus simul sumptis cōclusit q̄ si per vehemētē cōiecturā ꝙ dñs specialiter esset cū eo i oībus operib⁹ suis. Vñ bñ ad ꝓpositū loquitur Salomō Prouer. xvi. dicēs. Cū placuerint dño vie hoīs: inimicos eius cōuertet ad pacem.

¶ Scdm dubiū est de puteo de q̄ hic agit̄. Querit̄ ḡ vtrum iste puteus sit ille idē nūero quē pri⁹ ońderat angel⁹ agar: de quo hauriens dedit bibere puero ismaheli. Videt̄ ꝙ non: qz nō ignorasset eū agar: q̄ tāto tpe fuerat ācilla i domo abrahe. In oppositū arguit̄: qz puteus ostēsus per angelū dr siliter fuisse in solitudine Bersabee sicut ꝛ iste de quo hic agit̄. Ad hoc rñdet Hieron. dicēs eūdē fuisse. Hoc idem etiā tenet petr. cōe. ita dicēs. Et eduxit eos scʒ abimelech ꝛ phicol Abrahā ad puteū quē ostēderat deus agar: quem foderat ipse abrahā ante Agar eiectā Sed serui abimelech abstulerant illū abrahe. Et ad argumētū i oppositū cū dr ꝙ si fuisset idē, tūc nō ignorasset eum agar. Dicēdum ꝙ q̄uis hmōi puteus antea fuisset cōfossus q̄ agar expulsa de domo abrahe: ꝓ hoc tñ nō sufficienter ꝓbatur ꝙ fuerit alius. Fieri eñ potuit ꝙ ibi esset puteus: ꝛ ꝙ hoc ignoraret agar: que forsā nō ibi sed alibi pascebat oues abrahe. Vel forsan prius erat aliquod obstaculum siue vepres: siue simile alīqd: per qđ ipsa tūc impediebat̄ ne ipsum

videret. Quo per angelum vel alias ablato: ipsum clare vidit concurrente etiã angelico ministerio: vt dictum est i precedenti clausula.

¶ Tertium dubiũ est qũo abimelech gẽtilis exegit iuramẽtum ab abrahã per deũ. Videtur enim ꝙ potius debuisset ab eo exigere iuramentũ per per idola sua: que vt creditur colebat. Ad hoc dicẽdũ cõformiter ad pcedentia: ꝙ nõ solũ abraham: ⁊ qui cum eo erãt: aut ex eo postea descẽderunt: vnũ verũ deũ colebant: verũ etiã multi qui inter gẽtes cõmorabant: sicut expresse patz de Job ⁊ filijs suis. Verisile ꝗ creditur ꝙ iste rex abimelech nõ idola: sed verũ deũ colebat. Et ideo ob causam rationabilem: scz in testimoniũ federis ⁊ pacis exegit iuramentũ ab abraham verũ ⁊ syncerũ vnius dei cultorem: in nomine ipsius oipotentis dei. Qđ autẽ iste fuerit fidelis religione / ꝗuis forsan infidelis natione: pbatum est supra ex dictis Bede: vcz. xx. c. sub prima clausula in solu. ad. viij. questionem.

¶ Quartum dubiũ oritur pter illđ verbũ. Tulit abrahã oues ⁊ boues: ⁊ dedit Abimelech. Videtur ꝙ melius fecisset abraham si talia dedisset i vsus pauperũ: ꝗ regi. Nã in h videbatur pijcere aquã i mare. Rñsio. qđ fecit abrahã: laudabiliter fecit. Erat enim dives in possessione armentorũ. Et iđ voluit ostẽdere suã liberalitatẽ ⁊ magnificentiã erga regẽ abimelech: q forsã aliquã idigẽtiã tũc patiebat. Voluit etiã recõpensare etsi nõ in toto: saltem in parte liberalitatẽ quã ostẽderat dictus rex erga vxorẽ suam: cui paulo ante dederat mille argẽteos: pter oues et boues: seruos ⁊ ancillas: que dederat eidẽ abrahã. Et preter hec oĩa posuerat in optione sua vniuersam terrã ditioni sue subiectam: dicens. Terra coram vobis est: vbicunqꝫ tibi placuerit habita. Hec oĩa habẽt sub prima clausula precedẽtis capituli. Põt insuper dici ꝙ abrahã fecit talẽ oblationẽ regi vt alliceret eũ ad restituendũ sibi puteũ: qđ optimo iure suũ erat.

¶ Quintũ dubiũ. Cur potius debit abrahã regi abimelech septẽ agnas ꝗ septem agnos. Oblatio el agnaꝝ videt honorabilior ꝗ agnorũ. Vñ ⁊ in antiquo testamẽto agni offerebãtur dño tã in sacrificiũ ꝗ i holocaustũ. Nusꝗ autẽ legit ꝙ agne offerrẽt. Dicendũ ꝙ hoc fecit abraham in signũ vtilitatis federis qđ inter eũ ⁊ Abimelech cõtrahebatur. Agna enĩ est vtilior dño suo ꝗ agnus qr oẽm vtilitatẽ quã affert agnus: eãdẽ affert ⁊ agna: ⁊ pter h affert fetũ: qđ non facit agnus. Ad insinuãdũ ꝗ vtilitatẽ quam affert fedus pacis bñ obseruate: abrahã in cõtractu federis cũ Abimelech obtulit agnas ⁊ nõ agnos. Rursus etiã septenarius est numerus vniuersitatis: sicut ptz in septẽ etatibus mundi ⁊ hoĩs. Itẽ est numerus plenitudinis: sicut ptz in septem sacramẽtis. Itẽ in vij. donis spiritussancti. Ad designandũ ergo plenitudinẽ

et perpetuitatē federis siue pacis: abrahā obtulit Abimelech septē agnas. Et hoc ē qđ designaꝛ per verba textus cū dicitur. Et inierūt fedus: scȝ abraham ꝛ abimelech: pro puteo iuramenti: datis scȝ septē agnis ab Abrahā: ꝛ receptis ab Abimelech.

¶ Sextū dubiū mouetur propter illud verbū. Et percusserunt ambo fed⁹. Queritur ergo quid significetur p hmōi percussione. Sepe enim eo modo loquendi vtitur sacra scriptura: vt pȝ Judic. viij. vbi dicitur ꝙ mortuo Gedeone percusserunt filij Israel fedus cū Baal/ vt esset eis in deū. Similiter legiꝛ. ij. Reg. v. ꝙ mortuo Saul venerūt seniores israel ad regē dauid in Ebron/ et percussit cum eis rex fedus in Ebron corā dño. Idem etiā habetur. j. Paralip. xj. Dicendū ꝙ ꝙ pcussio federis q̄ olim inter aliqs fiebat/ non erat aliud ꝙ pcussio siue fortis tactus manuum ad inuicē quē faciebant q̄ fedus ꝛ pacē sub iuramento sibi mutuo pmittebāt. Quem etiam ritū ꝛ formā vsqȝ hodie hoīes se obligantes mutuo obseruāt siue in cōtractib⁹ siue alias. Alij autē pcutiūt librū/ ꝛ psertim si sint clerici. Fit autē/ talis pmissio iuratoria cū sonitu pcedente ex mutua percussione manuū: vt a pluribus audiaꝛ/ ꝛ p cōsequēs vt plures possint esse testes rei que promittitur siue iuratur.

¶ Septimum dubium. Quare abrahā plantauit nem⁹ in Bersabee? Dicēdū ꝙ hoc fecit propter tria. Primo quidē propter lignorū defectū. Locus nempe ille vocaꝛ solitudo Bersabee: vt patȝ in precedenti quarta clausula. Est autē solitudo locus carens frequētia hoīm: siue solitaria mansio: quā cōmuniter vocam⁹ desertū. In deserto autē cōmuniter est defect⁹ lignorū propter terre sterilitatē. Abrahā ergo eligēs in predicto loco multo tēpore habitare/ plantauit in eo nemus ad succurrendū humanis necessitatibus. Verisimile est autē ꝙ nedum plantauit ibi arbores aptas ad cōbustionē: verū etiā aptas ad ferendum fructū humanis vsib⁹ aptū. Vñ dicit de lyra ꝙ dictū nem⁹ vocaꝛ ortus scđm hebreos: in quo indȝ plātauit Abraham diuersas arbores ad fructus ferēdos: ꝛ hoc propter hospites transeuntes recipiendos: vt amenitate loci recrearētur similiter ꝛ fructibus. Secundo hoc fecit in signū stabilitatis: quia ibi volebat manere/ ꝛ fedus initum seruare. Tertio hoc fecit vt ipse inter gentes que prone erant ad idolatriam et luxuriam exercēdam in luco: haberet locum secretum ad orandum dominū. Ne ergo prope locū illū in quo intēdebat multo tpe adorare dñm/ idolatre plātarēt lucū. i. nem⁹ in quo possent exercere suā idolatriā et spurcitiā: pre eos pueniēdo plantauit idē nemus. Et hoc totum cōformiter ad illud diuinum preceptū qđ postea dedit dñs loquens per Moysem Deuteꝛ. xvj. ꝛ dicēs: Nō plātabis lucum ꝛ oēm arborē iuxta altare dñi dei tui.

¶ Octauum dubiū mouetur propter illud vltimū verbum presentis clausule in quo dici=tur de abrahā ꝙ fuit colonus terre palestinorū diebus mul=tis. Contra. Nam btūs stepha=nus Actuū.vij. de eo loquens iudeis dicit ꝙ non accepit ibi hereditatē: nec passum pedis. Dicēdum ad hoc conformiter ad Augusti. ꝙ verū est ꝗtum erat ex facta sibi promissione/ que nō fuit impleta vsqꝫ ad tē pus Josue. Non quin aliquid prius ipse possederit ex ēptio=ne/ vel alio modo. Et hoc satis innuit litera que dicit ipsum fuisse colonū. Colonus autem ꝓprie dr ille q̄ alienū agrum sibi locatū colit. Papias etiā dicit ꝙ coloni ab incolēdo ter ram dicti/ aduene ꝓprie dicū=tur ⁊ sunt. Notāter autē dicit moyses de abrahā ꝙ māsit vt colonus in terra palestinorum diebus multis. Nam scđm ma=gistrū Nicolaum de lyra/ plus ibi mansit ꝗ in Ebron/ vbi mā serat.xxij.annis. Hic autē mā=sit.xxv.annis. Hec ille.

¶ Moraliter ⁊ primo. Abime lech qui cum Phicor principe sui exercitus facit fedus cum Abrahā ne noceat illi ⁊ poste=ris suis/ designat principes tē porales: q̄ vna cum officiarijs suis debēt inire fedus cū abra ham.i. cū supremo prelato ec=clesiastico: scilicet summo pon tifice qui est pater multarum gentium: qr tot populoꝝ quot subditos habet.i. veros ⁊ obe=dientes christianos. Idem dic de episcopo in ordine ad suos. Huiusmodi autē fedus cōcer=nit manutentionē ⁊ conserua=tionem iuris libertatū ⁊ exē=ptionum ecclesiasticarū/ quas defendere ⁊ obseruare debent dicti pricipes/ atqꝫ ꝑ suos offi=ciarios ⁊ ministros obseruari facere: etiā cōpellendo ꝗtum in eis est inobedientes ⁊ rebel les: dando manū fortem ipsis prelatis quotiens opus fuerit cōtra rebelles ⁊ ꝑuersos. Sic enim iurant se facturos dicti principes quādo sup alios pu=blice ⁊ solēniter ꝓferunt: siue cū de nouo creantur. Hinc Isi dorus: ⁊ recitat.xxiij.q.v. prin cipes. Principes inquit seculi nonnunꝗ intra ecclesiā potesta tis adepte culmina tenent: vt per eandē potestatē disciplinā ecclīasticā muniant. Nā intra ecclesiā potestates necessarie nō essent: nisi vt qđ non preua lent sacerdotes efficere ꝑ do=ctrine sermonē: potestas hoc im=pleret ꝑ discipline terrorem. Sepe enī per regnū terrenū/ celeste regnū proficit: vt qui intra ecclesiā positi cōtra fidē et disciplinā agunt: rigore pri cipū conterant: ipsamqꝫ disci=plinam quam vtilitas ecclesie exercere nō preualet/ ceruici=bus supboꝝ potestas principa lis imponat: ⁊ vt venerationē mereatur/ virtutē potestatis impertiatur. Itē postea. Co=gnoscant principes seculi deo se debere esse reddituros ra=tionē/ ꝓpter ecclesiā quā xpo tuenda suscipiunt. Hec Isido=rus. Sup quo dicit glo. ꝙ lai=ci habent intra ecclesiā iuris=dictionē multipliciter. Quāqꝫ in personis ipsis/ cū sunt icor=rigibiles: vt patet.xxiij. dist. eos qui. Item quādoqꝫ ꝓpter

ambitionē alicuius: vt notat distin.lxxix. si q̄s pecunia. Itē cū fidem volunt subuertere: vt p3 distin.viij. quo iure. Itē cū clericus est falsarius: vt habetur extra de crimie falsi.c. ad falsariorū. Itē cū ipsi clerici faciunt schisma in ecclesia: et cū cōtēnunt excōicationē: vt habet. xxiij.q.v. de liguribus. Itē z vbicūq3 potestas ecclesiastica deficit: vt hic. Itē idem principale intentū vc3 q̄ potestas laicalis debeat tueri ecclesiasticā potestatē: pbat p tria capitula sequentia precedens capitulū principes.

¶ Moraliter z secūdo iuxta illud verbū: Iuxta misericordiā quā feci tibi/ facies mihi: notandū q̄ ista verba pōt merito dicere Jesu Christo homo pius ad pauperes pter ipm. Cū eni ipse xp̄s dicat Matth. xxv. Qd vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis: recte poterit illi dicere vir misericors in mortis articlo: iuxta miam quā feci tibi.i. pauperi pter te: fac mihi nūc sic̄r miam. Vñ et Psal. dicebat ad dñm: Non abscondi miam tuam z veritatem tuā a consilio multo. Tu autē dñe ne longe facias miserationes tuas a me. Ac si apte diceret. Quēadmodū fui in vita alijs misericors pter te: tu quoq3 nunc esto mihi misericors. Ecōtra autē iudicium sine misericordia fiet illi q̄ nō fecerit miam. Jaco.ij.

¶ Moraliter z tertio iuxta illam responsionem Abimelech ad Abraham conquerentē de raptu putei aque. ego inquit nesciui quis fecerit hāc rem: cum tamen hoc fecissent serui illius: vt dicit in textu: significantur multi principes et dñi se excusantes per ignorātiam de multis oppressiōibus quas serui z officiarij eoz faciūt in subditos: siue ēt in extraneos: quos tñ plerūq3 tota aq̄ maris nō posset lauare a culpa: quia quicqd illi mali aut grauaminis exercent in pauperes: hoc totū redundat in caput dñoz suorū: iuxta illud Esaie.xxiiij. Sicut seruus/ sic dñs eius. Et est sensus in pposito q̄ si seruus fuerit in aliquo culpabilis ob defectū correctiōis dñi sui: similiter ipse dñs culpabilis erit. Studeant ergo diligēter principes z dñi punire delicta z excessus officiarioru suorū: etiā de illis inquirēdo. Alias nō erunt imunes a delicto. Sic eni agebat btūs Ludouicus francoꝝ rex. De quo legitur q̄ cum declinabat ad aliquā ciuitatem vel villam regni sui: inquirebat de fama et probitate officiariorū publicorum illi⁹. Et si quos minus idoneos cōperiebat/ illos suis officijs priuabat: etiam interdum acrius illos puniendo secundum casus exigētiam. Nec etiam dicta officia publica vēdebat: ne per talem viam daret dictis officiarijs occasionem rapinas exercendi: siue inmoderata salaria extorquēdi siue recipiendi.

¶ Moraliter et quarto iuxta illud verbum increpatorium Abimelech regis ad Abrahā: et tu nō idicasti mihi: notādū q̄ confessores principum et cōsiliarij eorum atq3 magnates

habitantes in curijs eorū:sunt merito increpandi quādo nō indicant illis rapinas et extractiones quas plerūqȝ faciunt in populo officiarij ipsorum:ꝛ signanter quādo habent notitiam certā de talibus. Nō enī possunt esse principes in omni parte regni sui. Et ideo illi q̄ sunt eis familiares: tenentur sub interminatione maledictionis eterne. eos de talibus informare:ꝛ signanter quādo estimant verisimiliter ꝙ gratanter et beneuole recipient aduisamētum ipsorū. Nā quēadmodum in politia ecclesiastica dn̄i Archidiaconi sunt oculi episcoporū: ita vt ad eos referant graues causas et crimina que viderint in populo: et similiter episcopi vocātur in partem solicitudinis sui archiepiscopi:vt notatur.ix.qō.iij.c.j.quod incipit qō autem: ita etiā in politia laicali decet esse viros zelosos: qui timeant deum:ꝛ oderint auaritiam:qui aduisent ꝛ incantēt eos super cōmunibus defectibus sui prīcipatus. Insuper et super defectus suos ꝓprios si quos in eis viderint:et maxime qui tolerari non possunt absqȝ scandalo aut periculo reipublice. Nec solum de talibus cōmunibus ꝛ notorijs defectibus debent eos reuerēter admonere:verū etiā de occultis obseruato tamen ordine charitatis:et secūdum creditum et accessum quē habent ad dictos prīcipes: cōsiderata etiā qualitate officij ipsorum.

¶ Sed quis est hic tam zelosus qui facit hec: et laudabimus eum. Fecit enī mirabilia in vita sua. Nam si quis talis inueniri possit: merito de eo dici poterit illud Ecclīastes.iiij. Unus est: ꝛ secundū nō habet. Propter qō conqueritur dn̄s Threñ.ij.dicēs: Prophete tui viderūt tibi falsa ꝛ stulta:nec aperiebant iniquitatē tuā: vt te ad penitentiā prouocarēt. Hoc autem est cōtra adulatores:qui iniquitatē principum nō aperiūt:sed magis palliāt. Tales autē hodie querūt principes nostri: de quibus Esaie xxx. Populus ad iracundiā prouocans est:ꝛ filij mendaces:filij nolentes audire legem dei. Qui dicunt videntibus.i.predicatoribus ꝛ viris literatis ꝛ zelosis: nolite videre.i. nolite nobis dicere veritatē. et aspiciētibus: id est cognoscētibus iniquitates ꝛ defect⁹ nostros: nolite aspicere nobis que recta sunt: id est nolite predicare nobis de restitutione: de ieiunio: de castitate: de multa deuotione. Sed potius loquimini nobis placētia:scilicet ꝙ omnia sunt principis:ꝛ ꝙ possumus tallias ꝛ tributa imponere subditis nostris prout nobis placet:bellum indicere vicinis nostris: et terras eorum inuadere:atqȝ inuasas licite detinere ne nobis noceāt. loquimini nobis errores: et signanter Lutherianos: qui sunt de rebellione contra romanā ecclesiam. Item ꝙ non tenemur de iure diuino confiteri sacerdotibus:et sic de pene infinitis erroribus: et tunc audiemus supple vos libenter potius q̄ quosdā biguotos pre-

dicatores qui faciunt viã paradisi nimis strictam: et qui sunt pleni scrupulis. Tales autem longe sint a nobis: et a nostris curijs.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud verbũ: Statuit abraham septem agnas gregis seorsum: quas obtulit regi abimelech: notandum q per septẽ agnas possunt recte designari septẽ dona spiritussancti. Itẽ septẽ virtutes: quarum tres sunt theologales: et quatuor morales. Item septem opera misericordie. Insuper et septem sacramẽta ecclesie. Hec em̃ omnia in septenario numero posita debemus omnipotenti regi offerre vt possimus illi confederari federe sempiterno: in presenti quidẽ p gratiã: in futuro vero per gloriam.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud verbũ: Et fuit (supple abraham colonus terre palestinorum diebus multis: notandũ q p abrahã intelligit quilibet homo: q in p̃senti vita potius dicẽdus est colonus q̃ heres aut possessor. Qui em̃ iure hereditario possidet aliquã terrã: semp eã possidet si velit. Colonus autẽ dr q aliquã terrã occupat p modũ locatiõis et cõducti. Sic est autẽ q hõ q̃tũcũq magnus et diues respectu huius mũdi potius dicẽdus est locatitius q̃ possessor. Dñi em̃ est terra et plenitudo eius: orbis terrarũ (et vniuersi q habitãt in eo. Ipse ergo dñs põt de mũdo isto eijcere hominem locatitiũ totiens quotiẽs sibi placuerit. Uñ ad hoc insinuãdũ placuit antiqs grãmaticis dicere q iste terminus dies est dubij gñis: sic ipsum declinando: hic vel hec dies. Uñ Augu. lib. de cordis cõtritiõe: circa principiũ. Nihil inqt certius morte: sed nihil incertius hora mortis. Itẽ idẽ lib. de spũ et aĩa. ca. lix. Egrediar inqt de hoc mundo: sed nescio qñ: et fortasse dies iste mihi supremus est. Propterea tremẽs ac pauens quotidie mortẽ expecto (q vbiq mihi minatur. Diabolũ suspectũ habeo: q vbiq mihi insidiat. timeo et expauesco vltimã discussionẽ (et districti iudicis iram: ne p pctis meis mittat me in ignis gehẽnã. Hec ille. Relinquit g q hõ viator merito põt vocari colonus respectu huius mundi: siue peregrinus. Uñ iacob interrogatus a pharaone qt annos hret dixit ei: Dies pegriatiõis vite mee centũ trigita annorum sunt parui et mali. Geñ. xlvij.

¶ Allegorice: puteus aq quẽ vi abstulerant serui regis abimelech ab abrahã (et pp̃ter quem increpauit ipse Abrahã dictũ regẽ (designat sacrã scripturã q est velut puteus (cuius nõ est inuenire pfundũ: cũ sit abyssus multa. vñ Cañ. iiij. Puteus aqrum viuẽtiũ (ẽ supple sacra scriptura. Puteus qdẽ pp̃t sensuũ ipsius pfunditatẽ: aquarũ p̃o pp̃ter hũani itellectus irrigationẽ: viuẽtiũ aũt qr facit iuenire vitã gre i p̃nti: et glie i futuro. Sequitur: q fluũt ipetu d libão. i. de celo p diuinã reuelationẽ. Huius g putei verus possessor est verus et syncerus doctor theologus qui die ac nocte insudat circa studium sacre scripture. Abimelech autẽ rex (est diabolus

qui est rex super omnes filios superbie. Huius autem regis serui sunt omnes heretici/qui tunc conātur auferre ab abrahā puteū aque/ qñ nituntur contra veros theologos ad se trahere sacram scripturā/ illam tortuose exponētes: de q̄bus loquitur Hieron.ij.parte epis.sua.epla.lxxxiij. quam ad Paulinum scribit/ita dicens: Sunt q̄ ad sensum suum incongrua aptāt testimonia / quasi grande sit ꝛ non vitiosissimū dicendi genus deprauare sententias: ꝛ ad volūtatem suam scp̄turā trahere repugnantē. Hec Hiero. Sed q̄d est q̄ abimelech tādem restituit dictū puteum aque vero dn̄o illius scʒ Abrahe: nisi q̄ interdum ex speciali dei gratia heretici redeuntes ad cor et abiurata sua heresi redeūt ad gremiū sancte matris ecclesie: cum qua ineūt fedus ꝛ verā pacē.

¶ Anagogice Abrahā ꝛ Abimelech significāt deum ꝛ hominē. inter hos autē duos olī erat erat lis ꝛ questio ꝑpter ablationem putei paradisi terrestris: ex quo egrediebatur fluuius qui diuidebat̄ in quatuor capita. Tādē autē in morte Christi ꝑcusserūt ambo fedus pariter: q2 iuxta verbum apostoli Ephe.ij. Ipse est pax nostra/qui fecit vtraq̄ vnum. Quo fit vt homine iusto moriēte/anima eius volet ad celos. Et tunc facit deus homini misericordiam/ipsum premiādo eternaliter: sicut in presenti ipse homo fecerat illi misericordiā/pauperes ꝑpter ipsum tēporaliter ꝛ corporaliter reficiendo: iuxta illud Matthei xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis ꝛc̄.

¶ Geñ.xxij.prima clausula.

¶ Que postq̄ gesta sunt: tētauit deus Abrahā: et dixit ad eū: Abrahā abrahā. At ille respondit: Assum. Ait illi. Tolle filium tuū vnigenitum quē diligis Isaac: ꝛ vade in terram visionis/atq̄ ibi offeres eū in holocaustū sup vnū montiū quē monstrauero tibi. Igitur abrahā de nocte cōsurgens strauit asinū suū / ducēs secum duos iuuenes/ et Isaac filium suū. Cūq̄ concidisset ligna in holocaustū/ abijt ad locum quē preceperat ei deus. Die autē tertio eleuatis oculis vidit locum procul: dixitq̄ ad pueros suos. Expectate hic cū asino: ego ꝛ puer illuc vsq̄ properantes postq̄ adorauerimus/ reuertemur ad vos. Tulit q̄q̄ ligna holocausti: ꝛ imposuit sup Isaac filium suum. Ipse ꝟo portabat in manibus suis ignē et gladiū. Cūq̄ duo pergerēt simul: dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis ꝛ ligna: vbi est victima holocausti? Dixit aūt abraham. Deus ꝓuidebit sibi victimā holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter: ꝛ venerunt ad locum quem ostenderat ei deus: in quo edificauit altare: et desup ligna cōposuit. Cūq̄ alligasset Isaac filium suum/ posuit eū in altare sup struem lignorū. Extēditq̄ manū/ ꝛ arripuit gladiū vt immolaret filium suū. Et ecce angelus dn̄i

clamauit de celo dicēs: Abraham Abrahā? Qui respondit. Adsum. Dixitq; ei. Non extendas manum tuā super puerū: neq; facias illi quicq;. Nam cognoui q timeas dñm: ⁊ nō pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit abrahā oculos suos / viditq; post tergū arietem inter vepres herentem cornibus. Quē assumens obtulit holocaustū pro filio. Appellauitq; nomē loci illius / dñs videt. Unde vsq; hodie dicitur: In monte dñs videt.

¶ Historialiter. Postq; in precedēti capl'o egit sanct⁹ moyses de natiuitate Isaac: et de persecutione quā passus est ab Ismahele fratre suo: necnon ⁊ de ꝑfecta obediētia abrahe in abijciēdo propter deū ꝓlē susceptam de ancilla agar: hic cōsequenter agit de obedientia eius mirabili in voluntate occidendi propter eundem dñm deū prolē susceptā de libera: vz Sara. Diuiditur autē hec clausula in tres partes. Nam Primo ponitur dñi iussio: in principio capituli.
Secundo Abrahe executio. Ibi. Abraham de nocte ⁊c.
Tertio Jussi reuocatio. Ibi. Et ecce angelus dñi ⁊c.

¶ Primo igit̄ tāgitur dñi iussio cū dicitur: Tentauit deus Abrahā. Quando autē hoc factum sit / insinuat Moyses cū premittit dicens: Que postq; gesta sunt / scz predicta / scz ancille ⁊ filij eius eiectio: cū abimelech cōfederatio ⁊ nemoris plantatio. His ergo omnib⁹ gestis / tentauit deus Abraham. Quomodo autē hoc / dicetur in solutione primi dubij sequētis. ⁊ dixit ad eū / scz imaginaria visione / vel exteriori apparitione / secundum q dño placuit / ⁊ abrahe expedire sciuit. Nec forsan erat dñs in ꝓpria qui loq̄batur: sed angelus minister illius / qui vice illius apparebat et loquebatur: Abraham Abrahā. Exp̄ssio nois est signū familiaritatis: secūdum q dñs dixit ad moysen. Exodi xxxiij. Noui te ex noīe. Geminatio aūt eiusdē nois facta est ad excitandum ipsius intellectum ⁊ affectū / vel ad excitandum voluntatē in effectū executionis tā difficilis iussionis. Uel secundū quosdā fit in figuram. Nam in nouo testamento fit talis geminatio. In veteri aūt frequenter: ⁊ hoc ad designādū q antiqui grauē habebāt auditū. Unde Actu. ix. qz Paulus grauē habebat auditum / ingeminatur ei de celo a dño: Saule Saule quid me ꝑsequeris? Ex qua causa lz in alijs locis veteris testamēti fiat talis siue ꝯsimilis geminatio: non tamen multū oportuit in proposito: ⁊ presertim quia abraham promptissimus fuit ad audiendū dñm / ⁊ illi obediendum. Unde seq̄tur: At ille respōdit: Adsum. Ecce promptitudo eius ad obediendū / sicut in Paulo qui vocatus a domino ait: Domine quid me vis facere? vbi supra. Moxq; ad eū dñs: Tolle inquit filium tuum vnigenitum quē ⁊c. Ecce domini iussio / que perampli⁹ explicabit̄ statim. Et hec est prima pars presentis clausule: ꝑ cuius ampliori declaratione

mouentur aliqua dubia.
¶ Primū igitur dubium. Cur tentauit dñs abrahā? Hoc enī officium videt ptinere ad diabolum, et non ad deū. Dicitur etiā Jaco.j. q deus neminem tentat. Dicendū q tentare cōuenit deo: homini et diabolo: sed alio et alio fine. Tentat enī deus non vt decipiat: qr vt dicit Jacob⁹ vbi supra: deus intentator malorū est. i. non tentat vt ad malū inducat: sed vt scire faciat. Da exemplum de preceptore iuuenū, qd frequenter multa ab eis q̄rit: nō quasi ignorās: sed vt ex eorum responsione aliis appareat eorū pfectus. Unde et prima respon sio baccalariorū Parisiēsium vocatur tentatiua. Tentat ergo deus ad innotescēdū virtutem alicuius, nō qdem sibi: qr omnia nuda sunt et aperta oculis eius. Hebr.iiij. sed alijs: sicut dicit Tho.ij. q hanc tentationem videlicet excecationis oculorum eiusdem thobie ideo permisit dñs euenire illi vt posteris daretur exemplū patiētie ei⁹ sicut et sancti Job. Tētat hō vt sciat. Unde Dañ. primo dixit Daniel ad Malassar quē constituerat princeps eunuchorum super se et socios suos vcȝ ananiam, misaelem, et azariā. Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decē, et dētur nobis legumina ad vescēdum, et aqua ad bibendū: et contemplare vultus nostros: et vultus puerorū qui vescūtur cibo regio rc. Tentat vero diabolus vt decipiat, sicut patuit in tentatione primorū parentum, supra.iij.ca. Item in tentatione Christi Mat.iiij. Nam vt dicit Hiero.iij. parte epi. suaȝ eplarū xxviij. ipse diabolus hȝ mille nomina, et mille nocēdi artes. Et vt dicit Chrysos. sup Matt. in opere impfecto homil.vj. Gtū est ex parte sui, nunq̄ tentare cessat, nec habȝ alium actum. Non enī manducat aut bibit: nec opus aliud operat nisi vt tentet, vt fallat, vt subuertat. Hoc enī est cibus illi⁹. Hoc honor et gaudiū eius: propterea insatigabilis est i malo: sed misericordia dei repellit eū propter infirmitatem nostrā, que paulisper permittit eū nos tētare ppter fidem nostrā probandam. Hec ille.
¶ Scdm dubium est de etate Isaac qñ factū est abrahe pceptū a dño de imolatione illi⁹. Dicendū cōformiter ad Josephum, et ad petrum co. q erat tūc.xxv.annorū. Nec obstat q tunc pr̄ vocauit eū puerū dicens ad seruos suos: Expectate hic cum asino: ego et puer illuc pperantes rc. qr vt dictū est s. antiqt⁹ illi quoȝ patres adhuc supstites erāt, vocabāt pueri: q etiā ɔsuetudo adhuc apud Romanos obseruat. Uel dic q pater vocauit eū puerū ppt vire scītitatē et puritatē.
¶ Tertiū dubiū. Utrum dñs vnico pcepto aut plurib⁹ et diuersis tēporibus preceperit abrahe totū illud: Tolle filium tuū vnigenitū quē diligis rc. Ad hoc aliter dicūt hebrei, et aliter latini. Nā doctores hebrei dicūt ibi fuisse plura pcepta et plures reuelationes successiue factas abrahe. Nā scdȝ eos primo dixit dñs Abrahe:

Tolle filium tuū. Quo respon-
dente: parat⁹ sum obedire: sed
q2 duos filios habeo / Isaac scz
et Ismahelē: de quo intelligit
preceptū indica. Et postea die
scz altera dñs dixit ei: Unige-
nitum. Quo respōdēte vtrūq3
esse vnigenitum saltē ex parte
matris / addidit dñs die alte-
ra: quē diligis. Quo respondē-
te / vtrūq3 diligo: iterū die al-
tera addidit dñs: Isaac. Hoc
aūt factū est vt dicunt hebrei
vt ex pluribus preceptis & di-
stinctis tēporib⁹ factis maius
meritum accresceret patriar-
che Abrahe in obediendo. Do
ctores aūt latini dicūt q̄ fuit
vnicū preceptū simul Abrahe
factū / vt simul et semel omnia
proponerētur que possent ipz
retrahere ab impletione pre-
cepti / vt magis appareret obe
diētia eius: & ex hoc cresceret
magis ac magis laus / meritū /
& futura merces illius. Itē vt
futuris religiosis hmōi obedi
entia cederet in exemplū vere
obediētie ad p̄cepta prelatoꝝ
suoꝝ q̄tūcūq3 difficilia / vt sta
tim dicet i expositiōe morali.

¶ Quartū dubiū versatur cir
ca illud verbū: & vade in terrā
visionis. Querit ergo q̄ est ista
terra visionis ad quā sub pre-
cepto mittit abrahā. Dicendū
cōformiter ad Petr. comest. q̄
terra visionis est illa pars iu-
dee que est in montanis. Dici-
tur aūt terra visionis: eo q̄ ip
sa a lōge: & de illa longe videri
potest. Unde & in descēsu illius
terre est vallis q̄ ab Esaia. xxij
ca. vallis visionis dicitur.

¶ Quintum dubiū est de noīe
ipsius loci ad quē missus est a-
braham. Dicēdum cōformiter
ad iosephū q̄ appellabat mōs
moria. Nā vt dicit Pet. come.
in summitate montiū iudee e-
rat q̄dam monticulus eminen
tior dictus mons moria / iuxta
hierlm: qui q̄dem mōs postea
additus est ciuitati / atq3 in lo
co illo postea edificatū est tē-
plum Salomonis: & hunc mon
strauit deus abrahe vt in eo im
molaret filium suū Isaac. In
hoc etiā mōticulo vidit dauid
angelum reponentē gladiū in
area orna Iebusei: vt legitur
ij. Reg. xxiiij. Et nota q̄ ornā
ipsa est hierusalē: q̄. ij. Regum
xxiiij. vocat areuna. Hic etiā
est mōs ille de quo Esa. ij. Erit
mōs domus dñi in vertice mō
tiū / & eleuabitur sup colles / et
fluent ad eū omnes gētes. De
hoc etiam mōte precepit dñs
Iudeis ne immolarent sibi in
omni loco / nisi in loco quē ostē
deret eis / vt dr Deut. xxxvi.

¶ Sextū dubiū versatur circa
illd verbū: Atq3 ibi offeres eū
in holocaustū super vnum &c.
Queritur ergo quō istud pre-
ceptū possit stare cū illa priori
dei promissione: In Isaac vo-
cabitur tibi semē / vt dictū est
in precedēti ca. Dicēdum q̄ a-
braham credidit deū resusci-
taturū filiū suū / & sic in eo im-
pleturū quod p̄miserat. Scie
bat enī certissime deū fallere
non posse. Hinc Apos. Heb. xj.
dicit. Fide obtulit Abraham
isaac cū tentaret: & vnigenitū
offerebat in q̄ susceperat p̄mis
siōes: arbitrās q2 & a mortuis
potēs est deus suscitare illum.
Et sic pz de solutiōe dubioꝝ q̄
oriūt circa. j. p̄tē hui⁹ clausule.

¶Secūdo. Circa hanc clausu lam tāgitur Abrahe q̄ ad dei preceptū executio / cū subdit. Igitur abrahā de nocte cōsur gens. In q̄bus verbis notatur prōpta obediētia Abrahe. Nā etsi preceptū de natura sua esset illi valde durū / vt scilz ipse in propria occideret ⁊ inmola ret dn̄o filiū suum vnigenitū: ⁊ quē maxime diligebat: non ta men se excusauit / nec cōtradi xit / aut distulit: sed q̄tocyus se preparauit ad illi⁹ executio nem. Uerisimile enim est q̄ hu iusmodi preceptū fuit sibi fa ctum noctis silētio. Tūc enim sedatis motibus exterioribus hoīes sunt capaciores diuina rum reuelationū. Unde et an gelus nuncians pastoribus xp̄i natiuitatē nocte illis apparuit Luc. ij. Cū ergo ipse abraham eadē nocte surrexerit / nec ex pectauerit ortū solis vt exeq̄ retur diuinū preceptū: patz q̄ prompte ⁊ velociter obediuit: cum tamē preceptū esset valde difficile: vt dictū est. Seq̄tur: Strauit asinū suū: ad portan dum ligna que erāt necessaria in sacrificio holocausti. Et no ta q̄ ipse Abrahā nō expecta uit q̄ seruus suus surgeret ad componēdū hm̄oi ligna super asinū: sed ipsemet ex vehemen ti desiderio implēdi q̄tocyus preceptum diuinū / dictum offi cium q̄uis vile in propria exe cutus est. Strauit ergo asinū .i. insellauit: vt dicit de pal. si ue parauit. Imponēs sup eum victualia necessaria in via: et que similiter erāt ad holocau stum offerendū necessaria. Du cens secum duos iuuenes. Isti autem duo iuuenes secūdum hebreos fuerūt Ismahel et Eliezer: ⁊ Isaac filius suus: de q̄ erat principalis questio. Cūq̄ concidisset ligna in via q̄ erāt necessaria ad cōburendū filiū suum: die tertio eleuatis ocu lis vidit locū procul. i. montem moria: qui nūc mons Caluarie dicit: vbi crucifix⁹ est xp̄s. Et vt dicit Hiero. li. de hebraicis questio. de geraris vnde erie rat Abrahā / vsq̄ ad dictū mō tem est iter triū dierū. Die er go tertio Abrahā puenit vsq̄ ad dictū locū: Et tūc dixit ad pueros suos. i. iuuenes predic tos: qui vocantur pueri tum propter teneritudinē carnis ⁊ etatis: tū propter prōptitudi nē obedientie. Expectate hic. Hoc aūt iussit / ne si cū eo ascē dissent in montē / ipsum ab im molatiōe filij sui moti natura li pietate super puerū impedi uissent. Ego (inq̄t) ⁊ puer illuc vsq̄ properātes: postq̄ adora uerimus / reuertemur ad vos. Hic enim prophetice locutus est Abrahā. Nam ⁊ ipse spera bat post immolationē ⁊ incine rationem filium suū a mortuis dei virtute resurrecturum / vt dictū est supra. Ex quo patz q̄ non est mētitus duob⁹ pueris. ¶Seq̄tur: Tulit quoq̄ ligna holocausti / que p̄us portabant iuuenes siue asin⁹: ⁊ imposuit super Isaac filiū suum. Ipse ve ro portabat ī manib⁹ suis ignē ⁊ gladiū. Quod cernens Isaac ait: Ubi est victima holocausti pater mi? Et nota q̄ victima q̄ p̄prie est sacrificiū p̄ victoria obtēta vel obtinēda: hic large accipitur ſm de Pal. vcz pro

quocunqꝫ sacrificio. Item nota ꝙ hoc totũ factũ est a deo vt verba pietatis dicerentur a filio / vt sic magis cõmouerentur paterna viscera / ⁊ vt magis declararetur ꝓfunda obediẽtia ipsius abrahe: q̄ non obstãtibus omnibus illis que eũ ad pietatẽ flectere poterãt: ⁊ ad parcendũ filio: nihilominus in nullo fuit ab obedientia retardatus. Sequitur: Deus / inquit pater / prouidebit sibi devictima holocausti fili mi. Hoc ẽt prophetice dixit abraham. Qđ autem sequitur: Cumqꝫ colligasset Abraham filiũ suum Isaac ⁊c. non est intelligendũ ꝙ ipm inuitum ligauerit: maxime cũ esset patre fortior / vtpote etatis. xxv. annorũ: pater autem cxxv. annorum: ⁊ hoc secundũ Josephum. Alij autẽ ponũt ex parte vtriusqꝫ decẽ annos vltra: ita vt dicant tũc abraham habuisse. cxxxv. ãnos: Isaac vero. xxxv. Error aũt procedit ex vitio scriptorum. Homines autem talis etatis sunt cõmuniter debiles viribus. Non ergo eum tunc ligauit pater quasi timens ne fugã arriperet / aut ne rebellaret: sed vt more animalium que immolabantur / ligaretur / siue componeretur. His ergo oĩb⁹ expletis / Abraham extẽdit suam manum / ⁊ arripuit gladium: vt in effectu immolaret filiũ suũ. Quod vtiqꝫ fecisset nisi dñs mox ꝓhibuisset. Et sic patet de secũda parte huius clausule.

Circa quam mouẽtur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ. Quare dominus precepit Abrahe tam lõge a loco in quo manebat / qui dicebat solitudo bersabee / pergendũ esse: vcꝫ vsqꝫ ad locũ distãtẽ trib⁹ dieb⁹ vt illi immolaret filiũ suum. Mirũ est enĩ ꝙ hoc non iusserit esse fiẽdum ĩ eodẽ loco in q̄ tũc manebat: aut saltem in vicino loco. Dicẽdum ꝙ hoc fecit dominus ꝓpter tria. Primo quidem vt multi essent testes tãte rei: ⁊ tante obediẽtie. Nam vt dictum est / locus in quo iussus est immolare filium suum erat adiacens ciuitati hierusalem: que tunc alio nomĩe vocabat. Propter quod multis potuit innotescere dictũ mysterium potius q̄ si contigisset in solitudine que bersabee vocabatur / vbi tunc manebat. Secundo propter augmentum meriti ipsius abrahe: qui ambulando cum filio per tam longum tempus ⁊ spatium magis cruciabatur in corde atqꝫ diutius considerans futuram necem perdilecti / ⁊ vnigeniti filij sui: quem sciebat per angelum nũciatum: miraculose cõceptum: baculum sue senectutis: innocẽtem ⁊ iustum: peramplius affligebatur. Per triduum igitur iter protẽditur vt per totum illud temp⁹ recursantibus curis paterna viscera cruciarentur: vt cũ hoc spatio intueretur pater filiũ: cibum cum eo sepe sumeret: tot noctibus puer penderet in amplexib⁹ patris: ĩhereret pectori: cubaret in gremio. Que omnia ⁊ his similia augebant dolorem patris / ⁊ tẽtationẽ illius cumulabant continue. Quibus tñ nõ obstãtib⁹

permanet immobilis in obediētia ꝓcepti sibi facti de immolatione filij. Tertio hoc factū est propter figuram dñice mortis ⁊ passionis que perficiēda erat in dicto monte ⁊ loco/ qui olim dicebatᷣ moria vt dictū ē. Nunc vero mons caluarie nūcupatur. Et dr caluaria quasi os nudū hūani capitis. Uel os denudatū pelle ⁊ carnibus: eo ꝙ ibi iacebant tēpore predicte dominice passionis multa ossa mortuorum: qui pro suis reatibus ibi puniebantur.

¶ Secundum dubiū. Quō potuit fieri ꝙ Abrahā tantū dolorem habuerit de immolatione futura filij sui/ quē certissime sperabat resurrecturū/ vt dictū est? Dicēdū in primis ꝙ nō credidit nec sperauit absolute ⁊ simpliciter ipz suscitandum: sed tm̄ sub hac ꝯditione/ scz: si ipsum immolaret. Secūdo dr ꝙ dato ꝙ ita simpliciter ⁊ absolute crederet: hec tamē spes aut credulitas ipz preseruare nō poterat a dolore cordis. Da exemplū de beata virgine q̄ maxime doluit ī passione filij sui: q̄uis firmiꝰ crederet eū resurrecturū. Da exemplū de matre q̄ vidēs filiū suū scidi per chirurgicū pro sanitate: hoc tm̄ nō potest aspicere absq3 dolore: ita in proposito.

¶ Tertiū dubiū. Cur dñs voluit Abrahā ambulare versus locū immolatiōis filij sui tribꝰ diebꝰ q̄ pluribꝰ aut paucioribus? Rñsio: qꝛ tertia dies semper apta est sacris. Nā et ppl's cū exisset de egypto/ tertia die obtulit sacrificiū dño. Itē tertia die purificatꝰ fuit. Deniq3 tertia die xp̄i resurrectio celebrata est: ⁊ multa alia mysteria sub triduo facta sunt.

¶ Quartum dubiū. Cur Sara mater filij non est eū secuta cū a patre ducereᷣ ad locū immolationis? Dicēdū ꝙ h̄ ideo qꝛ nihil sibi innotuit de precepto facto Abrahe viro suo sup h̄. ⁊ q̄uis Moyses videatᷣ dicere hmōi ꝓceptū sibi fuisse factū de nocte: ꝓ hoc qd̓ dicit: Abrahā de nocte cōsurgens strauit ⁊c. nō ꝓpterea sequiᷣ ꝙ hoc innotuerit sare: tū qꝛ forte nondū tūc lectū intrauerat: sz forsan in orone persistebat: tū qꝛ etsi eo dormiēte: non ꝓpterea sequiᷣ ꝙ h̄ potuerit innotescere vxori sue: qꝛ verisiłr est ꝙ seorsum quiescebant. Nā satis probabile est ꝙ illi sanctissimi patriarche nō dormiebant cū vxoribꝰ suis nisi qn̄ vacādum erat gn̄ationi. Crediᷣ aūt verisiłr ꝙ postq̄ abrahā genuit miraculose isaac: ex tūc nō cognouisse vxorē suā. Da exēplū de parētibꝰ beati Nicolai. Tū qꝛ dato ꝙ tēpore reuelatiōis facte ipi abrahe tūc dormiret cū vxore sua: potuit tm̄ fieri: vt ipsa nihil ꝑciperet: vel qꝛ dormiebat: vel qꝛ silenꝰ facta est. Noluit aūt abrahā hoc illi notificare: ne nimiū ꝯmovereᷣ more ⁊ affectu materno viscera eius. Et forsan si hoc illi innotuisset: toto posse etiā vsq3 ad mortē ꝓ defensiōe vite filij sui decertasset. Nō enim erat ita perfecta sicut pater. Et breuiter abraham de nocte cōsurgens nemini quod facturꝰ erat indicauit: vt dicit Petrꝰ comestor.

¶ Quintum dubium est de collocutione patris ad filiũ cum essent simul in via constituti. Josephus dicit ꝙ pater dicebat filio suo ꝙ sicut de voluntate dei ingressus fuerat mundum mirabiliter: ita etiam de voluntate dei necesse illi erat inde egredi mirabiliter. Et ꝙ dñs iudicasset eũ dignũ non egritudine: non bello: non aliqua passione humanã vitã finire: sed cũ orationib⁹ ⁊ sacrificijs animã ipsius ad se vocare: ⁊ ꝙ suscitaret eũ ob implẽdas ꝓmissiones. Quib⁹ verbis auditis Isaac libẽs accessit ad aram ⁊ mortẽ. Et de hoc etiã alcuinus magister Caroli magni: ⁊ abbas sancti martini turonẽsis dicit sic: indubitanti inquit aio mactare volebat pater filiũ: laudãdus in cõstãtia offerendi: ⁊ in fide suscitãdi filij.

¶ Sextum dubiũ. Utrũ isaac tenereť obedire patri volenti eũ occidere: ⁊ hoc ex dei precepto? Uideť ꝙ non: q2 de lege nature ꝗlibet tenetur tueri vitam suam. Ad hoc dicẽdũ ꝙ tenebať illi obedire: et credere ꝙ hoc nõ faciebat ꝓprio motu. Nouerat enim prius sufficiẽter patris sanctitatem: ⁊ ꝙ cũ eo sepe loqreť dñs. Insuper ꝙ nunꝗ̃ reprehẽsus fuisset de mẽdacio: ⁊ ideo tenebatur assentire illi dicẽti sibi sic esse a dño preceptũ. Insup dicẽdũ ꝙ dñs deus qui exterius mouebat patrem vt talem immolationem exequeretur: etiã mouebat filiũ interius vt patri obediret eũ interficere volẽti. Uñ tũc dicere poterat illud ps. Audiam qd loqtur i me dñs de⁹. Et cũ dicitur in oppositũ ꝙ quilibz tenetur tueri vitã suam etiã de lege nature: verum est de lege cõmuni: sed fallit in lege priuata. Nã cũ ipse Isaac iam esset .xxv. annorum ꝑm Josephũ / vel secũdum alios .xxxv. iam in eo vigebat plene naturalis ratio: que adiuta lumie fidei dictat ꝙ quilibet homo ꝗ̃tũcunꝗ̃ iustus est debitor mortis ipsi deo ꝓ peccato originali: ⁊ ꝙ ipse deus põt hmõi debitum repetere qñ vult: et quõ vult. Et ideo bñ voluit in hoc obedire patri sicut etiam tenebatur. Nõ autem tenebať obedire patri in hoc facto secluso precepto diuino: q2 sol⁹ dñs est vite ⁊ mortis auctor ⁊ dñs: iuxta illõ verbũ anne matris Samuelis .j. Reg. ij. Dñs mortificat: et viuificat.

¶ Tertio iuxta hanc clausulã primã ponitur iussi siue precepti reuocatio cũ subditur. Et ecce angelus dñi ⁊c̃. Q2 enim dictum preceptum de immolatione Isaac factum erat ad hoc ꝙ alijs hoibus declararetur ipsius abrahe obediẽtia: ⁊ nõ sic ꝙ ipse dñs vellet absolute hmõi exteri⁹ op⁹ siue imolationẽ: ideo ipsa obediẽtia plene ⁊ ꝑfecte declarata reuocatur ꝑceptũ: cũ ait dñs ad Abraham. Nõ extendas manum tuam super puerũ .i. super filium: qui quãuis iã esset etatis .xxv. annorum vt dictũ est: vocatur tamẽ puer: tũ ꝓpter cõsuetudinẽ terre illius: tũ q2 adhuc erat sub cura pris: tum etiã q2 i sacra scꝑtura subditi

et famuli Abrahe quis sint prouecte etatis: frequēter tñ vocantur pueri: vt ibi.j.Reg.xx). Si mūdi sunt pueri maxime a mulieribus rc. Itē ibi.ij.Reg.xviij. Seruate mihi puerū absalon: ait Dauid ad Joab: z qui cum illo pergebāt ad preliandū cōtra absalon filium eiusdem David. Itē ibi hester.j. Assuerus tertio anno imperij sui fecit grande cōuiuiū cūctis principib⁹ z pueris suis fortissimis. Sequit. Nec facias ei quicq̄ mali. Hoc aūt addidit dñs: q2 Abrahe quis Abraham puerū gladio nō fuisset ausus post preceptū percutere: forte supposuisset ignem lignis paratis ad incendiū: z sic filium iā illis superpositum immolasset nisi dñs hoc phibuisset per illā gñalē prohibitionem qua ait. Nec facias ei quicq̄ mali. Ex quo patet q̄ dñs sanguinē pueri non sitiebat: sed vt alij scirēt Abrahe quātū ipse abrahā timeret dñm: qui in re tā difficili illi obedire voluit etiam ad primum preceptū: non expectās scd'm. Ideo ait ei De⁹: Nūc cognoui.i. alijs cognoscere feci: q̄ timeas dominū. Quod si hec verba sint verba angeli in propria persona loquentis: tunc est sensus. Nunc cognoui: scz experimento: q̄ timeas dominū: scilz timore filiali: quod pri⁹ naturali cognitione scire non potui. Si enim homo nescit de seipso an odio vel amore dign⁹ sit: vt dicitur Eccl's.ix. multo minus hoc ipsum de alio scire potest siue homo siue angelus.

¶ Sequitur. Leuauit abrahā oculos suos: forte vt videret angelum sibi loquentem: z vidit post tergum arietē inter vepres herentē cornibus.i. ipsis veprib⁹ intricatum. Et dicitur aries ab ara: eo q̄ antiquit⁹ in ara immolabatur domino. Vel dicit ab ares q̄d est virtus: eo q̄ sit dux fortis totius gregis. Hunc ergo arietem assumens abraham obtulit holocaustū pro filio. Et vt dicit de lyra: orabat abraham in immolatione dicti arietis: q̄ dñs ita dignaret acceptare hmōi immolationē: ac si ipse immolasset filiū suū: eo maxime q̄ per eum nō steterat q̄ ipsum nō immolasset. Appellauitq3 nomen loci illius: dñs videt: eo scilz q̄ ibi vidit oculo mīe dolorem patris super filij immolatione: quā indubitanter credebat futuram: vt dictum est. Vñ fecit quecunq3 ad eam pertinebāt. Erat nempe in eo ipso patre cōcertatio volūtatum: scz naturalis z deliberate: sicut z in xp̄o in orto. Nā sicut xp̄s volūtate naturali nolebat mori: qui tamen voluntate deliberata z rationali volebat mori: in hoc se cōformās diuine voluntati: ex qua concertatione fact⁹ est sudor sanguinis in ipso xp̄o: ita etiā in ipso abrahām due predicte voluntates concertabāt adinuicem. Nam voluntas naturalis compatiebatur filio: quē nolebat immolari. Voluntas vero deliberata conformās se diuino precepto volebat ipsum immolari. Et q2 domin⁹ videbat hanc cōcertationem siue pugnam z bellum voluntatū in ipso abrahām: ideo per fidē

hoc cognoscens Abraham appellauit nomē loci illius (qui nunc mōs caluarie dicitur vt dictū est) dñs videt. Unde in signum huius vsqz hodie apd iudeos currit hoc puerbium prouerbium: In monte dñs videbit. Nam quotiens illi sunt in graui angustia cōstituti: memores huius facti petūt a domino oculo mīe respici: sicut in pdicto mōte respexit isaac liberans eū a morte: et similiter patrem ab angustia cordis sui.

Sed pro ampliori declaratione huius textus mouētur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est de ariete quē obtulit Abrahā loco filij: vnde pcessit: an scilz fuerit de nouo creat⁹: aut de preiacenti materia formatus vel phantasticus: siue aliūde ministerio angelico allat⁹. Dicēdū cōformiter ad magistrū historiaꝝ allegantē rabanum qꝫ nō fuit nouiter creatus: sed aliūde ab angelo allatus. Itē vt dicit glo. ordi. non fuit phātasticus: sed verus et naturalis aries: qui prius erat sub dñio et proprietate alicuius. Quod si dicatur qꝫ abrahā fecit iniuriam dño illius: negatur: et maxime cū hoc factum sit imperante dño deo: qui pōt vti creaturis suis put vult: et absoluere eas a dominio alteri⁹ maxime cum domini sit terra: et plenitudo eius: orbis terrarum: et vniuersi qui habitant in eo. Huic autē est simile de illis porcis intra quos Christ⁹ misit legionem demonum: qs ad mare trahentes suffocauerunt: vt patet Mat. ix. Nec tamen ipse fecit iniuriam domino illorum porcorum. Refert tamen de lyra hebreos dicere qꝫ dictus aries fuit a pncipio mundi formatus: scz sexta die: quando quidem deus formauit animalia: et ibi reseruatus vsqz ad tempus immolationis abrahe. Sed istud reputatur fictitium: qz nō fundatur in apparenti ratione: nec in auctoritate.

¶ Secundum dubium est de genere vepriū quibus visus est cornibus herere aries. Dicendum qꝫ difficile est de hoc iudicium certum dare: maxime cum scdm isidorum antiquit⁹ omnis arbor spinosa vepris diceretur: quasi apprehendens vi spinarum rem sibi approximantem. Necesse est tamen dicere qꝫ non erant communes spine: quia ille non possent sustinere pondus vnius arietis: nisi forsan dicatur qꝫ spine illi⁹ terre sunt grossiores et fortiores nostris: pter terre bonitatem et fertilitatem: sicut videmus arbores eiusdem speciei in vna patria multo altiores fortiores et fertiliores qꝫ in alia.

¶ Tertium dubiū est de recognitiōe tāti mysterij apud iudeos. Ad qd dicendum cōformiter ad Petr. cōest. qꝫ ipsum optime recognoscunt. Nā ob reuerentiā illius singulis annis celebrant diem solennem prima die septembris: vocantes eam festum liberationis Isaac: eo forte qꝫ tali die fuerit liberatus a morte ex domini voluntate. Item in tali fe=

no clangunt cornibus pecorinis in memoriam arietis herentis vepribus per cornua. Hec Petrus.

¶ Quartum dubiū. Cur abraham noluit duos pueros.i.seruos montem secum ascendere vt ipsum iuuarent ad occidendum et immolandum filiū? Rñsio. propter duo. Primo quidē quia forsan potius eū in hoc facto impediuissent moti naturali pietate super puerū isaac quē post mortem patris iā senis sperabant habere dñm: quam ipsum iuuissent: vt dictum est supra. Secūdo vero hoc factū est in figuram dñice passionis vez quod in dicto monte nō erāt ascensuri xpi discipuli cū illic deberet immolari deo patri pro salute oīum: vt dicetur statim in expositiōe allegoricali.

¶ Quintum dubiū. Quid egit Abraham post occisionis filij sui prohibitionem: atque arietis immolationem? Rñsio. verisimile est quod tūc statim soluto filio prostrauit se in terrā: gratias agēs deo propter duo. Primo quidē de eo quod per tale mysteriū mediāte lumine fidei cognouerat in eodē loco immolandum dei filiū. Et hoc est quod innuit Christus Ioā. viij. iudeis loquens. Abraham inquit pater vester exultauit vt videret diem meum: diem scilicet natiuitatis et passionis mee. Uidit (supple ipsum per fidē modo supradicto: et gauisus est. Secundo gratias egit deo de preseruatione filij sui a morte. Cūque postea surrexisset de terra: cepit ruere in amplexus filij sui perdilecti: collo stringens eum: et osculās cum indicibilibus lachrymis. Flebat et filius vberrime: tum ex cōpassione patris: tum propter indicium circa se diuine charitatis. Tandem temperato luctu ex parte vtriusque cepit pius pater predicare filio de bono obedietie erga diuinum preceptum. Itē de futura filij dei incarnatione natiuitate et passione: et quod in predicto monte et loco deberet pati pro salute totius mundi: et quod ipse erat figura illius. De amplexu autem predicto loquitur Iosephus dicēs. Illi preter spem semetipsos amplerantes: quippe qui bonorum talium promissiones audirent: osculabantur.

¶ Sextum dubiū. Utrū abrahā postque rediit domum: hec oīa que circa eū et puerū gesta fuerant: intimauerit sare vxori sue? Dicēdū probabiliter quod sic: tū ad sui consolationē. Nā cū ipse abrahā noctis silētio inspe rate e domo recessisset secum ducēs dilectū filium: illa valde angustiabat in corde suo: nesciēs quo abiissent: et si aliquādo essent reuersuri: necne. Postque aliquibus interpositis diebus redierūt ad propria: illa valde gaudere cepit: sciscitās nūc a seruis nūc a filio: nūc a marito quo tanto tempore abiissent: et vnde venirēt: atque quid illis in via contigisset. Tādē abrahā cepit eā consolari sub his aut similibus verbis: necnō et totā familiā domus: dicēs. Benedicite deū celi: et corā oibus viuētibus confitemini ei: quia fecit nobiscū miam suā. Etenim sacramentum regis abscōdere.i.secretū: bonū est. Opera vero dei reuelare et

cōfiteri/honorificū est. Quib⁹ dictis: cepit Abrahā narrare gestorū ordinē p singula. Et hoc est qd refert Joseph⁹ ita dicēs. Altero pō die sacrificio celebrato reuersi sunt ad sarā. Feliciterq3 degebāt cuncta q̄ vellēt eis pbēre deo. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ primo p hoc q abrahā q̄ ad pceptū dn̄i eiecit agar ꝛ filiū ei⁹ de domo sua: et pegrinat in gerariis: manetq3 in solitudie bersabee: denotat q q̄libet iust⁹ cū incipit bn̄ agere: tūc cōiter insurgūt aduersus eum varie tētationes: iuxta quod scriptum est Eccli ij. Fili accedēs ad seruitutem dei sta in timore: ꝛ ppara aiā3 tuā ad tētationē. Unde de sanctis illis pr̄ib⁹ q̄ nos pcesserūt dr̄ Sapien. iij. q deus tētauit eos: et inuenit illos dignos se. Queadmodū ḡ abrahā nō obstantibus q̄buscūq3 aduersitatibus/etiā q̄ītūcunq3 grauissimis nō recessit a medio virtutis: quinimo magis ac magis profecit: ita ꝛ q̄ incepit vitam bonā: nō dʒ eā deserere nō obstantib⁹ q̄buscūq3 in 3riū faciētibus sed poti⁹ feruēti⁹ agere et perseuerare. Exēplum habemus in auib⁹: q̄ cū incipiūt volare/semp i pricipio se erigūt toto conatu cōtra ipetū venti. Sed timēdū est ne hō tētatus succūbat tētationi p negligentiā resistendi: sicut dicte aues sepe se finaliter vertūt vbi impetus venti eas impellit: et id agat spontanee homo: qd ille agunt necessitate ducte.

¶ Moraliter ꝛ scd̄o/p Isaac q̄ interpretat gaudiū siue risus/ de quo precepit dn̄s moysi q ipsum tolleret/et offerret sibi in holocaustū: intelligit gaudiū mūdanū: de q̄ pcipit nob3 dn̄s vt ipm tollam⁹ de medio nostri: ꝛ ipsum offeramus sibi in holocaustū p verā et durā penitentiā/cōsiderātes q extrema gaudii supple vite presentis/luctus sc3 eterne dānatiōis occupat: presertim si nō depriman ꝛ tollat vita comite. Unde de mūdanis hoīb⁹ dicit Job. xxj. q tenēt tympanū et citharā: et gaudent ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos/ꝛ in puncto ad infernum descendunt.

¶ Moraliter et tertio: p filiū vnigenitū q̄ diligit: ꝛ de q̄ pcipit abrahe vt ipm tollat ꝛ occidat: intelligit spūs humanus: sicut p ancillā caro humana. Queadmodū ḡ dictū est abrahe postq3 eiecit ancillā: q etiā eijceret filiū vnigēitū: ita etiā precipit nobis vt post eiectionem ancille. i. carnaliū vitiorꝫ ꝛ laborem⁹ ad eiectionē filii vnigeniti. i. vitiorꝫ spūalium: ꝛ vt ea in nobis occidam⁹. Un̄ in figurā hui⁹ legit. iiij. Reg. vj. de duabus mulierib⁹ q̄ tpe famis cōdixerūt sibi de occidēdis ꝛ cōedendis duob⁹ filijs suis. Nihilomin⁹ vno cōesto/altera abscōdit suū ne cōederet. Per qd denotat q aliq̄ bn̄ volunt in se occidere vitia carnalia: sed nō cessant a spūalib⁹: q̄ tn̄ sūt grauiora. Sed nouerit tales q illis meli⁹ eēt occidere ꝛ pdere talem filiū/q̄ sic custodire: q2 teste saluatore Joā. xij. Qui amat aiam suā/pdet eā. Et q̄ odit aiam suam in hoc mūdo/in vitā eternam custodit eam.

¶ Moraliter et quarto: iuxta illud qd sequitur: et offeres eu in holocaustu super vnu montium quē monstrauero tibi: notandum q tūc offert homo holocaustum deo cū offert illi siue dedicat quicqd habet p loco ꝛ tēpore. Primo quidē animā per deuotionē cordis: contritionē: ꝛ feruentem charitatem. Secūdo vero corpus per debitū ieiunium ꝛ carnis mortificationē. Tertio autē bona tēporalia p elemosynarū largitionē. Et hec triplex oblatio designatur p triplicē oblationem trium regū quā fecerunt Christo nato. Matth. ij. vbi dr q obtulerūt ei aurum, thus, ꝛ myrrhā. Ubi p aurū intelligitur charitas dei ꝛ primi. Per thus vero siue incensum quod ascendit sursum, designat elemosyna, que ascēdit vsq ad cōspectum dei in celis per acceptationē. Unde legit Act. x. q angelus dñi dixit Cornelio cēturioni. Oratiões tue inquit ꝛ elemosyne tue ascenderunt in memoriā in cōspectu dei. Per myrrhā autē que preseruat a corruptione: significatur ieiunium qd corporib⁹ animabusq curandis salubriter institutū est: vt legitur in quadā collecta. Ecce ergo holocaustū qd offerre debem⁹ dño. Sed vbi? Profecto sup vnū montiū. Ubi per montes designant illi sancti qui regnant cū dño deo in celis. Unus autē illoꝝ montiū et precipuus atq excelsior est Christus, qui est mons domus dñi in vertice montiū: vt dicitur Esaie. ij. Tunc ergo offerimus nostra holocausta ꝛ sacrificia sup istum montē: quando quidē referimus bona nostra ad ipsum Christū: vt p ipsum tanq p mediatorē dei ꝛ hominum offerantur deo patri. Et hinc est q in fine collectarū q ordinātur ad deū patrē a quo aliquid postulam⁹, semp addimus. Per dñm nostrū Iesum christū filiū tuū. Qui tecū ꝛc. Iste mons monstrat⁹ est in sua transfiguratione sup montem Thabor a deo pr̄e, cū ait. Hic est filius meus dilectus. Luce iij. Item monstratus est super montē caluarie in sua passiōe quādo erect⁹ est in cruce. Itē monstratus est sup montē oliueti in sua ascēsione: qñ quidē videntib⁹ discipulis eleuatus est in celum: et nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Act. j.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud: Abrahā igitur de nocte consurgens ꝛc. notādum conformiter ad dñm Hugonē cardi. q abraham est quilibet homo: qui de nocte ad literā debet consurgere ad orationem: sm illud Threñ. iij. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarū. Item debet tunc consurgere ad sui recollectionē: ꝛ peccatoꝝ suoꝝ dolorē. Unde sequitur: Effunde sicut aquā cor tuum in cōspectu dñi. Itē debet cōsurgere mane ad porrigendum pauperib⁹ elemosynam. Unde sequit: Leua ad eū manus tuas. i. ad illius honorē pro anima paruuloꝝ tuoꝝ q fame pereunt in capite omniū cōpitoꝝ. i. omniū viarū publicarum. Consulit ergo Hieremias vt nocte, scꝫ in principio vigiliarū, siue in aurora con-

surgamus ad orationem: eo ꝙ tunc oratio funditur ad dñm purior. Unde Ber. Quādo nocturnus sopor indicit silentiū: tunc purior erit oratio: nullo turbata clamore vel strepitu: nulla insipientis laude tētata. Sequitur: Strauit asinū. Asinus est corpus / cui stramēta preparant̄ / quādo vite necessaria / ⁊ nō superflua illi cōceduntur. Unde Eccli. xxxiij. Cibaria / ⁊ virga / ⁊ onus asino: panis / ⁊ disciplina / ⁊ opus seruo. i. corpori qḋ debet seruire anime. Panis quidem ne deficiat. Disciplina vero ne lasciuiat. Opus autē vt pficiat. Sȝ que stramēta hui⁹ asini? Profecto illa q̄ tangūtur Matth. xxi. vbi dicit̄ ꝙ discipuli adduxerunt pullum siue asinam ad xp̄m: et imposuerunt illi vestimenta sua. i. afflictiōes corporales: vt sunt ieiunia / discipline / vigilie: ⁊ similia. Duo autē iuuenes quos secū duxit abraham / sunt discretio ⁊ magnanimitas: que nunꝙ debēt deesse ab opere bono: siue a volente bene opari. Nā discretio sine magnanimitate aut sine fortitudine iners est: magnanimitas vero sine discretione preceps. Isaac filius vnigenitus ⁊ quē diligit pater celestis / est spiritus humanus: quē diligit dñs: quia ad imaginē ipsi⁹ formatus: suo ꝓprio sanguine redemptus: ⁊ ad suam hereditatem celestem possidendā electus. Ligna i holocaustū: sunt Christi beneficia: ⁊ sanctorum exempla. Ignis est charitas. Tres dies quibus itur in montem domus dñi. i. in celū: sunt contritio / cōfessio / satisfactio. De quibus veri penitētes merito possunt dicere illḋ Exodi iij. Ibimus viā triū dierū in solitudine. i. in mundo isto: vt immolemus deo nostro: scȝ cor p contritionē / linguā p cōfessionem / corpus p satisfactionem: scilȝ ieiunando / siue peregrinando / aut aliud opus penale propter deū assumendo et exercendo.

¶ Moraliter ⁊ sexto abraham qui vt impleret diuinū mandatum / paratus erat immolare filium / datur in exēplum parentibus carnalibus vt habeāt in preparatione animi ꝙ si deus vocaret filios suos paruulos p mortē ad se: scȝ in montē excelsum paradisi / hanc immolationē et oblationem equanimiter ⁊ gratanter ferre. Si eñ deus pater ꝓprio filio nō pepercit: sed ꝓ nobis oībus tradidit illum: vt habetur ad Roma. viij. ita et dicti parētes carnales quib⁹ nō precipitur vt tradāt filios suos ad mortem propter deum: quibus tamē si preciperetur / oino tradere deberent sicut ⁊ abrahā: quādo sentiūt eos vocari ad deū per mortē: vtiꝙ hoc patiēter debēt ferre / quinimo ⁊ sup hoc gratias deo agere: tum quia sublati sunt de hoc seculo neꝙ: in quo si diutius vixissent / forsan multa aduersa pati habuissēt. Tū q2 euaserunt periculū eterne dānatiōis: cui subsunt omnes adulti mortaliter delinquentes. Tum quia ad celum pergūt: dicēte Christo Luce. xix. Sinite paruulos vēire ad me. Talium eñ est regnū dei. Et

Apoc.xiiij. Sine macula sunt ante thronum dei. Nulli ergo debet homo parcere propter deū nō filio paruo aut magno/ nō vxori/ nō etiam sibiipsi:sed hec oīa debet cōtēnere ꝑpter deū. Multo ergo forti⁹ debet ꝑpter deū cōtēnere honores hui⁹ secli:diuitias tꝑales/offi cia ⁊ ambitiōes:⁊ hec oīa atꝗ similia tanꝗ̄ stercora reputare vt christū lucrifaciat. Longe ergo ab obedientia abrahe existunt illi parentes carnales qui īcōsolabiliter deflent mortes paruulorū suorum:et tanꝗ̄ impatiētissimi quodāmodo cōtra deū se erigunt cōquerentes ꝙ dictos paruulos q̄s sperabant futuros baculos senectutis sue/rapuerit ante tempus. Non intelligentes illud verbum sapientis Sapien.iiij. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius/aut ne fictio deciperet animam illius. Tales etiā deberent ponere coram oculis suis exemplum Job/qui filijs et filiabus suis vna hora simul extinctis/dixit Dominus dedit/ dn̄s abstulit: sicut domino placuit: ita factū est:sit nomē dn̄i benedictum. Deinde subditur. In omnibus his:supple aduersis:et mortibus filiorū et filiarū suarum/ non peccauit Job labijs suis: neꝗ̄ stultum quid contra deū locutus est. Eiusdem.j.

¶ Notanda autem sunt circa hoc verba Origenis ita inquientis. Abraham edificat altare:imponit ligna super illud: alligat puerum/parat se ad illum iugulādū. Multi estis patres in ecclesia qui hoc audi-tis. Putas aliquis nostrum ex ipsa narratione historie tantū constantie/tantū animi robur acquirit/ vt cum forte amittitur filius morte cōmuni et omnibus debita:etiā si sit vnicus ⁊ dilectus:adducat sibi in exēplum Abraham/ ⁊ magnanimitatē eius ante oculos ponat? Et quidem a te non exigitur ista magnanimitas: vt ipse colligas filium tuum. Ipse constringas. Ipse gladium pares. Ipse vnicum iugules. Hec omnia a te ministeria nō exiguntur. Proposito saltem et mente cōstans esto. Fide firmus offer filium deo/esto sacerdos anime filij tui. Sacerdotē immolantem deo nō decet flere. Vis scire quia hoc exigitur a te? Attende quia dn̄s in euangelio dicit. Si filij inquit abrahe estis: opera abrahe facite. Joannis.viij. Opus siquidem abrahe est propriū filium deo immolare. Opus ergo abrahe fac: scilicet filium tuum deo immolando:nō quidem ipsum occidendo: sed diuinis obsequijs offerendo. Sed vbi eum deo offeres? Profecto in montem sancte religionis/aut vite perfectionis. Non autē in profundis terre per auaritiā/siue per impudiciā ⁊ inhonestam vitam:sed in monte virtutis et sanctitatis. Hec Origenes.

¶ Moraliter ⁊ septimo:secundum eūdem Origenē per hoc ꝙ abraham filium deo offerre paratus fuit/etiā letāter ⁊ patienter:quē tamen nō perdidit:sed cum illo et de illo multos filios promeruit: significatur ꝙ ille sibi verum Isaac.i.

gaudiū in celo gignit post hāc vitam: qui propter deū tribulationes in presenti letanter suscipit/ deo sua letanter tribuit/ et ei cū gaudio seruit. Nā illi qui renūciāt gaudio huius vite ꝓpter ipsum deum: tandē in celo maius gaudium retribuet ipse largitor omniū bonorum. In cuius figurā legitur Job vlti. ꝙ dn̄s post multiplicem aduersitatē eidem Job illatam tandē addidit ei omnia q̄cūqꝫ fuerāt ei⁹ duplicia. Talis ergo cētuplum accipiet: et vitam eternā possidebit. Hinc Jaco.j. dicit: Omne gaudium existimate fratres cū invarias tēratiōes incideritis. Ecce ergo quomodo ille qui contēnit gaudium huius mundi: quinimmo ip̄m quodāmodo offert et immolat deo/ eidem propter illum abrenunciando: illud omnino nō perdit: sed commutat in melius: quod suscipiet in celo: iuxta illud Joan.xvi. Iterum inquit Christus discipulis suis: videbo vos: et gaudebit cor vestrū/ et gaudiū vestrū nemo tollet a vobis.

¶ Moralit et octauo: p Isaac qui ꝓmisit se alligari a patre/ et poni super struem lignorū vt interficeretur/ q̄ tn̄ ex dei magna mīa nō ē occisus: sed aries pro eo: significātur sancti dei martyres: qui ꝓpter Christū permiserūt se ligari et tractari patiētissime a tyrānis quasi more pecudum: iuxta id q̄d de illis canit ecclesia dicens: Ceduntur gladijs more bidentium: non murmur resonat/ nō querimonia: sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiam. In hoc imitantes maximū illum protomartyrē Christū: de quo longe ante ꝓphetauerat Esaias.liij. dicēs: Oblatus est qꝛ ipse voluit/ et nō aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducetur etc. Itē Hiere.xi. Ego/ inquit ip̄e christus: quasi agnus mansuetus qui ducitur ad victimā. Uerū tamē in ipsis sanctis dei martyribus due substantie erant/ aīa scilicet et corpus. Anima quidē p Isaac significabatur: corpus vero per arietē. Quid est ergo ꝙ Isaac nō fuit occisus siue imolatus ꝫ tm̄ aries? nisi ꝙ in ipsis martyribus aīa nō est mortua: sed tātū corp⁹/ siue humana caro. Et hoc est q̄d dicebat dictus protomartyr xp̄s ceteros animās ad patiēdum mortē post eū: loco tamen et tēpore. Nolite inquit timere eos qui occidūt corpus. Ecce aries qui imolatur. Sed timete eum q̄ postq̄ occiderit corp⁹/ habꝫ potestatē mittēdi animā in gehēnā. Ecce Isaac quē nō possunt tyrāni occidere. Uel per arietē occisum designant dicti tyrāni: qui sepenumero credentes exterminare scōs dei martyres: ipsimet iusto dei iudicio exterminati sūt: ita vt quādoqꝫ ignis de celo sup eos subito descendens ex dn̄i voluntate et imperio eos in carbones aut cineres conuerterit. Alij a demonibus arrepti seipsos proprijs dētibus dilaniauerunt et occiderunt. Alij in aquas seipsos precipitauerūt et necauerūt: relinquētes manifesta indicia persecutionis iniuste.

¶ Moraliter ⁊ nono secũdum dñm hugonē cardina. p Isaac qui risus interpretatᷣ/significatᷣ mētis hilaritas. Per arietem vero humana caro. Quid est ergo ꝙ angelus dñi iubet arietem immolari: ⁊ Isaac viuere? nisi ꝙ dominus vult vt cum hilaritate penitētia agatur/prout etiā aperte innuit Mat.vj.dicens. Cum ieiunatis:nolite fieri sicut hypocrite tristes. Tu autem cum ieiunas:vnge caput tuũ: et faciē tuam laua. Unge ergo caput tuũ:vt sine murmure ⁊ motu impatiētie peragas tuum ieiunium. Item faciē tuam laua:vt sine vento inanis glorie sit dictum ieiunium.

¶ Moraliter ⁊ decimo per abraham qui post tergũ vidit arietem/ designatur quilibet homo:qui debet habere post tergum suum arietem.i.carnem suam:ne curam illius faciat ĩ desiderijs/vt dicit apos. Roṁ.xiij. Cuius profecto contrariũ multi faciunt/ q̄ predictum arietem semp habēt ante oculos suos:tantũ cogitantes q̄ carnis sunt: quorũ deus vēter est/ ⁊ gloria in ꝯfusione: vt habetur Phil.iij. Uel dic ꝙ tunc aries heret cornibus inter vepres: qñ homo adeo fortiter ĩheret venereis ⁊ ebrietatibꝰ/ vt nō possit facile inde se eripere ⁊ liberare. Nōne q̄dem bene adheret aries cornibus inter vepres.i.carnales voluptates: ⁊ signanter que consistunt circa venerea:quando quidē homo lubricus tam ardenti amore ducitur ad meretricem suā vt dicat se nō posse ab ea discedere etiam si deberet inde ꝑpetuo dānari? Sic em̄ dicere consueuerat quidā prediues ecclesiasticus cũ sup hoc admoneretur p viros ꝓbos. Bene ergo ad ꝓpositum loquebatur salom̄. Eccl'es. vij. dicens: Inueni amariorē morte mulierē.i.carnis voluptatē que laqueus venatorum est.i. demonũ/qui venantur animas ad mortē eternā. Et bene dicitur laqueus venatoꝝ.i.demonum/carnis voluptas/q2 p eā capiunt ⁊ illaqueant pene infinitas animas/quas cũ tali laqueo trahunt in infernũ. Sequitur: Uincula sunt manus illiꝰ. Qui placet deo/ effugiet illā. Qui autē peccator est/ capietᷣ ab illa. Ecce ergo aries herēs inter vepres cornibus suis. Caueamus ergo ne taliter inhereat nobis carnis voluptas.

¶ Allegorice et primo. Abraham est deus pater: Isaac dei filius: Aries corpus filij dei.i. christi. Ligna ⁊ vepres/ crucē christi designant:gladius lanceam ⁊ clauos: ignis ardorem passionis christi designat. Duo iuuenes remanentes inferius duos populos significant non credentes: Judeos scȝ ⁊ paganos. Asinus autē qui eos cōcomitatur/ significat stultitiam qua increduli populi hebetātur. Dicamꝰ ergo sic. Abrahā est deus pater/ q̄ decreuit immolare filiũ suũ vnigenitũ iesum xp̄m in ara crucis:quādo quidem illi nō pepercit: sed ꝓ nobis oĩbus tradidit illum: vt prius allegatũ est : intantũ ꝙ gladiũ et ignē.i.ipsius passionis asperitatem contra ipsum

preparauit. In hac tamen immolatione Isaac .i. diuinitas filij dei nihil passa est: sz solus aries .i. ipsius humanitas. Et bene dicitur ꝙ cornua arietis adherebāt vepribus: quia manus christi ad medū duoꝝ cornuum extente fuerūt inter vepres .i. inter ligna crucis: ⁊ duabus extremitatibus eiusdē crucis clauis affixe. Unde Abac. iij. Cornua i manibus eius. Duo vero iuuenes .i. duo ppl'i: Iudei vcz ⁊ gētiles, in infidelitate sua pro maiori parte remanserunt, nec ad mōtem qui xp̄s est ascenderunt per fidem aut spem: quia nō cognouerūt mysterium incarnationis, natiuitatis, mortis, resurrectionis, aut ascensionis dn̄i nostri Iesu christi. Qui etiam asinum .i. stultitiā habuisse dicūtur: pro eo ꝙ i stultitia sua obstiati sūt. Contra quos merito potest dici illud Luce. xxiiij. O stulti et tardi corde ad credēdū in omnibus que locuti sunt prophete. De quibus etiam recte pōt dici illud Ro. j. Dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt.

¶ Allegorice ⁊ secundo in immolatione quam voluit facere Abraham de filio suo Isaac, apertissime prefiguratur xp̄i mors et passio, ⁊ hoc ex parte multorum.

¶ Primo quidem ex parte impulsionis. Abraham enim fuit impulsus ad dictā immolationem a deo ita precipiente ⁊ dicente: Tolle filiū tuum. ita et deus pater fuit quodammodo impulsus tradere filium suum ad immolādum ꝓ nobis. Sed a q̄ impulsus? Profecto a charitate: iuxta illud Ephe. ij. Deus supple pater propter nimiam charitatē suā qua dilexit nos: cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo: cuius gratia estis saluati. Itē j. Io. iiij. In hoc apparuit charitas dei supple pr̄is in nobis: quoniam filium suū vnigenitū misit deus in mundū vt viuamus per eum. Ecce ergo q̄lr charitas quodāmodo impulit deum patrē vt traderet filium suū in mortē pro nobis, dicens illi: Tolle filium tuū. Insuper et eadē charitas quodāmodo impulit eundē filium ad subeūdum mortē pro nobis: secundū ꝙ de eo canit ecclesia dicens. Que te vicit clementia vt feres nr̄a crimina, crudelē mortem patiēs, vt nos a morte tolleres? Bene ergo ad ꝓpositū loquitur Virgi. in bucco. dicēs. Trahit sua quemqꝫ voluptas. Omnia vincit amor: et nos cedamus amori. Hec ille.

¶ Scd̄o in p̄dicta immolatione Isaac prefiguratur xp̄i passio ex pte singularitatis. Abrahā ei iussus est a dn̄o offerre vnicū ⁊ singularē filium: q2 vnigenitum. Sic ⁊ p̄dicta charitas impulit deū patrē ad tradēdū pro nobis rediniēdis vnigenitum suū cōsubstātialē ⁊ coeternum. Quāuis eīn deus pr̄ haberet mltos filios adoptiuos: non fuit tn̄ cōtenta dn̄a charitas ꝙ ipse daret vnum ex illis: sed voluit ꝙ ipse daret vnigenitum, vt per eū multos filios adoptiuos acqreret. Nam vt dicit August. de verb. do. ser. xxxvij. Multos filios dei fecit vnicus filius dei. Emit sibi fra

tres sanguine suo. Hec ille.
¶ Tertio ex pte nois. Isaac nempe q iussus est immolari: risus interptatur. Per eu ergo bene designatur christus: qui est risus et gaudiu beatoru vna cum deo patre/ scdm q ipsemet testatur Jo. xvij. dicens: Hec est vita eterna vt cognoscat te verum deu/ et que misisti Jesum xpm. Ite de tali risu loquitur ide xps Joan. xvj. dicens ad discipulos suos: Iterum videbo vos: et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestru nemo ec.
¶ Quarto ex pte loci. Dictum est em Abrahe vt iret in terram visionis/ atqz ibi offerret filium suu Isaac super vnu montium quem monstraret ei dns .i. super motem moria: q nunc dicitur mos caluarie. Bene ergo expresse prefigurata est xpi passio in isaac ex parte loci: qn quidem dei filius realiter immolatus est in predicto mote/ vbi loco Isaac immolatus fuit aries. Dicitur aut recte locus ille terra visionis/ tum qz adiacebat tuc tepores ciuitati hierusalem/ que interpretatur visio. Nunc aut est intra clausuram eiusde ciuitatis. tu quia in loco illo per morte Christi aperta est nobis ianua paradisi vt illic possimus intrare ad videndum deum.
¶ Quito ex parte psortij. Cu em duceretur Isaac ad immolandum/ habuit in suo cosortio patre/ duos iuuenes/ et asinu. Sed cum fuit questio de ascensu motis/ pdicti iuuenes remanserunt in pede motis cu asino: et solus pater associauit filiu. ita et cu xps captus fuit in orto vt crucifigeret/ relicto eo omnes discipuli fugerut/ vt dicunt euageliste. Sic em pphetatum fuerat Zacha. vlt. Percute pastore/ et dispergetur oues. Et breuiter solus pater tenuit bona et inseparabilem societate filio/ vtpote cu eo semper existens per essentie vnitatem. Joa. xiiij. Ego in patre/ et pater i me est. Ite eiusde. viij. Pater non reliqt me solum.
¶ Sexto ex parte modi. Nam sicut Isaac portauit sup humeros suos ligna holocausti a pede montis vsqz ad verticem illius: ita et xps cruce suam. Unde Jo. xix. Baiulans sibi cruce exiuit in eu qui dr caluarie locum. Nihilominus sicut ligna holocausti prius imposita fuerant super asinu: ita et impij iudei cu ducerent pijssimum Jesum ad morte/ apprehenderut Simonem queda cyrenesem veniete de villa/ et imposuerut illi cruce portare post Jesum.
¶ Septimo ex parte tpis. De Isaac enim hic dr q abraham nocte cosurges strauit asinum suu/ secu duces duos iuuenes/ et Isaac filiu suu. ita et Christi passio inchoata fuit noctis silentio. Unde et q cum ceperut in orto/ venerut illuc cu laternis et facib9: eo q lux diei tunc pene ex toto defecerat. Item per tota illam nocte impij iudei et milites Pilati non dederunt ei quiete/ sed cotinuo eu afflixerunt. Uel dic q ideo noctis silentio fuit inchoata xpi passio: eo q fuit pfigurata in lege nature/ et pphetata in lege scripta/ cu tame adhuc tenebre essent super terra. Non

dum enim visa fuerat oriri sup terram lux gratie: sed oēs sub nube erāt/ vt dicit Apo.j.cor.x. In xpi aūt incarnatiōe nox precessit/ dies aūt appropinq̄uit: vt dt idē Apo.Ro.xiij. Uł dic secundū Pet.de pal. q nox fuit tēpus ante legē. Diluculū fuit tēpus legis. Dies tempus grē. De nocte ergo surrexit Isaac cū patre: quia etiā ante legem prefiguratus fuerat occidi. Et ad hunc sensum dz intelligi illud Apoc.xij. Agnus (supple xps est) qui occisus est ab origine mundi.

¶ Octauo ex pte preuisionis. De abrahā enī hic dicit q die tertio leuatis oclīs vidit locū procul.i.a longe. ita τ deus pater vna cū filio viderunt pcul locū passionis.i. a longe: qz ab eterno per predestinationem. Unde Jo.xiij.dz. Ante diē festum pasche sciēs Jesus qz venit hora eius vt trāseat ex hoc mundo ad patrē τc. Propterea ad hoc denotandū ipe Christus predixit suā passionē suis discipulis secreto dicens illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā: τ filius hominis tradetur pricipibus sacerdotū τ scribis/ τ cōdemnabunt eum morte: τ tradent eū gentibus τc. Mat.xx. Item Mar.x. τ Luc.xviij.

¶ Nono ex parte prenūciationis future resurrectionis. De Abraham enī hic dz q dixerit pueris suis: Expectate hic cū asino: ego τ puer illuc vsqz pperātes: postq̄ adorauerimus reuertemur ad vos. Sic enim pmittebat: qz etsi intendebat filiū interficere: cū tamen sperabat resurrecturū cito/ et cū eo ad pdictos iuuenes postea reuersurū / vt dictū est. ita et xps postq̄ pnunciauit discipulis passionē suam/ statim eisdē prenunciauit suā resurrectionem: adiūgēs: τ die tertia resurget. vbi supra. Promisit et eis q ad eos rediret. Quā qdem pmissionem fecit illis in vltima cena/ qn̄ dixit eis illud Matth.xxvj. Non bibā amodo de hoc genimine vitis vsqz in diem illum/ scz resurrectionis mee: cū bibam illud vobiscum nouū in regno patris mei.i.cū sedero per eternā gloriā tā ex parte corporis q̄ anime in regno celorū. Hoc aūt opere impleuit qn̄ post suā resurrectionem māducauit τ bibit cū discipulis suis: vt legit Actu.x. Itē Luc.xxiiij. legit q cū post suā resurrectionē apparuisset discipulis suis absente thoma: τ māducasset corā eis de parte piscis assi quē illi obtulerāt: tandē ait illis. Hec sunt verba .i. impletio pmissionis/ que locutus sum ad vos cū adhuc essem vobiscū/ scz tāq̄ mortalis.

¶ Decimo ex pte sacrificij. Nā sicut isaac euasit ariete immolato: ita τ xpi hūanitate immolata sup altare crucis/ diuinitas illius remansit illesa. Et si qn̄qz dicat deus passus pro nobis: hoc dz accipi p cōicationē idiomatū.i. pprietatū humanitatis que in ɔcreto accepte predicātur de deo pter vnionem hypostaticā/ dūmodo nō importent deformitatē culpe. Unde catholice dr de⁹ flagellatus coronatus passus: τ similia. Diuinitas ergo non est passa/ sed tm̄ fragilitas humana.

¶ Undecimo ex parte generis oblatiōis. Isaac enim iubebatur offerri a patre in holocaustū: & nō in sacrificiū. Unde pie interrogās patrem ait: Ubi est victima holocausti pater mi? Ad quē pater. Deus prouidebit sibi victimā holocausti fili mi. Non audebat sicut neqꝫ volebat aperte sibi dicere pater quod ipse esset futura victima holocausti, ne eum terreret. ita et xp̄s oblatus est pro nobis per modum holocausti, & nō sacrificij. In oblatione enim que olim fiebat per modū holocausti, nihil reseruabatur, sed totū incendebatur. Sec⁹ aūt de sacrificio. Christus ergo fuit oblat⁹ deo patri per modū holocausti: quia nihil pro se, sed solū pro nobis totus incēsus, nihil sui sibi reseruans. Propter qd̄ merito figuratur per vitulā rufam q̄ tota cremabatur. Leui.xvi. Ceteri aūt martyres dicūtur sacrificiū obtulisse dn̄o potius q̄ holocaustum: eo quod pti pro se passi sunt.

¶ Duodecimo ex parte manifestationis. Nā toto mysterio cōpleto circa imolatione isaac: tādē sanus & incolumis vna cū patre rediit ad propria, & letificata est mater ex tā felici regressu. ita Christus resurgens ex mortuis: letificauit matrē illi primo apparendo. Cui etiā angelus xp̄m preueniens, & illi ipsi⁹ resurrectionē annūciās, decātauit dicens: Regina celi letare: quia quē meruisti portare: resurrexit sicut dixit. Post modū autē addidit beat⁹ Gregori⁹ dicēs: Ora pro nobis deū. Deinde apparuit discipulis, q̄ etiā inde letificati sunt: iuxta illud Jo.xx. Gauisi sunt discipuli viso dn̄o. Patet ergo q̄ multipliciter Isaac in sua immolatione prefigurauit xp̄i passionem, etiam pre ceteris viris tam legis nature q̄ scripte.

¶ Allegorice et tertio possumus in parte exponere presentem historiā de beata virgine in modū qui sequitur: Tolle filiū tuum vnigenitū quem diligis Isaac. Isaac q̄ interpretatur risus, est xp̄s vt dictū est: qui attulit risum matri in sua natiuitate: iuxta id qd̄ de ea canit ecclesia dicens: Dū paris & gaudes. Nec enim debuit dolere in partu, que conceperat sine virili semine. De isto itaqꝫ Isaac dictū est beate virgini, quadragesimo scz die a natiuitate illi⁹. Tolle filiū tuū vnigenitū.i. xp̄m: q̄ bn̄ vnigenit⁹ dr: quia p̄m⁹ & nouissimus. Nam sicut in sepulchro dn̄ico ante xp̄m nondum quisqꝫ posit⁹ fuerat: nec similiter postea quisqꝫ positus est: ita similr de corpore beate virginis quo ad xp̄m. Ipsa nēpe fuit virgo ante partū, virgo in partu, virgo post partū. Fuit etiā porta in domo domini clausa, per quā solus rex ingreditur & egreditur saluo sigillo virginitatis. Ecce ergo quō Christus fuit vnigenitus filius beate virginis: quē etiā ipsa perfecte dilexit. Hūc ergo vnigenitum filiū tulit beata virgo quadragesimo die a natiuitate illius: & iuit in terram visionis.i. in hierusalem: que visio pacis interpretatur: et obtulit eū in holocaustū.i. offerendū presignauit scilz in sua passione. Ipsum autē obtulit

sup vnū montiū.i. in tēplo: qd ad literā erat in eminēti loco edificatū. Sed qd est q abrahā nocte cōsurgēs strauit asinum / secū ducens duos iuuenes / & Isaac filium suū: nisi q ipsa virgo Maria valde mane etiā forsan ante ortū diei surrexit de bethleem vbi tunc habitabat / & q distat tredecī ferme miliaribus ab hierusalem: vt illic veniret oblatura filium suum: que vt leuius iter haberet / ascēdit sup asinū / secum ferens in brachijs dictū filium. Per duos aūt iuuenes intelligitur honesta comitiua virorū ac mulierū que eam associauit vsqz ad locū oblatiōis. Et hec oīa tangūtur Lu.ij. cum dr: Postqz impleti sunt dies purgationis Marie secundū legē Moysi: tulerūt puerū Iesum parentes eius in hierusalem / vt sisterent eum dño. Sed qd est q Isaac nō est mortuus: sed aries p eo: nisi quod sequitur: Et vt darent ostiam pro eo / secundum q dictum est in lege dñi / par turturū / aut duos pullos columbarum. Tādem per hoc q Isaac oblato ariete pro eo / redijt cū tota comitiua ad locum vnde venerat / recte designat q facta oblatione pro Christo in templo / reportauit ipsum pia eius mater in bethleem / concomitantibus eā qui prius cum ea venerant.

¶ Anagogice. Notandū q sicut est holocaustum corporale / sic & spirituale. Nā sicut corporale holocaustum olim dicebatur quando tota bestia sine alicuius ptis reseruatione domino offerebatur p incendiū: ita spirituale holocaustum est se & sua totaliter domino dedicare: scilicet cor: corpus: & opera. Et tale holocaustū offerēt dño electi in celo post diem iudicij. Angeli autem sancti iā obtulerūt in dicto celo suum holocaustum. In cuius figura legitur.iij. Reg. viij. q edificato & dedicato tēplo rex Salomon sanctificauit mediū atrij interioris: & fecit holocaustū. Templū est celū: quod dedicauit dns qñ inde eiecit demones: & tūc factum est holocaustum p angelos bonos: qui se totaliter dedicauerunt dño: atqz in dies dedicare non cessant. Sed ad holocaustū quod offerent electi hoīes post iudicij diē / reuertētes: exponam9 pñtē clausulā in modū qui sequitur. Abrahā est angel9 bon9 custos hoīs: qui pter zelum quē gerit de ipsius salute / pōt vtcūqz dici pr illi9: fm q etiā in humanis tutor q gerit curam puuli / dr illi9 pr. In morte ergo iusti precipit dñs pdicto Abrahe.i. angelo dicens. Tolle filiū tuū.i. humanū spm vnigenitū.i. quē vnice diligis isaac.i. qui statim pcepturus est summū gaudium: & offeres eū in holocaustū: supple spūale: sup vnū montiū: quē mostra uero tibi.i. in celo: vbi dictus spūs totaliter incēdet p pfectū amorē dei sup oīa: & seipm totū dedicabit deo: nihil sui sibi reseruās. Qd aūt consequēter dicitur q abrahā nocte cōsurgēs strauit asinū: desuper imponēs ligna holocausti: referendū est ad gñalem resurrectionē: q fz qsdā fiet media

nocte/ sicut τ ipm iudiciũ/ ꝫm
illud Matt.xxv. Media nocte
clamor factus est/ ecce sponsus
venit/ exite obuiam ei. Per asi
num aũt corpus cuiuslibet ele
cti designat: qꝺ tunc ministe=
rio angelico reparabitur. Erũt
nẽpe sancti angeli cooperato=
res resurrectionis corporũ in
die iudicij/ τ signãter electo=
rum. Quibꝰ qdẽ corporibꝰ re=
paratis virtute diuina/ Isaac
sup ea ascẽdet.i. humanus spi
ritus/ q tunc totus gaudiosus
illis gloriose reuniet vnꝰ vni/
et alius alteri. Per ligna autẽ
postmodũ posita sup asinum/
intelligunt bona opera q secũ
portabũt electi ad diẽ iudicij:
qr vt dr Gal.vj. Unusqsqꝫ onus
suũ portabit. Sed qd est ꝙ die
tertio apparuit mõs in quo of
ferendus erat Isaac/ nisi ꝙ di
cti electi vidẽt in presenti per
speculũ τ in enigmate mõtem
paradisi/ in quo sunt deo offe=
rendi? Et qd est ꝙ Abraham
dixit pueris suis: Expectate
hic cũ asino: ego et puer illuc
vsqꝫ properãtes: postqꝫ adora=
uerimus reuertemur ad vos?
Nisi ꝙ in morte cuiuslibet iu=
sti angelꝰ custos anime illius
videt cõsolari parentes illius/
dicendo ꝙ expectent cum asi=
no.i. cum corpore defuncti: qꝺ
in hac valle miserie remanebit
vsqꝫ ad predictam generalem
resurrectionẽ. Interim autẽ
ascendunt in mõtem excelsum
paradisi Abraham et Isaac.i.
angelus et spiritus humanus.
Eadem autem reuertẽtur ad
eos quos inferius reliquerãt/
scilicet in die iudicij: quando
quidem omẽs tã angeli qꝫ ho=
mines congregabuntur in val
le iosaphat. Quo quidẽ iudi=
cio cõpleto: iterum ascendent
vbi supra abraham τ Isaac.i.
angeli et hoĩes iusti: qui seip=
sos offerẽt deo in holocaustũ:
seipsos illi totaliter deputan=
tes: τ nihil sui sibi reseruãtes:
ipsum etiã vocaliter laudan=
tes: iuxta illud ps. Exultatio=
nes dei in gutture eorum.

Secunda clausula.

Vocauit autẽ an=
gelus dñi abraham secũdo de
celo dicẽs. Per memetipsum
iuraui/ dixit dominꝰ: qr fecisti
hãc rem: et non pepercisti filio
tuo vnigenito propter me: bñ=
dicam tibi: τ multiplicabo se=
men tuum sicut stellas celi: et
velut arenã que est in littore
maris. Possidebit semen tuũ
portas inimicorũ suorum: τ be
nedicentur in semine tuo oẽs
gentes terre: qr obedisti voci
mee. Reuersusqꝫ est abraham
ad pueros suos: abierũtqꝫ ber
sabee simul: τ habitauit ibi.

Historialiter postqꝫ in pre=
cedenti clausula eximius pro=
pheta domini moyses egit de
perfecta τ incredibili obediẽ=
tia Abrahe ad dominũ: quam
ostendit in hoc ꝙ voluit liben
ter immolare filium suũ ad il=
lius mandatum: quod τ ope=
re peregisset si preceptũ re=
uocatum per angelum nõ fuis
set: hic cõsequenter agit de se=
cunda vocatione eiusdẽ abra=
he a dño: in qua dñs ad eũ lo=
quens multa bona ꝓmisit ei=
dem etiã ipsam promissionem
iuramẽto cõfirmans. Dicit er
go Moyses. Vocauit autẽ an=

gelus dñi (qui ſupple in perſona dñi loquebatur atq; apparebat) abrahã ſecũdo de celo. Primo enim vocauerat eũ ad Jſaac interfectionẽ: vt patuit in principio precedẽtis clauſule. Nũc vero ſecundo vocat eũ cõfirmans promiſſionẽ quã prius eidem fecerat: ſcʒ de mirabili multiplicatiõe ſeminis ſui⁹: ſicut patet ſupra.xiij.ca. itẽ.xv.⁊.xvij. Dixit ergo dñs eidẽ abrahe. Per memetipſum iuraui: q2 feciſti rẽ hanc.i. pfecte obediens mihi fuiſti: et non peperciſti filio tuo vnigenito propter me: ſcʒ Jſaac filio de libera: benedicam tibi: primo quidẽ q̃ntum ad perſonam tuã: multa bona tibi cõferendo. Secũdo vero q̃ntũ ad plẽ: ideo ſubdit: ⁊ multiplicabo ſemen tuũ ſicut ſtellas celi: q̃ntũ ſcʒ ad bonos qui inter impios lucebunt ſicut ſtelle in nocte. Vñ apo. ad Phil.ij. Inter q̃s lucetis ſicut luminaria in mũdo. ⁊ velut arenã que eſt in littore maris: q̃tũ ſcʒ ad malos qui quaſi arena ſunt ſteriles quo ad fructũ bonorũ operũ. Hiere.xxij. Scribe virũ iſtum ſterilẽ: qui in diebus ſuis non pſperabit. Hoc autẽ maxime habet verũ q̃tũ ad filios eſau Vñ ⁊ ipſe Eſau dict⁹ eſt Edom .i. terrenus. Sequitur. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ. Hoc autẽ impletũ fuit tẽpore ioſue: qui debellauit.xxxj. reges: qui etiã ciuitates ⁊ terras diuiſit iſrael poſſidẽdas. Vł ſic. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ.i. quecũq; fortia loca in quibus ſunt muri ⁊ porte. Dei de quantũ ad oẽs indifferẽter ſubiungit dicẽs. Et benedicẽtur in ſemine tuo oẽs gentes terre: vt ſcʒ dicant alij. Benedicat tibi deus ſicut bñdixit Jſaac ⁊ Jacob. Vel benedicẽtur in ſemine tuo.i. in xp̃o: omnes gentes.i. oẽs predeſtinati de omnib⁹ gentibus: ita vt ſit ibi diſtributio non pro ſingulis generũ: ſed pro generibus ſingulorũ: vt dicit de pal. Seq̃tur. Et bñdicent: ſcʒ bñdictione collationis gratie in pñti: ⁊ glorie in futuro: in ſemine tuo. Nõ autẽ dicit in ſeminib⁹ tuis / quaſi in multis: ſʒ in ſemĩe tuo: q̃ eſt xp̃s: vt dicit apo. ad Gal.iij. Cõſequẽter aſſignat rationem hui⁹ benedictionis cum ſubdit dicens: q2 obediſti voci mee: ſcʒ precipiẽti tibi filiũ tuũ immolare. Sequitur. Reuerſusq; eſt abrahã ad pueros ſuos: quos ſcʒ dimiſerat in pede mõtis cũ aſino. abierũtq; berſabee ſimul oẽs quatuor: ⁊ habitauit ibi.

Circa autem preſentem clauſulã mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ. Cur dominus iurauit per ſemetipſʒ? vt dicitur in textu? Reſponſio. q2 non habuit ſuperiorem per quem iuraret. Nam vt dicit Apo. ad Hebre.vj. Oẽs per maiores ſuos iurant. Cum ergo non poſſit aliquid eſſe maius deo: quia alias deus nõ eſſet deus: cõſequens eſt dicere q rationabiliter iurauit per ſemetipſum. Et ſi dicatur q idolatra iurat per idolum: q tamẽ eſt minus eo: quia teſte Apoſto.j. ad Corin.viij. idolũ nihil eſt / niſi ſupple materia

insensibilis effigiata tali vel tali modo. Nullus autē est deus nisi vnus. Uñ ps. Simulacra gentiū argentum ꝛ aurū: opera manuū hominū. Os habēt ꝛ non loquētur. Oculos habēt ꝛ non videbunt. Aures habēt ꝛ nō ꝛc. Ad obiectionem autē in cōtrariū: dicitur ꝙ etsi a parte rei idolum sit aliquid min⁹ hoīe: est tñ aliquid multo prestantius eo q̄tū ad iudicium falsum ꝛ estimationem falsam idolatre: eo ꝙ iudicat eū esse verū deum: quo nihil maius esse potest. Uñ Sapiē. xiij. Infelices sunt: ꝛ iter mortuos spes illorum est: qui appellauerunt deos opera manuū hominū: aurū et argentū/artis inuentionē: ꝛ similitudines animaliū: aut lapidem inutilē opus manus antique. Uide ibi cōsequenter multa ad propositum probandum: scilꝫ ꝙ idola nihil sunt.

¶ Secundū dubium: Utrum liceat iurare? Uidet̄ ꝙ non: ꝛ hoc ex verbo xp̄i Mat. v. dicētis. Ego dico vobis nō iurare oīno: neqꝫ per celum neqꝫ ꝛc. Itē Jac. v. dicitur. Ante oīa fratres mei nolite iurare. In oppositum arguitur ex illo textu Deuter. vi. Dñm deū tuū timebis: ꝛ per nomen eius iurabis. Ad hoc dubium rñdet beatus Tho. ij. ij. q. lxxix. ar. ij. dicens ꝙ nihil prohibet aliqd esse ſꝫ se bonū: qđ tñ cedit in casu in malū eius qui nō bene vtitur eo. Et dat ibi exemplū de eucharistia: cuius sumptio de se est bona: ꝛ tamen in casu cedit in malum illius qui eam accipit: sicut de indigne eam sumēte. ita inquit in proposito iuramētum ſcđm se est licitum: quod tamē in casu est illicitum. Tūc autem est licitum quādo habet tres comites ſcđꝫ beatū Hiero. qui sunt veritas: iudiciū: ꝛ iustitia: quí tāgūtur ī illis verbis Hiere. iiij. Jurabis viuit dñs in veritate: in iudicio: ꝛ iustitia. Primus igit̄ comes liciti iuramēti dicitur veritas: vt scꝫ q̄s iuret quod scit aut verisimiliter credit esse verum: qꝛ qui iurat falsum cū intentione fallēdi/ipso facto incurrit reatū periurij: maxime cū periuriū non sit aliud q̄ mendaciū iuramento cōfirmatum. Secundus comes boni iuramenti ē iudiciū: scꝫ discretionis. Qui enim iurat/debet discrete iurare: ꝛ cū moderamine: ꝛ non precipitanter: sicut multi facere solent. Debet ergo talis qui vult iurare ꝯsiderare apđ se diligenter si expediat eum iurare: et si causa pro qua vult iurare/sit sufficiēs ꝛ rationabilis. Nā qui iurat ex leui causa: quāuis iuret verū/ nihilominus peccat: qꝛ facit irreuerentiā diuino nomini: per qđ non est passim iurandū: sed tātum pro causa necessaria aut vtili. Alias obseruandum est illud dñi verbum Mat. v. Sit sermo vester est est: nō nō. Dicūt tñ doctores theologi ꝙ ille qui ex leui causa iurat / non peccat nisi venialiter / dūmō intendat iurare verū. Terti⁹ comes iuramenti dicitur iustitia: vt scilicet id quod iuratur/sit iustum et rationabile. Qui enim iurat se facturū ali-

quod illicitũ: mortaliter peccat. Da exemplum de herode rege qui iussit amputare caput Joan. baptiste ne violaret suũ iuramentũ: quod scꝫ fecerat saltatrici puelle de dãdo sibi quicquid peteret. Mat. vj Super quo dicit beatus Ambro. ꝙ herodes saltatrici turpiter premiũ promisit: ꝛ crudeliter illud soluit. Turpe inquit est ꝙ regnũ pro saltatione pronuttitur: crudele ꝙ ꝓphete caput ꝓ iurisiurãdi religione donat. Ideo dicit Isido. ꝛ recitatur. xxij. q. iiij. i ma lis. In malis iquit ꝓmissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretũ. Quod incaute vouisti: ne facias. Impia promissio est. Hec ille. Ptꝫ ergo de tribus comitibus iuramenti liciti: de quibus habes in decretis. xxij. q. i. ꝛ iurabunt. itẽ q. ij. animaduertendũ. Itẽ extra de iureiurando: et si xp̃s. Uide etiã de hoc magistrum Sen̄. disti. xxxix. tertij. Patet etiam quid sit dicẽdũ ad auctoritates ĩ ꝯtrariũ adductas ¶ Tertiũ dubiũ oritur ꝓpter illud ꝟbũ p̃ntis clausule: multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi: ꝛ velut arenã que est in littore maris. Istud enim videtur falsum: et signanter de arena maris. Quis enim sane mentis diceret tot proles descẽsuras ex abrahã per Isaac quot sunt grana arene in maris? R̃ndet ad hoc dubiũ cõformiter ad ea q̃ dicta sũt. s. vꝫ xiij. c. sub q̃rta clausula in solutione ad sextũ dubiũ. Ibi est dictum est ꝙ dñs per tales cõparatiões nõ voluit aliud ostendere nisi ꝙ dinumeratio p̃dicti seminis ꝓpter sui multitudinem erat quasi impossibilis via humana. Est ergo in p̃nti textu hyperbolica locutio: q̃ tunc cõtingit qñ illud qḋ dicitur/longe est amplius q̃ȝ illud qḋ dicto significat. Uoluit ergo dñs ꝑ predicta insinuare ꝙ semen descensurũ ex Abrahã esset quo ad hoĩes siue via humana innumerabile: sicut ꝛ duo predicta que sunt stelle celi/ꝛ arene maris/sunt apud hoĩes innumerabiles: eo ꝙ nõ possunt via humana numerari. Uterq; tñ numerus est deo ꝛ angelis ei⁹ distincte cognitus. Utrũ autẽ aliquis possit per quamcũq; viam deuenire in veram ꝛ determinatã notitiam predictorũ: de hoc vide in precedẽtibus. xv. c. sub secũda clausula in sol. prime q̃stionis. Item de quo semine intellexerit dñs in p̃nti textu: vide vbi. s. in sol. scḋe questionis. ¶ Quartũ dubiũ orit ꝓpt illḋ ꝟbũ: q2 obedisti voci mee: possidebit supple semẽ tuũ portas inimicorũ suoꝝ. Insuꝑ bñdicẽtur in semine tuo oĩs gẽtes terre. In qb⁹ ꝟbis innuit dñs ꝙ cã dicte duplicis ꝓmissionis fuit obediẽtia abrahe ad p̃ceptũ dñi q̃ ad immolatione filij sui isaac. Et tñ eãdẽ vel cõsimilẽ ꝓmissionẽ fecit eidẽ dñs qñ accepit sigũlũ circũcisionis. Dicẽdũ ad h̃ ꝙ predicta obediẽtia nõ fuit simplr̃ causa p̃dicte ꝓmissiõis: sed fuit causa cõfirmationis illi facte ꝑ iuramentũ: ꝛ h̃ in signũ immutabilitatis dicte ꝓmissiõis. Uel dicẽdũ ꝯformiter ad dñm p̃riar

cham de pal. q̄ Quis ipse abrahā pri⁹ meruerit dictā p̄missionē: tñ p̄ p̄dictā obedientiam ad vocē dñi pamplius eā meruit.i.ampliꝰ dignꝰ fuit. Da exēplū de xp̄o de q̄ dicūt theologi q̄ p̄ p̄muū actū deliberatū quē habuit/ meruit nobis q̄cq̄d postea meruit. Attñ postea pluribꝰ modis ⁊ actibꝰ nobꝭ meruit quod prius meruerat.

¶ Quintū dubiū. Cur dñs repetiuit p̄missionē quā fecerat prius abrahe: vcꝫ.xvij.c.dicēs. Nō vltra vocabit̃ nomē tuum abrā: sed appellaberis Abrahā: q̄ patrem multarū gētiū cōstitui te. Faciamq̄ te crescere vehemētissime ⁊c. Itē superiꝰ vcꝫ.xv.dixerat eidē dñs. Suspice celū: et numera stellas si potes. Sic erit semē tuū. Dicēdū q̄ ad maiorē cōfirmationē sue p̄missionis repetit eā dñs. Vel dic cōformiter ad origenē q̄ prima p̄missio referebat̃ ad multiplicationē seminis s̄cdm carnē. Ista vero ad multiplicationē seminis s̄m p̄putiū ⁊ circūcisionē in fide. Que quidē p̄missio secunda cōfirmata est in immolatione filij: siue saltē post: vt hic patet.

¶ Sextū dubiū. Cur Abrahā tādē reuersus ē bersabee? Videt̃ eñ q̄ potiꝰ debuerit manere in p̄dicto mōte vna cū filio suo: ⁊ h̄ p̄pter loci sc̄titatē ⁊ venerationē. R̄nsio. cōuenienter abrahā inde descēdit cōpleto mysterio vt rediret ad p̄pria. Tū p̄p̄ vxoris sue cōsolationē: q̄ de eiꝰ absentia pariter ⁊ filij sui Isaac valde anxiabat̃. Tū p̄p̄ loci a q̄ recesserat cōditionē. Erat ei locꝰ solitariꝰ. Propterea vocabat̃ solitudo bersabee. Ipse aūt abrahā desiderabat talē habitationē potiꝰ q̄ habitare i tabernaculis peccatorū. Vñ merito dicere poterat illud ps. Ecce elongaui fugiēs: ⁊ mansi i solitudie. Tū p̄pter ipsiꝰ mōtis circūstātiā. Sufficiēter ei illi innotuerat p̄ oblationē filij sui: siue arietis pro eo: q̄ ibi deberet semel immolari dei filiꝰ: qui ⁊ agnus ipsiꝰ dr̄ Ioā.j. Propter q̄d reputabat se indignū h̄itare in dicto mōte: ⁊ ip̄m corporali h̄itatione tā sui q̄ suorū polluere ⁊ p̄phanare. Vñ tūc dici illi poterat id q̄d postea dictū est Moysi: vcꝫ Exo.iij. Locꝰ i q̄ stas terra sancta est: scꝫ p̄ diuinā electionē ⁊ ordinationē.

¶ Moralr̄ ⁊ p̄rio iuxta illd̄ verbū: vocauit angelꝰ dñi abrahā sc̄do: notādū q̄ dñe vocat nos siue loquit̃ nobis q̄druplicit̃ Primo q̄dē p̄ seip̄m interiꝰ inspirādo: iuxta illud ps. Audiā q̄d loq̄t i me dñs deꝰ. Sc̄do p̄ angelū: ⁊ h̄ iterū duplr̄. P̄rio q̄dē in somnis. Vñ Mat.ij. Apparuit angelꝰ dñi in somnis ioseph dicēs. Accipe puerū ⁊c. Sc̄do vero i vigilijs: ⁊ h̄ mō apparuit gabriel btē v̄gini q̄n nūciauit ei conceptionē filij dei Lu.j. Tertio aūt loq̄t̃ hoi per hoiem. Et h̄ mō oli locutꝰ est mundo p̄ p̄p̄has: iuxta illud Heb.j. Multipharie multisq̄ modis oli deꝰ loquēs p̄fibꝰ in p̄phetis.i.p̄ p̄phetas. Quarto deniq̄ locutꝰ ē deꝰ vocādo homies ad vitā et̃nā p̄ p̄priū filiū i forma h̄uana mūdo ap̄pētem. Vñ seq̄t vbi.s. Nouissime inq̄t paulꝰ diebꝰ istis scꝫ noue

legis locutus est nobis in filio. Ecce quātā curam habet piis simus deus de salute nr̄a. Nō faciant⁹ ergo illi aut suis com missariis aurem surdam.

¶ Moraliter ꝛ scd̄o iuxta illd̄ verbū: qꝛ nō pepcisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: bn̄dicā tibi ꝛc̄. notandū ꝙ per vnigenitū in ꝓposito intelligit̄ hūanum corp⁹: qd̄ debemus dn̄o offerre nos religiosi in holocaustū: nihil ex illo nobis reser uātes nisi solū vsum: ꝛ iterum hm̄ōi vsum dn̄o offerētes. Seculares aūt debēt hm̄ōi vnigenitū offerre eidē dn̄o in sacrificium: qꝛ nō totū: sed tm̄ partē illius. Nō debemus ꝯ nos religiosi parcere dicto vnigenito ꝓpter deū: sed ipꝫ illi offerre per debitū seruitiū: nunc ieiunando, nūc a certis cibis abstinendo, nūc mane ante lucē surgendo, nūc in eius laudib⁹ inuigilādo, nūc sacris studiis insistendo, ꝛ hm̄ōi. Qui aūt fecerit talē oblationem dn̄o de suo vnigenito, indubie in fine vite benedicet a dn̄o, qn̄ qdem dicetur illi cū ceteris electis illud Mat. xxv. Uenite bn̄dicti ꝛc̄.

¶ Moraliter ꝛ tertio: iuxta illud: Bn̄dicā tibi: ꝛ multiplicabo semē tuū ꝛc̄. notādū ꝙ duo sunt genera hoīm iustoꝝ: ꝛ laborātiū ire in celū. Hi sunt cōtēplatiui ꝛ actiui. Primi significant̄ ꝑ stellas celi: qꝛ cōuersatio eoꝝ in celis est. Scd̄i ꝑo ꝑ arenā maris: eo ꝙ occupātur circa terrena, illa ꝑ loco ꝛ tp̄e indigētib⁹ ꝑpt̄ deū distribuentes. Utrisqꝫ autē bn̄dicit dn̄s bn̄dictione gr̄e in presenti faciēdo eos crescere ꝛ ꝓficere ꝑ vite meritum. Primis quidem multiplicādo semen bone operationis eoꝝ in presenti sicut stellas celi: ex quo colligent in futuro fructum eterne glorie. Similiter idem deus ꝛ dominus benedixit secūdis cōformiter ad primos: multiplicando semen bone operationis eorū in presenti sicut arenā q̄ est in littore maris: ex quo quidē semine colligēt in futuro similē fructū sicut et primi.

¶ Moralit̄ et quarto: iuxta illud: Possidebit semē tuū portas inimicorū suorū: notādum ꝙ inimici nr̄i in proposito nō sunt corporales qui oculis corporeis videri possunt: sed spirituales, id sūt abscōditi ab oculis nostris: ꝛ ideo periculosiores. Hi sunt peccata et demones. Porte autē per quas subtiliter predicti inimici nostri intrāt in aīas nr̄as, sunt qnqꝫ sensus corporei: iuxta illd̄ Hiere. ix. Ascendit mors per fenestras vestras: ingressa est domos vr̄as. Semen aūt abrahe sunt iusti ꝛ electi: ꝛ tale semen possidebit p̄dictas portas inimicorum suorū: quia iusti diligenter custodiunt sensus suos corporeos ne per eorū abusum predicti inimici occasionaliter possint subintrare castrū aīe. Propter qd̄ regi⁹ ꝓpheta Dauid aīaduertēs ꝙ semel p̄dicti inimici intrauerāt vsqꝫ ad aīam suā ꝑ portā oculorū: qn̄ qdem intuitus incaute siue curiose fuerat Bersabee se ex opposito dom⁹ sue lauantē ꝛ ornātē, postmodū orabat dn̄m dicēs: Auerte ocl̄os meos ne videāt vanitatem.

¶ Allegorice et primo: per semen Abrahe significatur xps qui est verũ ⁊ purũ semen dei patris. Istud semen per suam passionem meruit glorificationem sui corporis, exaltationẽ sui nominis: ⁊ multiplicationẽ populi fidelis. i. christiani. Insuper istud semẽ tunc possedit portas inimicorũ suorum: quãdo quidẽ ipse christus descẽdens ad inferna cõtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cõfregit. Quo facto idem eduxit sanctos patres de lacu in quo nõ erat aqua. Unde bene ad ꝓpositũ facit illa similitudo quã prediixerat ipse christus ante mortẽ suam. Luce. xj. dicens: Cũ fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt oĩa que possidet. Si autẽ fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, ⁊ spolia ei⁹ distribuet. Hec ibi. Fortis armat⁹ est diabolus, qui ante christi descensum in limbũ custodiebat pacifice atrium limbi. Fortior autẽ eo est christus, qui illic personaliter descendens abstulit ab eo spolia sua. i. animas sanctorum patrũ: quas tandem secum deduxit in celum.

¶ Allegorice ⁊ secũdo: per reuersionem Abrahe ad pueros suos qui cũ eo ⁊ Isaac filio suo abierunt Bersabee: figuratur christi resurrectio: qua cõpleta reuersus est ad pueros suos apostolos: quos etiã tunc appellauit pueros: vt patz quãdo apparens aliquib⁹ ex illis piscantibus, interrogauit eos dicens: Pueri nunqd pulmentarium habetis? Joãnis vlti. Deinde sufficienter ꝓbata veritate sue resurrectiõis in multis argumẽtis ꝑ dies quadraginta apparens predictis pueris: tandẽ videntibus illis eleuatus est, et nubes suscepit eũ ab oculis eorũ: vt dicit Act. j. sicq̃ rediit Bersabee. i. in celũ vnde venerat. Qđ etiã recte significat interpretatio dicti nominis. Nã Bersabee puteus satians interpretat. De celesti autem illa gloria dicit psal. loquens ad dñm: Satiabor cum apparuerit glĩa tua. In celo nempe torrẽte voluptatis sue potat dominus ipsos electos. Nec quidẽ mirũ, quoniã apud eum est fons vite.

¶ Allegorice et tertio: reuersionẽ abrahe ⁊ filij sui ad pueros suos, possumus referre ad finem seculi. Nam tũc ipse xps per fidem reuertetur de gẽtibus ad iudeos. Tũc enim iuxta vaticinium Esaie. x. c. reliquie israel salue fient. Insup iuxta infallibile testimonium christi tunc fiet vnum ouile, et vnus pastor. Joannis. x.

¶ Anagogice: sciẽdum ꝙ dñs deus habet duplex semẽ bonũ, qđ mirabiliter multiplicat in terra viuẽtiũ: scz semen angelorũ, ⁊ hoim electorũ. Primũ semen ibidẽ multiplicat sicut multiplicantur stelle in celo: qr sicut stella differt a stella in claritate: vt dicit apo. j. ad Corinth. xv. ita etiã illi angelici spũs differunt inter se specie quo ad naturalia. Itẽ differunt quo ad gratuita secũdũ magis ⁊ min⁹: ⁊ similiter quo ad bona glorie: ita vt non sint dabiles duo angeli equales q̃

ad bona nature / gre / aut glorie. Item sicut dñs numerat multitudinē stellarū: et oībus eis nomina vocat: ita etiā ipse nouit multitudinē angelorū: quibus etiamsi q̄ primū conditi sunt noīa imposuit / q̄uis nos lateant / preter quatuor q̄ sunt michael / gabriel / raphael / vriel. Similiter secūdum semen scilicet hominū multiplicatur in dicta terra viuentiū sicut multiplicatur arena in littore maris: ita vt dicat Grego. in quadā collecta: q̄ soli deo cognitus est numerus electorū in superna felicitate locandus. Dicit etiā Joā. Apoc. vij. q̄ vidit turbam magnā supple electorū: quā dinumerare nemo poterat / ex oībus gentibus / et tribubus / ꝛ populis / ꝛ linguis / stantes ante thronū / ꝛ in conspectu agni / amicti stolis albis / ꝛ palme in manib⁹ eorum.

¶ Anagogice: quo ad illā particulam: Reuersus est Abrahā ad pueros suos: abieruntq̄ Bersabee ꝛc. notādum q̄ hoc totū referēdum est ad generalē resurrectionē: in qua abrahām .i. xp̄s reuertetur ad pueros suos .i. electos: q̄n quidem descēdet de celo in vallem Josaphat iudicatur⁹ viuos ꝛ mortuos: ibi sedens in sede maiestatis sue: ꝛ tunc statuent ministerio angelorum electi ad dexterā eius: quib⁹ dicet. Uenite benedicti patris mei ꝛc. Tandem autē cōpleto iudicio dict⁹ abrahā deducet pueros suos Bersabee .i. ad regnū glorie: ibi sine fine cū eo permansuros. Unde Athanasi⁹ in symbolo. Ibūt iusti in vitā eternā. Et Joan. v. Qui bona egerunt ibunt in resurrectionē vite.

¶ Tertia clausula.

¶ His itaq̄ gestis nunciatū est Abrahā q̄ Melcha quoq̄ genuisset filios Nachor fratri suo: Hus primogenitum / ꝛ Bus fratrem eius: et Chamuel patrē syrorū / ꝛ Casseth / ꝛ Asau / Pheldas quoq̄ / et Jedlaf / et Bathuel: de quo nata ē rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri abrahā. Cōcubina vero illius noīe Roma peperit Thabee / et Gaon / ꝛ Thaas / ꝛ Maacha.

¶ Historialiter. Postq̄ in precedenti clausula famulus domini moyses egit de secunda vocatione Abrahe a dño: hic cōsequenter agit de rumoribus qui nūciati sunt ei de Melcha vxore fratris sui Nachor: q̄ scꝫ illa genuisset viro suo Nachor octo ples masculinas: que exprimūtur in textu. Preter autē istos octo filios Nachor genuit alios quatuor ex ɔcubina noīe Roma: q̄ dicti sunt Thadee / Gaon / Thaas / ꝛ Maacha. Sed p̄ ampliori declaratione presentis textus mouētur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: quare hic fit mētio de Melcha ꝛ viro suo Nachor pariter ꝛ de filijs eorū. Dicēdum q̄ ratio huius est vt exprimatur genealogia sare: pariter ꝛ rebecce de qua in sequenti .c. xxiiij. dicet̄. Notādū ergo q̄ vt dictū ē supra .xj. c. Thare genuit abrā / nachor / ꝛ arā. Arā gēnuit loth. Nachor autē ꝛ abrā duxerunt vxores. Nomen vxoris abrā sa=

rai: et nomē vxoris nachor melcha. Erāt autē iste due vxores duorū fratrum: sorores: et filie arā fris loth. Harū autē pma scz sarai fuit binomia. Nā et dicta ē iesche: vt legit vbi supra. De ista ergo melcha dicit hic moyses q gēuit ex nachor fratre Abrahe octo filios. Postq̄ ergo abrahā voluit imolare filiū suū Isaac dño: et post pmissionē illi factā a dño: de qua dictū est i precedēti clausula: nachor forsan hec intelligens misit nunciū ad eū habitātem in solitudine Bersabee: q̄ diceret ei q vxor sua melcha soror sare vxoris ipsi9 abrahe peperisset ei octo filios quoꝝ vltio gēit9 dict9 ē bathuel. Iste fuit pater rebecce: q̄ facta est vxor Isaac: vt dicet in sequentibus.

¶ Scōm dubiū: q̄s est iste hus pmogenit9 nachor ex melcha. Dicēdū q ipse est q̄ postea genuit Job: sicut scriptū ē Job. j Uir erat in tra hus noīe Job. Huius etiā sententie est btūs Hiero. in libro de hebraicis q̄stionibus. Errāt ergo q̄ dicūt Job de genere Esau descēdisse: vt dicit Petr9 cōest. Secūdogenitus autē ipsius nachor similiter dict9 est bus: ex cui9 genere descēdit balaā: q̄ scōm hebreos dr in Job helin buzites: vt dicit idē Petrus. Nō g in fine sui libri hr scōz aliquos libros q ipse fuerit quart9 ab Esau: in hebreo nō hr: nec etiā in trāslatiōe nra: sicut pz intuenti. Ita tn̄ habet in translatione theodotionis.

¶ Tertiū dubiū versatur circa illd verbū presentis clausule. Cōcubina vero ei9 noīe etc. Querit ergo quō frater tantē patriarche qualis erat Abrahā potuit hre ɔcubinā. Ad qd dicendū in primis q sicut bona vita Jacob nō preseruauit fratrē suū Esau a pctō et a reprobatiōe dei: ita vt dicat dñs Malachie. j. Jacob dilexi: esau autem odio habui: ita etiā in pposito dici pōt. Uñ Matth. xxiiij. Erūt inquit xps duo in lecto vno: vnus assumetur: et alter relinquet. Secūdo dicit q iste nachor habuit ɔcubinā absq̄ peccato. Pro quo notandum scōm de pal. q concubina accipit in sacra scriptura tripliciter. Aliqñ p fornicaria. Et hoc modo accipit Cañ. vj. vbi dr: Sexagita sunt regine: octoginta cōcubine etc. Aliqñ pro vnica vxore: vt ibi Judicū ix. Hic homo habet cōcubinā: cū tn̄ subdat ibidē q tulit cadauer vxoris. Aliqñ p pa vxore nō pricipali: sz scdaria: vt in sequentib9. c. xxv. dr q abrahā filijs ɔcubinarū: scz agar et cethure: largitus est mūera. De qb9 loquēs Aug. de ci. dei lib. xvj. c. xxxvj. dicit q ābe vxores abrahe: et ābe ɔcubine sunt appellate. Sara po nunq̄ dicta est cōcubina. Accipiēdo ergo hoc tertio mō ɔcubinā: possumus excusare nachor a pctō.

¶ Moraliter: p hoc q nachor misit seruū ad fratrē suū abrahā q̄ nūciaret ei multitudinē proliū suarū quasi in hoc glorians: designāt mūdani hoīes qui frequēter gloriant in multitudine filiorū etiā impiorū. Quorū fatuitatē reprobās sapiēs Eccli. xvj. ait: Ne iocūderis in filijs impijs si multipli-

centur. Melior est enim vnus timens deum, quam mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs: quam derelinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria: supple prospere et pacifice: et a tribus impijs deseretur: et hoc supple propter discordias eorum que oriuntur ex appetitu dominandi. Hoc enim sepe accidit inter filios principum. Propter quod dicit saluator Luce.xj. quod omne regnum in seipsum diuisum desolabitur etc.

¶ Allegorice: Nachor est christus: cuius sponsa est ecclesia christiana: ex qua genuit et adhuc generare non cessat filios et filias. Nam quotquot baptizantur christo et ecclesie regenerantur. Propter quod dixit christus nicodemo Joannis.iij. Oportet vos nasci denuo. Sed quomodo hoc: statim declarat quod subdit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Concubina autem est synagoga. Absit tamen vt dicamus eam concubinam christi: sed potius diaboli. Olim tamen priusquam efficeretur concubina diaboli, ex ea genuit dominus filios et filias: sed non tot sicut nunc ex sua sponsa ecclesia que congregata est primo ex gentibus. Unde de hoc valde gaudere debet: gratias agens deo: secundum quod eam admonet apostolus ad Gal.iiij. dicens: Letare sterilis que non paris: quod refertur ad ecclesiam christianam, que priusquam susciperet fidem catholicam erat sterilis: nec parturiebat filios. Sequitur materia gaudij cum subditur: quia multi filij deserte: id est ecclesie christiane, que tempore gentilitatis erat deserta a domino, et a sanctis angelis ipsius: insuper et a prophetis. magis quam eius que habet virum: id est synagoge que ante aduentum christi habebat virum: scilicet dominum deum, qui erat sponsus illius. Ecce ergo quod nachor, qui vno modo interpretatur requies luminis, propter quod recte designat christum, qui est lux vera: et requies electorum in celo: plures filios genuit atque in dies generare non cessat in lege gratie ex sponsa sua ecclesia, quam olim genuerit ex synagoga. Quod et perpendere possumus ex dilatatione fidei christiane supra dilatationem synagoge iudeorum. Que vtinam sit ita dilatata merito sicut est numero.

¶ Uel dic quod per nachor recte designatur christus: propter predictam interpretationem nominis. Per.xij. filios quos ex duabus vxoribus genuit, figurantur.xij. Christi apostoli: quos assumpsit ex duabus prouincijs quasi ex duabus vxoribus: videlicet ex iudea et galilea. Hi etiam prefigurati sunt per.xij. filios iacob. Item per.xij. duces populi israelitici, qui eum precedebant cum de egypto rediret in terram suam.

¶ Anagogice: Nachor vt dictum est dominum deum designat. Due vxores illius due sunt ecclesie: angelorum scilicet et hominum. Sed quid est quod Nachor ex prima et principali vxore genuit octo filios: vbi tamen de secunda et minus principali: vt dictum est: genuit tantum quatuor: nisi quod numerus sanctorum angelorum est multo maior numero electorum hominum tam presentium quam futurorum: ita vt merito et recte possint dicere sancti angeli de hominibus ele

ctis illud.iiij.Reg.vj. Plures nobiscum sunt q̄ cū illis. Hoc tamē opinatiue dictum sit:q2 soli deo cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus:vt dicit Grego.in quadam collecta. Dicit tamē idem Grego.homil.xxxiiij. q tot hoīes saluabūtur quot boni angeli manserunt in celo. Et fundat se super illo verbo. Statuit terminos gentiū ſm numerum angelorū dei. Sed ad hoc dici potest q loquitur Gregorius opinatiue/ et nō determinatiue/ siue etiam resolutorie.

¶ Gen.xxiij.clausula vnica.

¶ Uixit autem Sara centū viginti septem annis/ et mortua ē in ciuitate arbee/ que est Ebrō in terra chanaā. Uenitq3 abrahām vt plāgeret et fleret eā. Cumq3 surrexisset ab officio funeris: locutus est ad filios heth dicēs. Aduena et pegrinus ego sum apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscū: vt sepeliam mortuū meū. Responderūt filij heth dicentes: Audi nos dn̄e. Princeps dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuū:nullusq3 te prohibere poterit quin ī monumēto ei⁹ sepelias mortuū tuum. Surrexit abrahā:et adorauit populū terre/ filios vcs heth. Dixitq3 ad eos. Si placet anime vestre vt sepeliā mortuū meū: audite me:et intercedite p me apd Ephron filiū Seor:vt det mihi spelūcā duplicē quā habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eā mihi coram vobis in possessionē sepulchri. Habitabat autē Ephron in medio filiorū heth. Responditq3 ephron ad abrahām cunctis audientibus q̄ ingrediebantur portā ciuitatis illi⁹/ dicens: Nequaq3 ita fiet dn̄e mi: sed tu magis ausculta quod loquor. Agrū trado tibi/ et speluncam que in eo est:presentibus filijs popl'i mei:sepeli mortuum tuū. Adorauit abrahām corā dn̄o:et populo terre:et locutus est ad ephron circūstāte plebe eius: queso vt audias me. Dabo pecuniam pro agro: suscipe eā: et sic sepeliā mortuum meū in agro. Respōditq3 Ephron:Domine mi audi me. Terra quā postulas/ quadringētos siclos argēti valet. Istd est preciū inter me et te:sed q̄tū est hoc/ sepeli mortuū tuū. Qd cū audisset abrahā:appendit pecuniā quā ephron postulauerat:audientib⁹ filijs heth quadringentos siclos argēti probate monete publice. Confirmatusq3 est ager quondam ephronis/ in quo erat spelūca duplex respiciens mābre tam ipse q̄ spelunca:et oēs arbores eius in cunctis terminis eius per circuitū/ abrahe in possessionem: videntibus filijs heth et cunctis qui intrabāt portā ciuitatis illi⁹. Atq3 ita sepeliuit abrahā sarā vxorē suam in spelūca agri duplici que respiciebat mābre. Hec est ebron in terra chanaā. Et confirmatus est ager et aurum qd erat in eo/ abrahe in possessionem monumenti a filijs heth.

¶ Historialiter. Postq̄ in p̄cedenti capitulo dei amic⁹ moy-

ses egit de prompta et perfecta obediētia abrahe ad preceptū dñi precipiētis illi vt immolaret filiū suum vnigenitū isaac: propter quā obediētiam ipse dñs pollicitus est illi multa et valde magna bona: insuper egit in fine capl'i de ortu rebecce: cōsequēter in hoc capl'o agit de obitu Sare vxoris ipsi' Abrahe / et de magna diligētia eiusdē abrahe quam adhibuit circa sepulturam illi'. Refert ergo dictus legislator moyses de dicta Sara q cōpletis vite sue annis. cxxvij. mortua est in ciuitate Arbee: hec est Ebrō: secundū iosephum. Et dicitur ciuitas arbee. i. quatuor / vt dicunt aliqui: et hoc ppter quatuor gigantes ibi sepultos: vt refert de lyra / quorū ista sunt nomina / Achimā / Sisai / Thalmai / et pater eor: cuius tamen non exprimit nomē. Alij dicūt et melius vt refert Petrus comestor / q predicta ciuitas arbee postea dicta ē Cariatharbe. i. ciuitas q̄tuor patriarcharū ibi sepultorū: quorum ista sunt noia / Adam / Abrahā / Isaac / Jacob. Et de Adam quidē est expressus textus Josue. xiiij. in fine. De alijs aūt tribus legitur in seq. ca. xlix. in fine. Cum quibus etiā vxores eorū sepulte sunt: vt dr ibidē: vz Sara cū abrahā / Rebecca cū Isaac / et Lia cū iacob. Simil'r Eua cū Adam. Non tñ sic q vir et vxor in eodē sepl'chro positi fuerit: sed seorsum. Nam vt dicit Petrus comest. spelunca duplex in q̄ positi sunt / nō erat aliud q̄ rupes naturaliter vel artificialiter duas speluncas siue antra aut cauernas habēs: quarum vna superior / in qua viri predicti sepulti sunt. Alia inferior / in qua vxores eorū posite sunt. Et nota q dict' locus tribus noib' successiue appellatus est. Nā primo dictus est ciuitas Arbee / secundo ciuitas Cariatharbe / tertio ciuitas Ebron: que est in valle mābre / secundū Hiero. de hebraicis questionibus. Nota etiā q Cariatharbe est nomē hebraicum / quod dicitur a Cariath: quod ē ciuitas: et arbee quod est quatuor / quasi ciuitas quatuor: ppter causam predictā. Postq̄ ergo mortua est Sara: venit abraham / qui forsan erat absens i hora mort' sue: vt plāgeret et fleret eā. Ubi nota q planctus pprie est signū doloris factus plausu manuū / cum clamore vocis: sicut fit in italia ab his qui mercede conducti faciunt la plorade Italice pro defunctis.

¶ Seqtur: Cumq surrexisset (supple Abrahā) ab officio funeris: quo scilicet sedens fleuerat: locutus est ad filios heth: qui postea dicti sunt Hethei: inter quos tūc tēporis habitabat: dicens. Aduena. i. aliūde veniēs: et peregrinus / id est ad alium locum tendēs ego sum. Propter quod nō debeo mihi vsurpare ius sepulture apud vos absq licētia vestra: et ideo date mihi ius sepulchri vobiscum / id est inter vos: vt sepeliam mortuū meum. Cui respōderunt filij Heth dicētes: Audi nos dñe. Pricepsdei es apd nos / et ideo elige tibi locum ad nutū tuū in electis sepulchris

nostris id est in honorabiliori= bus: i quo sepelias corpus vxo= ris tue. Quod ille audiens, sur rexit, qui prius sedens loque= batur: et adorauit populū ter= re, scilicet filios heth, dicens ad illos: Si placet anime vestre, id est voluntati vestre, vt sepe= liam mortuū meū, scilicet se= cundū cor meum: audite me, et intercedite pro me apud Ephrō filium Seor, vt det mihi speluū cam duplicē quam etc. Iste E= phron forte erat diues, nec ha bebat necesse vēdere predictā speluncā duplicē. Propter qd Abraham rogauit filios heth vt pro eo intercederent apud eum: et quod paratus erat soluere preciū pro ipsa terra tantū quā= tum estimaretur a viris probis. Ephron autē audita supplica= tione gratiosa abrahe, obtulit sibi gratis locū illum: quē ta= men abrahā noluit recipe nisi precio appreciato et soluto, vt dicitur in textu. Factus est au= tem iste cōtractus videntibus filijs heth, et cūctis qui intra= bant portam ciuitatis, scilicet Cariatharbe siue: Ebrō, vt scz multi essent testes dicte ēptio nis. Quibus expletis sepeliuit Abraham Saram vxorē suam in dicta spelunca: in parte ta= men inferiori illius: vt dictū ē. Sed pro ampliori declaratio= ne presentis textus mouentur alique questiones.

¶ Prima igitur questio: qua= re in principio huius capituli exprimitur tēpus vite ipsius Sare plusquam aliarū mulierum etiam sanctarū. Dicendum quod hoc ideo quia ipsa fuit prima ma ter iudeorum, sicut Abraham primus pater eorū: iuxta illud Esaie.lj. Attendite ad Abra= ham patrem vestrū, et ad Sa= ram que pepit vos. Ex quo er= go Sara erat.cxxvij.annorum in die obitus sui, cōsequēs est dicere quod Abraham tunc erat cxxxvij.annorū: eo quod precede= bat eam in decem annis: vt di= ctum est supra.xvij.c. Isaac au tem erat.xxxvij.annorū tunc: Ismahel vero.lj.annorum. He brei autem mystice exponētes numerum annorū Sare dicūt quod predicti tres numeri, vide= licet.cxxvij.ita ponūtur distin cte ad designandum conditio= nes Sare. Ac si diceret quod ita munda et innocens fuit in vige simo anno etatis sue: sicut cū fuerat.vij.annorum. Item ita pulchra cum esset.c.annorū: sicut fuerat in etate viginti annorum.

¶ Secunda questio. Utrū A= braham licite et rationabiliter fleuerit mortem Sare vxoris sue? Uidetur quod nō. De sancto= rum enim obitu loquens psal. ait: Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Notum est autem quod Sara est de numero sanctorum dei. igitur. Itē ec= clesia solenniter celebrat mor= tem sanctorū dei, quando scilī cet nati sunt ad gloriam. Igi= tur. Pro responsione notandū sicut scripsi super euāgelia qua= dragesimalia, feria quinta post quartam dñicā, quod duplex est fletus qui effundi solet pro mor tuis, moderatus scz et imodera= tus. Primus fletus iterū est du= plex. Primus est qui emittitur ex naturali pietate: et talis fle= tus est tolerabilis et permissus.

Secūdus est qui emittitur ex charitate/ vt cum quis plāgit mortē alicui⁹ qui erat adhuc multum necessarius huic mūdo. Unde legitur de beato ambrosio ꝙ quotiēs audiebat loqui de obitu alicuius boni plati/amare flebat: eo ꝙ tale auxilium subtractū esset a fidelibus. Item legit̄ de beato Ber. ꝙ ipse valde fleuerit mortem fratris huberti/ de quo etiam fecit sermonem luctu certe et lamento plenū. Insuper discipuli beati Martini fleuerunt obitum illius. Preterea laudatur Magdalena que stetisse legitur ad sepulchrum dn̄i plorans. Jo.xx. Ceterum fratres qui astabant bononie in obitu p̄ris nostri dn̄ici/ valde amare fleuerūt: secūdum ꝙ in officio de eodem canit ecclesia dicēs: O spem miram quam dedisti mortis hora te flentibus/ dum post mortē promisisti te profuturum fratrib⁹. Imple pater qđ dixisti nos tuis iuuans precibus. Ad talem etiā fletū nos inducit scriptura sacra Eccli xxij. dicēs: Super mortuū plora. defecit enim lux ei⁹. Item propheta dn̄i Hieremias dicebat: Quis dabit capiti meo aquam/ ꝛ oculis meis fontē lachrymarum/ et plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei? Eiusdē.ix. Secundus fletus qui immoderatus et indiscretus dicitur: reprobatur ꝑ Apost.j.ad Thessal.iiij. dicentem: Fratres nolum⁹ vos ignorare de dormientibus/ vt non contristemini sicut ceteri qui spem non habent/ supple de celesti gloria/ aut resurrectione futura: quam etiam ibidē probat idem ap̄ls. Unde August. ꝛ ponitur in glo. ordina. super dicto passu. Necesse est (inq̄t) vt contristeris super morte amici fidelis. Sed vbi contristaris/ consolet̄ te spes future resurrectiōis. infirmitas afficit: sed fides reficit. Dolet humana cōditio/ sed sanat diuina ꝓmissio. Unde Leuit.xix. Nō incidetis super mortuos carnes v̄ras: queādmodū faciunt suple pagani ꝛ infideles/ q̄ spem resurrectionis nō habent. Ptz ergo ꝙ licuit sancto patriarche Abrahe flere moderate mortem vxoris sue. Et ꝙ dicitur in contrarium ꝙ preciosa in conspectu dn̄i mors ꝛc. Itē ꝙ ecclesia solenniter celebrat mortem sanctorum et sanctarum: hoc verū est de illis qui fuerunt sub nouo testamento. Nam tales moriendo ascenderunt ad locum beatorū/ vbi est perpetuum gaudiū. Secus autem de illis qui fuerunt sub lege nature aut scripta. Nam tales moriendo descendebant in limbum. Nihilomin⁹ de Maccabeis fit festū in ecclesia/ tam quam de martyribus: ꝛ hoc ꝓpter expressam cōfessionem fidei resurrectionis quā habuerunt: ita vt viri euangelici reputētur. Nam sicut dicit Augusti. Uera fides christianorū est resurrectio mortuorum.

¶ Tertia q̄stio. Utrū licuerit abrahe emere ius sepulture apud etheos/ dādo ꝓ hac re pecuniā ꝓbate monete publice ephroni: et sit̄ vtrū ipe ephrō licite dictā pecuniā receperit? videt̄ ꝙ nō: q2 h̄ videt̄ ꝑtinere

ad simoniacam prauitatē. Ad hoc respōdet Petrus comest. dicens q nec Abraham peccauit emendo dictā duplicē speluncam cū agro adiuncto: nec alter vendēdo. Sicut nec hodie ille peccaret q emeret agrū vt faceret inde cemiteriū/ nisi forte inquit quia ibi erāt sepulti protoplasti .i. primi parentes/ qui primo fuerunt formati a deo. Hoc em̄ significat istud nomen protoplastus: qd dicit a protos qd est primus: et plastus formatus/ quasi primus formatus. Hiero. tamē de Hebrai. questio. dicit Ephron reprehēdendū: vt postea dicetur. Propter quod nomē eius mutatū est. Nam pro Ephron postea dictus est ephran. Si ergo dicta spelunca reddebatur sancta et sacra siue religiosa ex presentia corporū Ade et Eue ibi iacentiū: non erat licitū Abrahe emere spelūcā illam: eo q locus sepulture semper fuit inter sacra reputatus/ etiā apud infideles. Nec hoc intēdebat Abrahā. Bene tamen intēdebat emere agrū cui erat annexa dicta sepultura/ quod illi erat licitū. Ephrō aūt qui intendebat vendere dictā sepulturā/ peccauit: quis inuite a principio et quasi coacte eā venderet. Illi ergo clerici qui vendunt precio appreciato sepulturas itra ecclesias suas/ grauiter peccāt. Sed de hoc post ea. Unde idem Hierony. vbi s. Sciant q sepulchra vendūt et non coguntur: sed a nolētibus extorquent preciū: se damnandos: cum etiā ille reprehendatur occulte q inuitus accepit. Hec Hiero. Resolutorie ergo tenendū est q abrahā in dicta emptione nō peccauit: qr non intēdebat emere sepulturā q est quid sacrū/ sed fundū: qui est qd tēporale cadens sub precio secūdū humanā estimationem. Insuper dato q intenderet emere speluncā in sepulturam: adhuc nō sequitur q peccauerit: qr non habetur ex textu q esset benedicta et deputata ad sepeliendū hūana corpora. Et si obijciatur q cadauera Ade et Eue erāt ibi sepulta: hoc cōcesso tanq vero/ nō tamē ex hoc sequitur locū esse sanctū: qr vt dicit dn̄s Petrus de Pal. sepultura sacri corporis non ɔsecrat cemiteriū: sed tātū benedictio episcopi. Sed quia etiā apud gentiles vt dictum est loca sepulture humane deputata religiosa reputātur: ideo aliter dicendū cōformiter ad predictū de Palu. q ipse Abrahā non emit speluncam/ sed agrū. Transiuit autē spelūca cum vniuersitate agri in potestatem abrahe. Et dat exemplum de villa que emitur sine simonia: quis illi sit annexum ius patronatus alicuius ecclesie in ea existentis: quia ius patronatus trāsit cū vniuersitate ville. Ita in ppposito.

¶ Quarta questio. Utrum Ephron peccauerit? Dicendū q sic: et hoc propter iniustā venditionem. Nam vidēs q abraham tantū affectaret habere dictam speluncā: tandem more multorum eam illi vendidit multo plus q̄ valeret: et hoc pcipue rōne sepulture ibi existentis: qd etiam simoniacum

erat: sicut nunc simoniacum esset si quis vēderet carius villam propter ius patronatus illi annexum. Abraham aūt nō peccauit: qz nō induxit ephrō ad carius vēdendū agrum ꝓpter sepulturā. Sed bene verum est ꝙ induxit eū ad vēdendum ipsum agrum. Quod aūt ipse dederit illud plus quo carius vēdebatur propter sepulturam: ex hoc non habetur ꝙ peccauerit: qz vt dicit de pal. hoc fecit ad redimendum optimum ius qđ habebat sepeliendi vxorem suā Saram in sepulchro patris sui Ade. Et si dicatur ꝙ ex hac parte dicta sepultura nō erat plus sua ꝙ̄ ipsius Ephron: negat. Erat enī quodā speciali modo heres illius ꝓpter rectam fidē quā tenebat / ⁊ cultū quem deo exhibebat. Insup si dicatur ꝙ ipse Ephron nō ei denegauerat dictam sepulturā: quinimmo eā illi gratis obtulerat / vt pꝫ ex forma textus: Dicēdum secundum Piero. vbi supra: ꝙ licet ita voluerit in principio: in fine tn̄ aliter voluit. Mutauit enim propositū. Fuit (inquit Piero.) in pricipio perfectus: in fine autē imperfectus. Primo enim voluit dare / quod est perfectorū. Postea vero vēdidit: quod est imperfectorū. Et hec mutatio intentionis designatur per mutationē sui nominis. Nam qui prius dicebat Ephrō / postea dict⁹ est Ephrā / o mutata in a. Unde versus. O mutatur in a / venditi iura sepulchri: vt sine peccato nō credas talia vēdi. Iste ergo ephrō siue ephran reprehēdit a beato Piero. eo ꝙ decidit a bona intentione quam prius habuerat nolens vlterius gratis agrum dare. Qui si agrū propter sepulturam nō carius vēdidisset: vtiqꝫ non peccasset.

¶ Quinta questio. Quare Abrahā tātum laborauit ꝓ predicta sepultura? Rn̄sio. propꝰ duo. Primo quidē propter reuerentiā loci. Nouerat enim adā ⁊ euam quondā ibi fuisse sepultos. Beatū ergo se reputabat si ibidem vxor sua posset sepeliri. Insuper idem intendēs de seipso post mortem. Unde etiā propter reuerentiam loci: Jacob ⁊ Joseph iusserūt in fine dierum suorum se illic post mortem deferri: vt pꝫ in fine huius libri. itē Exodi. xiij. Secūdo vero qz horrebat sepelire vxorē suam cū infidelibus et idolatris. Insuper ⁊ tertio ipse cognouerat per fidē xp̄m incarnandū: habitaturum: et passurum in terra iuda: iuxta illud eiusdē xp̄i verbū Jo. viij. Abraham vidit diē meum: vidit ⁊ gauisus est. Et ideo felicem se estimabat si posset vna cum vxore in dicta terra sepeliri.

¶ Sexta questio. Utrū hodie ꝓsit sepeliri solēniter in loco sacro: ⁊ ad quid? Istā questionē mouet ⁊ soluit beat⁹ Aug. in libro de cura ꝓ mortuis agēda. Itē post eū beat⁹ Tho. iiij Sen. dist. xlv. Dicit ergo beatus August. vbi supra / ꝙ insignis sepultura non iuuat de ꝓ se mortuos: sed tātum ad hoc vt dum viui recolunt vbi sunt reposita corpora eorum quos in vita dilexerunt: sanctis tan

quam p̄ eos illos susceptos apud dn̄m adiuuandos orando cōmēdent. Unde et monumentum id aptissime ostēdit: eo q̄ moneat mentē. Hec ille. Ecce ad qd̄ p̄dest insignis sepultura in loco sacro. Tu vero adde q̄ etiā ad hoc p̄dest, vt anime q̄rū corpora in eisdē sacris locis requiescunt: sint participes quodā speciali modo missarū suffragiorū et precū omniū q̄ in eisdē locis fiūt. Propter quod cōiter dr̄ q̄ vtilius est sepeliri in locis in q̄bus fiūt multa suffragia, q̄ in illis in q̄b9 pauca. Propter quā causam aliq̄ eligūt sepeliri i locis religiosis. Sepeliri autē in loco vili aut prophano nō obest de p̄ se aīabus defunctorū. Hoc aūt p̄bat idem Augu. de ci. dei. lib. j. c. xiij. dicēs q̄ multa corpora christianorū terra nō texit: iuxt illud psal. Posuerūt, supple infideles tyrāni, mortalia seruorū tuorū. i. deuotorū xp̄ianorum, escas volatilib9 celi: carnes sanctorum tuorū bestijs terre. Effuderunt sanguinē eorū tanq̄ aquā in circuitu hierl'm, et nō erat q̄ sepeliret. Deīde subdit dicens. Proinde oīa ista, scz curatio funeris, cōditio sepulture, pōpa exequiarū, magis sunt viuorū solatia, q̄ mortuorū subsidia. Hec ille. Itē idem in questio. sup Gen. q. clxj. sic dt. Debet eē fideliū ista securitas q̄ vbicunq̄ eorū corpora sepeliantur, vel insepulta etiam inimicorū rabie relinquātur, aut p̄ eorū libidine dilacerata absumātur: nō ideo vel minus integra, vel minus gloriosa in eorū resurrectione erūt. Hec ille. Patet ergo qualiter prodest bonis sepeliri i loco sacro: et qualiter nō. Malis autē magis obest insignis sepultura q̄ prodest. Unde vtrūq̄ simul p̄stringens beatus Greg. in suo dialogo. lib. iiij. et sit̄r recitatur. xiij. q. ij. cum grauia. dicit sic. Cum grauia peccata non deprimūt: tūc p̄dest mortuis si in ecclesia sepeliant̄: q2 eorū proximi quotiens ad eadē loca sacra veniūt: suorūq̄ sepulchra aspiciūt: recordant̄ eorū: atq̄ p̄ eis preces dn̄o fundūt. Quos aūt grauia peccata deprimūt: nō ad solutionem, sed potius ad maiorem damnationis cumulum eorū corpora in ecclesijs ponunt̄. Cōsequēter hoc p̄bat ibidē per multa exēpla: que etiā diebus suis contigerunt. Uide ibi.

¶ Septima questio: vtrum liceat aliquid exigere pro ecclesiastica sepultura? Pro solutione huius questionis notādū q̄ formiter ad beatū Anto. ij. parte summe sue. tit. j. c. v. §. xxij. q̄ sepultura sumitur multipliciter. Primo quidē pro terra pura ad vsum sepulture depu tāda. Et talis sepultura vendi pōt: vt notatur. xij. q. ij. aurū. Scd̄o pro tūba marmorea vel lapidea: et hec sit̄r vēdi potest si sit pura. i. si nullus sit ibi sepultus. Si autem aliquis sit ibi, sepultus: tunc locus factus est religiosus: nec vendi pōt: vt notat̄. xiij. q. ij. questa. item ca. postq̄. Tertio sumit̄ p̄ ipsa terra in qua defunct9 sepelit̄. Et tunc si est de cimiterio, vēdi non pōt: siue sit ibi aliquis sepultus, siue non. Quarto su-

nitur sepultura pro ipso offi-cio ecclesiastico qd impendit sepeliendis: et hoc qr spirituale est: vendi nō potest: vt notatur vbi supra. c. precipiēdum. item. c. nō satis. His ergo prelibatis dicit idem doctor q pro exequijs mortuorum nihil debet exigi. Pie tamē psuetudines debent obseruari: vt notatur extra de sepulturis ca. ad nostrā. Quod si clerici non vellent sepelire aliqd corpus nisi fiat illis cautio ab heredibus defuncti de redemptione eorum que veniūt cū funere: simoniam cōmittunt. Et multo magis qñ absq pecunia h exigunt nolentes aliter sepelire defunctū: vt notatur. xiij. q. ij. questa. Si aūt faciūt pactionē de redimendo lectum: pānos: et hmōi: etiā ante portationē ad ecclesiā: p hoc tñ nō est simonia: sed licita cōuētio: cū illa sint temporalia: dūmodo per hoc nō negetur sepultura ecclesiastica: vel immiscea tur ius sepulture. Et si nō vellent heredes post sepulturam facere qd debitū est: clericus .i. curatus pōt agere ꝯ eos: vt notat extra de sepulturis: ad apostolicā. Itē circa pcessiones quas faciunt alique ecclesie collegiate i obsequijs mortuorū data vel pmissa aliq̄ pecunia vl alia re tēporali: alias nō facturi: dicit ad hoc ray. q si dicti clerici tenent ad hmōi pcessiones ex officio: tūc si aliquid exigāt: ꝯmittūt simoniā .j. q. iij. vedētes. Si autē nō tenēt: tūc nō cōmittūt simoniā: dū tñ non intēdāt hoc petere vel recipere tāq̄ pciū officij: sed vt stipendium sui laboris. Alias simonia esset si pro spirituali tēporale exigeret. Resolutorie ergo tenendū est q nihil est exigēdū pro ecclesiastica sepultura ante factū. Post factū autē potest curatus exigere sua iura scdm cōsuetudinem laudabilē et hactenus obseruatā in ecclesia sua. Presumitur aūt talis cōsuetudo introducta ex mera liberalitate populi tūc viuētis: ita tū vt sacra et quicqd ptinet ad exequias defūcti liberaliter et sine pacto conferant. Postea vero pōt curatus agere ꝯ heredes aut executores defuncti: vt dictū est. Et tales debēt p superiorē cōpelli ad obseruādū cōsuetudinē loci. Caueat tñ curat9 scdm panor. ne dicat: pēto hoc p sepultura. Sed dz dicere. Cōsuetudo laudabilis ē vt aliqd det curato p penis et laborib9: ideo peto cōsuetudinē obseruari circa defunctū. Et idē dicēdū videt qñ est cōsuetudo vt aliqd det ecclie p loco sepulture. Vñ p hac pte facit lex ciuilis q̄ incipit priuilegia. C. de sacrosanctis eccliis. vbi dr q ea q̄ ab antiquo sunt solita tribui ecclesie et ministris illius: non debent aliquo modo impediri. Nescio tamē quo iure aut cōsuetudine detur maior pecunia pro sepultura intra ecclesiam q̄ in cimiterio: cum tamen vtrunq equaliter prosit. Sup quo cū interrogarem quendam curatū: respōdit hoc statutum esse ne pauperes et abiecte persone eligāt ibidem sepeliri. Nō inquit decet viles personas

cum diuitibus ꝛ nobilibus sepeliri. Sed si deus ita faceret quo ad paradisum: nulli pauperes illic intrarent: cum tñ scriptũ sit Mat.v. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Nõ aũt hoc dictum est de diuitibus.

¶ Octaua questio versaẗ circa illud verbum abrahe. Ut sepeliam mortuũ meũ. Uidetur enim ꝙ debuit loqui in feminino genere: ꝛ non in masculino aut neutro. Dicẽdum ꝙ bene locutus est etiam cõformiter ad sacram scripturã: que aliqñ capit masculinum genꝰ pro feminino per figurã antithesim: vt ibi Mar.v. Quis me tetigit: inquit xp̄s: cum tñ bñ sciret ꝙ nõ vir: sꝫ mulier erat q̃ eũ tetigerat. Hec de pal. Uł dic ꝙ Abraham accepit mortuum in neutro gñe: ita vt sit sensus: vt sepeliã mortuũ meũ .i. corpꝰ vroris mee: qđ eſt meũ sic q: in dispositione mea est vt sepeliam illud vbicũꝙ voluero. Sicut hodie in arbitrio viri est sepelire corpus vroris sue que non elegit ꝓpriam sepulturã: vbicũꝙ ille voluerit Secus si elegisset: vt notatur extra de sepulturis.c. de vxore. Ubi tamen vxor non elegit sepulturã: tunc cum marito si mortuus est prior: sepeliri debet: vt notatur.xiij.q.j.c. ebrõ. item.c. vnaqueꝙ.

¶ Nona questio versatur circa sequentem textum vbi dicitur. Audi nos domine. Queritur ergo cur dictus populus vocat Abraham peregrinum dominũ. Dicendum ꝙ ideo vocat eum dominũ ipsum honorando propter multam familiam quã in suo comitatu habebat. Nã vt dictum est supra xiiij.c. quando voluit inire bellum cõtra quatuor reges: numerauit expeditos vernaculos.cccxviij. Item quia audierant loqui nõ dubium de illa mirabili victoria quam habuerat de quatuor regibus cũ dictis vernaculis liberando de manibus eorũ Loth filium fratris sui: vt dicitur in dicto.c. Itẽ ꝛ tertio ꝓpter diuitiarũ abundantiam. Ipse nempe erat diues valde in possessione auri ꝛ argenti: gregũ ꝛ armẽtorum: vt dictum est.s.xiij.c. Tales aũt diuites multum honorat vulgus: iuxta illud ps. Beatum dixerunt populũ cui hec sunt. Econtra autẽ contẽnit pauperes: qđ ad acceptionem personarũ pertinet. Unde Iac.ij. Si introierit in conuentũ vestrum vir aureũ anulum habẽs in veste candida: introierit autem ꝛ pauper in sordido habitu: ꝛ intẽdatis in eum qui indutus est veste preclara: ꝛ dixeritis ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos: et facti estis iudices cogitationum iniquarũ? ꝙ scꝫ estis personarum acceptores.

¶ Decima questio. Cur dicti populi vocabant eundem abraham principem dei apud eos dicẽtes: Princeps dei es apđ nos. Hiero. autem dicit ꝙ dicebant. Rex es tu nobis. Dicẽdum ꝙ hoc ideo q: videbant eum sanctã ꝛ honestam duce

re vitā: ⁊ non colere idola: sed solum vnū verū deū: cui forsan illis videntibus aliquādo offerebat holocausta ⁊ sacrificia. Magna ergo estimabāt de eo. Propter quod i dubijs recurrebant ad eum. Ille autem dirigebat eos in agēdis ac si cōsuluissent dñm. Ecce quare vocabant eum principem dei inter eos. Unde propter hanc causam dixerunt ei vt in electis sepulchris suis. i. ī melioribus ⁊ honorabilioribus sepeliret corpus vxoris sue.

¶ Undecima questio mouetur propter illud verbū. Surrexit abraham ⁊ adorauit populum terre: scʒ filios Heth. Queritur ergo vtrum hoc licite fecerit. Pro responsione notandū ẜm theologos ꝙ triplex est adoratio: scʒ dulia: hyperdulia: latria. Latria soli deo debetur in signum summi dñi: iuxta illud Deutero. vj. itē Mat. iiij. Dñm deū tuū adorabis: ⁊ illi soli ẜuies: cultu supple latrie. Hyperdulia debetur excellenti creature. Dulia vero que est simplex reuerentia alicui exhibita in signum alicuius virtutis aut potestatis super alios: non prohibetur exhiberi alicui pure creature. Et hoc modo Abraham adorauit populum terre scʒ supplicādo ꝓ loco sepulture. Et nota ꝙ cū dr̄ adorasse populū terre: ibi ponitur totum pro parte per synecdochen.

¶ Duodecima questio. Cur abraham noluit fundum sepulture vxoris sue vna cum pertinentijs id est orto in quo erat gratis accipere ab Ephrō sed voluit precium dare? Responsio. hoc fecit quia secundum Hierony. perpendit ꝙ si gratis illud totum acciperet: ꝙ tandem ipse Ephron moleste ferret. Item noluit gratis accipere: qr voluit remanere liber. Qui autem mutuū accipit / seruus est fenerantis: vt dicitur Prouerbio. xxij. Insuper hoc ideo fecit: qr gratior est possessio que habetur titulo emptionis ꝙ̄ donatiōis. Et preter hec omnia potest dici ꝙ ipse Abraham nolebat ꝙ dictus Ephron seu alij infideles possent in posterꝝ ibi ius sepulchri reclamare. Horrebat enī vt dictum est / vt cum corpore vxoris sue aut suo in posterum deberent sepeliri corpora hominū damnatorum. Ecce igitur quare noluit dictum locū gratis accipere.

¶ Decimatertia questio mouetur propter illud verbum. Atqꝫ ita sepeliuit Abraham Saram vxorem ⁊c̄. Queritur ergo qd sibi vult illud aduerbium ita. Dicendū ꝙ potest esse nota fidei sue: ita vt crederet vxorem suā quam ibi sepeliebat / resuscitādam in nouissimo die cū Adam ⁊ Eua qui ibi sepulti erant. Uel ly ita potest esse nota sepulture corporis dicte vxoris sue ad similitudinē sepulture etheorum. Uult ergo dicere Moyses ꝙ abraham sepeliēdo vxorē suā obseruauit ritū dictoꝝ etheorum inter quos habitabat: secundū tamen decētiam sui status: ⁊ exigētiam defuncte. Dicit enim Augu. super illo verbo Joan. xix. sicut mos est iu=

deis sepelire: q euangelium per illud verbum admonuit in hmōi officijs que defunctis exhibentur/ morem cuiuslibet gentis apud quem viuitur ser uandum.

¶ Moralr ɂ pmo Sara q̄ interpretat tripl'r/ vcȝ carbo: velamen: angustia: significat quēlibet iustum: cui debet conuenire predicta triplex interpretatio. Debet eni esse carbo accēsus igne charitatis quo ad se: ɂ alios accendēs: iuxta illd Prouerbio. xxv. Si inimicus tu⁹ esurierit: ciba illum. Si sitit/ potum da illi: ɂ sic carbones. i. ignem charitatis congeres sup caput eius. Itē in ps. Carbones succensi sunt ab eo. Item debet esse velamen per pudicitiam. Itē angustia per penitētiā. Per hoc aūt q sara mortua est ī ciuitate arbee: q̄ interpretatur quatuor: designatur q homo debet mori cū quatuor virtutibus cardinalibus: iustitia scȝ: prudētia: tēperātia: ɂ fortitudine. Cum iustitia qdē reddēdo debitū deo: ximo: sibi pi. Practica. Cū prudētia vero puidēdo sibi de medijs ad salutē eternā. Cū tēperātia aūt moderādo q̄tū in se est dolores mortis. Denū cū fortitudine: fortiter resistendo in fide diabolo tūc maxie tērāti de infidelitate: ɂ desperatione de dei mia. Ut dic q arbee que vt dictū est iterpretat quatuor/ designauit sāctā ecclesiā: q̄ est ī quadro posita: iuxta illud Apoc. xxj. Ciuitas in q̄dro posita est: ɂ hoc pter libros quatuor euāgelistarū: in qb⁹ pīnet plenissime fides de xpo: quā inuiolabilit tenet sancta mat eccl'ia. Que quidē arbee ipsa est Ebron: q̄ interpretat visio sempiterna. Per hec oīa designat q iust⁹ moriēs in arbee. i. cū quatuor virtutibus cardinalib⁹: suppositis tñ trib⁹ alijs virtutibus theologalibus: talis euolat ad sempiternā visionem: que p Ebron designat: vt dictū est.

¶ Moraliter ɂ secundo mors sare designat mortē cuiuslibet bone persone/ ɂ que morit ī arbee. i. cū perfectione ɂ obseruātia quatuor pdictarū virtutum cardinaliū. Abrahā autē qui venit vt plāgeret vxorem suā Sarā/ designat quēlibet fidelē amicum defuncti: qui naturali pietate motus plangit mortem amici. Un̄ qn̄qꝫ venit ad spelūcam. i. ad sepulchrum illius: vt pro eo oret. Ad quod etiā faciedum saluator nobis dedit exēplū qui ad sepulchrū lazari psonalr venit: vbi etiā lachrymatus est. Jo. xj. Sȝ qd est q abrahā dedit pecuniam pro agro in quo erat speluuca illa in qua reposuit corp⁹ vxoris sue/ nisi q viuentes amici defunctorū debēt dare de bonis suis viris ecclasticis ɂ pijs locis vt sic impetrēt suffragia eorum pro talibus defunctis: qr vt dicit Grego. ɂ recitatur xiij. q. ij. anime defunctorū q̄tuor modis soluūtur: oblationibus sacerdotum: aut precib⁹ sanctorꝫ: aut elemosynis ɂc.

¶ Moraliter ɂ tertio per speluncam duplicem designatur duplex vita: actiua scȝ ɂ contemplatiua. In superiori spelunca habitant illi quorum cō

uersatio in celis est per mētis desiderium. In inferiori vero spelūca habitāt illi qui in pū-ti se occupant circa infirmos visitādos et cōsolandos. Item circa pauperes et egenos pa-scēdos: et sic de aliis operibus pietatis. Hāc autē duplicem speluncā voluit innuere xpus Luce.xvij.cū ait. Duo erūt in agro.i.in mundo isto. Un⁹ as-sumetur: scz ad cōtēplandum celestia et eterna: alter relinqᵉ-tur: vcz inferius ad exercēda opera vite cōtemplatiue.

¶ Allegorice et primo ƀ3 dñi card. Abrahā qui venit vt plā-geret Saram, designat xp̄3 q̄ venit de celo in hūc mūdū vt fleret gen⁹ hūanū, q̄d mortuū erat morte pc̄ti: de qua i psal. Mors peccatorū pessima. Nā vt dicit Greg. Nihil aliud tra-xit Christū de celo, nisi q̄ ad plangendū cadauer nostrū ve-nit, qd̄ proiectū erat in cāpo damasceno more vultur; mor-tui. Nos ergo similiter debe-mus plāgere et nos et proximos nostros mortuos in pc̄tō. Un-de et Esaias dicebat: Amare flebo, nolite incūbere vt cōso-lemini me super vastitate fi-lie populi mei. Eiusdem.xxij. Et Hiere.ix. Quis dabit capi-ti meo aquam: et oculis meis fontem lachrymarū, et plora-bo die ac nocte interfectos fi-lie populi mei?

¶ Allegorice et secūdo: Sara vxor Abrahe que mortua est: designat synagogam iudeorū que olim erat vxor illius ma-gni Abrahe qui est pater mul-tarum gentium: id est dei om-nipotentis. De qua quidē sy-nagoga cum genuisset dictus abraham.i.deus pater Isaac, id est Christū filium suum be-nedictum: tādem illa mortua est per infidelitatem: in quātū scilicet fidem incarnatiōis di-cti Christi recipere noluit. Et hoc est qd̄ dicitur Joan.j. In propria venit, et sui eum non receperūt. Itē Ezechie.xiiij. Mortua est vxor vespere.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud verbum: Cumq̄ surrexis-set Abrahā ab officio funeris: notandum conformiter ad do-minū Cardi. q̄ per Abraham vt dictum est intelligitur chri-stus: qui in die pasche surre-xit ab officio funeris ad quod venerat. Pro quo notandum q̄ officium funeris in quatuor consistit principaliter: videlz in lachrymis, in vigiliis, in ora-tionibus, in oblationibus. Sic est autem q̄ Christus lachry-mas dedit tum in natiuita-te: iuxta illud Sapieñ.vij. Pri-mam vocem similem omnibus emisi plorans. Tum in suscita-tione lazari. Joannis.xi. Tum super ciuitatem Hierusalem. Unde Luce.xix. videns Jesus ciuitatem fleuit super illam. Tum in cruce. ad Hebreos v. Cum clamore valido et la-chrymis exauditus est pro sua reuerentia. Item in vigiliis fuit. Propter quod reprehen-dit discipl'os suos in orto: Pe-trum scilz, Jacobū, et Joannē: dicens: Non potuistis vna ho-ra vigilare mecum? Matthei xxvj. Item in oratiōibus fuit. Uñ Luce.vj. dr̄ q̄ exiit in mon-tem orare: et erat pnoctans in oratiōe. Item in oblationibus

fuit: quia seipsum obtulit deo patri in cruce pro nobis. ad Hebreos.ix. Semetipsum obtulit immaculatū deo viuēti. Patz ergo officiū funeris Christi: a quo surrexit in sua gl'iosa et iucunda resurrectiōe. Consequēter per hoc quod abrahā venit ad filios heth volens habere sepulturam duplicē apud eos: designatur ascensus xpi in celum. Nam tunc dixit ciuibus celi.i. sanctis angelis. Date mihi ius sepulchri inter vos.i. mihi et meis requiē vobiscū. Petitio mea iusta est: quā etiā nullus oino impedire potest. Et hoc est qđ dicebat cū ascēderet in celum. Attollite portas principes supple celi vestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quib9 quidē principib9 pre admiratiōe inquirentibus et dicētibus: Quis est iste rex glorie? ait illis Dñs fortis et potens: dñs potens in prelio: supple crucis cōtra diabolum: et ideo attollite etc. Uel dic conformiter ad historiā quod tunc noster abrahā dixit filijs Heth.i. sanctis angelis. Aduena et peregrin9 ego sum apud vos: de longe supple veniens: scz de mundo. Sed quid est quod abrahā obtulit multā pecuniā ephroni pro spelunca duplici: scilz quadringentos siclos argenti: de quorum scilz valore nō possumus bene iudicare tum propter varietatē monetarū scđm varietatē patriarū: tum quia alie monete tunc currebant quā nūc. Certe per talem pecuniam oblatā per abrahā designatur preciosus sanguis xpi quē obtulit deo patri vt nobis emeret agrum celi. Et de huiusmodi pecunia loquitur apo.j. ad Corinth.v. dicens: Empti estis precio magno. Itē ad idē princeps aplo℞ Petrus in sua prima canonica.j.c. Scientes inquit quod nō corruptibilib9 auro vel argēto redēpti estis: sed precioso sanguine.

¶ Allegorice et quarto: Sara mortua ī ciuitate arbee.i. quatuor: significat naturā humanam per peccatū primi parentis mortuā in quatuor partib9 mūdi. Per abrahā autē intelligitur dei filius qui venit eā flere. In cuius figurā legitur Luce.xix. quod ipse videns ciuitatem fleuit sup illam. Tādē autem sepeliuit eam in spelunca duplici: quando ea empta suo precioso sanguine fecit eam occulte in celum tēdere per fidem et spem. Nam vtraque harū virtutū more spelunce habet obscuritatē annexam. Et de fide quidem testatur hoc apo.j. ad Corinth.xiij. cū ait: Uidemus nunc per speculū in enigmate. Dicit etiā Augusti. de verbis apli ser.xxvij. quod fides est credere qđ nō vides. De spe autē dicit idem Apo. ad Rom.viij. quod spes que videtur: nō est spes. Dicit etiā Hiero.j. parte eplarū suarū epla.v. quod spes est expectatio rerū omniū quas in fide habemus: per quā saluamur: Paulo dicēte: Spe salui sumus. Dicit etiā magister senten.lib.iij. quod spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens. Ecce igitur quomō natura humana christi sanguine redempta quodāmodo sepeli-

tur in presenti in spelunca duplici. sed hoc ad vtilitatē ei⁹.
¶ Anagogice: Sara vxor abrahe que post mortē sepelitur in speluca duplici, designat creaturam rationalē christi sponsam per gratiam vie, que post presentem vitam sepelitur in celo in spelunca duplici: scilz superiori & inferiori. Nā sicut infernus est sepultura malorꝝ: in quo iam sepultus est diues ille epulo: vt habet Luce.xvi. ita etiā celum est locus sepulture bonorum. in cuius rei signum dicitur ibidē ꝙ postꝙ mortuus est lazarus: portatus est ab angelis in sinum Abrahe, p quem itelligitur in lege gratie celum empyreum. ibi enim est spelunca duplex pro hominibus qui illic ascensurt sunt: scilicet superior et inferior. In superiori nempe requiescunt anime que ascēdūt vsqꝫ ad dei visionem. In inferiori vero requiescent corpora electorū post iudicij diem. Et ꝗuis celum empyreum sit locus lucidissimi⁹ et clarissimus in se: adeo vt dicat Joan. Apocalyp.xxi. ꝙ ciuitas illa celestis hierusalem nō eget sole et luna vt luceāt in ea: quia claritas dei illuminat eam: et lucerna eius est agnus: nihilominus quo ad nos conuenienter dicitur ipsum celum speluca, que est locus obscurus & tenebrosus: quia oculus non vidit que preparauit deus diligentib⁹ se: vt dicitur.j. ad Corinth.ij. Esaie autem.lxiiij. dicitur sic: Oculus nō vidit de⁹ absqꝫ te: que preparasti expectantibus te.

¶ Genesis.xxiiij. vnica clausula.

¶ Erat autem abraham senex dierūqꝫ multorū: & dn̄s in cunctis benedixerat ei. Dixitqꝫ ad seruū seniorē dom⁹ sue: q̄ preerat oīb⁹ q̄ habebat. Pone manū tuā subter femur meū vt adiurē te p deū celi et terre: vt nō accipias vxorem filio meo de filiab⁹ chananeorū inter quos habito: sꝫ ad terrā et cognationē meā pficiscaris et inde accipias vxorem filio meo Isaac. Respōdit seruus: Si noluerit mulier vēire mecū in terrā hanc: nunquid reducere debeo filiū tuū ad locū de quo tu egressus es? Dixitqꝫ abrahā. Caue neqn̄ reducas filiū meū illuc. Dn̄s celi et terre qui tulit me de domo patris mei: & de terra natiuitatis mee: q̄ locutus est mihi: et iurauit mihi dicēs: semini tuo dabo terrā hanc: ipse mittet angelum suū coram te: & accipies ide vxorē filio meo. Sin autē mulier noluerit seq̄ te: nō teneberis iuramēto: filium meū tantū ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manū sub femore abrahā dn̄i sui: & iurauit illi sup sermone hoc. Tulitqꝫ decem camelos de grege dn̄i sui: & abijt: et oībus bonis eius portās secū. Profectusqꝫ perrexit in mesopotamiam ad vrbē nachor. Cūqꝫ camelos fecisset accūbere extra oppidū iuxta puteū aque vespere eo tpe quo solent mulieres egredi ad hauriendā aquā: orauit dominū dicens: Dn̄e deus dn̄i mei abraham occurre obsecro

mihi benedic: et fac misericor=
diam cum dño meo abraham.
Ecce ego sto ꝓpe fontē aque:
et filie habitatorū huius ciui=
tatis egredientur ad haurien
dam aquā. Igitur puella cui
dixero: Inclina hydriam tuā
vt bibam: et illa responderit:
bibe/quin ⁊ camelis tuis dabo
potum: ipsa est quam prepa=
rasti seruo tuo Isaac: ⁊ ꝑ hoc
intelligam ꝙ feceris miseri=
cordiam cū domino meo abra=
ham. Necdum intra se verba
cōpleuerat: et ecce Rebecca
egrediebat̄ filia Bathuel filij
melche vxoris nachor fratris
abrahā: habens hydriā in sca=
pula sua/puella decora nimis:
virgoqꝫ pulcherrima ⁊ īcogni
ta viro. Descenderat autē ad
fontē/et impleuerat hydriam
aque/⁊ reuertebatur. Occur=
ritqꝫ ei seruus et ait: Pauxil=
lum aque ad bibendum prebe
de hydria tua. Que respon=
dit: Bibe domine mi. Celeri=
terqꝫ deposuit hydriā suꝑ vl=
nā suā: ⁊ dedit ei potū. Cūqꝫ
ille bibisset/adiecit. Quin et
camelis tuis hauriā aquā: do=
nec cuncti bibant. Effundēsqꝫ
hydriā in canalibus recurrit
ad puteū vt hauriret aquā: ⁊
haustam oībus camelis dedit.
Ipse autē cōtēplabat̄ eā taci=
tus: scire volens vtrū ꝓsperū
iter suum fecisset deus: an nō.
Postqꝫ autem biberūt cameli:
protulit vir inaures aureas ap
pendētes siclos duos/⁊ armil=
las totidem pondo siclorū de=
cem. Dixitqꝫ ad eam. Cuius es
filia? Indica mihi. Est in do=
mo patris tui locus ad ma=
nendum? Que respondit. Filia

sum bathuelis filij nachor/quē
peperit ei melcha. Et addidit
dicens: Palearū quoqꝫ et feni
plurimū est apud nos: et locus
spatiosus ad manēdum. Incli=
nauit se homo/⁊ adorauit dñz
dicens: Benedictus dñs deus
dñi mei abrahā: qui nō abstu=
lit miām et veritatē suā a dño
meo: et recto itinere me ꝑdu=
xit in domum fratris dñi mei.
Cucurrit itaqꝫ puella/⁊ nūcia
uit in domū matris sue oīa q̄
audierat. Habebat autē rebec
ca fratrē noīe labā: q̄ festinus
egressus est ad hoīem vbi erat
fons. Cūqꝫ vidisset inaures et
armillas in manibꝰ sororis sue:
et audisset cūcta verba referē
tis: hec locutꝰ est mihi homo:
venit ad virū q̄ stabat iuxta ca
melos/⁊ ꝓpe fontē aq̄: dixitqꝫ
ad eum/Ingredere benedicte
dñi. Cur foris stas? Prepara=
ui domū et locū camelis tuis.
Et introduxit eū in hospitiū:
ac destrauit camelos: deditqꝫ
paleas et fenum/⁊ aquā ad la=
uandos pedes camelorū ⁊ vi=
rorū qui venerāt cū eo. Et ap
positus est in cōspectu eius pa
nis. Qui ait. Nō comedā donec
loquar sermones meos. Respō
dit ei. Loquere. At ille. Ser=
uus īquit abrahā sum. Et dñs
benedixit dño meo valde: ⁊ ma
gnificatus est/et dedit ei oues
et boues/argentū ⁊ aurū/ ser=
uos et ancillas/camelos ⁊ asi=
nos. Et peperit sara vxor dñi
mei filium dño meo ī senectu=
te sua: deditqꝫ illi oīa q̄ habue
rat. Et adiurauit me dominꝰ
meus dicēs: Non accipies vxo=
rem filio meo de filiabꝰ chana
neorū: in quorū terra habito:

sed ad domū patris mei pges/ et de cognatiōe mea accipies vxorē filio meo. Ego vero respondi dño meo. Quid si noluerit venire mecū mulier? Dñs ait in cuius conspectu ambulo: mittet angelum suū tecū: et diriget viā tuā: accipiesq; vxorē filio meo de cognatiōe mea et de domo pris mei. Innocēs eris a maledictione mea cū veneris ad pximos meos: et nō dederint tibi. Ueni ergo hodie ad fontē aque/ et dixi: Dñe deus dñi mei abrahā: si direxisti viam meā in qua nūc ambulo: ecce sto iuxta fontē aque: et virgo que egredieē ad hauriēdam aquā/ audierit me: da mihi pauxillū aque ad bibēdum de hydria tua: et dixerit mihi: et tu bibe/ et camelis tuis hauriā: ipsa est mulier quā preparauit dñs filio dñi mei. Cūq; hec tacitus mecū voluerē: apparuit rebecca veniēs cū hydria quā portabat in scapula: descenditq; ad fontē/ et hausit aquā. Et aio ad eam: Da mihi paululū bibere. Que festinans deposuit hydriā de humero: et dixit mihi. Et tu bibe/ et camelis tuis tribuā potum. Bibi/ et adaquauit camelos. Interrogauiq; eam et dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia bathuelis sum filij Nachor: quem peperit ei melcha. Suspendi itaq; inaures ad ornādum faciem eius/ et armillas posui in manibus eius. Pronusq; adoraui dominū: benedicens dño deo dñi mei abrahā: qui perduxit me recto itinere vt sumerem filiam fratris dñi mei filio eius. Quāobrē si facitis misericordiā et veritatē cum dño meo/ indicate mihi: sin aūt aliud placet/ et hoc dicite mihi: vt vadam ad dexterā siue ad sinistram. Responderuntq; laban et bathuel. A dño egressus est sermo. Non possumus extra placitū ei⁹ quicq; aliud loqui tecum. En rebecca corā te est: tolle eam/ et pficiscere/ et sit vxor filij domini tui/ sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer abrahā: pcidens adorauit in terrā dominū. Prolatisq; vasis argenteis et aureis ac vestib⁹: dedit ea rebecce p munere. Fratribus quoq; eius et matri dona obtulit. Inito conuiuio vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgentes autē mane/ locutus est puer. Dimitte me vt vadam ad dominū meū. Responderuntq; frater eius et mater. Maneat puella saltem decem dies apd nos: et postea proficiscetur. Nolite ait me retinere: quia dominus direxit viam meam. Dimittite me vt pergam ad dominū meū. Et dixerunt. Uocemus puellam/ et queramus ipsius voluntatem. Cumq; vocata venisset/ sciscitati sunt: Uis ire cum homine isto? Que ait. Uadam. Dimiserunt ergo eam/ et delboram nutricem eius: seruūq; Abrahā/ et comites eius: imprecantes prospera sorori sue/ atq; dicētes. Soror nostra es. Crescas in mille milia/ et possideat semen tuū portas inimicorū suorū. Igitur rebecca et puelle illius ascensis camelis secuti sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominū suū.

Eo autem tēpore deambulabat Isaac per viam que ducit ad puteū: cuius nomen est viuentis & videntis. Habitabat enī i terra australi: & egressus fuerat ad meditādū i agro iclinata iam die. Cūq3 eleuass3 oculos: vidit camelos venientes procul. Rebecca quoq3 cōspecto Isaac descendit de camelo: et ait ad puerum. Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitq3 ei. Ipse est dñs me9. At illa tollens cito pallium suum operuit se. Seruus autē cuncta q̄ gesserat narrauit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculū Sare matris sue / & accepit eam vxorē: & in tantum dilexit eam vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat / temperaret.

¶ Historialiter. Postq̄ in p̄cedenti capl'o propheta domini Moyses egit de obitu & sepultura Sare vxoris Abrahe / et matris Isaac: hic cōsequenter agit de nuptijs ipsi9 Isaac cū rebecca filia bathuelis & melche. Pro quibus etiā celebrandis misit pater eius abraham expressum nunciū ad terrā natiuitatis sue: sc3 in mesopotamiā syrie. Ut autē presentem textum sub aliquo ordine perstringamus vt facilius exponi possit: & lectorib9 melius capi: notandū q̄ in hoc capitulo tria principaliter fiunt. Nam primo p̄ coniugio Isaac celebrando legatus destinatur: in principio capituli. Secundo a dicto legato elegās sponsa inquiritur & inuenit: ibi. Necdū intra se &c. Tertio puella honorabiliter adducitur & Isaac matrimonio copulat. ibi. Dimiserunt ergo eam.

¶ Primo igitur in principio presentis capituli fit mētio de legato qui mittitur ad partes longinquas a dño suo abrahā volente vita comite prouidere suo filio de optima sponsa. Refert ergo moyses de ipso abraham q̄ erat senex / atq3 dies multos habebat. Erat enī in morte sare. cxxxvij. annorū: q̄d sic patet. Habebat enī decem annos supra dictā sarā: vt p3 supra. xvij. c. cū respondit dño promittenti sibi filium ex ipsa sara. Putas ne centenario nasceetur filius: & sara nonagenaria pariet? Sara autē mortua est anno vite sue. cxxvij. vt dictum est in principio precedētis capituli. Ex quo clare concluditur ipsum fuisse. cxxxvij. annorū q̄n sara obijt mortem. Refert etiā moyses de eodem abraham q̄ dñs in cunctis benedixerat ei: sc3 in bonis tēporalibus et spūalibus: ea valde multiplicādo eidē. Sequitur: Dixitq3 ad seruum seniorē domus sue qui preerat &c. Iste erat eliezer: de q̄ dicebat aliquando ipse abraham quasi se plangēdo q̄ nō haberet filiū. Filius inquit procuratoris domus mee iste damascus filius supple eliezer erit heres me9: supra. xv. c. Et nota q̄ bene dicitur de isto procuratore generali domus ipsius abrahe q̄ erat senior iter oēs seruos domus sue: q2 antiqui sunt peritiores ceteris paribus iunioribus: & hoc p̄pter longā experientiam. Propter q̄d dicitur

Job.xij. ꝙ in antiquis est sapiētia: ⁊ in multo tempore prudētia. Huic ergo eliezer dixit abrahā: Pone manum tuā super femur meū vt adiurem te per deum celi ⁊c. Quare autē eum sic adiurauerit: et similiter quare noluerit filiū suum Isaac ducere vxorem de filiabus Chanaā, dicetur postea. Sed ad terrā et cognationem meam proficiscaris. Nō quidem in hur chaldeorū: sed in mesopotamiam Syrie in Aran vbi remāserat Nachor cum vxore sua, qñ scʒ inde exiuit abrahā, dño dicente ad eum: Egredere de terra tua ⁊c. De hoc vide supra. xj. c. sub tertia clausula. in fol. ad quartā questionē.

¶ Deinde seqtur questio quā fecit dict⁹ Eliezer dño suo Abrahe: Si (inqt) noluerit mulier venire mecū in terrā hāc: nunquid reducere debeo filiū tuū ad locum de q̄ tu egressus es? scʒ in arā vbi habitabat nachor frater ipsius abrahe. Ad quem Abrahā: Caue (inquit) ne aliquando reducas filium meū illuc, scilicet in chaldeā, siue in mesopotamiam Syrie. Sed cur hoc phibuit, dicetur postea. Deinde Abraham confidens de dei promissione ⁊ bonitate assecurauit dictum nūcium de futuro cōsensu mulieris quā quesiturus erat in vxorem isaac: ⁊ ꝙ ipse dñs mittet angelum suum ante eum q̄ mediaret in hac re. Et hoc est quod dicitur in textu: Dñs celi et terre ⁊c. Et ex hoc sumitur argumētum ꝙ per angelicum ministerium dirigimur non solum in spiritualib⁹: verū etiā in temporalibus siue corporalibus. Unde Thobie. v. legitur ꝙ Thobias mittēs filiū suum ad distantes partes consolatus est vxorē suam flētem eius recessum, dicens ei: Credo ꝙ angelus dei bonus comitetur ei: ⁊ bene disponat omnia que circa eum geruntur: ita vt cū gaudio reuertatur ad nos. Patet ergo solutio ad dubium qd̄ fecit Eliezer Abrahe domino suo.

¶ Seqtur in textu: Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahā dñi sui: et iurauit illi super sermone hoc. Licuit autem illi iurare, quia pro re iusta iurabat, ⁊ ad confirmationem veritatis promisse. Prestito ergo iuramēto tulit seruus secum victualia necessaria in via, ea imponens super camelos: qui tandem peruenit cum suo comitatu vsqʒ ad vrbē Nachor. Hec est aran, in qua remanserat Nachor, quando inde vocauit dominus abrahā, dicens ad eum: Egredere de terra tua, ⁊ de cogna. vt supra immediate dictū est. Cum ergo Eliezer prope portam ciuitatis Aran venisset, et camelos suos fessos pausare fecisset, conuertit se ad orationem, rogans dominum vt prosperum faceret iter suum, etsi nō propter se, saltem propter merita domini sui Abrahe. Petiuit ergo signum a dño quenā esset illa puella que deberet esse vxor isaac. Textus est clarus. Circa hanc primam partē textus mouentur alique questiones.

¶ Prima igitur questio, que

Ee

re Abraham volens adiurare seruum suum Eliezer iussit vt ille poneret manũ suam super femur suum. Dicẽdum secũdũ hebreos q hoc iussit ratione circuncisionis: q̃ circa partes illas dabatur: quã dederat sibi dominus in signum fidelitatis/sicut supra dictum est/ scilicet.xvij.c. Voluit ergo Abraham per hoc innuere ipi Eliezer q ipe esset sibi fidelis in legatione quam sibi ɔmittebat/ sicut tũc temporis recipiẽtes circuncisionem promittebant deo fidelitatem. Catholici autem dicunt ⁊ melius/vt inquit de lyra: q hoc fecit in signũ q Christus secundũ carnẽ nasciturus erat de femore suo. Et tali modo loquendi vtitur scriptura Exo.j. dicẽs: Omnes anime eorũ qui egressi sunt de femore Jacob ⁊c.

¶ Secunda questio. Cur abraham noluit filiũ suũ Jsaac ducere vxorem de filiabus Chanaan? Dicẽdum q ꝓpter duo. Primo quidẽ ne semen benedictum ex Jsaac descensurũ misceretur semini chanaã maledicto a Noe/ sicut supra dictũ est.ix.c. Secundo vero hoc fecit quasi specialiter premonitus a deo ꝓpter illã futuram ordinationem de qua Deuter. vij. Filiam eius scilicet populi chananei nõ accipies filio tuo vxorem: quia seducet filiũ tuũ ne seq̃tur me: sed vt magis seruiat dijs alienis. Et de hoc habemus historiam de Salomone q̃ tot deos coluit/ quot vxores alienigenas habuit/ vt legitur.iij.Reg.xj.

¶ Tertia questio: quare Abraham misit Eliezer ad tantam distantiam/ scilicet vsq; in Aran: vbi morabatur familia nachor: ibi quesiturus vxorem filio suo. Dicendum q hoc fecit ad renouandum propinquitatem inter domũ suam/ ⁊ domũ fratris sui Nachor. Nam vt dicit Augustinus de ciui.dei.li. xv. fuit antiquis patribus religiose cure/ ne ipsa ꝓpinquitas se paulatim dirimens longius abiret/ ⁊ propinquitas esse desisteret/ eam nõdum longe positam rursum matrimonio colligare. Unde amabant de suo genere vxores ducere.

¶ Quarta questio: quare tũc magis licuit / et fuit religiose cure q̃ nunc in lege gratie inter propinquos cõtrahere matrimonia. Dicendũ q hoc fuit propter paucitatem fidelium ⁊ deum colentium: vt sic saltẽ propter propinquitatem carnis cogerẽtur emulari paternam fidem et cultũ: ⁊ maxime quia coniugum affectus cõmuniter trahuntur ad vnum.

¶ Quinta questio: quare abraham tam stricte adiurauit seruum suum Eliezer ne aliquando reduceret filium suum in Chaldeam/ siue in mesopotamiam / que est pars Chaldee. Dicendum q hoc ideo fecit q timebat ne illuc eundo incole illius patrie eum ad idolatriam flecterent: cũ et ipsi maximi idolatre essent. Uel dic q ipse Abraham de mandato domini de terra illa recesserat. Et ideo illic redire nõ debuit: nec similiter semen eius nisi de speciali mandato domini. Item et tertio hoc fecit ꝓ

pter specialem dei promissio-nem qui dixerat ei prius: Semini tuo dabo terram hāc. supra. xij. ca.

¶ Sexta questio versatur circa illud verbum: Tulitq; eliezer decem camelos. Queritur ergo cur tot camelos secū duxerit. Dicēdum q̄ ꝓpter tria. Primo quidem ad deferēdum victualia sibi et suo comitatui necessaria in via / co maxime q̄ habebāt peragrare multas terras desertas et steriles. Nam mesopotamia per quā fere totam transierunt quousq; peruenerunt in ciuitatē Nachor: que dicebatur Aran vel chairam (erat enim binomia secūdum Isidorum. xiiij. lib. Ethymologiarum) habet ab oriēte tygrim / ab occidente vero eufhratem. Incipit autem a septentrione inter montem taurum et caucasum / et terminat a meridie in Chaldeā. Et prope finem a meridie est ciuitas predicta Aran vel chairā. Patet ergo q̄ erat magna distantia a loco habitationis abrahe vsq; in Arā / ⁊ multe terre steriles. Et ideo fuit opus deferre victualia cum camelis / quibus tunc vtebantur homines saltem in regione illa. Secundo Eliezer duxit tot camelos / vt eum ⁊ socios suos veherent in via / propter terrarū indispositionem. Nam secundum Josephū / patria illa habet in hyeme luti profunditatē: in estate vero aque sterilitatē. Sunt etiam ibi secūdum eūdem saltus ⁊ silue in quibus latrones commorantur. Tertio hoc fecit secundū eundem Josephū vt deferret de his que rariora erāt apud eos ad quos mittebatur / et vt inde faceret illis xenia grata et accepta: vt sic contraheret facilius amicitiam. Dicunt etiam hebrei q̄ secum deferebat chartam continentem donationem quā fecerat abraham filio suo Isaac de omnibus bonis suis: vt sic facilius parentes inclinaret ad consentiendum coniugio contrahendo cum Isaac.

¶ Septima questio. Utrū Eliezer conuenienter orauerit dn̄m dicens: Obsecro domine vt puella cui dixero: iclina hydriam tuam vt bibā / ⁊ illa responderit: bibe / quin ⁊c. Uidet q̄ nō. Petebat enim signum a dn̄o in presagium futuri euentus: quod est deū tentare. Unde cū moneretur achaz vt peteret sibi signum a dn̄o / respōdit dicens: Non petā / ⁊ nō tentabo dn̄m. Esa. vij. Dicendum cōformiter ad de Pal. q̄ petere signū ex presumptione aut incredulitate / est tētare deū. Unde iudeos hoc modo petentes signū videre a xp̄o / reprehendit ip̄e xp̄s dicēs: Generatio mala ⁊ adultera signum q̄rit: ⁊ signum nō dabitur ei nisi ⁊c. Matthei. xij. Petere autem signū ex fide et desiderio cognoscēdi rem a deo promissam / vt fecit Gedeon in vellere de victoria futura: vt legit Judic. vij. non est tentare deū secundum Augusti. sed magis consultatio. Eliezer ergo petēdo hoc modo signum a dn̄o non peccauit / nec deum tenta

uit: quia quesiuit signum ex fide et desiderio cognoscēdi rem a deo pmissam. In cuius rei signū ait: Et per hoc intelligā q fecerys misericordiam cum dño meo.

¶ Octaua questio. Nūqd fuit eliezer augur in hoc facto? Et si sic, videt q peccauerit: maxime cum dicat dñs Leui. xix. Non augurabimini. Ad h respondet de pal. allegādo quēdam doctorem Andream nomine, quē sepe allegat i postil. sua super Gen. q Eliezer realiter fuit augur: nec tamē peccauit i hoc facto: quia inspiratione diuina hoc fecit. Augustinus autē dicit q nō fuit augur: quia vt dicit, aliud est petere a deo (cuius soli⁹ est potestas super omnē naturā) ostēsionem futuri in aliquo miraculoso euētu, sicut hic: et aliud est obseruare euentus creaturarū et cōiecturas ex volatu auiū a dextris vel sinistris. Sed cum aduētus Rebecce ad fontem aque vbi erat Eliezer, fuerit volūtarius: similiter et verba que ab ipso interrogata respondit: videtur q euentus in quo signum quesiuit, miraculosus nō fuerit. Ad hoc respondet idem de pal. dicēs q q̄uis ista q̄tum est ex se fuerint voluntaria, q tamen tali loco vel tēpore aut ordine cōcurrerēt omnia que pro signo fuerāt ab eodē eliezer postulata: nō fuit volūtariū nec naturale: sed a causa supernaturali hec oīa disponēte et ordinante. Tenendum tamē est pro resolutione q ipse Eliezer non quesiuit signum per modū augurij vel diuinationis: qd est simpliciter illicitum: sed premissa oratione petiuit a dño signū in quo perciperet q angelus dñi direxisset eius viā, sicut predixerat ei Abrahā. Et ideo nō peccauit petēdo signū hoc modo.

¶ Secūdo pricipaliter in presenti caplo fit mētio de elegāti sponsa ab Eliezer diligēter quesita et inuenta: ita vt videretur tūc apte verificari illud puerbiū: Qui querit, inuenit. Necdū, indt moyses: vba itra se cōpleuerat, supple eliezer: et ecce Rebecca egrediebatur, supple de ciuitate Aran: filia Bathuel filij melche vxoris nachor fratris Abraham. Sic autem loquitur Moyses vt expssius declaret genealogiā Rebecce. habens hydriā in scapula sua, sicut mos est puellarū descendentiū ad fontem p q̄renda aqua. puella decora nimis .i. valde: sicut ibi: Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confor. virgo q pulcherrima, scz in aliarū coparatione. et incognita viro. Text⁹ est clarus. Super quo de pal. Nota (inquit) simplicitatē gentis illius temporis, q tam nobilis puella et tam decora non dedignatur portare aquā sicut ancille modo portant, scilicet super vlnam suam. Est autem vlna secūdū Isidor. ij. Ety. vtrius q manus extensio, vel cubitus, vel brachium. Et sic accipitur Lu. ij. cū dicitur de Symeone q accepit puerum Jesum in vlnas suas. Sequitur. Postq̄ autem biberunt came=

li: protulit vir scilicet Eliezer inaures aureas, que sunt ornamenta aurium: et armillas: que similiter sunt ornamenta brachiorum vel spatularũ. Unde versus grecismi. Ornat⁹ colli fit torques: et auris inauris. Annulus est manuum, sunt armille spatularũ. Pondus autẽ dictorũ iocaliũ describitur in textu: de quo supersedeo: eo q in talibus põderibus nihil est certum, vt dicit de lyra: eo q valde mutãtur secundũ diuersas gentes. Insuper et secundũ eandem gẽtem pro diuersitate locorum et temporum.

¶ His pactis fecit eliezer duas interrogationes Rebecce. Prima fuit cuius esset filia. Secũda an in domo patris sui esset locus ad manendum. Ad primam interrogationem respõdit dicens q esset filia Bathuelis etc. Ad secundam respõdit dicens q palearum et feni esset plurimũ i domo patris, similiter et loc⁹ spatiosus ad manendum. Quibus auditis eliezer inclinauit se, gratias dño agens q eum recto itinere direxisset ad domum nachor fratris domini sui. Erat tamen iã mortuus Nachor: sed dicitur domus Nachor, quam aliquãdo ipse ĩhabitauerat. Uel quã Bathuel filius suus inhabitabat. Interim autẽ ipsa Rebecca cucurrit ad domum, et nunciauit oĩa predicta matri sue, et consequẽter fratri suo Laban. Quib⁹ auditis statim Laban cucurrit ad locũ in quo adhuc stabat Eliezer. Ad quẽ veniens rogauit eum vt declinaret in domum suam. Quod cũ ille fecisset, et mensa ad manducandum illi parata fuisset, noluit comedere quousq; illis indicasset causam aduent⁹ sui. Hic ergo Eliezer quesiuit sollicite a parẽtibus consensum de rebecca copulãda ipi isaac. Qui vt eos facilius inclinaret primo refert diuitias domini sui abrahe ipsi Isaac collatas tam mobiles q̃ inmobiles. Filijs autem aliarũ vxorum dederat munera. Itẽ refert iuramentũ quo astrinxit eũ dominus suus Abraham. Insup refert signum a deo sibi datũ q voluntas dei erat q rebecca Isaac copularetur: p hoc isinuãs q si renuerent, cõtrairent diuine voluntati. Text⁹ qui sequitur, est clarus.

Circa autem hanc secundam partẽ textus mouẽtur alique questiones.

¶ Prima questio. Quomodo ista possunt simul stare q rebecca fuerit virgo castissima et honestissima, vt innuitur in textu: et tamẽ q ita audacter et interpide responderit Eliezer petenti potum, dicens ei. Bibe domine mi. Celeriterq; deposuerit hydriam suam super vlnam suam etc. Uidetur enim q magis debuerit relinquere hydriam suam ibi: et fugere a conspectu hominis incogniti. Nã verecundia summe decet virgines. Unde in laudem beate virginis dicit Ambrosius in libro qui adhortatio ad virgines dicitur: q angelum in specie viri vidit, et pauebat corde. Item Beda: et recitatur in glossa ordinaria super illo verbo Luce. i. Tur-

bata est in sermone eius: dicit ꝙ trepidare virginum est / et ad omnes viri gressus pauere: atq; omnes affatus illius vereri. Similiter Bernard. super missus est / exponens predictum verbũ dicit ꝙ solent virgines que vere virgines sunt / semper esse pauide / ⁊ nunꝙ secure: solẽt etiam tuta pertimescere / aut quicquid nouum siue subitum fuerit ortũ / suspectas habent insidias: ⁊ totum contra se existimãt machinatum. Uidetur ergo ꝙ Rebecca incaute egerit: que ita familiariter alloquit᷑ hominem extraneum et incognitũ / etiam se exhibẽs ad eius obsequiũ / quasi exponens pudicitiam suam periculo: presertim si Eliezer voluisset inique cũ ea agere. Dicendum in primis ꝙ dominus qui dirigebat Eliezer interrogãtem puellam / dirigebat etiam eandem respondentẽ. Et ideo nihil mali poterat contingere illi. Item ⁊ secundo hec collocutio fiebat in publico / vtpote multis viris concomitantibus ipsum Eliezer presentibus: et multis puellis Rebecce adherentibus que venerãt de ciuitate haurire aquã cum ea. Ceterum hoc fiebat ꝓpe portam ciuitatis Aran. His ergo omnibus circunstantiis concurrentibus patet ꝙ Rebecca in nullo est vituperanda: sed potius tanꝙ mulier fortis ⁊ prudens laudanda. De qua etiam poterat dici illud Prouerbio. vlt. Mulierem fortem quis inueniet? supple similẽ rebecce.

¶ Secũda questio: quomodo absq; nugatione potest dici de rebecca ꝙ fuerit virgo pulcherrima: ⁊ icognita viro. Ex quo enim fuit virgo: cõsequẽs est dicere ꝙ fuit incognita viro: ⁊ sic videtur manifesta nugatio. Ad hoc respõdetur ibi nõ esse nugatoriam locutionẽ ⁊ hoc secũdum hebraicum sermonem. Hebrei enim dicunt alma / vbi nos latini dicim᷒ virgo: eo ꝙ non habent dictionẽ que expresse significet id qḋ significat hec dictio virgo apud nos. Et qꝛ alma hebraice secundum suam expressam significationẽ idem sonat ꝙ abscondita: aliqua autem mulier põt esse abscondita que tamẽ non est virgo: sicut apud italos communiter mulieres iuuenes quãuis nupte sunt abscondite in cellis propter timorem impudicitie: ideo ad maiorem expressionẽ virginitatis rebecce additur ꝙ erat incognita viro. Dicit tamen Hierony. libro de hebraicis questionib᷒: ꝙ apud Hebreos hoc nomen alma nunquam accipitur nisi pro virgine. Signat enim virginem nimia diligentia custoditam. Unde de beata virgine dicimus: Alma virgo virginum intercedat ⁊c.

¶ Tertia questio. Utrum rebecca rationabiliter recepe-rit iocalia que illi obtulit eliezer: videlicet inaures aureas ⁊ armillas? Uidetur ꝙ non: qꝛ commune prouerbium est ꝙ puella que recipit donaria sibi oblata / est semilucrata. Ecõtra autem signum continentie in puella est quãdo respuit oblata donaria. Unde de beata agnete legitur ꝙ cum fili᷒

prefecti Romani preciosissima ornamenta sibi offerret: et multo maiora promitteret: illa hec omnia quasi stercora refutauit: dicens eidem. Discede a me pabulū mortis: quia ab alio amatore preuēta sum: quem cū amauero / casta sum etc. Dicendum igitur ad questi tum φ hmōi oblatio iocalium predictorum hic inseritur per anticipationem: et φ talia eliezer rebecce non contulit donec sciuit que esset. Unde et in sequentibus legitur φ cum ipse Eliezer esset in domo parentum puelle: et referret rem gestam iuxta fontem aque: affirmat se primum interrogasse puellam cuius esset filia. Et audito φ esset filia bathuelis filij Nachor fratris abrahe: intelligens φ illa esset que deberet esse sponsa Isaac: continuo dedit ei predicta iocalia: dicens φ secure illa recipere posset: eo φ illa sibi destinabat auunculus suus Abrahā. Aliter non est verisimile φ talia accepisset ab eo: maxime cum esset puella honesta et verecunda. Et per hoc soluitur obiectio in contrarium adducta.

¶ Quarta questio mouetur propter illud verbum Eliezer. Et recto itinere pduxit me: supple dominus: in domum fratris domini mei. Cōtra: domus ad quam perduxit dominus predictum nuncium / erat domus Bathuelis: qui erat nō frater sed nepos abrahe: qz filius fratris sui: scilicet Nachor. Dicēdum φ nepos aliquando in sacra scriptura dicitur frater. Nam Loth erat nepos ipsius Abrahe: vtpote filius Aram fratris sui: et tamen Abraham vocat eum fratrem suum / supra. xiij. ca. dicēs. Non sit iurgium inter me et te. Fratres enim sumus. Uel dic φ domus Bathuelis dicitur domus nachor fratris Abrahe propter hereditariam successionem: siue propter generationis ordinem aut originem: sicut Luce. j. Joseph dicitur esse de domo Dauid.

¶ Quinta questio mouetur propter illud verbum. Cucurrit puella ad domum matris sue: et nunciauit ei omnia que audierat. Queritur ergo cur domus ad quam cucurrit puella potius dicitur domus matris sue φ̄ patris. Et quare mrī potius nunciauit aduentū eliezer φ̄ patri. Ad hoc est breuis solutio si stetur opinioni Josephi dicētis φ iā erat mortuus bathuel pater puelle. Sz qz hoc est cōtra textū presentis capituli vbi dicitur φ labā et bathuel auditis verbis nuncij abrahe responderunt ei dicentes. A dño egressus ē sermo: ideo apparet falsitas opinionis Josephi. Sed ad hoc rñdet Josephus dicēs φ iste Bathuel nō erat pater labā / sed frater eius etiā iunior eo. In cuius rei signū postponitur illi in verbis p̄dictis. Sed ad hoc dicēdū φ nō fuit nisi vnus bathuel: qui fuit pater labā et rebecce. Nec obstat φ illi prefertur Labā i predicta rñsione. Erat enim forsan iam senex aut nimis eloquens: et ideo commisit responsionem filio suo qui erat

fuuenis et multum eloquens. Da exemplum de beato Sixto papa qui cōmisit beato Laurentio archidiacono suo rñsionem dandam tyranno. Tenendum est ergo conformiter ad literam q Bathuel pater rebecce erat adhuc superstes cum hec agerētur. Dicere autem q fuerint: duo huius nominis Bathuel: prout dicit Josephus: et similiter Petr⁹ cōestor: est vnum dictum mere ad placitū: et qđ nullo modo potest trahi ex forma textus: vt patet intuēti. Reprobata ergo hac opinione: nunc veniendum est ad solutionem questionis: qua queritur cur potius domus ad quā cucurrit puella: dicitur dom⁹ matris q̄ patris. Dicēdum q in predictis verbis non est questio de principali domo habitationis ipsius bathuelis: sꝫ de quadā camera separata ī qua extra horā refectionis se conuertebat vxor ipsi⁹ ibi alicui exercitio honesto: se occupans secundū conditionem mulierum nobilium. Uel forsan dicitur dom⁹ principalis domus matris: et nō patris: ratione regiminis. Nam vt aliqui volunt pater erat simplex vel decrepitus: propter quod mater domum regebat. Uñ propter hāc causam dicta puella poti⁹ cucurrit ad matrem q̄ ad patrem nūciatura aduentū predicti nūcij. Est et alia ratio hui⁹ denunciationis facte matri potius q̄ patri: quia scilꝫ puelle sunt familiariores matri q̄ patri: et ideo poti⁹ nunciant que nouerunt matri q̄ patri filij autem econtrario.

¶ Sexta questio mouetur propter illud verbum. Destrauit scꝫ Laban: camelos Eliezer: deditq3 paleas: et aquam ad lauandum eorū pedes Querit ergo quomodo tātus homo se occupauerit circa talia vilia opera: et signanter circa lotionem pedum camelorū. Dicendum in primis q tunc temporis hoīes notabiles nō erāt ita delicati et curiales sicut modo. Potest etiā dici q hec omnia fecit per seruos suos. In primis ergo destrauit camelos. i. sellas et onera desup posita amouit: deinde dedit illis pabulum: atq3 demū pedes eorum lauit: ne scꝫ in illis aliquid lateret quod posset illis esse nocumento. Dicit enī de palu. q cameli habent molles pedes: et calcianł sicut homines: ideo post longum iter opus est lauare eorum pedes. Ablutis ergo camelorum pedibus cōsequenter Laban lauit pedes eliezer: et eorum qui qui cum eo erant. Prefertur autem lotio pedum camelorū lotioni pedum hominū: quia mos est equitātium primo curare de equis suis: deinde de seipsis.

¶ Septima questio mouetur propter illud verbū. Et appositus est in conspectu eius: scꝫ eliezer: panis. Ex istis igił verbis videł inciuilitas labā: qui ita parce tractauit tātum nūcium: cum tamen domus illa abundaret bonis. Sed dicendum q in sacra scriptura nomine panis ītelligitur omnis cibus. Unde. iij. Regum. vj.

dixit Heliseus regi Israel vt apponeret. i. apponi faceret seruis regis syrie panem et aquam coram eis vt comederēt et biberent. Deinde immediate sequitur. Appositaqȝ est eis ciborum magna preparatio.

¶ Octaua questio mouetur propter illud verbum. Respōderūtqȝ frater eius et mater. Maneat puella etc. Queritur ergo cur hic non fit mentio de bathuele patre puelle: qui etiam consenserat in matrimonium puelle cum Isaac. Dicēdum ꝙ ipse postquā consenserat: postea penituerat de eo ꝙ consenserat: quinimo voluerat impedire dictū matrimonium: dolēs ꝙ oporteret filiā suā dilectā pergere in regionem longinquā: et ꝙ eam non esset vltra visurus. Propter quod angelus domini percussit eū: et mortu⁹ iam erat quādo Laban et mater puelle petierunt ab Eliezer vt adhuc diebus aliquot puella apud eos remaneret ad eorum recreationē. Sic enim referunt in postillis suis de palud. et de lyra.

¶ Nona questio mouetur propter illud verbum. Vocemus puellā: et queramus eius volūtatē. Queritur ergo cur nūc dicunt parentes puelle requirendam eius volūtatem de cōtrahendo cum Isaac: qui iam nuncium sup hoc assecurauerant: dicentes ei. Rebecca coram te est: tolle eam: et proficiscere: et sit vxor filij dn̄i tui etc. In hoc enim non videntur aliud querere nisi retardationem executionis sue promissionis. Dicendum ꝙ quicqd de ea promiserant Eliezer circa desponsationem illius cum Isaac: totum illud nō ligabat eam absqȝ eius consensu. Sed semper subintelligebatur consensus puelle. Propter qd dicit super hoc passu glos. inter. ꝙ sponsalia secundū leges cōsensu contrahentiū fieri oportet. Et ex hac historia sumitur argumentum ꝙ matrimonium potest contrahi per internuncium. Potest enim qs constituere procuratorem ad consentiendum: secundū dominū Petr. de palu. Si tamē prius ille peniteat ꝙ procurator consentiat: nō erit matrimonium. Alias autem inquit matrimonium per internuncios contractum ita tenet et est ita ratū ac si ipsemet procuratorem constituens cōtraxisset in propria persona.

¶ Decima questio. Utrū fuerit matrimonium inter Isaac et rebeccā qn̄ illa rn̄dit parentibus: vadam: supple cū Eliezer? Dicendum ꝙ non. Cū enī ad verum matrimonium reqratur mutuus cōsensus in determinatam personā per verba de pn̄ti expressus: cōsensus autē Isaac in vxorem per seruum querendā non fuerit determinatus in rebeccam: sed tātū in aliquam de cognatione sua: cōsequens est dicere ꝙ non fuit tunc matrimoniū cōtractū. Hoc tamen intelligendū est nisi ponatur et dicatur ꝙ consensus Isaac erat determinatus in illam ad quam ser uus illi⁹ se determinaret. In

super quia nihil legitur de cõsensu rebecce priusquã veniret in domum abrahe nisi per illa verba de futuro quando parentibus inquirentibus si vellet ire cum eliezer respondit dicens. Uadam. modo verba de futuro non faciunt matrimoniũ: sed tantum de presenti. Posito ergo ꝙ cõsensus Isaac fuisset satis determinatus ad rebeccam: nihilominus ex parte eiusdem rebecce tantum fuerunt contracta tunc sponsalia/ scilicet per verba de futuro. Postea vero fuit contractum matrimoniũ de presenti: quãdo quidem introducta est in tabernaculũ matris ipsius Isaac. Nam tunc accepit eam in vxorem: vt habetur in textu.

¶ Tertio principaliter ĩ presenti capitulo fit mẽtio de adductione honesta ⁊ solẽni ipsius rebecce ad Isaac cui matrimonio copulatur / cum dicitur. Dimiserunt ergo eam: ⁊ Delboram nutricem eius ⁊c. Ut enim dicit Hieron. de hebraicis questionibus: et habetur in glo. ordi. honestum erat vt ad nuptias absq; parentib⁹ virgo proficiscens nutricis solatio frueretur. Et dicitur nutrix eius: qr custodierat eã in statu puellari: docueratq; in bonis moribus: ⁊ forsitan lactauerat eam ĩ cunabulis. Cũ autem illa matrona fuerunt alie honeste puelle et ancille q̃ associauerunt ipsam rebeccam vsq; ad domum abrahe: sicut moris est de nobilib⁹ puellis: ⁊ signanter quãdo sunt de magna domo. cum traduntur matrimonio: ⁊ precipue quando vadunt ad terram longinquam. Parentes ergo rebecce valefacientes ei imprecabantur illi prospera / ⁊ signanter prolis multiplicationem ⁊ potestatem. De primo dicunt ei. Soror nostra es. Crescas in mille milia / id est ĩ innumerabiles populos. ⁊ ponit̃ hic numerus determinatus pro indeterminato: sicut aliquando fieri solet ĩ sacra scriptura: vt ibi Dañ. vij. Milia milium ministrabant ei ⁊c. Itẽ ibi Mat. xviij. Nõ dico tibi / inquit Christus petro / vt dimittas fratri tuo vsq; septies: ſ; vsq; septuagiessepties. De secundo dicunt eidem. Et possideat semẽ tuum portas inimicorum suorum. i. ciuitates ⁊ castra q̃tũcunq; munita. Quib⁹ dictis illa recessit cũ puellis suis comitata ab eliezer ⁊ ceteris seruis Abrahe qui cum eo venerant.

¶ His igitur peractis fit mẽtio de aduentu rebecce in domũ abrahe: ⁊ primo de obulatiõe Isaac. Refert ẽ moyses ꝙ cũ Eliezer pacto feliciter negocio p quo missus fuerat / rediret ad dñm suum Abrahã / habens in suo comitatu puellam rebeccam cũ ceteris puellis ⁊ ancillis atq; seruis q̃ cũ eo venerant: tandẽ in via obuium habuit ipsum Isaac: qui egressus fuerat de domo pris in agrũ ad meditandum. Quo viso a rebecca: ⁊ audito p nunciũ ꝙ ipse esset Isaac / statim descendit. Textus sequens est clarus.

Circa autẽ hanc tertiam par-

tem textus presentis capituli mouentur aliquae questiones. ¶ Prima igitur questio mouetur propter illud verbũ: impcantes prospera sorori sue/atque dicentes/soror nr̃a es. Queritur ergo quorũ fuerunt hec verba: maxime cũ rebecca vnicũ legatur habuisse fratrẽ nomine Laban: de quo dictũ est in precedenti parte principali. Nec verisile est q mater eius vocaret eã sororẽ suã. Dicẽdũ in primis q fm̃ Josephũ Bathuel pat puelle habuit duos filios quorũ primus dictus est Laban/secũdus vero appellatus est noie pr̃is/scz Bathuel. Hi ergo duo fratres valefaciẽtes sorori sue imprecati sunt illi prospera/ vocãtes eã sororẽ suam/sicut a pte rei erat. Sed hec opinio reprobata est supius/ vbi dictũ est Bathuelẽ vnicũ habuisse filiũ quãtum trahi pot ex forma textus. Ideo aliter dici põt q etsi rebecca vnicũ habuerit fratrẽ: habuit tñ pter eũ sororẽ vnã vel plures/ que vna cũ fratre valefaciẽtes sorori appellauerũt eã sororem suã. Sed istud est vnũ mere voluntarie dictũ: qđ eadẽ facilitate cõtẽnit qua dr̃ 7 nõ pbat. Insup verisimile est q si sorores habuisset/ille venissent ei comitatũ p totã viam vsque ad domũ abrahe/aut saltẽ p parte. Et ideo aliter dicendũ est etiã conformiter ad sacrã scripturã q̃ aliqñ parẽtes 7 cõsanguineos vocat fratres et sorores: sicut supra. xiiij. ca. dictũ est q Abraham vocauit Loth fratrẽ suũ: cũ tamẽ tantũ esset nepos illius: vtpote filius fratris sui Arã. Itẽ Jo. vij. legit de christo q nondũ credebant in eũ fratres eius. Qđ intelligendũ est de nepotib9 aut cognatis beate virginis: qz abhorret fides catholica audire q sanctissim9 ille vterus virgineus in quo xp̃us reclinauit: postea protulerit alios filios. Queadmodum ergo in sepulchro dñico nũq̃ quis positus fuerat ante christũ: nec postea posit9 est: ita in pposito. Patet ergo q p fratres 7 sorores aliquãdo i sacra scriptura intelligũtur quicũque consanguinei: 7 maxime i proposito. Qđ etiã confirmat ex verbis apostoli ad Ro. ix. dicentis: Optabam ego ipse anathema esse p fratrib9 meis/ q̃ sunt cognati mei scdm carnẽ. Et sic pz ad primã questionem.

¶ Secunda questio/ cur non iuit cum Rebecca frater eius Laban: et similiter mater. Dicendum in primis q luctus bathuelis recenter mortui vt dictum est/ vtrũque detinebat domi. Item et secundo ipse Laban specialiter detinebatur: tũ forte pter exequias pr̃is: tum vt consolaretur matrem: tum vt intenderet rei familiari. De matre autem potest pro speciali excusatione illius allegari debilitatio eiusdem ratione senectutis. Illis ergo propter hec sufficit prouidere Rebecce de notabili comitatu.

¶ Tertia questio: vbi morabatur abrahã cũ hec agerentur. Dicit Hiero. q habitabat in geraris: scilz in terra australi: vñ ductus fuerat ad imolãdũ.

De lyra autẽ clarius loquitur dicens q habitabat in Bersabee q̃ est in parte australi terre promissionis: et est prope puteum illum qui vocatur viuentis et videntis. Hic est fons ille siue puteus quem ostẽdit dñs agar i deserto postq̃ eiecisset eam abraham cum filio suo ismahele de domo sua.

¶ Quarta questio mouet pro pter illud verbũ sequẽs: Egressus fuerat supple Jsaac ad meditãdũ in agro inclinata iam die. Queritur ergo quid p huiusmodi meditationẽ intelligitur. Dicẽdum secũdum Josephum q ista meditatio non erat aliud q̃ cõsideratio cursus stellarũ. Nã pater eius docuerat eum astrologiã: sicut et egyptios apud quos aliquãdo conuersabat: sicut supra dictũ est: ve3. xij. c. Pro hac etiã opinione videtur facere id qđ sequitur i textu: Jnclinata iam die. Nam tunc magis apparẽt stelle in celo / et facilius iudicari potest de dispositione celi et siderum. Petrus aũt comestor dicit q egressus fuerat ad meditandum in agro / forte de mora serui. Secundum autem Hierony. lib. de hebraicis q̃stionibus / alia litera habet: vt exerceretur in campo. Jn hebreo autẽ legitur q egressus fuerat in cãpo vt loqueretur cũ deo de spiritualib⁹: videl3 de sanctis meditationibus: vt sic exercitaret animũ suum in omni virtute: et circa diuina et celestia. De lyra dicit conformiter etiã ad ipsos hebreos q egressus fuerat ad orandũ. Unde etiã circa tẽpus vesperarum consuetudo est iudeis orare. Uel secũdum de palude egressus fuerat ad exercendũ honeste corpus suũ pro conseruanda sanitate ipsius.

¶ Quinta questio est de rebecca cur viso alõge Jsaac i agro et intellecto a seruis illius q ipse esset talis / descẽdit de camelo. Dicẽdum scđm Josephũ q hoc fecit vt se decenter ornaret piusq̃ propius ad eum accederet. Jnter que ornamẽta tulit pallium. Grego. autẽ dicit q descendit ex humilitate / ne cũ obuiaret Jsaac peditanti: superba videretur sedẽs super camelum. Et inde inoleuit cõsuetudo q eques descẽdit obuians persone reuerende peditanti.

¶ Sexta questio: i quo cognouit rebecca ipsum esse Jsaac. Responsio. hoc cognouit p responsum nuncij quem sup hoc interrogauit / aut qui eius interrogationẽ preuenit: dicẽs eo viso alonge. Jlle est domin⁹ meus Jsaac. Uel forsan / intelligens per eliezer q ipsa esset prope domũ abrahe: q̃ primũ vidit Jsaac alonge forte cum decenti comitatu famulorum suspicata est / ipsum esse talem. Jam enĩ intellexerat p ipsum eliezer q abraham esset senex: puta domi quiescens. Et ideo verisimiliter suspicata est hominẽ iuuenẽ visum alonge cũ notabili comitatu ipsum esse Jsaac. Propter quod statim descendit de camelo vt se decenter ornaret: vel vt se pallio abscõderet pre humilitate: vt dictum est.

¶ Septima q̃stio. Quare isaac

introduxit rebeccam in tabernaculū in quo vita comite mater eius sara manere consueuerat. Dicēdum ꝙ ꝓpter multa. Primo quidē vt esset imitatrix sare. Secundo vero vt esset separata a tabernaculis familie: et hoc ad maiorē quietem illius. Tertio autē vt ostēderetur esse domina toti⁹ substantie ipsius Abrahe: qui se iam dimiserat de oībus bonis suis isaac filio suo. Hec de pal.

¶ Octaua questio: quoto anno vite ipsius Isaac hec facta sunt? Dicendū conformiter ad Augusti. lib. xvj. de ciui. dei. c. xxxiij. ꝙ anno quadragesimo. Qd̄ sic probat. Nam ipse erat annorū. xxxvij. quando mater sua sara obijt mortē. Post cui⁹ decessum vixit annis tribus. Quibus expletis contraxit cū rebecca. Nec amor vxoris abstulit ab eo ex toto dolorē mortis: sicut de multis alijs accidit: sed solūmodo temperauit: vt dicit moyses. Tunc autem erat abraham cētum quadraginta annorū: vt facile deduci potest. Hoc etiā dicit Augustinus vbi supra.

¶ Moraliter: Abrahā est de⁹ pater: Isaac deus filius. Tunc autē abraham vult maritare filium suū Isaac: quādo deus pater vult coniungere filium suum xp̄m cum anima deuota per gratiā et charitatē. Propter qđ mittit eliezer seruum suum. i. prelatū bonū vel predicatorē zelosum. Tūc autē iste eliezer ponit manū suam sub femore abrahe: qñ in operib⁹ suis nō suā sed dei gloriā q̄rit: ita vt dicere possit illud Ioā. viij. Ego gl'iam meā nō quero. Et in psal. Nō nobis dn̄e nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. Et Apo. j. ad Timo. j. Regi seculorū immortali inuisibili soli deo honor ꝛ gloria. Filie chanaan sunt oēs molliter in seculo et seculariter viuētes. Tales autē nō coniungūtur christo per gratiā. In cuius figurani legit Leuiti. xxj. de sacerdote veteris legis ꝑ quē significabatur christ⁹/ qui est sacerdos in eternum scd̄m ordinem melchisedech: ꝙ non debebat accipere viduam aut repudiatam: sordidam aut meretricē: sed tantū virginē. Per quod recte significatur ꝙ sacerdos noster christus nō coniūgitur anime peccatrici: sed tantum illi que est virgo per vite puritatem. Unde in psal. Adducētur regi virgines. Per hoc autem ꝙ abrahā ꝓhibuit eliezer ne reduceret aliqñ filiū suū in terrā chaldeoꝝ: denotatur ꝙ prelati religionū summopere cauere debent ne permittant subditos suos redire ad seculū tractando mundana negocia/ nisi forsan ad tēpus: ꝛ pro necessitatib⁹ domus claustralis. Et hoc innuit Christus Lu. ix. dicens: Nemo mittēs manum ad aratrū: ꝛ respiciens retro: aptus est regno dei. Item eiusdē. xvij. Memores inquit estote vxoris loth/ que supple respiciens retro/ conuersa est in statuam salis. supra. xix. ca. Quod si aliqui sint incorrigibiles in religione: vel qui apostatando subterfugiant disciplinam regularē: tunc in illo casu prelatus nō habet culpam si mali

hāt. Et hoc est quod ait Abraham ad Eliezer de sponsa ducenda filio suo. Si inquit mulier noluerit venire: non teneberis iuramento. Hoc est etiā qd aperte loquit dominus prelato similiter et predicatori Ezechielis.iij. dicens: Si annunciaueris impio vt auertatur a via sua mala, et ille non fuerit auersus ab impietate sua: ipse in iniquitate sua morietur, tu autem animā tuam liberasti. Et quid est ꝙ Abraham orat dominum vt mittat angelum suum ante Eliezer: nisi ꝙ dominus mittit angelū suum ante faciem boni predicatoris vt proficiat in populo dicens illud Exodi. xxxiij. Ecce mittam angelum meū qui precedet te: et custodiet te. Et quid est ꝙ Eliezer assumpsit in suo comitatu decem camelos: nisi ꝙ boni predicatores debent frequenter predicare de decē preceptis decalogi, sine qbus nemo intrat paradisum? Unde Matthei.xix. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Et qd est ꝙ Eliezer mā sit iuxta oppidū prope fontē aque: nisi ꝙ predicator debet vitare mūdanas societates: et extra tēpus predicatiōis habitare in claustro iuxta fontem sacre scripture: vt inde possit sibi et alijs haurire.

¶ Sequitur: Et ecce rebecca egrediebatur ꝛc. Per rebeccā designatur anima rationalis: quā diligenter debet querere predicator veritatis vt medio ipsius efficiatur sponsa christi. Tunc autē ista rebecca ornatur in auribus aureis et armillis: quando decoratur gratia ex parte anime, charitate ex parte voluntatis, et fide formata ex parte intellectus. Cūqꝫ fuerit anima deuota predicto modo ornata, tunc adducitur per sctōs dei angelos ad isaac: id est ad xpm: et ab eo desponsatur: aliqñ quidem mane.i. in iuuentute: aliqñ meridie.i. in plena etate: aliqñ cū dies naturalis vite icipit declinare.s. in decrepita etate: cū.s. mors incipit appropinqre. Dñs eni nullū respuit, nec iuuenē, nec senē. Ipse eni tāqꝫ pr familias mittit omni hora operarios in vineam suā: vt legit Matthei xx. Qui ergo nō venit ad christum mane.i. in iuuentute, aut meridie.i. in feruore et plenitudine etatis: saltē ad eū appropinquare studeat in senectute et dicat ad dominū cū psal. Ne proijcias me in tēpore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Sed quid est ꝙ Isaac introduxit rebeccam intra thalamum matris sue: et facta est sponsa illius: atqꝫ inde gauisus est pater abraham cum tota domo sua: nisi ꝙ per penitentiam et morum emendationem fit anima sponsa Christi: cum gaudio totius celestis curie: quia gaudium est angelis dei sup vno pctōre penitentiā agente. Luce.xv.

¶ Allegorice et primo. Abraham est deus pater, qui suo filio voluit ecclesiam copulare, et pro tali sacramento perficiendo misit Eliezer.i. chorū prophetarum: quos fecit iurare ne accipiāt Christo vxorem de filiabus chanaan: id est de

iudeis:ſed de gentibus. Iſaac autem ſignificat ipſum Chri-ſtum/qui egreſſus eſt in ſua in-carnatione de celo in agrum huius mundi in ſalutem popu-li ſui: vt habetur Abacuc.iij. Et tandem circa veſperā cum inciperet declinare dies vite ſue naturalis in cruce/vidit rebeccam venientem cum ma-gno comitatu:id eſt eccleſiam congregatam de gentibus ve-nientē ad ſe per fidem. Cuius figuram gerebat centurio qui gētilis erat/ ꝛ qui cū eo erāt/ qui viſis ſignis mirabilibꝰ que apparuerunt in Chriſti morte dixerunt. Vere filius dei erat iſte. Dicta autem rebecca.i.ec-cleſia de gentibus cōgregata/ viſo Iſaac.i.xp̄o ꝑ fidem incli-nata eſt/ꝛ deſcēdit ꝑ humilita-tem corā ipſo xp̄o:q̄ introdu-xit eam in tabernaculū ſare.i. poſuit eā in loco ſynagoge ma-tris ſue carnalis: ita vt tunc merito dicere poſſet illud Cā-tico.iij. Introducā eam in do-mū matris mee:ꝛ in cubiculū genitricis mee. Intantū autē noſter iſte Iſaac dilexit predi-ctam rebeccam.i.eccleſiam cō-gregatam de gentibus/vt do-lorem ex ſpirituali morte ſyna-goge temperaret.

¶ Allegorice ꝛ ſecundo: Per matrimoniū Iſaac cū rebecca qđ in hoc toto capitulo deſcri-bitur/ſignificatur coniunctio filij dei cū natura humana. Di-camus ergo ſic. Abraham eſt deus pater/qui eſt pater mul-tarū gentium. Hic ergo cum ſenex eſſet ꝛ dierū multorum: quia ab eterno et in eternum erit. Vel ideo dicitur ſenex;qꝛ in vltima etate mundi egit qđ ſequitur. Iſte ergo Abraham vnicum habebat filium quem voluit in fine ſeculorū copula-re cū natura hūana. Propter qđ miſit ſeruum ſuū Eliezer/ id eſt gabrielē archangelū qui preerat omnibus archangelis ſui ordinis/ad terram longin-quā.i.in hunc mundū:vt que-reret electā virginē que eſſet ſponſa Iſaac.i.naturā huma-nam puram ꝛ mundā nullo vi-tio maculatā/ futurā ſponſam filij ſui. Cum itaqꝫ miſſus eſſet angelus gabriel a deo ꝓ dicta cauſa:tandē venit in meſopo-tamiā ſyrie ad vrbem Nachor: id eſt in terrā galilee/ ad vrbē Nazaret/i qua morabatur Io-ſeph. Et ecce ſtatim inuenit iuxta fontem gratiarū ꝛ virtu-tum omniū puellam pulcher-rimā mente ꝛ corpore nomine Mariā. Quā cū gratioſe ſalu-taſſet dicēs: Aue gratia plena ꝛc̄. tandem requiſiuit conſen-ſum illius vice totius humane nature quā optabat Iſaac.i. dei filiꝰ ducere in ſponſam:di-cens illud Sap̄.viij. Hāc ama-ui et exquiſiui eā a iuuentute mea:ꝛ q̄ſiui ſponſam mihi aſſu-mere:ꝛ amator factꝰ ſū forme illius. Intelligēs ꝙ virgo ma-ria ꝙ eſſet volūtas dei p̄ris vt filius ſuus deſponſaret naturā humanā: tum vt eam honora-ret/ipſam ſibi hypoſtatice ſup-poſitaliter ꝛ ꝑſonaliter vniē-do:tū vt eā redimeret/q̄ alias totaliter ꝛ ꝑpetuo ꝑdita erat: tum vt eam finaliter in celum ſublimaret:tādem vice ipſius humane nature cōſenſit in di-ctū matrimoniū/dicens:Ecce

ancilla domini: fiat mihi secũdum verbum tuũ. Quo facto mor rebecca cõpulata est cũ Isaac federe sempiterno. i. natura humana cum filio dei. Et tunc pre ingenti gaudio ceperunt canere angeli dicentes. Letabũd⁹ exultet fidelis chorus alleluia. Regem regũ intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilij nat⁹ est de virgine rc̃.

¶ Anagogice per predictum matrimoniũ rebecce cũ isaac designatur cõiunctio ecclesie triũphantis cũ deo p gloriã. Initiatur quidẽ dictũ matrimoniũ in presenti p gratiam: sed consummaṫ in futuro per gloriã. Eliezer q̃ mittitur cũ sibi adiunctis famulis ad nũciandũ matrimoniũ cũ Isaac et rebecca: designat multitudinem angelicoꝝ spirituũ qui illuminãt purgant ꝛ perficiũt ipsam ecclesiã militantẽ vt digna sit assumi superius / ꝛ coniungi cũ sponso suo perẽniter. Hanc tamẽ necesse est inueniri iuxta fontẽ aquaꝝ viuentiũ gratiarũ scilꝫ ꝛ virtutum: que fluunt impetu de libano. i. de celo: q̄ꝛ vt habeṫ Jaco. j. Omne datũ optimũ / ꝛ omne donum perfectũ desursum est: descendens a patre luminũ. Modus autẽ quo adduciṫ dicta sponsa ad sponsum suũ in celis / tãgiṫ figuratiue in precedenti historia. In primis per inaures aureas et armillas significaṫ interior ornat⁹ christi sponse ecclesie: ita vt merito dicere possit de suo sponso que sequunṫ. Anulo suo subarrauit me dñs meus Jesus christus: et tanq̃ sponsam decorauit me corona. Dexterã meã ꝛ collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Consequenter dicta sponsa vadit in presenti cũ labore ad sponsum suũ ambulans p spem: vt cũ eo tandem quiescat per eternã requiẽ. Item descendit de camelo per humilitatẽ: vt mereaṫ vehi sursum p celestẽ gloriã: sciens optime quia oĩs qui se humiliat in presenti / exaltabiṫ in futuro. Itẽ operit se pallio fidei ꝛ veniẽdo in occursum sponsi sui: vt ab eo et apud eum illustretur lumine gl'ie. Quibus oĩbus pactis sponsus suus Jesus christus introducit eam in tabernaculũ matris sue: id est ecclesie triumphantis. Ibiq̃ coniungitur cũ ea federe sempiterno.

¶ Geñ. xxv. prima clausula.

¶ Abrahã vero aliã duxit vxorẽ nomine Cethurã: que peperit ei zamrã: ꝛ iecsan et madam / ꝛ madiã / ꝛ iesboch / et sue. Jecsan quoq̃ genuit saba ꝛ dadan. Filij dadã fuerũt assurim ꝛ lathusim ꝛ laomim. At vero ex madian ortus est epha / ꝛ epher / ꝛ enoch / et abida / ꝛ heldaa. Oẽs hi filij cethure. Deditq̃ abrahã cũcta que possederat / Isaac: filijs autem concubinarũ largitus est munera. Et separauit eos ab Isaac filio suo dũ adhuc ipse viueret ad plagam orientalem.

¶ Historialiter. Postq̃ in p̄cedenti capitulo egregius dei propheta moyses egit de matrimonio inito inter Isaac fi-

lium Abrahe / et Rebeccã filiã Bathuelis et sororem Laban: hic consequēter agit de alio matrimonio inito inter ipsum abraham et cethurã: ex qua genuit sex filios quorum nomina habētur in textu pariter et filiorum aliquorum ex eis descendentium.

Sed pro ampliori declaratione presentis clausule mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū. Quare Abrahã mortua Sara aliã duxit vxorē? Propter duo enim videtur quod debuerit abstinere a secunda vxore: propter que etiã hodie multi abstinēt post mortem prime vxoris a secundis nuptijs. Primum est senectus. Ipse autē tunc erat senex et dierū multorum / vt dictū est in principio precedētis capli. Secūdum est suscitata proles. Ipse autē tūc habebat filium isaac iam etatis quadraginta annorum / vt probatum est supra. Cui etiam coniugē habere fecerat: ideo debebat sibi sufficere. Nec debebat dubitare de continuatiōe seminis sui per isaac quia de hoc ipsum assecurauerat dominus dicēs: In Isaac vocabitur tibi semen. supra xxi. ca. Ad hoc dicendū quod Abraham nō redijt ad secūdas nuptias causa explende libidinis: maxime cū iam senex esset vt dictū est: neque vt defraudaret Isaac hereditate sua / sicut patuit in effectu: in hoc scz quod dedit illi cuncta que possederat / vt hic dicitur. Nec vt obsequium ab vxore haberet / quia sufficiēs obsequiū habebat tū a filio et vxore illius / tū a famulis suis qui multi erāt. Hoc ergo fecit propter tria. Primo quidem propter nuptiarum secūdarū approbationē. Iam enim tēpore ipsius Abrahe erāt aliqui heretici detrahētes secundis nuptijs sicut postea factū est. Et ideo ad reprobandū facto et opere dictū errorē voluit tātus patriarcha secūdas intrare nuptias. Et quamuis hodie sacri canones dissuadeāt secundas nuptias / vt habetur. xxxi. q. i. hac rōne. itē ca. sequēti quod incipit / quō: non tñ condēnāt: vt dicit. c. seq. quod incipit / aperiant. vbi introducūtur verba diui Hiero. in epla ad Pāmachium ita scribentis. Aperiāt aures obtrectatores mei / vt videant me secundas nuptias et tertias in dño concessisse. Et post pauca. Non damno (inquit) bigamos / imo nec trigamos: et si dici potest octogamos. Hec ille. Secundo ipse Abrahã redijt ad scdas nuptias ad peramplius dilatandū diuinū cultum. Tunc enim tēporis valde pauci erant fideles / qui deo verum cultū exhiberēt. Quod attēdēs / et ipsum dilatare cupiēs pater abrahã / secundas intrauit nuptias: ex quibus plures genuit filios quam ex primis: ex quibus solus Isaac processisse legitur. Nihilominus plus pro eo fecit dñs dando sibi tantū ac talē filiū ex primis nuptijs / quam alios sex ex scdis. Ex solo enim Isaac ortus est xps. Et quamuis Isidorus dicat / prout recitatur in glo. ordi. quod Abrahã non duxit cethurã propter incontinētiã quia iam grandeuus erat: nec propter filiorum procreationē: eo quod

filii semē q̄s stelle celi ex Isaac promissum fuerat/ vt dictū est supra.xxij.c.sed ꝓpter mysticā significationem. Et hec est tertia ratio dictarū nuptiarū Abrahe: de q̄ dicet in sequentibus sub sensu mystico. Quādo ergo Isidorus dicit ꝙ abrahā non rediit ad secūdas nuptias propter filioꝝ procreationem/ subintelligi debet cū hac modificatione/ tantum supple.
¶ Secūdum dubiū. Que fuit ista cethura que describit spōsa abrahe? Pro solutiōe huius dubij ponam duas opiniones.
¶ Prīa igitur opinio dicit ꝙ hec est Agar. Pro quo notandum ſm petrū comest. ⁊ cōformiter ad hebreos ꝙ istud nomen cethura nō est proprium nomen/ sed appellatiuū: qđ interpretatur copulata. Dicunt ẽ hebrei ꝙ hec cethura fuit agar/ que prius dicta est concubina.i.vxor minus principalis Abrahe/ ex qua genuit Ismahelem: ⁊ quā ad instantiā Sare eiecerat de domo sua. Post ea aūt mortua dicta Sara facta est vxor ipsius abrahe. Sed nunqđ prius erat vxor illius? Utiq̄/ sed minus principalis. Postmodū vero facta est principalis eius vxor. Joseph⁹ aūt dicit ꝙ abrahā eā prius duxerat ꝙ̄ misisset ꝓ vxore filij sui. Et ex hac vxore genuit Abrahā sex filios quoꝝ noīa exprimuntur in textu. Nec mirū ꝙ dictus vir cū iā esset senex/ genuerit tot filios ex cethura: q̄ adhuc iuuenis erat. Modo homo senex potest ex muliere iuuene generare/ sicut videmus in dies accidere. Et vt dt pet. in histo.schola. predicti filij abrahe q̄s genuit ex cethura/ a noīe libere scꝫ Sare se dixerūt Saracenos. Obtinuerunt aūt primo traconitidem ⁊ phenicē ⁊ arabiā vsq̄ ad terminos maris rubri. Itē refert iosephus ꝙ ex vno coꝝ natus est apher: qui castra sua fixerat in libya: quā posteri eius inhabitantes ab illo aphricā denoīauerunt. Refert quoq̄ idem Josephus eldeū prophetā/ qui ⁊ malcas vel malchus dict⁹ est/ historiā iudeorū scripsisse/ sicut ⁊ moyses scripsit. Quē refert dixisse ab vno filiorū cethure nomine surim vel syrim syriam vocatam. Ab alio vero q̄ dictus est apher/ aphricā dictā. Cui descendēti in libyā hercules auxilium tulit: ⁊ filiam ipsius nomine etheam duxit dict⁹ hercules in vxorem: ex qua genuit dodorim: cuius filius fuit phoron. Hec ex Josepho.
¶ Ad propositū ergo redeuntes pt3 ſm hebreos predictā cethurā q̄ copulata interp̄tat fuisse Agar: que postq̄ eiecta fuit de domo Abrahe: iterum mortua sara illi copulata siue coniūcta est/ vt dictū est. Hui⁹ etiā opinionis est Hiero.li.de hebrai.questio. Nec est alia differentia ſm eū nisi ꝙ mutatū est nomē de Agar in cethurā/ quod factū est ꝓpter noīs interpretationē. Hoc etiā ꝓbari pōt propter aliā eiusdē noīs interp̄tationē. Nā Cethura q̄ vno mō interp̄tat copulata vt dictū est/ alio mō interp̄tatur thurificata: eo ꝙ postq̄ de domo abrahe recessit ita mūde se custodiuit ac si fuisset deo ob=

lata vel cõsecrata. Propter qđ mortua Sara abrahã misit filiũ suũ Isaac ad reducẽdũ eã. Et sic p₃ de prima opinione.

¶ Scđa opinio dicit q̄ ista cethura nõ fuit agar: s₃ realiter alia mulier ab ea. Et huius opinionis est Augus. lib. xvj. de ciui. dei. c. xxxiiij. Hoc aũt p̄bat p id qđ habet in textu p̃ñtis capli | vc₃ q̄ Abrahã filijs cõcubinarũ largitus est munera. Ex quo g̃ p̄laliter dicit filijs cõcubinarũ: p₃ q̄ ipse abrahani ad min⁹ habuit duas cõcubinas | vc₃ agar et cethurã: ex quarũ prima habuit vnicũ filiũ | ex secũda vero sex | vt hic dr. Et p ɔ̃ñs cethura nõ fuit illa q̃ dicta est agar: sed realr alia. Sed hec ratio facile solui põt | dicẽdo q̄ sacra scriptura sepe ponit vnũ numerũ pro alio | vc₃ singularẽ p̄ plurali | sicut ibi Exo. viij. Uenit musca grauissima i domo pharaonis ꝛ seruorũ eius: ꝛ in oẽm terrã Egypti. Mirabile aũt esset q̄ vna sola musca posset in tot et tantis locis esse. Propter qđ manifeste p₃ q̄ ponit ibi singulare p̄ plurali. Aliqñ aũt ecõuerso ponit plurale p̄ singulari: sicut s̃. xix. c. vbi dr q̄ Loth dixit ad angelos q̃ venerãt p̄dere sodomã | ꝛ q̃ eum iã inde extraxerant ne cũ alijs periret | dicẽtes: In mõte saluũ te fac. Queso | inquit | dñe mi | q̄z inuenit seruus tu⁹ grãm corã te: ꝛ magnificasti grãz tuã ꝛc. Petiuit g̃ loth ab ãgelo vt in qdã parua ciuitate p̄pe posita posset saluari: ꝛ tñ a pte rei erant tres angeli. Ecce g̃ quõ singularis nũerus ponit p̄ plurali. Potest g̃ dici in p̄posito q̄ cũ dr de abrahã q̄ filijs cõcubinarum largitus e munera | q̄ posnitur cõcubinarũ p̄ cõcubine. Et p hũc modũ põt saluari q̄ cethura ipsa est Agar. Uel dic q̄ ideo pluralr ponit eo q̄ fuit bis ipsi abrahe cõiuncta. Non quidem sic q̄ post primam cõiunctionem desierit esse vxor: et postea facta fuerit iterũm vxor: sed quia stãre primo matrimonio fuerat a coniunctione ꝛ cohabitatione abrahe separata | et post morte Sare ad eandẽ reuocata: ꝛ ita tenebat quasi vicem duarũ vxorũ. Et hec est opinio hebreorũ quam insequtur Hiero. vt prius ostensum est. Catholici autem expositores insequentes Augusti. vbi supra | dicũt cõmuniter q̄ fuerũt due mulieres: qđ etiã facile probari potest | dũmodo nõ recurratur ad miraculum. Satis enim constat ex predictis q̄ agar ex abrahã concepit Ismahelem multo tẽpore p̄usq̃ Sara cõceperit Isaac: ad minus. xiij. annis | vt dictũ est supra. xvij. c. in fi. In cõceptione autem ipsius Ismahelis agar ad minus erat. xiij. annorum: ꝛ ita in conceptione siue natiuitate ipsi⁹ Isaac Agar erat xxvj. annorum. Preterea quando Isaac contraxit cũ Rebecca | habebat annos. xl. vt dictũ est in precedẽti capitulo. Post Isaac aũt describit desp̄õsatio abrahe cũ cethura. Facta aũt calculatione bona Agar erat ad minus. lxvj. annorũ qñ abraham contraxit cum Cethura: de qua etiã genuit sex filios. Quod autẽ mulier in illa eta=

te concipere possit absq miraculo: nullus peritus medic⁹ diceret. Relinquitur ergo q ce=thura non fuit Agar: sed alia mulier multo iunior ea: q naturaliter concipere potuit ex Abrahā sene vt dictū est. Nec tamen credendū est q eā accep erit abrahā libidine ductus: sed propter causas predictas. Et sic patet diffuse ad secundum dubium.

¶ Tertiū dubiū. Quare moyses facit potius mētionē de aliquibus natis natoꝝ abrahe ex Rebecca q de aliis. Nam tantū describit genealogiā duoꝝ, vcȝ Jecsan et Madiā, de aliis tacēs. Ad hoc potest breuiter respōderi q hoc facit eo scȝ q alij quatuor mortui sunt impuberes. Aut si ad pubertatē annos peruenerūt, non tamē genuerunt. Uel si genuerunt, statim extinctū est semen eorum. Propter quod non fuit opus moysen de illis mētionē facere.

¶ Quartum dubiū mouet propter illud verbū. Dedit Abraham cūcta q possederat isaac: filiis aūt cōcubinarū ⁊c. Queritur ergo vtrum Abrahā iniuriam fecerit filiis suis natis ex concubinis: agar scilȝ ⁊ Cethura, qui totū quod possidebat, dedit Isaac quem genuerat ex Sara. Uidetur q sic: qz hoc est contra naturalem pietatem q inter fratres vn⁹ abūdet ⁊ pinguis fiat ex substātia patris: alij autem penuriā patiantur, ⁊ quasi fame pereant prope illū: ita vt oporteat eos patriam relinquere, ⁊ q̄si exules de domo pr̄is hincinde vagari, etiam absq eorum culpa ⁊ causa. Sic autem factum est in proposito. Igitur. Quod si dicatur q voluit introducere nouam consuetudinē, aut p̄us introductā obseruare, que statuit vt p̄mogenitus habeat hereditatem patris: sicut fit cōmuniter inter nobiles: ⁊ presertim vbi est vnic⁹ feodus nobilis: hoc nō valet. Tum quia si sic: sequitur q debuerit relinquere suā possessionē ismaheli tanq antiquiori simpliciter. Tū quia Ambro. in hexaemerō. li. v. ca. xviij. reprobat hmōi consuetudinem tanq iniquam et iniustā, ita dicēs: Quis (inqt) docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tam inmitia iura? Quis iter nature frater na cōsortia frat res impares fecit? Unius diuitis filij diuersa sorte ceduntur. Ali⁹ totius paterne sortis asscriptionib⁹ dotatur. Alius opulentā hereditatis paterne deplorat exhaustam atq inopem portionem. Nunquid natura diuisit merita filiorū? Ex pari omnibus tribuit quod ad nascendi atq viuēdi possint habere substātiā. Deinde concludit idem Amb. dicens: Uos ergo patres ⁊ matres filiis vestris quibus cōmuniter dedistis eē qd̄ nati sunt, non debetis his inuidere, vt vnus solus abūdet: alij vero esuriāt. Hec ille. Patet ergo q dicta ↄsuetudo non potuit excusare Abrahā. Quid ergo dicemus ad hec? Dicendum igitur in primis q quicquid egit in hoc facto sanctus pr̄iarcha Abraham: tanq a dn̄o inspiratus ⁊ instigatus egit. Nam nato Ismahele ex Agar, appa=

tuit dñs ipsi Abrahe dicens: Dabo tibi filiũ cui benedicturus sum. Et iterum. Sara vxor tua pariet tibi filiũ/ τ vocabis nomen eius Isaac: τ statuã pactum meum illi in fedus sempiternum/ τ semini eius post eũ: vt habetur supra.xvij.cap. Et iterum.xxj.c. In Isaac vocabitur tibi semen. Dicẽdum insuper φ hoc fecit ꝓpter illð mysterium significandum de quo Apost.ad Gal.iiij.loquitur dicens: Abraham duos filios habuit/ vnum de ãcilla/ τ aliũ de libera. Ubi clare īsinuat reprobationem Judeorũ qui de ancilla.i.de synagoga ꝓcesserũt/ τ electionem Christianoꝝ qui de libera.i.de ecclesia per gratiam baptismalẽ geniti sunt. Dedit ergo Abraham cuncta que possederat/ filio suo Isaac: quia dñs reseruat in futurum deuotis Christianis possessionẽ celestem. Filijs autem cõcubinarũ.i. iudeis largitur munera/ id est tẽporales τ terrenas diuitias: τ maxime que consistunt in auro τ argẽto. Patet ergo φ Abraham non egit cõtra equitatẽ naturalẽ plus diтando vnum de filijs suis φ reliquos: cum hoc nõ fecerit priuato affectu/ sed potiꝰ diuino instinctu: vt dictum est.

¶ Quintum dubium tale est. Quales possessiones supple immobiles potuit Abraham per testamentum relinquere filio suo Isaac/ qui nullas habebat: sed tãφ peregrinus hincinde vagabatur? Dicendum φ reliquit illi nõ in se: sed in semine per Jacob de eo descensuro illas terras latas τ longas atφ fertiles quas Josue distribuit in funiculo distributiõis duodeci tribubus israel post trãsitum maris rubri: prius tamen inde electis paganis et infidelibus scilicet chananeis etheis phereseis amorreis τ iebuseis. Tale ergo ius reliqt Abrahã filio suo super huiusmodi possessiones possidẽdas modo predicto quale habebat τ quale poterat. De quibus etiam possessionibus dominus eidem abrahe ꝓmissionem fecerat supra.xiij.c.dicens. Leua oculos tuos in directum: τ vide a loco in quo nunc es/ ad aquilonem τ meridiẽ: ad oriẽtem τ occidentem. Omnẽ terram quã cõspicis / tibi dabo τ semini tuo vsφ in sempiternũ: faciãφ semen tuũ sicut puluerẽ terre. Surge ergo τ perãbula terram in longitudine τ in latitudine sua: qꝛ ibi daturus sum eam. Hec ibi. Omnes autem he possessiones promisse Abrahe in semine suo simul collecte postmodũ dicte sunt terra promissionis: τ hoc propter dictam ꝓmissionẽ: quas tandem filij israel inhabitauerunt. Quod si aliquid defuerit: hoc impeditũ fuit propter peccata ipsorum iudeorũ: quī vt illis iuste īproperabat beatus Stephanus/ semper spirituisancto τ legi dei restiterũt Act.vij. Item dicti filij israel inhabitauerunt predictas terras tempore Dauid τ salomonis filij eius: cui etiam omnes vicine nationes erant tributarie. Sic ergo patet φ semen Abrahe descendens per isaac habuit magnas possessiones.

Ecce ergo quomodo ipse abra
ham dedit cuncta que possede
rat filio suo isaac id est immo
bilia. Insuper et maiorē partē
mobiliū. Filijs autem concubi
narum ad sensum datū largi=
tus est mūera supple satis lar
ga. Nam sicut filij habent esse
a patre: sic etiam debent habe
re ab eo sustentationem vite:
quia sicut dicit Apostol. ij. ad
Corin. xij. filij non debent the=
saurizare parentibus: sed pa=
rētes filijs. Et sic patet ad du=
bium quintum.

¶ Sextum dubiū versatur cir
ca illud verbum: Et separauit
eos ab Isaac ⁊c. Queritur er=
go cur Abraham fecit talē se=
parationem? Dicēdum ꝙ pro=
pter vitandū malum ex parte
filiorū filij sui Isaac. Ipse nem
pe iā preuidebat in spiritu ꝓ=
phetico filios cōcubinarū non
permāsuros in cultu vnius ve
ri dei. Propter quod timebat
ne per eos inducerent ad ido=
latriā descensuri ab Isaac. Ut
autem in maiori pace remane
rent diuisit eis bona sua mo=
bilia.

¶ Septimum dubiū. Utrum
Abrahā posuerit filios suos in
pacifica possessione omniū bo=
norum suorum adhuc viuens?
Respōdet ad hoc dn̄s Pet. de
Pal. ꝙ non: sed tm̄ in parte. E=
git nēpe conformiter ad id qđ
postea dictū est per Sapientē
Eccli. xxxiij. Audite me (inquit)
magnati ⁊ oēs ppli ⁊ rectores
eccl'ie aurib⁹ percipite. Filio ⁊
mulieri fratri ⁊ amico nō des
potestatē super te in vita tua:
et nō dederis alij possessionem
tuam: ne forte peniteat te: et
depreceris pro illis. Dū super=
es ⁊ aspiras: non immutabit
te omnis caro. Melius est tibi
vt filij tui te rogent: ꝙ te respi
cere in manus filiorum tuoꝝ.
Hec vbi supra. Ad propositū
ergo cum Abraham esset mul
tum diues ⁊ potens: filijs suis
multa dedit adhuc viuens: at
ꝙ in actuali possessiōe eos po
suit: plura tm̄ longe bona sibi
retinuit quoad vixit: in quib⁹
Isaac post eius mortem inte=
gre successit. Deide infert idē
de pal. ꝙ ex hoc facto Abrahe
obtinuit consuetudo: ⁊ maxi=
me inter nobiles: ꝙ priogeni=
tus habet oīa immobilia: alij
autem solum mobilia ⁊ victū
vt inquit in anglia ⁊ norman=
nia. Hec etiam consuetudo in
territorio qualetēsi quod est
pars normānie: inter rurales
obseruatur. Et hoc ideo ne
principales domus diuidant
⁊ deteriorentur. Tenetur ta=
men primogenit⁹ ceteros fra=
tres alere: aut alicui arti tra=
dere tempore debito: ne oīno
inopes fiant.

¶ Moraliter ⁊ primo abrahā
qui in senectute sua cethurā
que iterpretatur thymiama:
duxit in spōsam: designat ho=
minem iustum: qui maxime in
senectute sua debet redolere
p bonā famā ⁊ honestā cōuer=
sationem: ⁊ eā tanquā vxorem
inseparabiliter sibi copulare:
sicut fertur de coccino ꝙ ꝙ̄=
to magis antiquat tanto pl⁹
redolet. Unde tales boni se=
nes recte possunt dicere citra
tamen iactantiam illud. ij. ad
Corint. ij. Christi bonus odor
sumus. Debet autem abrahā

id est vir iustus ex dicta vxore generare sex filios.i.sex opera misericordie:q̄ ponunt Matt. xxv. Et tunc de tali generatione poterit dici illud psal. Hec est generatio querentium dominum.

¶ Moraliter ꝛ secundo cōformiter ad Origeñ.p hoc ꝙ Abrahā senex mortua sara aliā duxit vxorem / de qua multos filios habuit:significat virum perfectum sapiētie sponsum: qui cū cōsummauerit / tūc incipit. Talis ergo semper virtutes quasi vxores ducit:ꝛ ne maledicatur vt sterilis: spūales fructus gignere nūquam desistit:quasi dicens illud ps̄. Nunc cepi.

¶ Moraliter ꝛ tertio iuxta illud: Abraham cuncta que possederat dedit filio suo Isaac. Filijs autem concubinarū ꝛc. notandum ꝙ per bona immobilia designatur gloria celestis: que immobiliter possidetur a quocūqꝫ habetur. Ioā.xvj. Gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Per munera aūt tēporalia bona significātur: q̄ mobilia sunt: q꞉ cito transeunt ꝛ pereunt. Prima igitur bona reseruat domin⁹ filijs suis legitimis per gratiā post hanc vitā possidenda in celo:ita vt iustus cū fiducia merito possit dicere illō Eccli.xxiiij. In hereditate domini morabor. Secunda vero bona largitur filijs concubinarum in presenti id est peccatoribus. Unde ps̄. Ecce ipsi peccatores ꝛ abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. Et ad hoc potest dari exemplum familiare de filio ꝛ seruo simul laborantibus in vinea. Adueniente autem nocte datur pecunia seruo ꝑ labore: filio autē nihil nisi vict⁹ ꝛ vestitus:q꞉ reseruatur ei tota hereditas patris. ita in proposito quidam laborant in vinea ecclesie tanquam mercenarij:quia nō propter deū: vt sunt peccatores. Et istis pro mercede dat deus tantū temporalia. Alij laborant tāquam filij:quia propter honorem et amorem dei: quales sunt iusti et boni. Istis ergo dat deus tantum parcum victum et vestitum: eo ꝙ reseruat eis post hanc vitam hereditatem celestem.

¶ Moraliter et quarto iuxta illud:ꝛ separauit eos ꝛc. notādum ꝙ pro presenti simul habitant ꝛ conuersantur iusti ꝛ peccatores:boni ꝛ mali:electi et reprobi. At vero post candem vitam magnus ille pater Abraham: deus scilicet omnipotens: separabit eos abinuicem sicut separat pastor oues ab hedis: ꝛ statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris: vt habetur Matthei.xxv. In presenti nempe simul est granum cum palea. In alio autem seculo granum separatim congregatur intra horreum domini: palea autē proijcitur ignibus sempiternis cremanda. Hinc Hieronymus iij.parte epistolarum suarum: epistola.xxxix.ad rusticū monachum scribit dicens. In omni conditione et gradu optimis sunt mixta pessima. Hoc tamen intelligendū est in presenti: vt dictū est. Hinc etiam

Grego.hom.xxxviij. Quousqꝫ inquit hic viuimus necesse est vt vitam presentis seculi permixti peragamus. Tunc autē discernimur cū ad portū peruenim⁹. Boni enim soli nusqꝫ sunt nisi ī celo: ꝛ mali soli nusqꝫ sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum ꝛ terram sita est: sicut ī medio subsistit: ita vtrarūqꝫ partium ciues cōiter recipit. Hec ille.

¶ Mystice sicut per Agar et ismahelē significati sunt carnales de iudeis et veteris testamenti: ita per cethurā ꝛ filios ei⁹ significati sunt carnales xp̄iani noui testamēti: vel schismatici ꝛ heretici. Sara vē pe est ecclīa catholica: cui⁹ a vnic⁹ fili⁹ designat multitudinem verorum catholicorū qui cōiungūtur in vna fide spe et charitate. Et hec est vera spōsa xp̄i ꝛ vxor. Cetere aūt secte sunt concubine que pariūt varios ꝛ multos filios: qui nō succedēt in hereditate patris celestis: qꝛ illegitimi. In cui⁹ figuram legit̄ Judicū.xj.ꝙ fratres iepte dixerunt ei. Heres in domo patris nostri esse non poteris: qꝛ de adultera matre nat⁹ es. Quāuis enim vn⁹ oim̄ filiorum esset pater dictus galaad: fuit tñ alia ꝛ alia mater iepte ꝛ aliorum fratrū. ita veri xp̄iani ꝛ mali eundē habēt patrem celestē: cui oēs dicūt illud Mat.vj. Pater noster q̄ es in celis. Malac.ij. Unus est pater oīm nostrū. Itē Matt. xxiij. Un⁹ est pater vester qui in celis est. Soli tamen boni ꝛ iusti sunt veri filij matris ecclesie: ceteri autem peccatores ex hac parte sunt illegitimi. Insuper etsi sint filij dei per creationem: non tamē per gratie adoptionē. Uñ ex hac pte etiā illegitimi ex pte patris reputantur. Non mirum ergo si tales in fine dierū priuabūtur hereditate paterna qui pro sorte sua recipiunt cōmuniter munera in presenti. i. temporalia bona a p̄re suo celesti: vt dictū est supra in secūda expositione morali hui⁹.

¶ Allegorice conformiter ad dñm hugonem cardin. Abraham est xp̄us: sara ecclesia catholica, vt dictum est. Cethura autē sunt heretici ꝛ schismatici noui testamenti. Et bene mortua sara ducitur cethura: qꝛ primis maioribus primitiue ecclesie scꝫ apostolis ꝛ alijs sanctis pastoribus successerunt heretici. Sic enim predixerat in spiritu prophetico p̄nceps apostolorū Petrus in sua secunda canonica.ij.c. dicens. Erunt in vobis magistri mendaces qui introducent in vobis sectas perditionis. Item Paulus Act.xx. Scio inquit qm̄ intrabunt post discessionē meam lupi rapaces in vos: nō parcētes gregi: ꝛ ex vobis ipsis exsurgent viri loquētes puersa vt abducant discipulos post se: propter quod vigilate. Ad idem etiā propositū facit illō xp̄i verbū admonitoriū Mat. vij. Attendite inquit vobis a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Hec etiā ecclesie persecutio figurata fuit Exo.i. vbi dicitur ꝙ mortuo Joseph sur

rexit rex nouus super egyptũ qui ignorabat Joseph. Et iste tanquã pessimus ꝛ crudelissimus tyrannus valde oppressit filios israel. Applicatio est facilis. Ad idem etiã propositũ legitur Judic.ij. ꝙ mortuus est Josue filius nuni: ꝛ surrexerunt alij qui non nouerũt dominũ: et opera que fecerat in israel. Utriusqꝫ figure vna est applicatio.

¶ Bene etiam cethura hereticos significauit. Interpretatur enim copulata. Sic est autẽ ꝙ heretici omnes copulati sunt in vinculo erroris. In cuius figuram legitur Judic.xv. ꝙ sampson cepit trecẽtas vulpeculas: quarum caudas iunxit adinuicem: atqꝫ faces ligauit in medio: quas igne succendẽs eas dimisit: vt huc illucqꝫ discurrerent. Hec est igit̃ colligatio impietatis peruersorum hereticorum: q̃ multũ nocuit primitiue ecclesie: nec etiam cessat nocere quousqꝫ mundus finem ceperit. Unde Apo.j.ad Tim.iiij. Spiritus inquit supple sanct⁹ manifeste dicit q2 i nouissimis tẽporibus discedent quidam a fide / attendentes spiritibus erroris / ꝛ doctrinis demoniorũ in hypocrisi loquentiũ mẽdacium: et cauteriatam habentium suam conscientiam. Insuper cethura interpretatur thimyama: quod bene conuenit hereticis et schismaticis: qui non habent bonum odorẽ nisi exterius: interius autem fetẽt mirabilit̃. Et sicut thimyana nihil habet de sapore: sic nec heretici de virtute. Sic ergo patet de allegorica expositione.

¶ Anagogice Jsaac qui habuit solus hereditatẽ patris significat paucitatem saluandorum: qui habebunt hereditatem patris celestis / id est ipsum regnum eternum. Cuius possessionem accipient electi in die iudicij: cum dicet illis Christ⁹ illud Matthei. Uenite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mũdi: imo ante mundi constitutionem: q2 ab eterno per predestinationem. Hinc Apost. ad Ephe.j. Elegit nos: supple deus pater in ipso scilicet Christo.i. medio meriti sui ante mundi constitutionem. Quod quidẽ meritum Christi etsi fuerit positum in esse ex tẽpore: erat tamen preuisum ab eterno i mẽte diuina. Multitudo autem aliorum filiorum abrahe quos genuit ex cethura: designat recte multitudinẽ damnãdorũ: que erit multo maior multitudine saluandorum. Et hoc innuit ipse xp̃s Matt.xx. cum ait. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Et eiusdẽ.vij. Intrate inquit xp̃s per angustã portã: q2 lata porta ꝛ spatiosa via est que ducit ad perditionem: et multi sunt qui intrant per eam. Quã angusta porta et arcta via est que ducit ad vitam: ꝛ pauci sunt qui inueniũt eam. Et breuiter de paucitate saluandorum respectu damnandorum videtur posse recte intelligi illud qđ Christus sub parabola dixit de semine Luce.viij. de quo

facte sunt quatuor partes. Cuius tantum quarta pars cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructũ centuplum. Ubi per terrã bonã videt posse intelligi terra illa celestis de q̃ ps. Credo inquit videre bona dñi in terra viuẽtiũ. In hanc igit terram cadet bonũ semen qñ quidem cõpleto districto dei iudicio electi assumentur in dicta terra viuentiũ: in qua nemo moritur. Insuper in figura paucitatis saluandorum respectu multitudinis dãnãdorum arca Noe que typũ gerebat presentie eccłie vt dicit Grego. homi. xxxviij. erat ampla et lata i parte inferiori: angusta autem in superiori: ita vt ad vnius cubiti mensuram excreuerit: ibi lata vbi animalia quadrupedia et bestias habuit: ibi vero angusta vbi homines seruauit: qz nimirũ inquit idem Greg. sctã ecclesia in carnalibus ampla est: in spiritalib⁹ aũt angusta. Sed qd sibi vult ꝗtũ ad hũc sensum ꝙ Abraham dedit cũcta q̃ possederat filio suo isaac: filijs autẽ cõcubinarũ largitus est munera? nisi ꝙ pater ille celestis datur⁹ est hereditatẽ suã celestem filio suo legitimo per gratiã adoptionis dicẽs illi illud Luc. xv. Fili oĩa mea tua sunt. Filijs autẽ cõcubinarũ. i. peccatoribus dat in pñti munera .i. tẽporalia bona: vt dictũ est supra. Quibus in fine daturus est eterna supplicia cum illo diuite epulone: qui recepit in vita sua bona: sed post mortem sepultus est in inferno. Lu. xvj Per separationẽ autem filiorum Abrahe de secunda vxore a filio suo Isaac: designatur illa mirabilis flebilis et dolorosa separatio malorum a bonis: que fiet in die iudicij: prout ostensum est supra in secunda morali expositiõe: pariter et tertia.

¶ Secunda clausula.

¶ Fuerunt aũt dies vite abrahe cẽtũ septuaginta quinqꝫ anni: et deficiẽs mortu⁹ est in senectute bona: pu ecteꝙ etatis: et plenus dierũ: congregatusqꝫ est ad populũ suũ. Et sepelierunt eũ Isaac et Ismahel filij sui in spelũca dupli ci q̃ sita est in agro Ephrõ filij Seor ethei: e regione mãbre: quã emerat a filijs Heth. Ibi sepultus est ipse et Sara vxor eius. Et post obitum illi⁹ benedixit deus Isaac filio eius: qui habitabat iuxta puteũ nomine viuentis et videntis.

¶ Historialiter postquam magnus ille propheta moyses in precedenti clausula egit de secũdo matrimonio abrahe: qđ post mortem sare cõtraxit cũ Cethura: de qua genuit sex filios: insuper egit de distributione bonorum suorum filijs suis: hic consequenter agit de obitu illius cum expressione dierum vite illius. Refert ergo ꝙ magnus ille patriarcha Abraham anno vite sue centesimo septuagesimoquinto mortuus est in senectute bona. Quis enim nullus est qui viuat et non videat mortẽ: eo ꝙ teste apostolo ad Hebre. ix. statutum est omnibus hominibus semel mori: ideo.

hic enumerat annis vite abra he subiungitur mors ipsius et vite cōsummatio. Ubi notandū cōformiter ad magistrum Nicol. de lyra: q in hebreo ponuntur numeri distincti i hūc modum: centū anni: septuaginta anni: et quinq anni: et hoc vt dicunt ad designādū q ipse Abraham fuit ita mundus a peccato quando fuit septuaginta aut centum annorum: sicut fuit cū esset qnq annorū: sicut dictum est de Sara vxore sua supra in principio. xxiij capituli: q scilz mortua est in etate centum viginti septem annorum. Ac si diceretur q erat ita pura et mūda a peccato in etate viginti aut centum annorum sicut erat eum esset septem annorū. Sequitur: Et deficiens mortuus est. Ubi notandum secundum Hierony. lib. de hebraicis questionib9 q septuagita interpretes male addiderunt dictam clausulam. et deficiens &c. Non enim conueniebat Abrahe deficere siue minui. Quod verū est ex parte anime. Defecit tamē finaliter pre senectute aut debilitate ex parte corpors. Et hoc modo capitur deficiēs in proposito. Uel dic q deficiēs mortuus est: quia nō ascendit tunc in celum: sed descendit ex parte anime in limbū: sicut et alij sancti patres. Sed quomodo mortuus est? Profecto in senectute bona: vt dicit moyses. i. sine carnis lasciuia aut qcūq peccato. Sapien. iiij. Etas senectutis vita immaculata: supple esse debet. Prouecteq etatis: quia. clxxv. annorum erat et plenus dierum &c.

Sed pro ampliori declaratione presentis textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium. Cur Abraham tam pauco tempore vixit respectu illorum de quibus legitur supra. v. ca. Unde ibi legitur de Adā q vixit nōgentis triginta annis. Seth etiam vixit nongentis duodecim annis: vt ibi additur. Enos similit nongentis quinq annis. Item Cainam filius Enos vixit octigētis decē annis et sic de alijs multis de quibus legitur vbi supra. Mirū est ergo q abrahā tam breui tēpore vixerit respectu predictorum: quia tantum vixit clxxv. annis: vt dicitur in principio huius clausule. Dicendū ad hoc in primis q ipse abraham iam notabiliter distabat ab illis prioribus: quorum cōplexio erat multo melior et fortior q sequacium: ita vt qui magis recesserunt a prima radice videlicet Adam: minus cōmuniter legantur vixisse: vt patet in predicto capitulo. Secundo dicendū q terrenascētia post diluuium deteriorata sunt p aquas diluuij: que processerant ex mari oceano qd salsum est: et per consequens aque illius inducunt sterilitatem: sicut et omnia notabiliter salsa. Tertio dicendum q ipse Abraham fecit multas peregrinationes in vita sua etiam valde graues et laboriosas: que potuerunt notabiliter attenuare et alterare corpus suum: et per consequēs abbreuiare vitam illius.

Ipse nempe de hur chaldeorũ venit in charrã mesopotamie/ et ibi mortuꝰ est Thare pater eius. Inde venit in sychẽ/que est in terra chanaã: inde in cõuallem illustrem: inde inter bethel ⁊ hay: inde in damascum: inde fame cogente descendit in egyptũ: inde rediit inter bethel ⁊ hay: inde ad conuallem mãbre iuxta ebron: ibi promissionem recepit de Isaac nascituro: inde pegrinatꝰ est in geraris. Postea habitans in bersabee/ibi natus est Isaac: inde profectus in cõuallem mãbre: ibi mortuus ẽ ⁊ sepultꝰ cũ sara vxore sua. Non mirum ergo si tam breui tẽpore vixit respectu precedentiũ. Unde ad magnam eius vtilitatẽ vt ita dixerim factũ est vt cito liberaret ab angustiis et miseriis huius vite. A qbꝰ etiã liberari petebat apo. ad Rom. vii. cum diceret. Infelix ego hõ: qs me liberabit de corpe mortis huiꝰ?

¶ Secũdum dubiũ. Cur dicit de abraham ꝙ mortuus sit in senectute bona/ puecteq etatis/ ⁊ plenus dierũ? Videt enĩ esse nugatio in predictis verbis. i. inutilis verboꝝ idem importantiũ repetitio. Dicẽdum moysem nõ cõmisisse nugationẽ in predictis verbis: que nõ oĩno idem important: sed se habent per additionẽ. Stat enĩ ꝙ aliquis moriatur in prouecta etate: qui tamen nõ morit in senectute bona: sicut ptz de multis pctõribus. Unde de homine sene vulgo dicit. Talis est senex tanq̃ herodes: qui tamen nõ est mortuus in senectute bona: sed pessima: quia consumptus a vermibꝰ expirauit: vt legitur Act. xii. Item stat vt aliquis moriatur in senectute bona/qui tamen nõ moritur plenus dierũ. Ille enĩ dicitur mori in senectute bona: q̃ moritur in diuina gratia: iuxta illud Sapiẽ. iiii. Senectus venerabilis est non diuturna/ neq annorum numero computata. Deinde sequit: Etas senectutis vita imaculata. Ille ꝓo dicitur mori plenus dierũ q̃ moritur plenus bonis operibus: que per dies designãt: iuxta illud ad Ro. xiii. Nox id est peccatũ precessit: dies autẽ. i. bonũ opus appropinquauit. Quolibet nẽpe bonũ opus est vna dies que illuminat aĩam. Bene ergo dicitur de Abrahã ꝙ mortuus est plenus dieꝝ: quia mortuus est cũ maxima multitudine bonoꝝ operũ. Nã vt dicit Grego. sup Job. non facile in sacra scriptura plenus dierum ponitur: nisi is cuius vita per eandem scripturã laudatur. Unde dicitur plenus dierum: cui nequaq̃ dies sui pereundo transeũt: sed quotidiana mercede boni operis apud iustum iudicem etiam postq̃ transacti fuerunt reseruãtur. Econtrario vero de malis dicitur in Psal. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabũt dies suos.

¶ Tertium dubiũ. Quis est ille populus ad quem congregatus est abrahã post mortẽ suã: vt dicitur in textu? Dicẽdum ꝙ hoc potest dupliciter intelligi: scdm duplicẽ eius substantiam. Nã ex parte corporis cõgregatus est ad populũ suũ. i.

sepultus est in illa spelunca du plici quam ipse emerat a filijs heth: vt habet supra.xxiij.ca. in qua iacebant cadauera ade et eue: pariter et sare vxoris il lius. Ex parte vero spūs con gregatꝰ est similiter ad popu lum suū.i.descendit ad limbū sanctoꝝ patrū. Uel dic ꝙ con gregatus est ad populū suū.i. ad sanctos angelos quoꝝ erat ciuis etsi nō re: tamē infallibi li spe. Uel dic ꝙ tunc nō est cō gregatus abrahā ad angeloꝝ cōsortiū ꝙtum ad visionem di uine essentie/ quam nō habuit ante xp̄i mortē: dicitur tamen ibi cōgregatus ꝙtum ad ipso rum angeloꝝ quietē p caren tiā pene sensus: quā sancti pa tres in limbo nō patiebantur: sed tantū penam dānī: et hoc solū ad tēpus: scilꝫ vsqꝫ ad pre dictam christi mortem.

¶ Quartū dubiū. Cur sex ip sius Abrahe filij quos genuit de cethura: vt dictū est in pre cedenti clausula: nō interfue runt sepulture et exequijs pa tris cū alijs duobus de qbus tantū fit hic mētio/ qui fuerūt Isaac et ismahel? Ad hoc pōt dici in primis ꝙ hoc ideo/ qꝛ ante mortē suā iam separaue rat eos ab Isaac: et transmise rat ad plagam orientalem: lar giens eis munera: vt dictū est in precedenti clausula. Dicen dum et secundo ꝙ nō obstante dicta separatiōe illic tamē cō uenerūt et interfuerūt sicut et ismahel frater eoꝝ ꝙuis priꝰ separatus fuisset a fratre suo Isaac: sicut patet supra.xxj.c. Hi tamē duo Isaac scꝫ et isma hel soli et pre ceteris nominā tur tanꝙ pricipaliores/ tanꝙ antiquiores/ et tanꝙ omne se men abrahe tam spūaleꝙ car nale sufficiēter representātes.

¶ Quintū dubiū. Cur de abra ham nō legitur ꝙ post mortē filij eius plāxerint eū: sicut de multis alijs sanctis patribꝰ le gitur fuisse factū. In primis ipsemet abrahā vita comite fle uerat prius mortē vxoris sue sare: vt habetur supra.xxiij.c. Similiter in vlti.c.libri huius legit ꝙ Joseph cernēs patrē suū Jacob expirasse irruit sup faciem eius flens et deosculās eum. Deinde legitur ꝙ ipse cū vniuersis fratribus suis et ma ioribus natu totius terre egy pti celebrauerūt exequias ipsiꝰ Jacob septem diebus cum fle tu magno. Et sic de multis a lijs factum est. Porro de san ctissimo patriarcha abraham nō legitur ꝙ aliquis fleuerit eum mortuū. Cur ergo tam va rie? Dicēdum ꝙ hoc factū est ꝑpter multa. Primo quidē qꝛ ipse per mortē descenderat in limbum qui est locus pacis et quietis: et ꝗ tūc erat quodā modo figura quietis ꝑpetue. Unde in officio mortuoꝝ ora mus dn̄m dicētes: Exaudi me dn̄e vt animā meam in sinu a brahe p̄triarche tui iubeas col locari. Ipse ergo merito dice re poterat id qꝺ longe postea dixit sctūs ille senex Symeon: Nunc dimittis dn̄e seruū tuū in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum/ id est chri stum filium tuū: per quē ope raturꝰ es salutē totius mūdi. Tunc autē huiusmodi saluta re vidit Abraham oculo fidei

quãdo preceptũ est illi imolare filium suũ: cuius tamẽ loco immolauit arietẽ: in signũ ꝙ nõ diuinitas: sꝫ sola christi humanitas immolari ꝛ pati debe ret. De visione autẽ huiusmodi salutaris dei patris loque batur ipsemet christus iudeis Joã. viij. dicẽs: Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ: vidit: ꝛ gauisus est. Secũ do quia mors fuerat sibi quodammodo lucrũ: per hoc scilꝫ ꝙ per eã liberat⁹ fuerat a multis penis ꝛ laboribus: quib⁹ tota ferme illius vita plena fuerat: vt patuit in tot et tantis peregrinationibus quas fecit hincinde discurrẽdo: vt declaratum est. Propter quos labores vna cũ multitudine dierũ erat adeo attenuatus viribus corporeis vt recte dicere posset: cupio dissolui. Quẽadmodum ergo discipuli beati martini qui virib⁹ corporeis destitutus mortuus fuerat: post ei⁹ transitum dicebant. Pium est gaudere martino: et pium est flere martinũ: ita etiã forsan dicebant filij Abrahe: pariter et vernaculi post obitũ illius. Tertio autem quia optime et innocentissime vixerat. Item de suis bonis prudẽtissime disposuerat: atqꝫ felicissime mortuus fuerat. Ecce ergo quare nõ legitur de filijs ipsius abrahe ꝙ fleuerint eius mortem. Nec tamen sequitur: de huiusmodi fletu nihil legitur: ergo non fleuerunt filij et alij eius mortem. Locus em̃ ab auctoritate nõ tenet negatiue.

¶ Sextum dubiũ. Cuius etatis erat Jsaac quando Abraham obijt mortem? Dicẽdum ꝙ erat. lxxv. annorum. Quod sic facile deducitur. natus nẽpe fuerat patre centenario. Post cuius natiuitatem vixit dictus pater annis. lxxv. ita ꝙ in toto vixit annis. clxxv. vt dictum est in principio presentis clausule. Ex quo euidenter sequitur ꝙ ipse Jsaac in die obitus patris erat. lxxv. annorum. Jsmahel vero habebat supra eum. xiij. aut. xiiij. annos Ex quo sequitur ꝙ in obitu patris erat. lxxxix. annorum. De ipso autem Jsaac sunt qui dicun eum genuisse ex vxore sua rebecca geminos filios Jacob scilicet et Esau ante mortem Abrahe per annos. xv. Dicunt enim eos genuisse Jsaac etatis. sue anno sexagesimo. Huius tamen contrarium tenet Josephus: qui negat eos fuisse natos ante mortẽ abrahe.

¶ Moraliter ꝛ primo: iuxta illud verbum: Congregatus est Abraham ad populum suum: notandum ꝙ quales secutus fuerit homo: in presenti: tales sequetur in futuro. Qui enim secutus fuerit malos in presenti: vtpote superbos: auaros: luxuriosos: gulosos: iracundos: et similes: tales ĩdubie sequetur in futuro: scilicet in inferno. Econtra autem qui in presenti secutus fuerit bonos: scilicet humiles: misericordes: castos: sobrios: et huiusmodi: tãdem in futuro congregabit ad populum suum. i. ad sibi similes in celo. Nã vt dicit Origenes: est quedam familia mitiũ: cui preest Moyses. quedã patientiũ: cui preest Job. que

dam continentium, cui preest Daniel. Et vnusquisqꝫ congregabitur in morte ad familiam suam: mitis cū mitibus: virgo cum virginibus. Econtra iracundus cum iracundis, luxuriosus cum luxuriosis. In cuius figurā dicitur Leuit. xxv. Unusquisqꝫ rediet ad familiā suam pristinam: quia iubileus est. Et Ecclesiastici. xxvij. dicitur: Uolatilia ad sibi similia conueniunt.

¶ Moraliter ꝛ scdo: secūdum dominū cardi. per hoc ꝙ abraham mortuus sepelitur in spelunca duplici: designatur ꝙ omnes christiani debent Christum pro se mortuū in mente sua abscondere: videlꝫ in intellectu ꝑ iugem memoriā: et in affectu ꝑ ardentem cōpassionē. De primo Ecclīastici. xxix. Gratiā fideiussoris tui ne obliuiscaris. dedit enī animā suā pro te. Et ad Hebreos. xij. Recogitate, inquit Paulus, eum qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionē aduersum ꝛc̄. De secundo figuratiue legitur in sequentibus. xxxvij. ca. vbi dicitur ꝙ Jacob scissis vestibus indutus est cilicio, lugens filium suū ioseph multo tēpore. ita ꝛ boni cōpatiuntur morti Christi toto tēpore vite sue. Mali vero de ea nō curāt.

¶ Moraliter ꝛ tertio possumus exponere speluncā duplicē in malā partē: scilꝫ quo ad peccatores. Pro quo premittedū ꝙ spelunca est locus obscurus tenebrosus subterraneus ꝛ cōcauus. Et idō recte designat statū culpe ꝛ gehēne. Miseri ergo pctōres in ꝑsenti sepeliunt in simplici spelunca: quia solū moriūtur spūaliter, ꝛ sepeliuntur per culpā. In futuro autē sepeliētur dupliciter: qꝛ ꝑ culpam ꝛ penā eternā. Et hoc est eos sepeliri in spelunca duplici. Sic enī iam sepult⁹ ē diues ille epulo: de quo Luce. xvj. dr ꝙ sepultus est in inferno.

¶ Allegorice. Abrahā qui vt sepenumero dictū est interpretatur pater multarū gentiū, recte designat xp̄m qui est pater omniū deuotoꝝ xp̄ianoꝝ. Iste igitur Abrahā deficiēs inter cruciat⁹ passiōis sue mortuus est in senectute bona: nō annorū numero cōputata: sed vita immaculata: vt hr̄ Sapiē. iiij. Uel dic ꝙ mortuus est iste noster abrahā in senectute bona: qꝛ in vltima hui⁹ mūdi etate. Hoc etiā vult qđ sequit̄: plenecqꝫ etatis. Qđ autē addit̄: et plen⁹ dieꝝ, referēdū est ad cumulū virtutū, gr̄aꝝ ꝛ meritoꝝ oīm, q̄ oīa plenissime fuerūt in ipso xp̄o. Jo. j. Uidimus eū plenū gr̄e ꝛ veritatis. Cui⁹ etiā plēitudo adeo magna fuit vt dicat idē Jo. vbi s̄ ꝙ de plenitudine ei⁹ nos oēs accepim⁹ gratiā ꝑ gr̄a. Tandē autē iste abrahā apposit⁹ ē ad pr̄es suos quo ad aīaꝫ qñ descēdit ad inferos: vbi requiescebāt pr̄es ei⁹ scdꝫ carnē: adā scꝫ ꝛ Noe: abraham, Isaac, Jacob, ꝛ similes. Aliter tamē ibi apposit⁹ est, ꝛ aliter illi. Illi nēpe ibi positi sunt vt tanq̄ captiui detinerētur. Ille vero ibi apposit⁹ est vt idē captiuos eriperet. Quo ꝑo ad corp⁹ sepelierūt eū duo illi probi viri Joseph scilicet ab arimathia, et Nicodemus:

de quibus legitur Ioã.xix.in fine q̄ acceperunt corpus Iesu: ꝛ ligauerunt eũ linteis cũ aromatibus: sicut mos est iudeis sepelire. Sed vbi sepelierunt eum? Profecto in spelunca duplici. Prima nempe spelunca fuit illa camerula rotũda de subiacente rupe excisa: habens octo pedes in longum, ꝛ latum: ꝛ totidem in altũ: cui lapis magnus appositus erat pro ostio: intus autem erat lapis ille cõcauatus in quo iacebat dñicum corpus. Et sicut Abraham sepult⁹ est in agro quẽ pri⁹ emerat a filijs heth: ita et christi corpus positũ est in monumento nouo quod pro seipso exciderat in petra dictus Ioseph.

¶ Allegorice: iuxta illud: Et post obitũ abrahe bñdixit de⁹ ꝛc. notãdum q̄ per hoc ostenditur multitudo populi xp̄iani que secuta est xp̄i passionẽ ꝛ mortem. Sic eñ ipsemet predixerat Io.xij. Nisi inquit granum frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit: ipsum solũ manet. Si autẽ mortuum fuerit, multũ fructum affert. Plures ergo cõuersi sunt ad xp̄m post eius mortẽ: q̄ in vita ipsius p eius predicationẽ. In cuius figura legitur Iudicum.xvj. de sampsone q̄ plures interfecit moriens, q̄ ante viuus occiderat.

¶ Anagogice. Spelunca duplex in qua sepultus fuit abraham, p tãto duplex dicebatur quia in ea erant due clausule superior scil3 ꝛ inferior. In superiori sepeliebant viri: in inferiori mulieres. p qđ designatur q̄ post hanc vitã viri. i. virtuosi collocant in supiori parte. i. in celo. Mulieres vero. i. effeminati et vecordes qui carent omni virtute, sepelientur inferius. i. in inferno cũ malo diuite. Cõpleto etiã finali iudicio vnusquisq; ad populum suum congregabitur: vc3 viri cũ viris: ꝛ mulieres cũ mulieribus. i. virtuosi ꝛ boni cũ virtuosis ꝛ bonis. Itẽ mali ꝛ reprobi cũ sibi similibus. Eccli. xxvij. Uolatilia ad sibi similia conueniunt. Tunc eñ erit tantũ duplex populus, sc3 electus ꝛ reprob⁹: sicq; vnusq̄sq; congregabit ad populum suũ: quia oẽs mali cũ malis, et oẽs boni cũ bonis. Bñdictio autẽ de qua agitur in fine p̄sentis clausule, designat benedictionem electorũ: de qua Matth. xxv. Uenite benedicti ꝛc.

¶ Tertia clausula.

¶ Hee sunt gñatiões Ismahel filij Abrahe: quẽ peperit ei agar egyptia famula sare: ꝛ hec nomina filiorũ eius in vocabulis et generationib⁹ suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth: deinde cedar ꝛ abdehel ꝛ mabsam: masma quoq; et duma ꝛ massa, adad et thema, et iacur, et naphis, et cedma. Isti sũt filij ismahel, ꝛ hec nomina p castella ꝛ oppida eorum: duodecim principes tribuum suarũ. Et facti sunt anni vite ismahelis centũ triginta septẽ, deficiensq; mortuus est: ꝛ appositus ad pplm suũ. Habitauit autẽ ab euila vsq; sur: q̄ respicit egyptũ introeũtibus assyrios. Coram cunctis

fratribus suis obijt.

¶ Historialiter. Postq̃ in pcedenti clausula seruus dei inclytus Moyses egit de felici obitu abrahe: pariter et de sepultura illius: hic cõsequẽter tractat de genealogia eiusdẽ per agar ancillã ipsius/ex qua genuit Ismahelem. Refert ergo ipsum ismahelem genuisse. xij. filios: quorũ nomina habẽtur in textu. Notãter autem dicit Moyses: Hec sunt generatiões Ismahel filij Abrahe/ vt insinuaret q pter merita ipsius Abrahe dictas generationes habuit Ismahel.

Sed pro ampliori declaratione textus mouenẽ aliq̃ dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ: Quare generatio ismahelis magis multiplicaẽ q̃ gñatio Isaac? De Isaac non prodierunt nisi duo filij/ vcz Jacob et Esau: vt dicẽ in sequenti clausula. De ismahele vero pcesserũt duodecim filij/qui hic enumerantur. Dicendum q propter tria hoc factũ est. Primo quidem ad insinuãdum paucitatẽ saluãdorum respectu damnãdorum. Secũdo vero ad insinuãdum paucitatem christianorũ et fidelium respectu infideliũ. Tertio autẽ quia isaac totus spiritualis et contemplatiuus parum vacabat generationi. Nam illi sufficiebat habere heredem vnum aut duos. Ismahel vero multum carnalis vacabat generationi. Est etiam cõmune puerbiũ q male herbe magis crescunt et multiplicantur q̃ bone.

¶ Secũdum dubium. Cur in textu dicitur: Hec sunt nomina filiorum ismahelis in vocabulis et gñationibus suis? Responsio: q: nationes ex illis ppagate: eorũ nominibus sunt appellate. Unde Hiero. et ponitur in glo. ordi. Primogenitus ismahelis nabaioth/ a quo omnis regio ab euphrate vsq ad mare rubrum nabathea dicitur/que pars arabie est. Nã familie ipsorum/ oppida/ pagi/ et tribus horum appellatione celebrantur. Ab vno ex his cedar in deserto/ et duma alia regio/ et thema ad austrũ etc.

¶ Tertium dubium est de obitu ismahelis: q̃lis scilz fuerit. Circa hoc nihil certũ legitur in sacra scriptura: et ideo periculosum est de hoc diffinire: presertim in malã partẽ. Aliqui tamen opinãtur eum male decessisse: maxime cũ de eo legãtur aliqua peccata/ et nulla bona. In primis dictum est supra. xvi. ca. q de eo predictũ fuerat p angelum agar matri sue cum adhuc eũ in vtero gestaret. Ecce (inquit) cõcepisti/ et paries filium/ vocabisq nomen eius ismahel. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes/ et manus omniũ cõtra eum. Ista autem verba videntur habere malã connotationem. Insuper de eo dictũ est supra. xxi. ca. sub tertia clausula/in expositio. historia. q ipe nitebatur inducere fratrẽ suũ isaac ad idolatriã. Item q q̃rebat eũ occulte occidere: vt haberet hereditatẽ ipius. Itẽ q esset pnus ad luxuriã. Ista autẽ sunt grauissima peccata que de eo leguntur/ et de q̃bus non legitur egisse penitentiã.

Quēadmodum ergo aliq̄ male opinant̄ de Salomone/ dicētes ꝙ legitur peccatū illius/ ꝛ non legitur penitētia: ita etiā in proposito dici potest de Ismahele ꝙ legitur eius peccatum/ ꝛ nō legitur eius penitētia. Alij autē opinātur ipm̄ bene decessisse. Vn̄ refert de Lyra ꝙ hebrei nō dicūt esse mortuū: sed ꝙ transierit. Hoc autem de nullo moriēte dicitur ĩ sacra scriptura nisi de iustis/ vt dicunt dicti hebrei. Et ideo tales dicunt ꝙ decessit in gratia. Quod etiā videntur sonare verba presentis clausule vbi dicitur de eo ꝙ mortuus est/ ꝛ appositus ad populum suum/ scilicet descendendo ad limbū cum sanctis patribus. Hoc tamen aliter exponit de Palu. ꝛ hoc sic. Apposit⁹ est ad populum suū/ scilicet ad infernū dānatorum: vbi est populus siue societas malorū. Cum talibus ergo sepultus est ismahel mortuus: quos adhuc in carne viuens imitatus est. Et nota differentiam inter mortē abrahe ꝛ huius filij sui. Nam de abraham dicitur in precedēti clausula ꝙ congregatus est ad populum suū. De isto autem dicitur ꝙ appositus est ad populū suum. Multitudo enim bonoꝝ est congregatio quedā. Nō autem multitudo malorū: quin potius iudicāda est diuisio ꝙ̄ congregatio: iuxͣ illud Osee.x. Diuisum est cor eorū/ scʒ malorum. Et sic pʒ ad.iij. dubium.

❡ Quartū dubiū. Qui sūt fratres Ismahelis coram quibus obijt? Dicendū ꝙ ex parte matris sue agar nō legit̄ habuisse fratres: sed tantū ex parte patris sui Abrahe. Vt ꝗ fratres corā quibus mortuus est/ fuerunt isaac: ꝛ alij sex quos post ea genuit abrahā ex cethura. Vel forsan vult innuere Moyses per hec verba ꝙ Ismahel mortuus est adhuc superstitibus cūctis filijs suis nūero.xij. Et tales vocātur q̄nq̄ fratres patris in sacra scriptura: secūdum ꝙ innuit Hiero.li. de hebraicis questionibus. Qḋ probat ꝑ illud quod legitur in sequentibus.xxxi.ca. de iacob q̄ dixit ad Laban. Ponat̄ coram fratrib⁹ tuis/ ꝛ fratrib⁹ meis. Et tamen non est credendū ꝙ tunc iacob exceptis liberis alios fratres habuerit secum; maxime cū non legat̄ habuisse fratrem preter esau. Oportet ergo dicere ꝙ ꝑ fratres suos intelligātur filij illius. Iste tamē modus loquēdi est rarus. Vel dic ꝙ ipse mortuus est coram cunctis fratribus suis .i. ante om̄es fratres suos: ita ꝙ ly corā nō importet presentiā loci/ sed antecessionē tēporis.

❡ Quintū dubiū. Cur moyses non diffusius narrat gesta Ismahelis ꝛ filiorū suorū? Dicendum ꝙ hoc ideo q: de eo non intendebat ꝓncipaliter loqui/ sed de isaac: de quo facta erat abrahe ꝓmissio: vcʒ ꝙ in semine suo benedicerētur oēs gentes. Illud aūt semen fuit xp̄s. Hic ergo agit ipse Moyses de morte Ismahelis per anticipationem/ vt sic simul expediret totum factum illius. Per anticipationem inq̄: quia certum est isaac prius genuisse ex Rebecca Jacob et Esau: quam

mors sequeretur ismahelis, et tñ dicta generatio postponit.
¶ Moraliter et primo, iuxta illud: Habitauit ismahel ab euila vsq Sur: notandum q euila interpretatur parturiens: et Sur angustia. Et per hoc designatur q mali versant in presenti cũ culpa angustiam eternam parturiẽre. Ezech. xv. De igne egredientur, et ignis consumet eos. Euila autem ad literam est nomẽ proprium filij cham, filij Noe: a quo secundũ hiero. dicta ẽ terra euila: hec est india vel ethiopia. Q̃ autẽ subditur: vsq sur que respicit Egyptum introeuntib⁹ Assyrios. i. ex parte assyriorũ: congrue dicitur, q2 secũdum Petrum omẽ verbum actiuum potest regere datiuum casum post se.
¶ Moraliter et secundo: p hoc q genealogia ismahelis, q̃ de numero reprobozum communiter estimatur, tã breuiter trãscurritur, designatur q ipsi reprobi sunt extra librũ vite, iuxta illud psal. Deleãtur de libro viuentium: et cũ iustis nõ scribantur. Per hoc tamẽ q de eo aliquid scribit, denotatur q ipsi reprobi interdũ in p̃senti sunt in aliqua estimatione glozia et fama. Sed hec omĩa de memorijs hominũ velut fumus euanescunt. psal. Perijt memoria eorum cum sonitu.
¶ Allegorice. Sicut eadẽ res potest propter diuersas rationes in bonã partem et in malã interpretari, sicut communiter datur exemplum de leone: ita etiã duodecim filij Ismahelis de quibus in presenti clausula legitur, possunt in bonam partem interpretari: ita vt nobis significent duodecim Christi apl'os. Dicamus ergo sic: ismahel qui interp̃tatur vir auditus dei, est christus: q̃ fuit semper auditus. i. exaudit⁹ a deo patre: prout ipsemet testatur Joan. xj. dicẽs. Pater gratias ago tibi: q̃m audisti me. Ego autem sciebã quia semper me audis, sed propter populũ etc. De sunt ergo generationes ismahel, id est Christi filij abrahe, id est dei patris, qui de eo dixit tum in baptismo, tum in transfiguratione illud Lu. iij. Hic est filius meus dilectus. quem genuit ei Agar, que interpretatur festũ suscitãs: per quam recte intelligitur virgo Maria, que suscitauit ingens gaudiũ vniuerso mundo, dum ex ea ortus est sol iustitie christus de⁹ noster. Sequitur: Et hec nomina filiorũ ismahelis, id est christi apostolorum. Primus Simõ qui dicit Petrus, et andreas frater eius. Philippus et bartholomeus, iacobus zebedei, et ioan. frater eius etc. Seq̃tur: Hos. xij. misit Jesus, scilicet in mũdum vniuersum predicare euãgeliũ. Isti sunt ergo. xij. principes quos cõstituit dñs super omnem terrã, id est super omnem ecclesiam. Unde in hymno vocãtur ecclesiarum pricipes. Per mortem aũt ismahelis q̃ appositus est ad populũ suũ, recte designat xp̃i passio, q: postea appositus est ad pplm suũ p descẽsum in limbũ patrũ, siue etiã p ascensum in celũ: cõpleta prius sua gloriosa resurrectione.

¶ Anagogice. Ismahel ē de⁹ pater. Duodecim eius filij qui facti sunt duces ꝛ pͤncipes tribuum suarū: designāt multitudinem angeloꝝ ꝛ hominum in celo regnantiū: qui om̄es sunt filij dei ꝑ creationē: et gratie adoptionē. Inter hos autē filios nouē sunt qui presunt tanq̄ principes tribuū suarū: nouem ordinibus angelorum: ita vt in quolibet ordine vnus sit supremus qui alijs eiusdem ordinis principetur. Alij autem tres filij accipiēdi sunt ex parte diuersorum statuum hominum in ipsa ecclesia triumphante regnātium. Hi igitur status sunt illi q̄ peruenerunt illic per gratiā baptismalem q̄ ad legē gratie: vt innocentes: per vite perfectionem: vt viri heroici: per laborem et dolorē vt veri penitētes. In quolibet autē statu predictorū est vnus suprem⁹ quasi alijs principās si ita liceat loqui. Quis autem sit ille: nouit domin⁹: ꝛ qui cū eo sunt.

¶ Quarta clausula.

¶ Hę quoq̄ sunt generationes Isaac filij abrahe. Abraham genuit Isaac. Qui cum quadraginta esset annorum: duxit vxorem Rebeccam filiā Bathuelis Syri de Mesopotamia sororē Laban. Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua: eo q̄ esset sterilis. Qui exaudiuit eū: ꝛ dedit conceptum Rebecce: sed collidebantur in vtero eius paruuli. Que ait. Si sic mihi futurum erat: quid necesse fuit cōcipere? Perrexitq̄ Rebecca vt cōsuleret dominum. Qui respondens ait. Due gētes sunt in vtero tuo: ꝛ duo populi ex ventre tuo diuidentur: populusq̄ populum superabit: et maior seruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat: ꝛ ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui primus egressus est: rufus erat: ꝛ totus in morem pellis hispidus: vocatumq̄ est nomen eius Esau. Protin⁹ alter egrediens / plantā fratris tenebat manu: et idcirco appellauit eum Jacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt paruuli.

¶ Historialiter. Postq̄ in p̄cedenti clausula egit egregius doctor Moyses de generationibus Ismahelis: pariter ꝛ de obitu illius: hic consequenter prosequēdo suū principale intentū agit de generationibus Isaac: per quē cōtinuatur genealogia Saluatoris: vt patet Matth. j. Dicit ergo sic Moyses: He quoq̄ sunt generationes Isaac filij Abrahe. Abraham genuit Isaac. Hoc dicit Moyses qer repetitionem: vt melius prosequatur ordinē dicendorum: vsq̄ ibi: Deprecat⁹ est isaac ꝛc. Dicit ergo sic moyses: Deprecatus est isaac dominum pro vxore sua: eo q̄ sterilis eēt: id est naturaliter impotēs cōcipere filios. Qui exaudiuit eum: et dedit cōceptū Rebecce. Ecce q̄tum prodest oratio iusti assidua: vt habet Jacob. v. Sed collidebātur in vtero eius paruuli: id est mutuo se impellebant: vt dicit de lyra. Et hoc fuit signum future contētionis inter eos: ꝛ si-

militer inter pplos ab eis descensuros, idumeos scilicet et iudeos. Nam deus aliquando ostendit futura verbis, sicut quando loquitur per ora prophetarum. Aliquando autem factis, vt in ista collisione. Hanc ergo collisionem filiorum persentiens Rebecca in vtero suo ait: Si sic mihi futurum erat: quid necesse fuit concipere? Timebat enim de abortu paruulorum: et per consequens de propria morte. Item timebat ne huiusmodi collisio esset presagiu futuri belli et discordie mirabilis inter dictos filios. Unde apud se dicebat. Quid faciet natis si sic luctatur innati? Dicit autem Pet. comest. q creditur in hoc motu Jacob sanctificatus.

¶ Sequitur: Perrexitqz Rebecca vt consuleret dnm. Quo autem perrexerit, dicetur postea. Qui respondit ei: forte per angelum vel in somnis, aut alio modo, dicens. Due gentes, scilicet Judeorum et Idumeorum, in vtero tuo sunt, sicut in principio sui esse: et duo populi ex vtero tuo diuidentur. i. ad se inuicem contrarij orientur: populus scilicet Judeorum: populum, scilicet idumeorum superabit, scilicet bellando: et maior .i. qui ex maiori filio orietur: seruiet minori. i. populo qui ex filio minori orietur. Hoc autem impletum fuit tempore Dauid: de quo legitur. ij. Reg. viij. q ipse posuit custodes i idumea: posuitqz presidium: et facta est vniuersa idumea seruiens dauid. Potest etiam intelligi illud, maior seruiet minori, ad literam de Esau respectu Jacob: iuxta illud Prouerbiorum xj. Stultus seruiet sapienti: scilicet de cinamomo tribulationis. Sed de hoc postea.

¶ Sequitur. Jam tempus pariendi aduenerat. Hic describit Moyses conditionem iacob et Esau quantum ad natiuitatem: dicens q cum tempus opportunum quo nasci deberet aduenisset: qui prim⁹ egressus est, rufus erat et tot⁹ hispidus siue pilosus. Hebrei dicunt seyr: quod idem designat. Unde Seyron capillaturam dicunt secundum Josephum: qui etiam dicit de ipso Esau q a planta pedis vsqz ad verticem capitis erat vehementer hirsutus. i. pilosus. Uocauitqz: scilicet pater vel mater: vel quicunqz eum circuncidit, nomen eius Esau. i. fortis. Talis enim dispositio exterior attestatur fortitudinem corporis. Unde prouerbium est. Homo pilosus fortis vel luxuriosus. Protinus. i. immediate alter egrediens plantam fratris tenebat in manu. plantaturus enim erat fratris primatum: idcirco vocauit nomen eius Jacob. i. supplantator. Quod autem ipse iacob tunc teneret plantam pedis fratris sui: non fuit eo q iam haberet vsum rationis naturaliter nec supernaturaliter: sed hoc fecit de⁹ propter mysterium: et in figuram futuri euentus. Sexagenarius erat isaac quando nati sunt ei paruuli. Ex quo patet rebeccam. xx. annis fuisse sterilem: maxime cum quadragenarius cum ea contraxerit dictus isaac; vt dictum est in pre-

cedentibus.
Circa hanc clausulam mouentur alique questiones.
¶ Prima igitur questio. Cur moyses in principio huius clausule dixit: He sunt generationes Isaac &c. loquendo pluraliter, cum tamen vnicam habuerit generationem: qua simul geniti sunt iacob & esau? Dicendum quod duplex est generatio, actiua scilicet & passiua. Actiua est vna tantum: scilicet ex parte generantis, qui vna generatione genuit vtrunque filium. Passiua autem generatio est duplex, secundum quod duos filios genuit. Uel dic secundum de Palu. quod hic accipitur generatio quam genuit ipse Isaac, & generatio qua genitus est ex Abraham, cum dicitur. Abraham genuit isaac: que sunt distincte generationes.
¶ Secunda questio. Quare voluit dominus Rebeccam primo pati defectum sterilitatis? Uidetur enim quod a principio debuerit eam fecundam facere. Dicendum quod satis decuit vt illa primitus, & quidem satis longo tempore esset sterilis: & hoc ad ostendendum quod promissio seminis benedicti deberi censuri per isaac non esset ex cursu nature, sed magis ex dono gratie. Et hic est Christus, de quo canit ecclesia dicens: Non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum dei factum caro, supple est. Item hoc factum est vt maius esset miraculum.
¶ Tertia questio. Quare Isaac rogauit dominum pro conceptu Rebecce? Uidetur enim quod hoc frustra fecerit: maxime cum sibi constaret fuisse promissum Abrahe a deo quod per ipsum isaac genus suum deberet multiplicari sicut stelle celi: vt dictum est supra. xv. c. Constabat ergo sibi hoc esse a deo predestinatum & prefinitum. Dicendum quod dei predestinatio non imponit necessitatem rebus predestinatis: & ita contingens in se erat ex rebecca nasciturum semen. Propter quod bene & rationabiliter orauit Isaac dominum vt daret conceptum vxori sue rebecce. Dicit etiam Gregorius. lib. i. dialogorum: vbi diffuse deducit hanc historiam: quod ea que sancti viri orando efficiunt: ita predestinata sunt vt precibus obtineantur. Et post pauca. Constat inquit quod predestinatio precibus impletur quando is in quo deus multiplicare semen Abrahe predestinauerat, oratione obtinuit vt filios habere potuisset. Hec ille. Dicit etiam Aug. ser. primo de beato Stephano: quod si sanctus Stephanus pro paulo non orasset: ecclesia Paulum non habuisset. Ecce igitur quomodo que predestinata sunt, precibus frequenter obtinentur.
¶ Quarta questio. Utrum rebecca orauerit dominum vt daret sibi prolem: sicut vir eius, de quo dicitur in textu. Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod sterilis esset. De rebecca autem nihil tale legitur. Dicendum satis esse probabile quod ipsa pro hac re etiam preces cum lachrymis sepe fuderit ad dominum: maxime cum dicat Ambrosius super Lucam lib. i. quod pudor est

feminis nuptiarũ premia non habere: quibus hec sola causa est nubendi. Hoc etiam confirmatur per literam hebraicam. Nam vt dicit de lyra: vbi habemus deprecatus est isaac dominum pro vxore sua: in hebreo habetur. Contra vxorem suam: quia sicut dicunt hebrei: et est verisimile: ipsa rebecca orabat dominum ex vna parte: et Isaac ex altera: vt dominus daret eis liberos. Sed quia Isaac erat pfectior: ideo eius oratio fuit efficacior. Propter quod sequitur. Qui exaudiuit eum: scilicet dominus dictum Isaac.

¶ Quinta questio. Utrum collisio Iacob et esau in vtero matris fuerit naturalis: vel miraculosa? Circa hoc aliqui dicunt eam fuisse naturalem: vt refert de palude: eo quod contingebat ex sola materni vteri exiguitate: qui vtrunque paruulũ vix capere valebat. Sed hoc inquit non videtur verum: quia si hoc processisset ex paruitate vteri materni: potius debuisset rebecca quesiuisse adiutorium medicorum quam presagium futurorum consulendo dominum. Alij ergo et melius dicunt quod huiusmodi collisio fuit supernaturalis et miraculosa. Quod sic patet. Nã secundum Hieronymũ de hebraicis questionibus: pro collisione septuaginta interpretes posuerunt: ludebant et recalcitrabant. Aquila vero in sua translatione posuit: cõfringebant. Symmachus vero similiter in sua translatione dixit quod sic habebant in similitudinem nauis legitimo põdere carentis: ita quod aliquando in vtero materno sursum ferebantur: et aliquãdo deorsum: quasi ibi fluctuantes. Unde talis collisio nihil aliud fuit nisi quedam concussio in dicto vtero ex nisu vtriusque ad exeundum inde prius. Hec autem omnia potius sunt opera dei quam nature. Insuper cum talis collisio siue concussio paruulorum esset quoddam presagium et figura futurorum mysteriorum: patet quod non potuit esse naturalis: sed tantum ex diuina virtute supra naturam operante. Impellebant enim se mutuo: vt dictũ est: et hoc erat signum contentionis future inter eos: et similiter inter populos ex illis oriundos: vt postmodũ rei probauit euentus.

¶ Sexta questio oritur propter illud verbum. Perrexit quod rebecca vt consuleret dominum. Querit ergo August. quo rebecca perrexit: cũ non dum essent prophete: vel sacerdotes tabernaculi domini: nec locus determinatus consulendi dominum. Et respondet quod forte perrexit ad aliquem locum de his in quibus Abraham prius construxerat aras. Sed quomodo ibi respõsa darentur hominibus: tacet scriptura. Potest ergo probabiliter dici quod in dictis locis erant aliqui sacerdotes per quos consulebatur dominus. Uel forte eo tempore erãt aliqui sancti homines per quos loquebatur dñs. Quicquid aũt horũ fuerit vel aliud: rebecca

tamen vt dicit scriptura dñm interrogauit: ⁊ responsum ab eo habere meruit. Pet.cõest. dicit ꝙ ipsa rebecca forte iuit ad montẽ moria: vbi audierat virum suum Isaac quondã ductum ab Abraham patre suo vt ibi immolaretur domino. In quo quidem monte adhuc erectũ forte erat illud altare super quod dict⁹ abrahã voluerat sacrificare filium suũ dño: ⁊ super quod loco illius immolauit arietem missum diuinit⁹ ad eũ. Ipsa ergo rebecca reputabat dictũ locũ valde sanctũ ⁊ non sine causa: qꝛ etiam ibi immolandus erat agnus sine macula xp̄s Jesus. Alij autem volũt vt hebrei: ꝙ iuit ad melchisedech qui erat sacerdos dei excelsi: ⁊ ad heber qui habebat spiritũ ꝓphetie. Uterqꝫ enim adhuc viuebat: vt ꝓbat diffuse de lyra.

¶ Septima questio est de modo rñsionis domini ad rebeccam. De hoc nihil dicit text⁹. Potuit tamen illi respondere per somnia aut etiam clara luce per angelũ in assumpta specie visibili: siue aliter eo modo quo voluit: et illi expedire cognouit. Circa hoc tamẽ cõestor: recitat quẽdã modũ quẽ superstitiosum puto: ideo illũ hic inserere nolui.

¶ Octaua questio moueꝛ propter illud verbum. Maior seruiet minori. Queriꝛ ergo de sensu illius propositionis: maxime cum nullibi legatur ꝙ Esau qui dicitur maior: eo ꝙ prior exierit de vtero matris aliquando seruierit fratri suo Jacob. Sed si recte intelligamus que scripta sunt de duobus fratribus: profecto inueniemus maiorem seruisse minori. Mali nempe cum persequuntur bonos: seruiũt eis ad eorum magnũ spiritualẽ profectum: scꝫ ad vite meritum: vt lima confert ferro: fornax auro: flagellum grano. Quanuis tamen plerũqꝫ talis seruitus sit ipsis bonis parum grata. Possumus etiã dicere ꝙ ista prophetia fuit impleta in christo: cui colla gentium et principum terre subdita sunt: et maxime romanum imperium quod iudei dicũt signari per Esau. Petrus autem comestor dicit ꝙ predictum verbũ non fuit dictũ de paruulis: cũ semper maior prefuerit minori: sed de populis. idumei enĩ qui de Esau futuri erant: tributarij erant Dauid/qui fuit de semine Jacob.

¶ Nona questio mouetur ꝓpter illud verbũ: Jam tempus pariendi aduenerat. Queriꝛ ergo q̃d est tẽp⁹ pariendi. Dicendum ꝙ non est sit'e de ꝑtu mulierũ: ⁊ de partu ceterorũ animaliũ. Tempus enĩ pariẽdi omniũ aĩalium est determinatum et prefixum a natura. Uñ Aristo. ix. de aĩalibus. c. j. Oĩa inquit aĩalia habẽt vnum certum terminũ pariẽdi ꝑter mulierũ gen⁹. Sola enim mulier habet diuersos terminos pariẽdi. Nã quedã pariũt mẽse septimo: ⁊ fruct⁹ taliũ cõiter viuit: quanuis corpore debilis. Quedã mense octauo: et fructus talium cõiter cito extinguiꝛ. Quedã autẽ nono mẽse: ⁊ iste est cõis ⁊ vsitatus ter=

minus pariendi: vt dicit macrobi⁹. Quedā aūt intrāt decimum mensem: ⁊ fruct⁹ taliū sunt magis vitales ⁊ ꝑfectiores: ⁊ saturnini esse dicuntur. Et talis fuit Salomon: qui de seipso loquens Sapiē. vij. si tamē verū sit eū esse auctorē dicti libri (quod cōiter nō tenetur) dicit. In ventre matris mee figuratus sum caro decē mensium tēpore ⁊c. Hic tamē debet accipi decimus mensis per synecdochen: sc3 pro aliq̄ illius parte: ita vt sint nouem cōpleti: ⁊ aliqd de decio. Sic etiā xp̄s nat⁹ est: sc3 post nouē menses ⁊ sex dies: vt facile pōt ostēdi facta debita calculatione dierum currentiū a die sue annūciationis vsq̄ ad diē sue natiuitatis. Qui aūt nascunt ante septimū mēsem: cōmuniter moriūtur: sicut dicit Guillerm⁹ de mortibus exponens macrobiū de somnio scipionis. Joannes aūt mōtholonius in suo prōptuario: tomo p̄rio sub dictione elizabeth: exponēs illud verbū: elizabeth aūt impletū est tēpus pariēdi. Luc. j. dicit ꝙ regulare tēp⁹ pariēdi est nouē mensiū: Quis in q̄t hmōi tēp⁹ nonnūq̄ protrahat vsq̄ ad decē mēses ⁊ duos dies. Et ad hoc allegat textū in. l. intestato. §. fi. ff. de suis ⁊ legi. heredi. Non potest autem in lōgius tempus protrahi nisi forsan dicatur ꝙ ꝓtrahi pōt vsq̄ ad finē vndecimi mēsis. Cōpleto aūt vndecimo mēse non est possibile ꝙ part⁹ nascatur. Et ideo si marito defuncto vxor pariat vndecimo mēse cōpleto: nō adiudicabitur ꝓles marito defūcto. Sic enim tenent sequentes doctores: bal. ni. de Neapoli. Joā. de imola. Item alex in. l. gallus. in prin. ff. de libe. ⁊ posthu. Cōiter tamē tenēt glos. iuris ciuilis ꝙ dūmodo ꝑtus nascatur infra duos dies post decimū mēsem: ꝙ adiudicabitur marito defuncto: q2 duob⁹ diebus et decē mēsibus mulier pōt gerere partū suū: sed nō plus. Hec dict⁹ Jo. mōtholonius doctor modern⁹

¶ Decima questio. Utrū abrahan adhuc viueret q̄n dicti paruuli sunt nati. Joseph⁹ dicit ꝙ non. Nā ista sunt verba illius. Porro ⁊ post mortem abrahan cōcepit vxor isaac ⁊c. Magister autē historiarū Petrus sc3 comestor tenet expsse ꝙ adhuc viuebat ⁊ hoc facile ꝓbatur ex deductione annorum eiusdē Abrahe. Ut enim dictū est supra. xvij. c. Itē. xxi. c. abraham erat centū annorū q̄n conceptus siue natus est Isaac. Ipse autē Isaac erat sexaginta annorum q̄n predicti paruuli nati sūt: vt dicitur in p̄nti textu. Cū ergo abrahā esset. clxxv. annoꝝ quādo mortē obiit: vt dictū est in principio secūde clausule p̄ntis capituli: patȝ euidēter ipsum vixisse annis. xv. post natiuitatem dictorum paruuloꝝ. Quod ergo hic dicitur de natiuitate predictorū: per recapitulationē dicitur: sicut sepe fit in sacra scriptura. Et ideo est satis ꝓbabile ꝙ rebecca consuluerit dominum per ipsum Abrahā ⁊ nō per extraneum: eo ꝙ de⁹ reuelabat futura ipsi abrahe: sicut patuit de subuersione so

domorum et go.supra.xviij.c.Quod autem dicit Josephus quod post morte Abrahe peperit rebecca predictos paruulos: vel est omnino falsum/vt probatum est satis euidenter: vel vocat mortem/ corporis mortificationem: et impotentiam ad generandum. Sic enim exponit dictus comestor verba illius.

¶Undecima questio. Cur isaac videns tanto tempore scz.xx. annorum vxorem suam rebeccam sterilem/non accepit aliam? Nam de patre suo abraham legitur quod non expectauit tanto tempore: sed cum vidisset completo decennio Saram sterilem/accepit agar etiam de consensu et motiuo eiusdem sare vxoris sue: vt patet.s.xvi.c. Nam tunc requirebatur: et sufficiebat tempus decennij ad probandum sterilitatem vxoris. Quo expirato poterat vir aliam ducere: vt dictum est ibidem. Dicunt ad hoc hebrei hanc esse causam: eo scz quod ipse Isaac fuisset domino consecratus: cum scz voluntarie accessisset ad locum immolationis vt immolaretur domino. Unde propter talem consecrationem non erat sibi licitum habere nisi vnicam vxorem. Et iste modus dicendi hebreorum consonat dicto apostoli qui.j.ad Timothe.iij.dicit de episcopo qui est domino consecratus: quod debet esse vnius vxoris vir. Uel dic quod quantumcunque videret vxorem suam sterilem: noluit tamen aliam ducere: sperans firmiter quod propter eiusdem vxoris sanctitatem: et quam dominus tam singulariter eum habere fecerat medio procuratoris domus paterne dicti eliezer: vt ostensum est in precedenti capitulo: tandem daret illi dominus fetum etiam singularem: per quem continuaretur generatio sua vsque ad Christum.

¶Duodecima questio. Unde processit quod rebecca vno partu ediderit duos filios: et postea nullum. Uidetur enim quod melius illi prouidisset dominus si duobus partubus siue duabus generationibus dedisset illi predictos duos filios. Sic enim minus grauata fuisset. Item videtur quod post hos duos filios debuerit illi dominus alios dare. Sic enim peramplius augmentatus fuisset diuinus cultus: qui tunc temporis erat valde exiguus. Dicendum quod quicquid a deo specialiter fit/optime fit: quia vt dicitur Sap.viij. Disponit omnia suauiter. Nec licet ei dicere: cur ita facis? vt habet Job xj. Constat autem ex presenti clausula quod rebecca cum esset sterilis/non nisi miraculose et ex speciali dei dono edidit Jacob et Esau. Et ideo tot filios edidit quot deus expedire nouerat tam patri quam matri: quam etiam communitati fidelium tunc regnantium. Quod autem dicta rebecca vno partu duos filios ediderit: vnum scilicet bonum: et alterum malum: non vacat a mysterio: vt postea dicetur. Quod vero non plures ediderit/ hoc ideo forte fuit quia post dictum miraculum rediit ad pristinum statum/ scilicet sterilitatis. Debuit enim illi sufficere genuisse Jacob qui appreciari poterat sup mille ali-

os filios: quia vt habetur Ecclesiastici.xvj. Melior est vnus filius timens deum: q̄ mille filii impij.

¶ Moraliter et primo: p Jsaac qui deprecatus est dominū p vxore sua vt daret illi prolem/ designatur bonus prelat⁹: qui deprecatur dn̄m p vxore sua: id est ecclesia vt det illi gratiā concipiendi et pariendi filios ad dei cultum aptos. Attamē cōmuniter ipsa parit geminos scilz aliquos bonos: et aliquos malos: per Jacob et Esau designatos. In cui⁹ etiā rei signū loquitur dn̄s Malachie.i. dicens: Jacob dilexi/ Esau autē odio habui.

¶ Moraliter et secūdo Jsaac qui deprecat⁹ est dominū pro vxore sua rebecca sterili: et quē exaudiuit dn̄s: intantū q̄ dedit fetum duplicē rebecce: designat virū iustum/ qui ex charitate quandoq; rogat dominū p anima proximi sui: eo q̄ sit sterilis: id est carēs gratia et omni virtute. Hunc ergo Jsaac quandoq; exaudit dn̄s: ita vt det anime peccatrici p qua orati plenā bone operationis. Hoc tamen tantū de congruo fit: qr nemo preter Christum potest alteri de cōdigno mereri primā gratiā. Sed qd est q̄ ad deprecationem Jsaac rebecca peperit gemios filios/ nisi q̄ orante iusto pro impio illi interdum duplatur gratia subintelligendo semp de congruo: dum scilicz illi impetrat vehementem de peccatis dolorem: quo fit vt ad maiorem resurgat gratiam q̄ esset illa a qua prius ceciderat. Quo non orante/ forsan ille non resurrexisset/ aut ad minorē reparatus fuisset/ q̄ fuisset illa a qua ceciderat/ et hoc sustinendo opinionem beati Thome dicentis penitentem non semper resurgere ad maiorem gratiā: sed quādoq; ad equalem/ aut minorem.

¶ Moraliter et tertio: Rebecca est ecclesia/ duo filij in eius vtero collidentes quis eorum exeat primus: sunt duo clerici eiusdem ecclesie aut collegij contendentes p eodem beneficio/ vnus malus/ siue habens malum titulum/ designatus p Esau: alter vero bon⁹/ siue habens iustum titulum/ designatus per Jacob. Cum ergo vacat aliquod beneficium/ tunc dicti filij contendunt siue collidūt quis exiet primus ad capiendum beneficium. Sed qd est q̄ Esau q̄ pilosus erat/ primus de vtero matris exisse dicitur: nisi qr hodie illi q̄ priores exeunt currendo/ et qui diligentiores atq; cautiores existunt: dum tamē sint pilosi/ id est diuites/ prius ad beneficia presentātur. Illi vero qui sunt Jacob/ id est boni et simplices: aut non pmouentur: aut alijs postponūtur. Et breuiter istō practicatur hodie q̄ illi clerici qui sunt mali / dum tn̄ sint venatores et exactores denariorū: vt sunt officiales pmotores vicarij et similes qui de venationibus suis offerunt dominis prelatis: tales sunt ipis prelatis acceptiores. Sed de hoc in sequentibus sub.xxvij. capitulo peramplius dicetur. Sed quid est q̄ Jacob

plantā pedis fratris tenet vt exeat prim⁹: nec tñ preualet: nisi φ clerici boni ⁊ simplices ꝗtumcūqȝ habeant bonum et iustum titulum ad ecclesiasticū beneficiū: cōmuniter tamē nō preualent contra malos: qꝛ pater plus diligit Esau ꝗ Jacob. i. episcopus aut alius prelatus plus fauet malo: de cuius venatiōe pascitur: ꝗ bono. ¶ Moraliter et quarto: ꝑ Jacob qui tenebat plantā pedis Esau exire volentis: quasi vellet eū retrahere / designatur bonus angelus: qui videns hominē cuius custodiā gerit / volentē exire ad peccādū / ipsum ꝗtum potest citra tamen coactionem retrahit ne peccet. in cuius rei signum legit̃ Numeri. xxij. φ cū balaam iret ad maledicēdum populū dñi / occurrit ei ī via angelus dñi tenens gladium in manu sua: fecitqȝ diuertere asinam illius. ¶ Allegorice ⁊ primo: collisio paruuloꝝ in vtero matris prefigurabat dissensionē futurā hereticoꝝ ⁊ catholicoꝝ intra vterū matris ecclesie. Nō ꝗdē sic φ ipsi heretici veraciter sint ītra ecclesiā: sed quia reputāt se ad eā ꝑtinere. Quinimo presumūt et dicūt in ipsis solis ecclesiā consistere: veros fideles tā ꝗ̄ schismaticos ⁊ hereticos a se abijciēdo ⁊ ꝑsequēdo / etiā vsqȝ ad mortē. Testes sunt scti dei martyres ꝗ olim pro fide gladijs impioꝝ hereticorū occubuerūt. Nec certe omnino de medio sublata est dicta rabies: quinimo vsqȝ hodie ꝑseuerat maledictū et iniquū semen Esau: sicut videmus in secta lutherianoꝝ: quā etiam fouēt (vnde prohdolor) multi prelati et principes / qui se maximos catholices dicunt / et nō sunt: sed potius sunt synagoga sathane: vt de quibusdam iudeis loquit̃ Joā. Apoc. ij. Qđ si queras cur dñs ꝑmittit talem esau tā diu viuere: in hoc audi nō meā sed diui doctoris ecclesie Pauli sententiā: qui. j. ad Corin. xj. dicit oportere hereses esse: vt qui probati sunt manifesti fiant. Et Augusti. libro. vij. confessio. īprobatio inquit hereticorū facit eminere quid ecclesia christi sentiat: ⁊ qđ sana doctrina habeat. Jtē de ciui. dei lib. xvj. c. ij. Multa inquit ad fidem catholicā ꝑtinentia dum hereticoꝝ callida inquietudine exagitantur vt aduersus eos defendi possint: et considerantur diligentius: et intelliguntur clarius: ⁊ predicant̃ instātius. Nā ab aduersario mota questio: discēdi extitit occasio. Hec ille. ¶ Allegorice ⁊ secundo predicta collisio Jacob ⁊ esau prefigurabat futurā altercationē iudeorū ⁊ gentiliū ad fidem cōuersorū: de qua Act. vj. legit̃ φ in primitiua ecclesia crescēte numero discipuloꝝ factum est murmur grecoꝝ aduersus hebreos: eo φ despicerētur in ministerio ꝗtidiano vidue eorum. Propter quā altercationem sedādā assumptus est beatus Stephanus cum sex alijs diaconibus. Principalis tamē auctoritas residebat in beato Stephano: ꝗ primicer⁹ erat. Qui cū esset plenus gratia et fortitudine / et faceret prodi-

gia ꝛ signa magna in populo: sedauit dictam altercationē ꝛ controuersiam.

¶ Allegorice ꝛ tertio conformiter ad dn̄m Petrū de palu. Abrahā qui genuit Isaac/ est deus pater qui genuit filium in eternitate sua: ita vt de eo dicat in psal. Ante luciferum genui te. Iste igitur Isaac copulauit sibi rebeccā/ quando sibi assūpsit humanā naturā in vnitatē suppositi. Que q̄dē rebecca primo fuit sterilis: qn̄ quidē in primo parente aruit per peccatū. Sed postea refloruit in ipso Isaac.i.in ipso christo/ qui fuit sine peccato. Uel dic ꝙ ipa natura christo vnita primo fuit sterilis q̄diu.s.subiacuit penis ꝛ laborib⁹. At ꝓ post mortē refloruit/ sc; in sua resurrectiōe: iuxta illud psal. Refloruit caro mea: inq̄t xp̄s. Consequēter fructū duplicem attulit: quando quidē animas sanctorū patrum et matrū de limbo eduxit: ꝛ tandem secum in celū conscendere fecit. psal. Ascendisti in altum: cepisti captiuitatē.i.captiuā duxisti captiuitatē. Et Apo. ad Ephe. iiij. ꝓpt̄ q̄d dicit: Ascēdens in altū captiuā duxit captiuitatem. Sed quid est ꝙ Isaac deprecatus est dn̄m pro vxore sua? nisi ꝙ xp̄s orauit ꝓ natura sibi vnita vt nō pateret dicēs: Pater si possibile est trāseat a me calix iste. Ad deprecationem ergo huius Isaac.i. christi dedit dn̄s conceptū rebecce.i.nature humane vnite filio dei. Sed quē cōceptum? Certe omne bonū desideriū/ ꝛ propositū sustinendi suppliciū mortis conformiter ad diuinā voluntatē. Tandem dedit illi partū geminū qn̄ quidē in effectu dicta natura subijt mortem in cruce vniuersaliter ꝓ vtriusq̧ sexus hoībus. Aduertendum tamen ꝙ ipsa natura nō erat id q̄d patiebat/ sed potius diuinū suppositū: secundum tamen humanā naturam patiebatur.

¶ Allegorice et quarto Isaac est xp̄s: vxor eius rebecca ipsa est ecclesia. dep̄cat⁹ est Isaac pro rebecca qn̄ xp̄s orauit pro vniuersa ecclesia Ioā.xvij. dicens. Ego pro illis rogo quos dedisti mihi: sc; ꝓ eternā predestinationē. Tādē dedit dn̄s cōceptū rebecce.i.eccl'ie: que cōcepit multos filios/ ꝛ signāter in die pentecostes: qn̄ scil; recepit spiritūsanctū. Act.ij. Tūc etiā habuit ī vtero q̄diu fideles tp̄e ꝑsecutiōis latebāt nō audētes palam cōfiteri nomē xp̄i: iuxta illud Esa.xxxvij. Uenerūt filij vsq̧ ad partū/ et virtus nō erat pariendi. Item Apoca.xij. Mulier in vtero habens cruciatur/ vt pariat. Collidebantur paruuli in vtero: quando in primitiua ecclesia conuersi ex iudeis ꝛ gentibus discordes inuēti sunt: vt dictū est. Uel hoc potest referri ad illam discrepātiam quam inter se habuerūt petrus ꝛ Paulus quo ad obseruantiam legalium: de qua ad Gal.ij. Potest etiam referri ad illam dissensionem quam inter se habuerunt Paulus ꝛ barnabas/ que tanta fuit vt abinuicem discederēt/ qui prius vnitissimi erant/ vt legitur Actuum.xv.

Huius autem dissensionis occasio modica fuit. Uolebat nã pe Barnabas Joannem/qui et Marcus dicebatur/recipi ad consortiũ eorum. Paulus autẽ contradicebat/ eo q prius ab eis recessisset: vt dicitur vbi supra. Et nota q etiã hodie disrumpitur vterus Rebecce: id est ecclesie: quod fit cum ecclesiastici certant ꝗs prior exeat ad eccłiasticũ beneficiũ possidendũ: vt dictũ est supra.

¶ Allegorice et quinto Rebecca que prius sterilis erat/ et postea edidit Jacob et Esau/ designat ecclesiam congregatam ex gentibus: que prius fuit sterilis: sed postmodum facta est valde fecunda: dũ scilicet adhesit sponso suo christo per fidem et charitatẽ: ita vt multo plures conuersi sint ad fidẽ christianã ex populo gentili ꝗ̃ ex populo iudeorũ: iuxta illud j. Reg. ij. Sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios/ infirmata est. Itẽ Sap. iij. et recitat a Paulo ad Galathas. iiij. Letare sterilis que non paris: quia multi filij deserte magis ꝗ̃ eius que habet virum.

¶ Allegorice et sexto. Rebecca est eccłia/ que quasi p totũ annũ efficitur sterilis: et hoc propter paucitatẽ filiorũ spiritualiũ. Nam paucos generat per sacramentalẽ cõfessionem preter ecclesiasticos et religiosos recte viuentes. At ꝓ aduentente quadragesimali tẽpore geminos concipit p contritionem/ et parit p confessionem. Uel concipit p bonũ ꝓpositũ: et parit per bonũ effectũ. Sz qui sunt isti gemini? Profecto sunt illi de ꝗbus loquitur decretalis: omnis vtriusq sexus. de peni. et re. que precipit viros ac mulieres cũ ad annos discretionis venerint/ debere semel in anno confiteri/ et eucharistie sacramentũ recipere de manu ꝓprij sacerdotis. Possumus etiã hoc referre ad sacramẽtũ baptismi: in quo parauuli regenerãtur in filios dei et ecclesie. Joan. j. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri/ his ꝗ credunt in nomine eius.

¶ Anagogice: Rebecca est ecclesia triũphãs. Duo filij eius inter se contẽdentes siue collidentes in vtero illi⁹: sunt angeli boni et mali/ inter quos facta ẽ collisio magna cũ adhuc ambo essent in vtero matris. i. in celo. Unde Apoc. xij. Factũ est prelium magnũ in celo: michael et angeli eius preliabantur cũ dracone. i. cũ lucifero qui creditur esse maior in malitia et in donis naturalib⁹ inter oẽs malignos spiritus. Sequitur: Et draco pugnabat/ et angeli eius. i. illi spiritus mali gni qui fuerunt de sorte eius/ illi adherẽdo in malitia. Fuit autẽ collisio iter dictos filios in hoc q maligni spũs voluerũt exire primi: quasi volentes se preferre bonis angelis: ita vt diceret capitaneus eorũ illud Esa. xiiij. In celũ ꝯscendã: sup astra dei exaltabo soliũ meũ: sedebo in monte testamẽti/ i lateribꝰ aquilonis: ascẽdam sup altitudinẽ nubiũ: similis ero altissimo. Bene etiã dicuntur maligni spirit⁹ exisse de vtero matris primi: qz exierũt localiter

ter de celo empyreo, nō tamē
de loco ſupnaturalis btitudi-
nis, ſiue de dei viſiōe quā nūq̄
habuerūt: ⁊ ceciderūt in pfun
dum abyſſi: vt dicit vbi ſupra.
Et tunc apparuerūt ruſi p cal
liditatē: ſicut patuit in tēta-
tione pmorū parentū, et toti
hiſpidi. i. piloſi per nequitie
abundantiā. Unde Auguſt. de
ciui. dei lib. viij. ca. xxij. Demo-
nes inquit ſunt ſpiritus ad no
cendum cupidiſſimi: a iuſtitia
penitus alieni: ſuperbia tumi-
di: inuidētia liuidi: fallacia cal
lidi: qui in hoc aere habitant,
q2 de celi ſupioris ſublimitate
deiecti, merito irregreſſibilis
tranſgreſſionis in hoc ſibi con
gruo velut: carcere damnati
ſunt. Hec ille. Ecce ergo quid
per Jacob et Eſau anagogice
deſignatur.

¶ Quinta clauſula.

¶ Quibus adultis factus eſt Eſau vir gnarus ve
nādi, ⁊ homo agricola. Jacob
autem vir ſimplex habitabat
in tabernaculis. Iſaac amabat
Eſau: eo q̄ de venationibus il
lius veſceretur: ⁊ rebecca dili
gebat Jacob. Coxit autē Ja-
cob pulmētum: ad quē cum ve
niſſet Eſau de agro laſſus, ait.
Da mihi de coctione hac rufa
q2 oppido laſſus ſum. Quā ob
cām vocatū eſt nomē ei⁹ Edō.
Cui dixit Jacob. Uende mihi
primogenita tua. Ille reſpon-
dit: En morior, quid mihi pro-
derunt primogenita? Ait Ja-
cob. Jura ergo mihi. Jurauit
ei Eſau, et vendidit primoge-
nita. Et ſic accepto pane, et
lentis edulio, comedit et bibit
et abijt paruipēdens q̄ primo-
genita vendidiſſet.

¶ Hiſtorialiter. Poſtq̄ in pre-
cedenti clauſula Moyſes egit
de generationibus Iſaac: de-
ſcribens conceptionem ⁊ nati
uitatem duorum filiorū eius:
ſcilicet Jacob, et Eſau: hic cō-
ſequenter agit de vacatione
ſiue exercitio et occupatione
vtriuſq̄. Et quia Eſau primo
egreſſus eſt de vtero matris:
ideo primo de eo loquitur di-
cens: Eſau adultus factus eſt
vir gnarus venandi. Ubi no-
tandum q̄ gnarus eſt nomen
adiectiuum, qđ idem valet ſi-
cut expert⁹, ſiue qui ſcit quo-
modo et qualiter aliquid fa-
ciendum ſit ſecundum artem:
etiā ſiue faciat illud, ſiue non
faciat. Econtra autē ignarus
dicitur homo inexpert⁹. Eſau
ergo erat expertus in arte ve-
nādi: ⁊ ideo de eo recte dicit
q̄ factus eſt vir gnarus venā-
di. Erat autē venator beſtiarū
et hoīm: ſicut nēroth: de quo
dictū eſt ſupra. x. c. inſuper iſte
Eſau fuit hō agricola: vt hic
dicit. Et in hoc imitat⁹ ē cain.
Jacob autem qui fuit vir ſim
plex, ⁊ habitans in tabernacu-
lis: imitatus eſt Abel. vterq̄
enī habitauit in tabernaculis
more paſtorū, ⁊ hoc ſignanter
ppter cuſtodias noctis ſupra
gregem ſuū. Similiter vterq̄
fuit ſimplex p carentiā doloſi
tatis et malitie. Unde quedā
litera loco ſimplicitatis dicit
ſine dolo. Et licet fecerit dolū
ſcdm exteriorē apparentiā, in
accipiēdo bñdictionē patnā:
vt dicet in ſequētib⁹: tñ a par-
te rei ibi nō fuit dol⁹. Unde de

eo recte dici poterat illud Jo. j. Ecce vere israhelita | in quo dolus nō est. Nō ergo dicitur simplex propter defectū industrie. Sequitur. Isaac amabat Esau: eo q de venationib⁹ ei⁹ vesceretur: ⁊ qr etiā primogenitus erat. Ecōtra autē rebecca diligebat Jacob: ideo forte qr sibi similior: ⁊ familiarior: ⁊ obedientior. Et nota q vt dicit poeta Cato | sepe etenim mulier quē cōiūx diligit odit: ideo nō mirū si dicatur de rebecca q diligebat Jacob plusquam esau.

¶ Sequitur: Coxit autem Jacob pulmētū: siue p seruū suū coqui fecit. Est autē pulmentū idem q potagium. Erat tamē hmōi potagiū factū ex lēticula. ad quē cū venisset Esau de agro lassus: eo forte q multū cucurrisset in venando (vnde cōmuniter venatores redeunt lassi ⁊ famelici) ait: Da mihi de coctiōe hac rufa: qr erat de lētibus rufis: qr oppido. i. valde lassus sum. Quā ob causam vocatū est nomē eius Edom: qđ interpretatur rufus. Quāuis eñ ipse in natiuitate sua apparuerit rufus: tamen non fuit vocatus Edom vsq ad istud factum. Et nota q ipse Esau fuit trinomius. Primo eñ dictus est Esau. i. fortis pp̄ter cōplexionē. Secūdo seyr. i. pilosus. Tertio Edom. i. rufus. Dixit ergo illi iacob. Vende mihi primogenita tua: scilz p cibo quē a me petis. Esau autē videns suam necessitatē: et q ius primogeniture nō poterat sibi cōseruare vitā | illud cōmutauit in cibū | scz in lentis edulium: dicens: En morior: quid mihi proderunt primogenita? Vendidit ergo Esau fratri suo primogenita: atq venditionem iuramento confirmauit quasi ratam illam se habiturū. Qui cū comedisset ⁊ bibisset abijt | paruipendens q primogenita vendidisset. Cum eñ esset fortior virib⁹ corporeis fratre suo Jacob: intentus etiā mundanis cautelis: cogitabat atq pponebat apud se retinere aut vi auferre ab ipso iacob hmōi primogenita nō obstante vēditione cōfirmata iuramēto. In quo patet malitia illius.

Circa autē hunc textū mouētur aliqne questiones ad pleniorem illius explanationem ⁊ elucidationem.

¶ Prima igitur questio mouetur pp̄ter illud verbū: Factus est Esau vir gnarus venandi. Queritur ergo vtrū sit licitū dare operā venationi. Dicēdū q sic: dūmodo concurrant ad hoc debite circunstantie: scilz persone loci temporis ⁊ modi. Homo eñ habet naturale dominium sup inferiores creaturas: put declarat philosoph⁹ j. politico. Itē Augusti. xviij. de ciui. dei. Qđ etiā confirmat sacra scriptura p illud domini verbū Gen. j. Dominamini piscibus maris | ⁊ volatilibus celi | et vniuersis animantib⁹ que mouentur sup terrā. Qui eñ dixit: Germinet terra herbam virentē | ⁊ ex tali dicto data est potestas arboribus germinandi: dixit etiā hominibus: Dominamini piscibus maris ⁊c. Ecce ergo quomodo dominiū hominis super inferiores crea

turas est naturale. Unde et phi
losophus probat secundū ean
dem rationem ꝙ venationes
⁊ aucupia sunt a natura. Hoc
etiā ꝓbat Augu. vbi s̄. ꝑ dn̄iū
qđ antiq̄ p̄res soliti erāt h̄re
vt pastores essēt pecoꝝ. Hm̄ōi
tn̄ dn̄ium est valde diminutū
propter pctm̄ primi parentis:
ita vt etiā multa aīalia subter-
fugiāt manū hoīs. Quinimmo
etiā vsq̄ ad minima ⁊ vilia fiūt
ei nociua. Nihilominus adhuc
in parte ꝯseruatur tale dn̄iū/
sm̄ ꝙ dn̄s Mar. vlti. de recte
credētibus ait: Serpētes tol-
lēt. Itē ibidē: Et si mortiferū
quid biberint/ nō eos nocebit.
Congruebat autē vt ipse dn̄s
omniū in p̄ma hoīs institutio-
ne cōferret eidē hm̄ōi dn̄ium:
vt dicit beatus Tho. in suis o-
pusculis/ de regimine princi.
lib. iij. ca. ix. ⁊ hoc ex ꝑte triū.

¶ Primo q̄dem ex ip̄o nature
processu. Sicut enim in genera-
tione rerū naturaliū ꝓcedit
de imperfecto ad ꝑfectū: ita ⁊
in vsu rerū naturaliū. Nā imꝑ
fectiora cedūt in vsum perfe-
ctorū. Plāte enim vtūtur terra
ad suū nutrimētū: aīalia vero
plantis: homo vero plantis et
aīalibus. Unde cōcludit ꝙ ho
mo naturaliter dn̄atur aīali-
bus. Propter qđ cōcludit ph̄s
vbi s̄. vc3. j. politic. ꝙ venatio
aīaliū siluestriū ē naturaliter
homini iusta: q2 per eā homo
sibi vēdicat quod naturaliter
est suum.

¶ Secūdo hm̄ōi dn̄iū ꝯgrue-
bat homini ex ordīe diuine ꝓ-
uidentie q̄ semꝑ inferiora ꝑ su
periora gubernat. Unde cū ho
mo sit supra cetera aīalia: vt-
pote ad imaginē dei factus: cō
uenient illi subdidit auctor na
ture cetera animalia.

¶ Tertio hm̄ōi dn̄iū cōgrue-
bat homini ex ꝓprietate eius-
dem hoīs ⁊ aliorū aīalium. In
alijs enim aīalib⁹ inuenitur sm̄
estimationē naturalē quedā
participatio prudētie ad ali-
quos ꝑticulares actus. In ho
mine vero reperit̄ q̄dā vniuer
salis prudētia/ que est ratio na
turalium agibiliū. Omne aūt
quod est per participationē:
subditur ei qđ est ꝑ essentiā ta
le. Unde patz ꝙ est naturalis
subiectio alioꝝ aīalium ad ho
minē. Hec beatus Tho. vbi s̄.
Ptz ergo ꝙ licitū est homini
dare operā venationi: dūmo-
do cōcurrant debite circūstā-
tie/ q̄ sunt locorū/ tēporū/ per-
sonarū/ ⁊ modoꝝ: vt dictū est.
Practica singula. Unde ⁊ na-
tura ꝓuidit canes ⁊ aues ra-
paces ad hm̄ōi officiū exercen
dum. Idē dic de piscatione et
aucupatione. Q2 vero ī piscib⁹
non est aptitudo loci sicut in
aīalib⁹ ad talia mysteria pagē
da/ loco canum et auiū homo
retia adinuenit.

¶ Secunda questio. Quō ista
possunt coherere ꝙ esau esset
dedit⁹ venationi/ ⁊ agricultu
re? Utraq̄ ei ars siue vacatio
requirit totum hominē. Unde
etiā videmus venatores agri-
culturam postponere. Respon
sio. Ipse Esau dabat partē tē-
poris venationi/ ⁊ partē agri-
culture/ ⁊ hoc vt compararet
sibi vite necessaria.

¶ Tertia questio est de iacob
de quo dr̄ in textu ꝙ habita-
bat in tabernaculis. Queritur

ergo que erāt illa tabernacula. Dicendū ꝙ erāt ille parue case siue domūcule in quibus more pastoꝝ iacob se noctis tēpore reclinabat ꝙdiu oues pascebat. Hebrei autem dicūt ꝙ hmōi tabernacula fuerunt tabernaculū Melchisedech vbi vigebat cultus dei, cū esset sacerdos dei altissimi: ꝛ tabernaculum Heber, qui erat pphetaꝛ docebat venientes ad se de diuinis. Dicunt autē dicti hebrei ꝙ ipse iacob habitauit in dicto tabernaculo heber. xiiij. annis. Patet ergo ꝙ principalis eius occupatio erat circa diuina.

¶ Quarta q̄stio. Cur rebecca magis diligebat iacob ꝙ esau? Responsio: qꝛ benignior familiarior ꝛ obediētior: vt dictum est s. Itē quia habuerat p diuinam reuelationē ꝙ ipse deberet preferri fratri suo. Itē qꝛ quasi assidue manebat cū ea domi: Esau autē hincinde vagabatur. Modo matres cōmuniter plus diligunt illos filios q̄ diutius cū eis domi habitāt. Est ꝛ alia ratio: qꝛ videbat isaac plus affici esau. Modo vt allegatum est ex sententia poete Catonis, sepe mulier quem ꝛc.

¶ Quinta q̄stio. Utrū isaac peccauerit q̄ min⁹ diligendū plus dilexit, scꝫ esau. Dicendum ꝙ non. Habuit em̄ tūc plures rationes magis diligendi ipsum esau ꝙ iacob, tū qꝛ primogenitus erat, tū qꝛ multū p eo laborabat, querendo sibi carnes venaticas, quib⁹ libēter vescebatur. He aūt due rōnes deficiebant in iacob. Quantū aūt ad interiorem hominē, nō sibi tunc constabat quis eorū esset melior, ꝛ deo acceptior. At vero postꝙ mores vtriusqꝫ sufficienter probauit, ꝛ diuinā voluntatem super hoc intellexit, predilexit iacob. Unde etiam benedictionē quā illi ignoranter dederat approbauit, et ratam habuit, dicēs ad esau: Benedixi ei, et erit benedictus. Infra. xxvij. capitulo.

¶ Sexta questio. Utrum Jacob peccauerit emēdo primogenita fratris sui esau? Videt ꝙ sic, ꝛ hoc triplici ratione.

¶ Primo enim videtur cōmisisse simoniam: qꝛ ius primogeniture erat quoddam spūale: maxime cū scdm̄ Isidorū primogenitura esset vestis sacerdotalis: qua induti maiores natu cū bn̄dictione patris victimas deo velut pontifices offerebant. Dicit etiā petr⁹ cōest. ꝙ primogenita erāt quedā dignitates quas habuerūt antiquitus primogeniti in cognationibus suis vsqꝫ ad Aaron. Dicit etiā ꝙ primogenit⁹ habebat vestē specialem qua induebatur tantū in sacrificio offerendo. insuper indt erat receptur⁹ finalem benedictionē a patre. Deniqꝫ ipse primogenitus in solēnitatib⁹ ꝛ conuiuijs benedicebat minorib⁹: ꝛ in his duplā portionem ciborum recipiebat. Tradunt etiā ꝙ in diuisione hereditatis similiter duplam portionē percipiebat. Hec petr⁹. Et ꝙ ita sit: ptꝫ de ioseph cui pater ei⁹ iacob dedit primogenituram inter alios fratres. Ideo habuit duas sortes ꝛ duas trib⁹

inter alios filios israel: scilicet tribum effraim: et tribum manasse. Cum ergo Isaac haberet multa bona: sequitur quod primogenitura etiã quo ad temporalia multum valebat: et sic videtur iacob defraudasse fratrẽ qui pro lẽticula emit primogeniturã eius. Hec autem oĩa erãt aut spũalia: aut spũalibus annexa. Ex quo videtur iacob cõmisisse simoniã quo ad multa que spũalia erant. Insuper et ad candẽ simoniam induxisse fratrem suum dicẽs ei. Vende mihi etc.

¶ Secũdo videtur egisse contra equitatem naturalẽ, et iniustitiã cõmisisse in hoc quod decepit fratrem suum vltra medietatem iusti precij. Constat enim ex dictis quod ius primogeniture multo plus valebat quã id quod dedit fratri loco illius.

¶ Tertio videtur fuisse crudelis et impius. i. nõ pius erga fratrem suũ vterinũ: qui ei dicenti: en. i. ecce in prõptu morior: nõ est illi compassus nisi sub bono vadio: vt vulgo dicitur: scz recipiendo eo ius primogeniture pro lentis edulio. Qui tñ vt videt debuit illi vltro et gratis succurrere tãquã in extrema necessitate cõstituto. Hoc autẽ nõ fecit. Igitur peccauit. Hec sunt tres ratiões per quas probari potest iacob peccasse emẽdo primogenita fratris sui esau: ad quas respondẽdum est per ordinem.

¶ Ad primã igitur rõnẽ dicẽdũ cõformiter ad de palu. quod principale in iure primogeniture erat tpale: scz habere aliquale dominiũ super fratres. Item habere duplã portionẽ hereditatis paterne: vt dictũ est. Insup habere duplam portionẽ in ferculis que offerebant domino in solennitatibus. Huic tamen tẽporali erat annexum spũale: scz ius offerẽdi sacrificiũ dño: et benedicẽdi in publicis cõuiuijs et nuptijs. Itẽ bñdicẽdi primogenito in fine vite sue. Ius ergo primogeniture erat tẽporale quãtũ ad principale: et vendi poterat: cum quo transibat spũale quod erat illi annexum: sicut licite emitur hodie fundus cui est annexum ius patronatus.

¶ Ad secundam rationem dicendum quod quis potest licite alium defraudare intentione redimendi vexationem suam: quod tamẽ fraus a parte rei non est: quia quod alter vendit suum non est: sed magis emẽtis. In proposito ergo iacob redemit vexationẽ suã. Nã ius primogeniture realiter erat suũ: et hoc ex electiõe et ordinatione diuina: qua minor fuit prepositus maiori. Propter quod Malachie. j. dicit dñs. Iacob dilexi: Esau aũt odio habui. Et apo. ad Ro. ix. dicit quod hoc dictũ ẽ de ipsis antequã nati fuissent. Quod ergo dicit August. de ciui. dei lib. xvj. ca. xxxix. quod scilicet primatus maioris transfunditur in minorẽ ex pacto et placito inter illos: intelligẽdum est quãtum ad exteriorẽ hominũ reputationem: et non secundum rei veritatem: quia secundum rei veritatẽ et ex diuina ordinatiõe predictũ ius pertinebat iacob. Et hoc etiã fuit sibi reuelatum a matre. Esau vero

de facto & iniuste predictũ ius
possidebat. Licitum ergo erat
ipsi Jacob retrahere ad se hu
iusmodi ius caute: vt dicit de
lyra: qđ fecit quãdo vidit ipm
Esau ita lassum venientem de
agro ꝙ timebat mori: propter
quod tũc minus appreciabat
ius primogeniture. Vñ dixit.
En morior: quid mihi ꝓderũt
primogenita? Uidit etiam ip=
sum ex gulositate cõcupiscen=
tem & petentẽ pulmẽtum qđ
sibi iacob preparauerat: & per
cõsequens vidit tũc tẽpus cõ=
ueniens in quo ius primogeni
ture sibi debitũ per modũ em
ptiõis ad se retrahere posset:
qđ & fecit. Nec i hoc peccauit:
qr nõ intendebat emere rẽ sa=
cram: sed tantũ redimere ve=
xationem suã. Esau autẽ pec=
cauit non solum peccato gule
appetẽdo inordinate cibũ con
fectum ex lenticula: verũ etiã
peccato Simonie: intendens
vendere rem sacram.
¶ Ad tertiam rationẽ dicẽdũ
ꝙ iacob nõ fuit impi⁹ nec cru=
delis erga fratrẽ suũ exigẽdo
ab eo venditionẽ primogeni=
ture pro lẽticula siue pro lẽtis
edulio: qr ꝑ h nõ intẽdebat ta
lem venditionẽ: sed tantũ per
tale medium intẽdebat pacifi
ce & gratiose ad se retrahere
ius suũ: & redimere vexationẽ
suam. Insuper vt dicit Greg.
esau nõ dixit: en morior neces=
sitate nature: sed vitio gule:
sicut de guloso vulgo dicit:
Ille morietur si non comederit
de tali vel tali esca. Insup da=
to ꝙ ille fuisset in extrema ne
cessitate cõstitutus: atq3 in pe
riculo mortis casu quo ipse ia=
cob non dedisset ei de ferculo
suo siue lenticula: nõ tamẽ te=
nebatur gratis illi dare: ex quo
ipse habebat vnde emere pos=
set: loquẽdo de iure primoge=
niture ad sensum datũ: pro eo
scilz quod tẽporale in eo erat.
Potuit ergo ratiõabiliter ab
eo exigere in tali casu transla=
tionẽ priogeniture tanq̃ iure
diuio sibi debite: vt dictũ est.
Quinimmo etiã quodãmodo
iure naturali & hũano. In cu=
ius rei signũ in exitu ab vtero
matris tenebat manu plantã
pedis eius tanq̃ innuere volẽs
ꝙ exire deberet primus: & con
sequenter ius primogeniture
percepturus. Ex quo ergo hu
iusmodi ius priogeniture erat
sibi debitũ: poterat habita op
portunitate bona pro nihilo il
lud ad se retrahere. Quanuis
ergo pro hac re dederit modi
cum & quasi vile preciũ: nõ ta=
men sequitur ꝓpterea ꝙ de=
ceperit fratrẽ suum. Ueruntñ
vt dicit de lyra: similiter & de
pal. qr non est verisimile ꝙ ho
mo prudens rem tanti valoris
pro tã modico precio vẽdi pe=
teret nisi alius eã vẽdere vel=
let: ideo dicunt hebrei ꝙ ci=
bus iste de quo hic agitur nõ
fuit preciũ emptionis primo=
geniture: sz vltra preciũ datũ
fuit a Jacob oblatũ tanquam
arra: vel per modũ curialis cõ
suetudinis: sicut videmus in=
ter mercatores ꝙ in trãslatio
ne rei notabilis recipiẽs vltra
preciũ solũ vinũ: per qđ etiã
subintelligitur prãdium. Hoc
etiam videt ex litera intelligi
cũ dicitur. Jurauit ei esau et
vendidit primogenita. Quan=

tum autem fuerit huiusmodi preciũ/scriptura non determi nat. Accepit ergo esau a fratre suo panem ⁊ lentis eduliũ pro auantagio vltra precium principale ꝑm cõsuetudinẽ vẽdẽtium. Quod si arguatur in oppositum ex verbis apostoli ad hebre.xij.dicẽtis. Ne quis existat supple fornicator aut prophan⁹ tanq̃ esau qui propter vnam escam vẽdidit primogenita. Posset dici secũdũ istam opinionẽ ꝙ ly ꝑpter nõ notat nec importat precij q̃titatẽ:sed solum causam motiuam:q2 esca illa fuit causa motiua ad tractandũ de venditione hmõi primogeniture. Et sic p3 ad tres obiectiões adductas. Ex quib⁹ omnibus relinquitur ꝙ iacob nullum peccatum habuit emẽdo primogenita fratris sui esau.

¶Moraliter ⁊ primo Isaac q̃ amabat esau/eo ꝙ de venatione sua vesceref:designat dñm episcopũ qui frequenter amat officialem aut ꝓmotorem suũ: qui venãtur sibi emẽdas ⁊ extractiones plurimas quo ad subditos clericos habẽtes causas in curijs eorũ:ita vt tales emẽde plerũq̃ excedãt ordiarios denarios prouentuũ siue redituũ eorũ. Aucupes enim solent ad siluã secũ portare bubones vt eorũ medio ad laq̃os suos attrahãt auiculas. ita et moderni epi habẽt in suis curijs officiarios scientes ꝑ suas cautelas ⁊ subtilitates attrahere clericos: ⁊ iterdũ laicos: quos freq̃ter pro leuib⁹ causis siue culpis deplumant cõedunt ⁊ deuorant eorũ substantiam. Resolutorie ergo tenendũ est ꝙ illi officiarij qui sunt mali/dũ tamen sint venatores ⁊ exactores pecuniarũ: et qui de venationib⁹ diuitiarũ suarum bene sciũt quãdoq̃ ipsis prelatis offerre munera: sunt ab eis predilecti. Illi vero qui more iacob sunt simplices: dimittunt in sua simplicitate iprouisi ⁊ absq̃ beneficio. Quinimmo hmõi prelati quandoq̃ modica occasione accepta deponere solent officiales qui nõ bene nouerũt artẽ venandi et emendas taxandi ad eorũ ꝑfectũ ⁊ vtilitatẽ:cũ tamen deberent conuerti in pios vsus. Sed prohdolor cõmuniter cõuertũtur in impios vsus. Uereor ponere i celum os meũ: ⁊ tangere xp̃os domini.

¶Moraliter ⁊ secundo ꝑriarcha ille magnus isaac significat prelatũ ecclasticũ:vtpote epm ⁊ supra. Duo eius filij Iacob scz ⁊ esau/duo sunt genera clericorũ. Esau qui vir gnarus venãdi erat:⁊ homo agricola significat illos clericos q̃ sunt aptiores ad agriculturam vel artẽ militarem q̃ ad clericatum. Qui si fuerint de nobili sanguine procreati:volũt more nobilium dare operã venationi: cũ tamen talis occupatio interdicatur in sacris ordinibus constitutis: vt cauetur extra de clerico venatore.c.j. quod incipit episcopũ. vbi sic legitur. Episcopũ presbyterũ aut diaconũ canes aut accipitres aut huiusmodi ad venandum habere non licet. Deinde subditur pena cum infertur. Quod si quis taliũ personarũ

in hac voluptate sepius detē=tus fuerit: si eps est i trib⁹ mē=sibus a cōmunione: si presby=ter i duob⁹: si diaconus i ab om=ni officio suspēdatur. Ubi glo. sup illo ꝟbo voluptate: dicit ꝙ venatio que fit causa necessi=tatis vel recreationis / pmitti=tur aliis clericis: excepto epo: cui oino non licet: vt cauetur dis. xxxiiij. c. i. qđ incipit: quo=rundā. Ubi etiā allegatur ver bū hiero. dicētis: Uenatorem nusꝗ legimus sanctū. Debent tñ alij clerici inferiores epo euitare clamorosam venatio=nem: vt cauetur. lxxxvj. distin. an putatis. Item in pdicta ru brica de clerico venatore cap. oibus. sic dicitur. Oib⁹ seruis dei. i. clericis (vt dicit glo. qui spāliter dicuntur serui dei: eo ꝙ in sortē eius sunt spāliter as=sumpti) venationes τ siluati=cas vagationes cū canibus: et accipitres aut falcones habe=re interdicimus. Item ꝓhibe tur eis ne sint assueti venatio=ni que fit cā necessitatis aut recreationis: τ hoc per dictā decretalē cū dicitur: sepi⁹ de=tent⁹ fuerit: ne scȝ ducatur in cōsuetudinem. Ecce ergo quō venatio aīalium interdicit cle ricis: τ signāter que fit cū cla moribus. Sed ad aliā venandi formam trāseamus Esau ergo qui vir gnarus venandi erat: designat illos clericos qui op time nouerunt artem venan=di ecclesiastica beneficia: cum tamen quādoꝗ sint agricole / id est agricolarū τ ruralium fi lij. Sed qȝ forsan manserūt in curia romana: aut cum cautis practicis: iō cū cautelis τ astu tijs suis facile perturbant ele=ctiones τ postulationes dignī tatum: atqꝫ resignationes ea=rum. Item collationes τ pre=sentationes quantūcunqꝫ le=gitimas inferiorū beneficiorū ita vt vix inueniri possit quas lecunqꝫ beneficiū ecclesiasti=cum quod subterfugiat caute las τ cauillationes taliū. Mos etiam taliū est venandi huius=modi bñficia ecclesiastica de curia in curiā per interiectā appellationē: vt sic vexent le=gitime promotos. Jacob vero vero qui domi residet cū ma=tre / τ ꝗ ab ea diligitur / signi=ficat deuotum bonū iustum et doctum clericū forsan residē=tem in studio theologico. Hūc enim valde diligit mater ec=clesia. Tali nēpe debetur op=timo iure priogenitura. i. pri=mum beneficiū vacans: dūmo do cetere bone cōditiones cō=currant. Frequēter tamen ab hoc impeditur per Esau for=tiorem τ robustiorem: qui for=san armat se literis regijs: et auxilio brachij secularis aut a=lijs iniquis adinuentionibus: ita vt necesse sit pauperē Ja=cob totum quitare: aut pro re dimendis penis et vexationi=bus edulium dare / id est recō=pensam: quod non caret labē simoniaca ex parte esau. Sed de hoc parū curat: adeo sequi=tur. Abijt paru⁹pēdens ꝙ pri=mogenita vendidisset.

¶ Moraliter τ tertio cōformit ter ad beatum Gregor. lib. vij. morali. per esau venatorē de=signantur homies secularib⁹ negocijs totaliter inhiantes: vt sunt negociatores. auari et

cupidi q̄ venant diuitias tēporales de ciuitate in ciuitatē: & de regno in regnum: nūc per terras: nūc per maria discurrentes: & pene infinitis discriminibus se & sua exponentes. De quib⁹ etiā loquitur idem Grego.lib.xix.moral. & recitatur disti.xlvij.c.omnes.dicēs. Omnes hui⁹ seculi dilectores in terrenis reb⁹ fortes sunt: in celestib⁹ debiles. Nā pro temporali gloria vsq3 ad mortem desudare appetunt: & pro spe ꝑpetua ne parū in labore quidē subsistūt. Pro terrenis lucris quaslib3 iniurias tolerāt: et pro celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre iniurias recusant. Terreno iudici toto die assistere fortes sunt: i oratione vero coram dño vel vni⁹ hore momento lassant. Sepe nuditatē/deiectionem/famē pro acquirendis diuitijs atq3 honoribus tolerant: supernam vero laboriose querere tanto magis dissimulāt: q̄to magis ea retribui tardi⁹ putāt. Hec ille. Ecce igitur quid per esau designat: qui etiā vir agricola hic describitur. Per Jacob vero in domo cū matre pacifice habitātē significātur iusti & humiles/qui spretis tēporalibus & terrenis negocijs/ tota mente versantur circa spiritualia & eterna: dicentes etsi non verbo saltem opere et facto illud verbum apostolicum ad Philip.iij. Nostra cōuersatio in celis est. In tabernaculis enim aut in domo habitare: est se intra mentis secreta restringere: & nequaq̄ exteri⁹ ꝑ desideria se distrahere: ne dum ad multa inhiat animus: a seipso alienatus suis cogitationibus recedat. Hec Gregorius.

¶ Moraliter & quarto ꝑ Esau venatorem intelligitur diabolus. Ipse nempe tentādo & retia mundi delectabilium tendendo nō cessat paupercula animas venari: vt ipsas more leonis pertrahat in foueam suam infernalis habitationis. Ipse namq3 quādoq3 facit apparere in fantasia hominis eā immutādo/ & i ipsa impmēdo/ speciē pulchre mulieris: vt sic per tale rete capiat mentem hominis. Quādoq3 etiā istud rete ponit ante oculos exteriores ad eundem finem: sicut patuit de Dauid respectu bersabee.ij.Reg.xj. Bene ergo ad propositū loquebatur salomō Eccl'a.vij.cū dicebat. Inueni mulierē morte amariorē: q̄ laqueus venatorū est. Recte ergo de isto venatore potest dici quod hic dicitur de Esau: scilicet q ipse est gnarus venandi/id est valde expertus in venando animas: et hoc propter longam huius artis experientiam. Practica quomodo contra hominum venatorum consuetudinem ipse quosdam venatur intra ciuitates et castella: alios itra claustra: alios itra curias magnatū: alios in ecclesia: alios in eremitorijs: & in omnibus locis.

¶ Moraliter et quinto per Esau venatorem intelliguntur principes huius seculi: qui pro maiori parte magis principantur tyrannice q̄ regaliter. Tales nempe sunt si-

milites leonibus qui grossa animalia venantur. Alij autem inferiores iudices et officiarij sunt sicut aranee que paruas muscas et papiliones venantur. Tales nempe sunt sicut Nemroth qui erat robustissimus venator coram domino: sicut legitur supra.x.cap. Venator in. Glo.i.oppressor hominum: sicut ibi dictum est.

¶ Moral'r et.vi. et in bonam partem loquendo de venatore dicimus quod per esau qui erat expertus venator: designatur bonus prelatus: cui commisse sunt multe oues etiam in distictis locis. Hic ergo esau debet subditos suos venari diligenter et personaliter tempore et loco eos visitando: et de vita et moribus ipsorum inquirendo. Qui si quos defectuosos inuenerit: secundum culparum exigentiam ipsos puniat: seclusa personarum acceptione. Nam sicut nobiles quandoque venantur lupos ne ouibus sint molesti: ita et prelati in visitationibus suis debent venari malos debitis penis eos coercendo ne infestent bonos. Sic enim iubet dominus fieri Hiere.xvi. dicens: Mittam eis venatores multos: et venabuntur eos. Sed prohdolor moderni prelati in suis visitationibus venantur temporalia lucra potius quam animas. Nulla est enim tam grandis culpa que pecunia non redimatur: vt dicit Isidor. et recitatur.xi.q.iij.pauper.

¶ Moral'r et.vii. Per esau qui pro lentis edulio vendidit primogenituram suam fratri suo Iacob: designatur gulosi: qui sepe pro repletione ventris et pro dapibus vendunt pingues hereditates sibi a parentibus derelictas. Quas iure propinquitatis fratres et consanguinei eorum ad se plerumque retrahunt per mercatum bursei vt vulgo dicitur. Est autem mercatus bursei cum pecunia refunditur primo emptori a proximo herede vel consanguineo vendentis. Hec autem consuetudo fuit antiquitus obseruata etiam ex diuina ordinatione: vt vt patet Leui.xxv. vbi mandat dominus dicens: Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam: et voluerit propinquus eius: potest redimere quod ille vili vendiderit. Optimo igitur iure ius primogeniture Esau deuolutum est ad iacob fratrem eius.

¶ Moraliter et.viij. illi more esau vendunt primogenita sua vili precio: qui pro momentanea et feda delectatione quam in peccato inueniunt: quitant partem suam hereditatis celestis: quam illis acquisierat christus merito passionis sue. Threnorum.i. Dederunt preciosa queque pro cibo ad refocillandam animam .i. pro voluptate corporali. Et puer. x. Cor impiorum pro nihilo. Et quamuis merces peccati in presenti sit ita parua: quia momentaneum est quod delectat: nihilominus miseri peccatores cum esau mori crederent si hmoi delectationem non consequerentur. In quo patet eorum fatuitas maxima.

¶ Mystice. Esau venator et agriculture vacans significat hominem vite actiue deditum. Iacob vero vir simplex atque in tabernaculis habitans: eum qui vite contemplatiue vacat insinuat. Talis ei querit habitare in

tabernaculis. i. i locis sacris ad audiendū diuina in ore: ⁊ meditandum ea in corde: atq; faciendū ope. Sʒ qd est q isaac amabat esau eo q de venationibus ei⁹ vesceret̃: nisi q pauperes diligūt laudant ⁊ bñdicunt hoiem vacātē opib⁹ actiue: eo q de bonis eius pascuntur. Prouerb. xxij. Qui pnus est ad miam: bñdicet. De panibus eñ suis dedit paupi. Rebecca autē q diligebat iacob: est diuina volūtas q ceteris paribus plus acceptat cōtēplatiuos q actiuos. in cuius rei signū legit Luce. x. Magdalena p quā vita contēplatiua designatur: ad pedes dñi tāq sibi familiarissima ⁊ acceptissima sedisse. Sed qd est q Esau veniēs de agro lassus petit a fratre suo Jacob de coctione sua rufa: nisi q actiui circa terrena occupati debēt implorare orationes ⁊ suffragia remanētiū in domo. i. vacātiū vite cōtēplatiue: eo q nō possūt vtriq; vite eque intēdere. Et vt id feruētius ⁊ abūdanti⁹ operent ipsi ɔtēplatiui: debēt actiui illos facere ptcipes bonoꝝ suorū tpaliū: vt sic frater iuuet a fratre. Unde in pte pp̄ter hāc causam laici dant decimas clericis: ⁊ pias elemosynas deuotis religiosis. Quid insup indicat q esau transtulit ius pmogeniture in fratrē suū: nisi q terreni principes multotiens trāstulert i viros ecclīasticos et religiosos reddituatos magnas possessiones terrenas: vt illi orarēt p coꝝ ⁊ suoꝝ sequaciū salute? Nā ob talē causam tales cōtulerūt pdictis psonis sue locis habitatiōis eoꝝ īmēsos reddit⁹ ⁊ possessiōes plurimas cū libertatib⁹ ⁊ gratijs copiosissimis: vt cōstat.

¶ Allegorice Isaac est est de⁹ pater. Esau filius ei⁹ pmogenitus est xp̄s: q est pmogenitus iter oēs filios dei: nō qdē tēporis antiqtate: ⁊ hoc scdm q homo: ʒ nature dignitate: q ratiōe cōiunctiōis ad verbū cōtraxit inestimabilē dignitatē. ad Ro. viij. Ipse est pmogenit⁹ ī multis fratrib⁹. Et col. j. Ipse est caput corporis ecclie: qui est pncipiū: pmogenit⁹ ex mortuis: vt sit in oīb⁹ ipse primatū tenens. Itē paulo ante de eo dr q est pmogenit⁹ ois creature. Iste ergo esau fact⁹ est vir gnar⁹ venādi ⁊ hō agricola i suo aduētu in mūdū. Nā venat⁹ est salutē nostrā. xxxiij. annoꝝ spatio. Nūc fugiens in egyptū. Nūc inde rediēs. Nūc ad tēplum veniēs: ⁊ cū doctoribus legis de lege disputans. Nunc ad fluuiū iordanis accedens: ⁊ inde in desertū secedēs. Nunc castella iudee ⁊ galilee perlustrās: ⁊ verbū dei sequētib⁹ signis tanq optim⁹ agricola disseminās. Tandem autē venatus est humanā naturā: post eā currens vsq; ad montē caluarie: habēs i suo comitatu canes multos. i. iniquū iudā ⁊ ceteros milites cū gladijs ⁊ fustib⁹ missos a principib⁹ sacerdotū et seniorib⁹ ppli: vt legit Matth. xxvi. Tūc ergo iste venator vtiq; dicere potuit illud psal. Circūdederūt me canes multi. Et qd valde mirū fuit hmōi canes in rabiē versi insilierunt in magistrū suū val-

de crudeliter: ita vt pie conq̄ratur de ipsis dicēs: Foderūt manus meas / et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. i. Adeo attenuauerūt corp⁹ meū tum virgis: tum scorpionibus: tum catenis ferreis: vt facile ossa mea dinumerari possent. Ecce quomō tractatus est noster esau venādo aīas nr̄as. Sz qd est q̄ Isaac diligebat Esau eo q̄ de venatiōib⁹ eius vesceretur: nisi q̄ de⁹ pater pre ceteris filijs suis. i. angelis et hoībus dilexit primogenitū suum xp̄m: eo q̄ venatiōes ei⁹. i. labores / dolores et erūne quas nr̄e salutis causa: et vt illi vsq̄ ad mortē obediret / tolerauit patientissime: eidem patri valde accepte fuerunt.

¶ Sequit: Rebecca diligebat iacob. Jacob q̄ interp̄tat supplātator / est deuot⁹ xp̄ianus: q̄ supplantat carnē mūdū diabolū. Hunc eni diligit rebecca. i. mater eccl̄ia. Coquit autē iste iacob pulmentū: quotiēs facit opus de gn̄e bonorū cum igne charitatis. Esau autē rediens de agro lassus est xp̄s regressus p gloriosam resurrectionē de agro montis oliueti: in quo venādo nostrā salutē vt dictū est: fuit valde lassus: q2 ibi desudauit vsq̄ ad mortē. Petit ergo iste esau a fratre suo deuoto scilz catholico / de coctione sua ruffa / quotiens instigat eū ad bene operādū ad honorē illius: iuxta qd̄ scriptū est. j. ad Cor. x. Siue mādūcatis / siue bibitis / vel aliud qd facitis: oīa in gloriā dei facite. Vel dic ad literā q̄ noster esau rediēs de p̄dicto agro / petiuit a fratrib⁹ suis aplis de coctione sua: qn̄ interrogauit eos dicēs. Habetis aliqd qd mādūcet? At illi obtulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū mādūcasset corā eis: sumēs / reliq̄as dedit eis. Luc. xxiiij. Sz qd est q̄ iacob īstigauit fratrē suū esau vt vēderet; illi p̄mogenita sua p̄ cōmutatiōe edulij lentis? nisi q̄ popul⁹ fidelis p̄ lentis edulio. i. p̄ exiguo ope bono qd̄ in p̄nti opat ad dei honorē / expectat tādē ab eo mercedē eternā? q̄ est q̄si p̄mogenitura iesu xp̄i. Sic eni p̄misit / et quasi iuramēto cōfirmauit ipse esau id est xp̄s Mar. ix. dicēs: Quisq̄s potū dederit vobis calicē aq̄ frigide in noīe meo q2 xp̄i estis: amē dico vobis (ecce iuramētū xp̄i) nō p̄dēt mercedē suā: q2 tandē recipiet eā cū dicet xp̄us electis illud Matth. xxv. Venite bn̄dicti p̄ris mei: percipite regnum qd̄ etc. Ecce p̄fecto mirabilis vēditio siue cōmutatio: scilz recipe regnū tā magnificū grāde et p̄petuū pro calice aq̄ frigide. Ceterū qd sibi vult illd̄ vltimū verbū. Abijt esau paruipēdens q̄ p̄rimogēita vēdidisset? nisi q̄ xp̄s tāto zelo ducit ad salutē hūani generis: q̄ quasi pro nihilo reputat omnē laborē et dolorē quem occasione illius gessit in p̄senti. Quāuis tamen a parte rei mors illius et passio infinities excedat in valore salutē et redēptionē nō solum mūdi huius: verū etiam infinitorum si essent. Hinc psal. Apud dominū misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

¶ Anagogice: Isaac est deus

pater. Esau et Jacob duo eius filij: duo sunt genera angelorū: bonorū scilꝫ ⁊ malorū. Esau ergo vir gnarus venādi / ⁊ homo agricola: designat multitudinem angelorū malorū: qui sunt valde gnari.i. expertissimi in arte venādi.i.tētādi hoīes: ita vt dicātur habere mille nocendi artes: vt ait Augu. lib. viij. de ciui. dei. c. xviij. In primis nēpe maior inter eos: scilꝫ lucifer: venatus est in agro celi / et cepit in retibus suis terciam partē angelorū: qui tandem cū eo ceciderūt ⁊ descenderūt in agrum huius mundi: aliqui tamē inter illos descenderunt in abyssum inferni: in quo quidē agro primo venati sunt in paradiso terrestri adā quē ibidē cepere: ⁊ hoc medio vni⁹ canis sexus feminei: gallice dūne leuriere / que dicta est Eua. Et breuiter intātum venati sunt demones humanū genus i dicto agro / ꝙ ipsum coegerunt exire locū illum: et venire in hūc locum miserie: vbi etiam post ipsum more canum venaticorum qui solo odoratu insequūtur predam suam / currentes iterū venati sunt ipsum tā in mōtibus ꝗ in collib⁹ atꝗ vallib⁹: tam etiā in siluis ꝗ in locis campestribus / atꝗ villis et ciuitatibus: ita vt non sint qui se abscōdant a calore siue potius a caliditate eorū. Ecce ergo quid anagogice p Esau designatur.

¶ Nunc ergo superest ostendere in eodē sensu quid nobis per Jacob insinuet. Jacob ergo qui supplantator interpretatur / est multitudo angelorū bonorum qui supplantauerūt malos in celo in modum qui sequitur. Nam sicut Jacob vir simplex habitabat in tabernaculis: ita et angeli boni ꝓpter suam simplicitatē et obedientiam meruerunt habitare in celis tabernaculis de quib⁹ ps. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū. ibi egregie epulantes in mensa dn̄i. Esau ergo q̄ recessit de domo patris venandi gratia: et qui ad fratrem se contulit lassus ⁊ famelicus cupiens ab eo aliquid sibi largiri ad sui sustentationē: recte designat multitudinem angelorū malorū: qui recesserunt de domo patris celestis per culpam: et vt venarentur hominū perditionē. Qui tandem lassari in via perditionis ceperunt egere propter defectum panis grē diuine / quam peccādo irreparabiliter amiserāt. Ob quā causam petiert lentis eduliū sibi dari dū conscupierūt in donis naturalibus perpetuo cōseruari. Que quidē naturalia respectu gratuitorū ⁊ eternorum bonorū sunt velut edulium lentis respectu paterne benedictionis ⁊ iuris primogeniture.

¶ Uel dic breuius ꝙ Esau primogenitus est lucifer / qui fuit prim⁹ inter oēs angelos cū primū a deo conditi sunt in celo: vt testat Isido. de summo bono libro. j. capi. xij. sub his verbis. Ante omnem creationem angelorum diabolus conditus est: sicut scriptum est Job. xl. Ipse est principiū viarum dei. Unde ⁊ ad cōparationē angelorū archāgelus appellat⁹ est.

prius eni creatus extitit ordi nis prelatione / nō tēporis duratione. Primatū itaqȝ inter angelos ꝛ excellentiam prelationis habuit diabolus: ex qua fiducia cecidit. Cuius quidē prelationis excellentiā ꝑpheta Ezechiel.xxxj. his ꝟbis annūciat dicēs: Cedri nō fuerūt altiores illo in paradiso dei: abietes nō adequauerūt summitatē ei⁹. Omne lignū paradisi nō est assimilatū illi: quoniam speciosiorem fecit illum deus. Hec ibi. Ecce ergo quomodo lucifer fuit primogenitus inter angelos. Nihilominus perdidit primogeniturā suam ꝑpter superbiam suam: quādo dictum est illi a dño. illud Esaie. xiiij. Ad infernum detraheris in profundum laci. Item ibidē. Quomodo cecidisti de celo lucifer / qui mane oriebaris: id est qui in principio tue creationis clarus eras tum per donorum naturalium splendorem: tum per gratie et charitatis abūdantiā. Translata est autem huius Esau primogenitura ad fratrem suum Jacob qui in domo manserat: quādo quidē ipso lucifero cadente / erectus est vnus de ordine seraphinorū supra ceteros angelos qui in celo remanserunt. Quis autē iste sit / aut quo vocetur nomine: non est adhuc nobis notum. Qd autē ipse Esau paruipenderit venditionem primogeniture sue: designat contēptum luciferi circa offensam dei / et amissionem celi: quia teste psal. Superbia eorū qui te oderunt / ascendit semper.

¶ Registrum quaternionum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.f.t.v.x.y.z.
A.B.C.D.E.F.G.H.J.K.L.M.N.O.P.Q.
R.S.T.V.X.Y.Z.Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg.
Hh. Oēs sunt quaterni ꝑter Hh. q̄ est ternus.

